Digitized by Google

Digitized by Google

JOH. JACOBI
WALDSCHMIDT
Med. Doct. Archiatri Haſſiaci, & in Academia Marpurgenſi
Med. Profeſſ. Prim. Phyſic. autem Ordinarii, nunc B.

OPERA
MEDICO-PRACTICA,
QUIBUS CONTINENTUR

I. INSTITUTIONES MEDICINAE RATIONALIS, Recentiorum Theoriae, & Praxi accommodatae.
II. PRAXIS MEDICINAE RATIONALIS ſuccincta, per caſus tradita.
III. MONITA MEDICO PRACTICA neceſſaria per plurimos morbos illuſtrata.
IV. NOTAE AD PRAXIN CHIRURGICAM BARBETTAE.
V. NOTAE AD CASUS BALDAS, TIMEI A GULDENKLEE.
VI. DISPUTATIONES MEDICAE VARII ARGUMENT.
VII. DECAS EPISTOLARUM de rebus medicis, & philoſophicis.

OMNIA AD MENTEM CARTESII;
Quibus in hac noviſſima editione de Morbis Mulierum
PHILIPPI FRAUNDORFFER
Adjectum Opuſculum.

TOMUS PRIMUS.

Lugduni de aere Bernardini Geſſarj:
Anno MDCCXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNES DOLAEUS
Lectori Benevolo
SALUTEM DICIT PERENNEM

EN TIBI Lector Erudite Celeberrimi noſtri Waldſchmidii τοῦ Μακαρίτου Praxin Medicinae Rationalis, una cum Monitis ejus Medico-Practicis, ut & Notis ad Barbette, aeque ac ad Guldenklee Praxin & Chirurgiam.

Autorem horum opuſculorum vobis velle commendare, qui in Athenaeo Marburgenſi non duntaxat Profeſſoriam Dignitatem tanto omnium bonorum applauſu nuper tuitus, ſed & officio Archiatri Sereniſſimi ac Potentiſſimi noſtri Haſſiae Principis optime defunctus eſt, foret poſt Homerum Iliada deſcribere.

Quis enim qualiſque fuerit Waldſchmidius noſter, poſt viri deſideratiſſimi exequias facundo ore depinxit *G. Zaunſchlifferus*, illius Academiae Profeſſor Juris Celeberrimus. Quanto enim ſtudio, quanto judicii acumine, Autor noſter, dum viveret, omnia ſua opera elaboraverit, ac conſcripſerit, multa proſtant teſtimonia, inter quae tanquã inter ignes luna minores micant Inſtitutiones ipſius nuper editae, una cũ Epiſtolis ad me datis, ac plurimis aliis elaboratis & limato judicio conſcriptis Diſputationibus.

In primo hoc Tractatu fere omnium morborum hiſtorias per caſus tradit, additque eorum definitiones, cauſſas, diagnoſes, ac prognoſes, curaſque in quibus methodum medendi obſervat accuratam, depromitque medicamenta experientia viginti annorum comprobata. Quam praxin monitis medico-practicis per plurimos morbos illuſtrat, additque notas egregias ad praxin & Chirurgiam Barbette, ut & Caſus practicos Guldenklee, dum viverent celeberrimorum Medicorum.

Nae Noſter in omnibus ſuis Scriptis prolixas obſcuraſque deſcriptiones evitando, claras ac ſuccinctas ſubſtituit, Lectorum attentionem ſine imaginationis confuſione ut ſibi conciliaret.

Dies mihi deficeret, ſi acumen judicii ac ſapientiam hujus Medici ac Philoſophi in rebus ipſis inveniendis; ſi verborum vim ac notiones ad res ipſas exprimendas, imprimis in Praxi Medica experientiam, ac ſuccinctam medendi methodum, una cum Medicamentorum optimorum formulis velim aperire. Quid multis? Waldſchmidius magnis Philoſophis Mediciſque merito eſt comparandus, & plurimis certo anteponendus.

Mon ita ipſius Medica inſtar Hippocratis Aphoriſmorum obſervanda ſunt. Medicinas ergo Candidati, qui Medicinae Practicae & Chirurgi-

Digitized by Google

cae operam navare in animum induxerunt, non meliorem Ducem elegerint noſtro Waldſchmidio, cujus auſpiciis ad intima Praxeos penetralia pervenire dabitur. Methodus, quia ex ipſis rationis & experientiae immobilibus fundamentis, & quaſi omnium conſenſu ſtabilita ac deprompta eſt, neque emendationem, aut reprehenſionem patitur. Pluribus his tecum ageremus Erudite Lector, verum vino vendibili non opus eſt haedera ſuſpenſa, quum praeſertim Autor abunde ſe commendet ac tueatur. Non enim jam multa praefari lubet de ipſius Authoris meritis; pluribus ita clarus exiſtit Scriptis, ut publicis adulationibus non indigeat. Suffecerit ordinem, quem in Scriptis tenet, explicaſſe. Nihil enim amplius in ipſius laudem & elogium adjiciendum exiſtimamus, ne lucem Soli foenerari videremur. In ipſis Opuſculis miraberis ſat ſcio Viri ſingularem perſpicacitatem & judicii acumen, quibus reddidit facilem ad Praxin Medicam aditum, omnia ad mentem Carteſii magni illius Philoſophi deduxit, cujus Philoſophiae propugnator fuit acerrimus. Certi ergo ſumus nos rem gratam praeſtituros Tyronibus, ac intelligibilis Philoſophiae, & purioris Medicinae Candidatis, quorum emolumenta quaeſivi, nec aliorum cavillationes curavi. Vale Lector Amice, atque magni hujus Viri laboribus ex animo fruere.

INDEX

INDEX CAPITUM
Et Caſuum Medicinalium.

LIBER PRIMUS,
Inſtitutionum Medicinae rationalis.
Cap.I. *De ortu Medicinae, ejuſque objecto & fine.* pag.1.
2. *De elementis.* 4.
3. *De chylo & ſanguine.* 6.
4. *De ſpiritibus.* 11.
5. *De partibus corporis humani.* 14.
6. *De temperamentis & nutritione.* ibid.
7. *De ſanitate.* 17.

LIBER II.
Sive Pars Pathologica.
Cap.I. *De morbis.* 18.
2. *De accidentalibus morborum differentiis.* 19.
3. *De temporibus morborum.* 20.
4. *De cauſſis morborum.* ibid.
5. *De Aëre.* 21.
6. *De Cibo & potu.* ibid.
7. *De Somno & vigiliis.* 22.
8. *De Motu & quiete.* ibid.
9. *De Excretis & retentis.* ibid.
10. *De paſſionibus animi.* 23.
11. *De Plethora, cacochymia & turbata miſtione ſanguinis.* 24.
12. *De Flatibus, lumbricis, & calculo.* 25.
13. *De Cauſſis morborum intemperiei, conformationis, compoſitionis, et ſolutae unitatis.* 26.
14. *De Symptomatibus.* 29.

LIBER III.
Sive Semiotica.
Cap.I. *De Signis in genere.* 39.
2. *De Signis in ſpecie, quae ex urina deſumuntur.* 40.
3. *De Signis, quae ex pulſu deſumuntur.* 42.
4. *Continens ſigna, quae Plethoram, Cacochymiam, turbatam ſanguinis miſtionem, et cruditatem tum acidam, tum nidoroſam indicant.* 43.
5. *De Signis prognoſticis generalibus.* 44.
6. *De Signis prognoſticis ſpecialibus* 45.
7. *De Signis prognoſticis ab excretis et retentis ſumendis.* 47.
8. *De Signis prognoſticis in ſpecie, quae ex qualitatum corporis mutatione petuntur.* 48.
9. *de Criſi, et diebus criticis.* 49.

LIBER IV.
Sive Hygiena.
Cap.I. *De Sanitatis conſervatione in genere.* 52.
2. *De Sanitatis conſervatione in ſpecie.* 53.
3. *De Diaeta gravidarum.* 54.
4. *De Regimine puerperarum.* 55.
5. *De Diaeta a prima infantia uſque ad mediam aetatem obſervanda.* ibid.
6. *De Mediae, et decrepitae aetatis diaeta.* 56.
7. *De Cibis ex regno vegetabili ſumendis.* 57.
8. *De Cibis ex regno animali deſumendis.* 59.
9. *De Potu.* ibid.

LIBER V.
Sive Therapeutica.
Cap.I. *De Methodo medendi.* 61.
2. *De indicante et indicato.* 62.
3. *De indicatione curatoria morbos intemperiei reſpiciente.* 63.
4. *De indicatione curatoria quatenus morbos turbatae miſtionis ſanguinis reſpicit.* 65.
5. *De curatione morborum compoſitio-*

a 2

tionis, conformationis, & ſolutae unitatis. ibid.
6. *De indicatione praeſervatoria uſum venae-ſectionis commendante.* 68.
7. *De Repulſione.* 71.
8. *De Inciepientibus.* 73.
9. *De humorum reſtagnantium diſcuſſione, emollitione, et ſuppuratione.* 73.
10. *De tollenda Cacochymia per vomitum.* ibid.
11. *De Eccoproticis, et lenientibus.* 75.
12. *De Humorum praeparatione.* 76.
13. *De Actu purgatorio et purgantibus.* 77.
14. *De Evacuatione per urinam.* 83.
15. *De Evacuatione per ſudorem.* 84.
16. *De turbata ſanguinis miſtionis reſtitutione.* 85.
17. *De particularibus evacuationibus.* 86.
18. *De Indicatione ſymptomatis urgentis, horumque curatione.* 87.
19. *De Indicatione vitali.* 88.
20. *De Medicamentis eorundemque facultatibus.* ibid.
21. *De Operationibus pharmaceuticis.* 91.
22. *De Inſtrumentis et furnis.* 93.
23. *De Medicamentorum compoſitione, et diſtributione.* ibid.
24. *De Formulis.* 94.

C A S U S.

1. *Cephalalgia.* 96.
2. *Hemicrania.* 97.
3. *Epilepſia.* 99.
4. *Apoplexia.* 100.
5. *Paralyſis.* 102.
6. *Vertigo cum conſumtione totius.* 103.
7. *Mania.* 105.
8. *Phrenitis.* 106.
9. *Ophthalmia.* ibid.
10. *Suffuſio.* 107.
11. *Catarrhus ad nares.* 108.
12. *Auditus difficultas.* 109.
13. *Tinnitus aurium.* ibid.
14. *Dentium dolor.* 110.
15. *Angina.* 111.
16. *Orthopnoea.* 112.
17. *Aſthma ſtomachale.* ibid.
18. *Pleuritis.* 113.
19. *Peripneumonia.* 114.
20. *Phthiſis.* ibid.
21. *Haemophthiſis.* 115.
22. *Palpitatio cordis.* 116.
23. *Tuſſis ſtomachalis.* 117.
24. *Cruditas acida.* 118.
25. *Cruditas nidoroſa.* 119.
26. *Vomitus cruentus.* 120.
27. *Cholera.* ibid.
28. *Colica bilioſa.* 121.
29. *Colica pituitoſa ex febre male curata.* 122.
30. *Hernia & paſſio iliaca.* 123.
31. *Catarrhus inteſtinalis.* 124.
32. *Dyſenteria.* 125.
33. *Lienteria, & coeliaca.* 126.
34. *Haemorrhois coeca.* 127.
35. *Affectio hypochondriaca.* 128.
36. *Obſtructio hepatis.* 130.
37. *Aſcites.* 131.
38. *Ikterus.* 133.
39. *Scorbutus.* ibid.
40. *Scorbutus confirmatus.* 135.
41. *Mictio cruenta.* 136.
42. *Atrophia ſcorbutica.* 137.
43. *Calculus renum.* 138.
44. *Dolor nephriticus.* 140.
45. *Urinae ſuppreſſio.* ibid.
46. *Menſium paucitas.* 142.
47. *Menſium ſuppreſſio.* 143.
48. *Menſium difficultas.* 146.
49. *Fluxus menſium nimius.* ibid.
50. *Fluor albus.* 148.
51. *Paſſio hyſterica.* 149.
52. *Symptomata in praegnante.* 150.
53. *Partus difficilis.* 151.
54. *Secundinarum retentio.* 152.
55. *Dolor haemorroidum.* 253.
56. *Urinae incontinentia.* ibid.
57. *Defectus lactis.* 254.
58. *Ephemera.* ibid.
59. *Tertiana intermittens.* 255.
60. *Febris quotidiana.* 257.
61. *Tertiana notha.* ibid.
62. *Tertiana lenta.* 258.
63. *Quotidiana intermittens.* 259.
64. *Quartana intermittens.* 260.
65. *Synocha cum paralytica affectione*

ne. 261.
66. *Synocha putrida cum arthritide vaga.* ibid.
67 *Continua cum ſomnolentia.* 262.
68. *Ardens.* 263.
69. *Continua cum ictero.* 264.
70. *Continua cum tuſſi.* ibid.
71. *Hungarica.* 265.
72. *Petechialis* 267.
73. *Hectica.* ibid.
74. *Inflammatoria puerperarum.* 268.
75. *Tormina alvi, vel colica infantilis.* 270.
76. *Dentitio difficilis.* 271.
77. *Tuſſis ſtomachalis.* ibid.
78. *Alvi fluxus.* 272.
79 *Variolae.* ibid.
80 *Vermes ſive lumbrici.* 274.
81. *Scabies humida.* 275.
82. *Metus abortus.* 277.
83. *Gangraena.* ibid.
84. *Gonorrhoea cum ſuſpicione luis venereae.* 279.

MONITA MEDICA.

De Morbis chronicis. 280.
Notae in Praxin Barbettianam. 305.

LIBER PRIMVS
De capitis affectibus.

Cap.I. *De Epilepſia.* 306.
2. *De Apoplexia.* 312.
3. *De Paralyſi, caro, comate vigili, & ſomnolento, catalepſi, incubo, lethargo, &c. opiſthotono, emproſthotono, tetano.* 314.
4. *De Lethargo.* 316.
5. *De Catarrhis.* 317.

LIBER II.
De Affectibus colli.

Cap.I. *De Angina.* 319.
2. *De Scrophulis.* 323.
3. *De Aneuriſmate.* 325.

LIBER III.
De Affectibus thoracis.

Cap.I. *De Pleuritide.* 326.
2. *De Phthiſi.* 329.
3. *De Febribus.* 334.

LIBER IV.
De Affectibus imi ventris.

Cap.I. *De nimia ciborum appetentia.* 344
2. *De Vomitu.* 346.
3. *De ſcorbuto.* 350.
4. *De Hydrope.* 353.
5. *De Dyſenteria.* 355.
6. *De Fluxu hepatico.* 360.
7. *De Ileo.* 360.
8. *De Dolore nephritico.* 362.
9. *De Uteri ſuffocatione.* 365.
10. *De Hernia uterina.* 367.
11. *De Menſium ſuppreſſione.* 367.
12. *De Partu difficili.* 370.
13. *De Nimio menſium fluxu.* 371.

NOTAE IN CHIRVRGIAM BARBETTAE.

De Vulneribus. 372.
De Ulceribus. 388.
De Tumoribus. 392.

Collegium Medicum practicum ad caſus medicinales Timaei.

LIBER PRIMVS
De Affectibus capitis.

Caſ.I. *De Cephalalgia bilioſa.* 397.
2. *pituitoſa.* 403.
3. *De Cephalea ſcorbutica.* 405.
4. *De Hemicrania.* 408.
5. *De Dolore capitis ab ebrietate.* 409
6. *De Phrenitide.* 410.
7. *De Delirio ſcorbutico.* 414.
8. *De Mania.* 415.
9. *De Caro.* 418.
10. *De Vertigine per conſenſum ventriculi.* 421.
11. *De Memoriae imminutione.* 428.
12. *De Epilepſia ab utero.* 424.
13. *De Apoplexia.* 425.
14. *De Paralyſi.* 430.
15. *De Melancholia hypochondriaca incipiente cum ſcorbuto.* 432.
16. *De Incubo.* 438.
17. *De Catarrho.* 440.
18. *De Catarrho ſuffocativo.* 445
19. *De Tumore palpebrarum.* 446.
20. *De Coecitate ex verruca oculi male curata.* 447.
21. *De Palpebrarum paralyſi.* 449.
22. *De rubedine oculorum, lachrymis, & videndi imbecillitate.* 449.
23. *De Viſus diminutione ſubito exorta.* 451.
24. *De Viſu debili ad remota.* 452.

25. De

25 De cataracta, ſeu ſuffuſione vera.453.
26 De ſuffuſione ſpuria.455.
27 De coecitate ex ulcere pedis rheumatico intempeſtive occluſo.456.
28 De coecitate ex veneficio.457.
29 De Aurium tinnitu.457.
30 De difficultate auditus.459.
31 De ſurditate diffinitus curata.460.
32 De Narium haemorrhagia immoderata.461.
33 De tumore linguae, & calculo.462.
34 De balbutie ex intemperie humida linguae.463.
35 De guſtu depravato.463.
36 De Cancro ex labiorum fiſſura.464.
37 De oris diſtortione.ibid.
38 De dentium c.ſu ex intempeſtivo uſu ſpirit.vitriol.465.
39 De Dentium dolore, vel dentium podagra,466.
40 De dentium dolore ploratu ſoluto.468.
41 De inflammatione tonſillarum, & gurgulionis laxitate.ibid.

LIBER II.

De Morbis medii ventris.

Caſ.1. De Angina.469.
2. De Peripneumonia.473.
3 De Phthiſi.475.
4 De Pleuritide cum febri maligna, & gangraena brachii.479.
5 De Pleuritide graviſſima cum vigiliis.480.
6 De Aſthmate pituitoſo.ibid.
7 Seroſo.482.
8 De tuſſi humida cum raucedine.ibid.
9. De Haemophtiſi.483.
10 De cordis palpitatione.484.

LIBER III.

De Morbis infimi uentris.

Caſ.1. DE intemperie frigida ventriculi cum pituita.485.
2 De Anorexia.ibid.
3 De ſiti nimia.486.
4 De ventriculi debilitate cum ptyaliſmo.ibid.
5 De ſingultu ex potu aq.frigidae, & nitri.487.
6 De Vomitu ſanguinis.ibid.
7 8 De cholera ex ovis barbi piſcis, & ex uſu malorum perſicorum.488.
9 10 De lumbricis, & ſcarabeis.ibid.
11 De Hernia inteſtinali.489.
12 De dolore colico a pituita vitrea.ibid.
13 De colica ab humoribus bilioſis & acribus.490.
14 De alvi retentione.ibid.
15 De Diarrhoea.491.
16 De Hypercatharſi.492.
17 De Dyſenteria.ibid.
18 De obſtructione Hepatis.493.
19 De Hydrope.ibid.
20 De Ictero flavo.495.
21 De Obſtructione lienis.ibid.
22 De Arthritide vaga ſcorbutica.496.
23 De Calculo.497.

LIBER IV.

De Morbis mulierum.

Caſ.1. DE Intemperie uteri frigida & humida cum pituita.498.
2 De Intemperie uteri calida, & ſicca cum bile.502.
3 De Dolore uteri a potu frigido.503.
4 De Inflatione uteri.504.
5 De Aſcaridibus uteri.506.
6 De Menſium defectu 507.
7 De Menſium ſuppreſſione.ibid.
8 De Menſium retentione Colocynthide curata.511.
9 De Menſium paucitate, & ſtillicidio cum dolore.512.
10 De fluxu Menſium nimio.513.
11 De ſanguine Menſtruo per vomitum rejecto.515.
12 De Menſium fluxu undecimo aetatis anno erumpente.ibid.
13 De Menſibus uſque ad ſeptuageſimum ſextum aetatis annum ordinate fluentibus.ibid.
14 De fluore Muliebri.516.
15 De chloroſi.518.
16 De ſuffocatione uteri ab odore roſarum.519.
17 18 De ſterilitate.522.
19 De Mola.524.
20 De Gemellis.ibid.
21 De lacte toto geſtationis tempore e mammis effluente.ibid.
22 De vagitu uterino.525.
23 de partu difficili.ibid.

24. de

24 de Foetu in utero mortuo,& ultra trimeſtre in eodem detento.527.
25 de ſecundina retenta lethali.528.
26 de lochiorum retentione.529.
27 de impetuoſo ſanguinis a partu fluxu.530.
28 de dolore poſt partum. 531.
29 de ruptura Vulvae ad anum.532.
30 de urinae poſt partum difficilem incontinentia.ibid.
31 de Ephemera plurium dierum ex lactis generatione.ibid.
32 de febri continua ex lochiorum ſuppreſſione.534.
33 de Pleuritide in puerpera.536.
34 de Mammarum ex lacte retento tumore.ibid.
35 36 de inflammatione, & eryſipelate Mammarum.537.
37 de Cancro Mammarum.538.

LIBER V.

De Morbis Infantum.

Caſ. 1. DE febre ardente continua. 538.
2 de variolis,& Morbillis.541.
3 de Ardoribus.542.
4 de Phthiriaſi aloë curata. 543.
5 de Hydrocephalo.ibid.
6 de Pavore in ſomno.ibid.
7 de vigiliis nimiis.544.
8 de epileſſia.ibid.
9 de Aphthis.545.
10 de dentitione difficili.546.
11 de tuſſi,& reſpiratione difficili a catarrho.547.
12 de vomitu ex lacte corrupto.ibid.
13 de ventris torminibus a flatibus.548.
14. De Alvi fluxu. ibid.
15. De Alvi conſtipatione. 549.
16. De Lumbricis. ibid.
17. De Hernia 551.
18. De Umbilici prominentia. ibid.
19. De Ani procidentia. ibid.
20. De Urinae difficultate. 552.
21. De Urinae incontinentia. ibid.
22. De Macie a crinonibus, ſive dracunculis. ibid.

LIBER VI.

De Partium externarum morbis.

Caſ.1.2.3. De Corpulentia nimia &c.555.
4. De Eryſipelate. 557.
5. De Bubone ſimplici. 558.
6. De Parotide maligna. 559
7. De Panaritio. 560.
8. De Pernionibus. ibid.
9. De Ecchymoſi ex contuſione. 561.
10. De Herpete miliari. ibid.
11. De Tumore oedematoſo pedum. 562.
12. De Scirrho teſticuli dextri incipiente. 563.
13. De Cancro labii inferioris. 564.
14. De Scabie. 565.
15. De Prurita muliebrium. 567.
16. De impetigine ſeu lichene. 569.
17. De Varis. ibid.
18. De Gutta roſacea. 570.
19. De Struma. ibid.
20. De Gaglione. 571.
21. De Verrucis in manibus. 572.
22. De Ulcere rheumatico. ibid.
23. De Ulcere ſordido, putri, & corroſivo. 573.
24. De Ulcere fiſtuloſo ani. 574.
25 De ambuſtione faciei,manuum & abdominis. 575.
26. De Gangraena pollicis manus ſiniſtrae lethali. 576.
27. De Gangraena brachii,& ſphacelo ex ulcere pedis &c. 577.
28. De Gangraena ſcroti. ibid.
29. De Maculis epaticis. 578.
30. De Canitie. 579.
31. 32. De Vulneribus. ibid.
33. De Morte repentina ex vulnere cordis. 581.
34. De Vulnere pulmonum. ibid.
35. De Vulnere femoris ſclopeto inflicto lethali. 582.

LIBER VII.

De Morbis quibuſdam venenatis & malignis.

Caſ.1.2.3. De Lue venerea. 582.
4. De Cicuta. 585.
5. De Fungo venenato. 586.
6. De Helleboro. 587.
7. De Euphorbio. ibid.
8. De Juglande arbore. ibid.
9. De Lixivio e cryſtallis nitri. 588.
10. De Plumbo. ibid.
11. De Arſenico. 589.
12. De Spiritu vitrioli. ibid.

13.de

13. De Calce viva. 590.
14. De lacte coagulato. ibid.
15. De Sanguine taurino. 591.
16. De Rubetae veneno. ibid.
17. De Morſu ſerpentis. 592.
18. De Hirudinibus deglutitis. ibid.
19. De Cantharidibus devoratis. ibid.
20. De ſtranguria cruenta ex cantharidibus extra applicatis. 593.
21. De Morſu canis rabidi. ibid.
22. De veneno canis rabidi eſu lactis vaccini communicato. 594.
23. De Morbis ex incantatione. ibid.
De Philtris. 595.

LIBER VIII.

De Febribus.

Caſ.1.2.3. De Ephemera, diaria, & ſynocha ſimplici. 596.
4. De Synocha cum maculis rubicundis. 597.
5. De Cauſo exquiſito. ibid.
6. De Tertiana continua. 599.
7. De Quotidiana continua. 600.
8. De Tertiana intermittente exquiſita. ibid.
9. De Tertiana ſimplici unica purgatione curata. 603.
10. De Tertiana legitima aceto abſinth. curata. ibid.
11. De Tertiana pura, 604.
12. De Tertiana paralyſi ſuperveniente. ibid.
13. De Febre quotidiana intermittente. ibid.
14. De Quartana intermittente. 605.
15. De Quartana ſcorbutica. 606.
16. 17. De Semitertiana. ibid.
18. De Hectica ſimplici. 607.
De Febribus malignis in gen. 607.
19. De Febre petechiali. 609.
20. De Morbo Hungarico. 610.
21. De Febre ardente maligna cum inflammatione faucium, & linguae. ibid.
22. De Variolis, & Morbillis, 611.
23. De Peſte. 613.

D. JOH.

D. JOH. JACOBI WALDSCHMIDT INSTITUTIONUM MEDICINAE RATIONALIS

LIBER I.

CAP. I.

De Ortu Medicinae, ejuſque Objecto & Fine.

§. I.

NE ἀμεθόδως agere videar, uſitata hactenus & in ſcholis trita mihi quoque calcanda erit via, atque pauca quaedam de medicinae natalibus dicenda, quo innoteſcat omnibus, quibus medicina coeperit primordiis, quibus cincta fuerit pomoeriis, & quomodo ambitum ſuum experimentorum ope noſtro hoc tempore inſtitutorum longius nunc extenderit. Et nemo quidem opinor, inficiabitur, Deum ſaluberrimae hujus ſcientiae eſſe auctorem, is enim eſt, qui percutit, & ſanat, is eſt, qui facultatem largitur, ut appropriata remedia inveniantur, & quum non iisdem in omnibus utatur viis, ea nunc *caſu* dicimus fuiſſe inventa, nunc *intellectu & ingenio* excogitata, nunc *experientia* probata; hinc eſt quod ipſam medicinam caſu ratione & experientia ſua ſumſiſſe incrementa vulgo dicant.

§. 2. Quamvis autem primis temporibus medicina fuerit diaetetica & chirurgica, ipſaque chirurgia, non quidem medica ſeu rationalis, ſed practica & empirica caput extollere coeperit, quod ſimplici tunc homines uterentur victu, atque a morbis internis fere immunes viverent; factum tamen eſt, ut concurrentibus variis cauſſis nunc ex tellure ſuppeditatis, nunc ab aſtris transmiſſis, nunc ex novis ingeſtis noviter productis varii quoque orirentur morbi, unde urgente ſic neceſſitate coacti fuere homines curas & animum ad interna quoque intendere remedia: id quod primi fecere *AEgyptii*, quorum caput dicitur *Hermes Triſmegiſtus*, auctor tabulae ſmaragdinae, cujus epulas deguſtare contendunt *alchymiſtae* & omnes qui ad menſam hanc accumbere ſatagunt. Ab his ſtudium ſanitatis translatum eſt ad Graecos, hiſque ſubactis ad ipſos Romanos devolvebatur, a quibus tandem in univerſum fere tranſiit terrarum orbem.

§. 3. Variae autem variis temporibus fuere ſectae, a ſe invicem tum in explicandis cauſſis morbificis, tum in medendi methodo diſtinctae; quarum *prima*

Digitized by Google

fuit *empirica*, quae quidem inter AEgyptios olim coepit, ſed ad hoc uſque aevum ſtetit & contagio ſuo plures contaminaſſe videtur, quum omnis terra ejuſmodi alat homines, quorum magna in curandis morbis, quorum cauſſas tamen ignorant, eſt praeſumtio. *Secunda* eſt *dogmatica* ſeu *rationalis*, in qua principem obtinent locum *Hippocrates* & *Galenus*, conatique ſunt artem medicam ſub certis quibusdam praeceptis & thematibus complecti, atque in formam ſyſtematis redigere: verum quum Galenus erronea, & imaginaria fuiſſet imbutus philoſophia, res male huic quidem ceſſit, ipſaque medicina non parum inde dedecoris, & detrimenti paſſa eſt, ut vel hodierno tempore prudentioribus tali ſub forma adhuc diſpliceat. *Tertia* dicitur *methodica*, quae quum Herculis cothurnos puerorum pedibus applicare voluerat ſponte ſua cecidit atque penitus exſpiravit. *Quarta* eſt *ſecta ſpagyrica*, *chymica*, *hermetica*, *paracelſiſtica*, cujus aſſeclae adepti filii artis, vel alchymiſtae vocantur, ad quos helmontianos, tachenianos, ſylvianos omnesque, qui philoſophi per ignem audire malunt, referimus. *Quinta* eſt *miſta*, & de principiis dogmaticorum & chymicorum participans, unde *dogmatico-hermetica* dicitur. *Sexta* eſt *dogma ico-mechanica*, quae κατ᾽ ἐξοχὴν *rationalis* vocatur, atque lucem ſuam ex philoſophia *Renati des Cartes* nec non corpuſculari *Gaſſendi* aliorumque recentiorum foeneratur; Ex quo enim haec philoſophia caput ſuum extulit, novum quoque incolis regni medici ortum eſt Sidus, ipſis aegrotantibus certiorem ſpondens ſalutem. Nam hac ex philoſophia habemus, quod morborum apparentias per ſuas cauſſas evidentiſſime explicemus: quod ipſos morbos denudatos & tenebris evolutos in apricum ducamus: Quod oeconomiam animalem per motum & figuram interpretemur, nihilque admittamus, quod non clare & diſtincte vi principiorum mechanicorum percipere poſſimus? Et denique, quod remediorum vires & operandi modum ad captum omnium deſcribamus, id quod tum in hac, tum in quinta inſtitutionum parte pluribus ſumus oſtenſuri.

§. 4. Difficile equidem eſt, fateor, ipſam artem medicam ad certum aliquod redigere ſyſtema, quum *primo* novi ſubinde oriantur morbi, novus atque inſolitus quandoque per äera volitet aether, nova etiam ex ipſa tellure emergant concreta, & inſolitis nunc veſci ſoleamus alimentis; *deinde* non omnia forte nobis adhuc ſint perſpecta, quae ad cognitionem corporis humani, alimentorum & medicamentorum requiruntur; facit tamen ſolida illa recentiorum philoſophia, ut ipſam quoque medicinam ſub certam atque philoſophicam vocemus ſcientiam, atque ex ratione cognoſcere allaboremus, quid humeri noſtri poſſint, quid ferre recuſent: hoc eſt philoſophamur in explicandis corporis noſtri functionibus, in indagandis cauſſis morborum eorundemque phaenomenorum ipſos concomitantium, nec non in determinando, quod corpori noſtro proficuum quid noxium ſit, quibus ſtatus ejus naturalis conſervetur vel labefactatus reſtituatur: ſicq; ipſam medicinam pro parte philoſophiae agnoſcimus, quum ejus objectum, corpus nempe humanum, aeque extenſum ſit ac reliqua corpora, & pari jure motui & diviſioni ſubjaceat, ut nullam in eo mutationem vel concipere etiam poſſimus, quae non in motus, *figurae* & ſitus particularum partes tum ſolidas, tum fluidas conſtituentium mutatione conſiſtat.

§. 5. Definimus autem medicinam, quod ſit *ars* ſive *ſcientia* integram *corporis humani* ſive *ſtatuae humanae viventis* fabricam conſervandi, & labefactatam convenientibus *alimentis* & *remediis* reſtituendi.

§. 6. De vero *genere* diu diſceptatum fuit a medicis, quam controverſiam facile exponemus, ſi dicamus & *artem* & *ſcientiam* pro genere poni poſſe. Quippe medicina eſt *ars*, ſi chirurgiam ſpectes & modum praeparandi medicamina. Eſt etiam *ſcientia*, dum atque in ea rerum per cauſſas cognitionem inſtituimus ac in

aliis

aliis ſcientiis, dum naturam ſanguinis coeteraque fluida per principia philoſophica explicamus, ipſasque qualitates rerum omnium ad forum medicum pertinentium ingenii philoſophici robore exhaurimus, ut nihil inacceſſum aut extra intellectus ambitum poſitum amplius videatur. Verum quidem eſt, medicinam a recto tramite longiſſime deflexiſſe, dum hodierni practici cum veteribus ad experientiam magis attendunt, quam ad rationes, ipſorumque effectuum per ſenſus cognitionem pro fundamento medicinae potius habere volunt, quam rectam rationem. Interim error ille non obſtat, quo minus intellectus lumine veram atque ſolidam ſcientiam medicam acquirere poſſimus, atque prae illis morborum cauſſas, & remediorum vires per evidentes conſequentias explanemus.

§. 7. *Objectum* tum contemplationis tum applicationis, eſt ſtatua humana vivens ſive corpus humanum vivens, cujus vita & ſanitas in elegantiſſima illa & ſtupeſcenda fabrica omnium partium corpus humanum conſtituentium conſiſtit.

§. 8. Sunt quibus diſplicet, quod corpus humanum cum horologio aut alio automato comparemus; quod haec vitae ſint expertia, illud vero vitale ſit a principio vitae interno vitam habens: Enimvero quid in vitali illo automato praeter motum reperitur, & quas quaeſo edit functiones? quas non certos motus rectius vocaveris? Vivere dicitur, quia augetur & nutritur: Sed anne propterea aliud tibi finges principium vitae, quod non ſit materiale & certo modo modificatum: aut quod per motum, figuram & ſitum non agat? Quae ut clarius percipias, notari velim, duo in homine reperiri agendi principia, quorum unum eſt *ſubſtantia cogitans*, alterum *ſubſtantia extenſa*. Illius vita, & eſſe actuoſum conſiſtit in *cogitatione*: hujus vero in *extenſione* certo modo modificata, a qua caloris ſuccique nutricii diſtributio dependet & anima corporis vocatur, atque in fluidis potiſſimum praeſertim autem in ſanguine conſiſtit. Nemo, opinor, ibit, inficias, in homine diverſi generis operationes reperiri, quarum quaedam ſoli menti, quaedam ſoli corpori, aliae toti compoſito attribuuntur. Quae enim citra cogitationem peraguntur, ita ut mens ipſarum plane non ſit conſcia, & quamvis cogitationes ſuas ad illas intendat, nequaquam tamen propterea alacrius eduntur, quales ſunt chylificatio, ſanguificatio, ſanguinis circulatio, caloris diſpenſatio, ſucci nutricii aſſimilatio aliaeque plures, haec ad ſolum corpus referuntur, & a mechanico dependent principio. Quae vero nil niſi certum cogitandi modum dicunt, quales ſunt velle, nolle, percipere, ſentire, &c. proficiſcuntur ab anima rationali & ad eam ſolam referuntur, quum cum motu vel figura nihil commune habeant. Tandem quum duae hae ſubſtantiae certis ſub legibus a Deo ſint conjunctae, & certos motus corporis & praeſertim cerebri ejusque glandulae pinealis ſequi debeant, certae cogitationes mentis, & viciſſim certas cogitationes mentis certi motus corporis, hominis ſive totius compoſiti vita in mutuo hoc commercio ponitur, mors vero in ejuſdem ceſſatione totali, quapropter ejuſmodi attributa, quae & *cogitationem* & *motum* involvunt utrique principio, diverſo tamen reſpectu attribuuntur, v.g. ambulatio, omnesque motus arbitrarii.

§. 9. Ne itaque ejusmodi operationes & actiones confundamus, ipſaque quadrata rotundis miſceamus, naturas rerum obſcurando & ſuum cuique non attribuendo, ipſum medicinae objectum per ſtatuam humanam exprimimus, quae varios pro varietate objectorum eam afficientium ciet motus automaticos, ut non ineleganter machina hydraulico-pneumatica vocari poſſet. Hujus tanta eſt dignitas, ut ſibi ſoli propriam ſcientiam medicam vendicet, artemque veterinariam brutis medicis relinquat, ne mulo-medici cum dogmaticis & rationalibus confundantur.

§. 10. *Finis* medicinae eſt *mederi*, & fragilis hujus machinae fabricam quan-

Digitized by Google

tum in artis eſt poteſtate ſartam tectamque ſervare, aut fractam & labefactatam reſarcire, & in integrum reſtituere. Cui ſcopo inſerviunt alimenta & medicamenta, nec non manuales operationes rerumque aliarum ad uſum & conſervationem vitae conferentium legitima adminiſtratio.

§. 11. E quibus palam fit univerſam medicinam ad quinque partes ceu totidem libros commode referri poſſe, nempe ad phyſiologicam, pathologicam ſemioticam hygienen, & therapeuticam; niſi forte ſemiotica diagnoſtica ad pathologiam, & prognoſtica ad therapeuticam cum *Ettmullero* vocare velis. In *phyſiologia* autem tradûtur fundamenta ſtatus naturalis, ipſaque fabrica corporis humani & tota oeconomia animalis ibidem deſcribitur. In *pathologia* cauſſae morbificae, ipſique morbi eorundemque ſymptomata recenſentur. In *ſemiotica* ſigna diagnoſtica & prognoſtica exhibentur. In *ὑγιαίνῃ* praecepta diaetetica, & prophylactica docentur. In *therapeutica* medendi methodus cum remediis e triplici regno, & tribus fontibus deſumtis, deſcribitur.

C A P. II.

De Elementis.

§. 1. QVamvis haec de *Elementis* doctrina abunde ſatis pertractetur in phyſica, operae tamen futurum precium confido, ſi impraeſentiarum acta agamus, atque lectoris animum ita praeparemus, quo ea, quae dicenda nunc veniunt, facilius & clarius intelligat.

§. 2. Supponimus autem, corpus in genere ſpectatum, ſive mundum hunc aſpectabilem, in triplicis generis corpuſcula in principio creationis ab ipſo Deo fuiſſe diviſum, e quorum congerie, & olim & nunc omnia corpora compoſita fuiſſe, & adhuc componi, & in eadem iterum reſolvi; quae tamen omnia commode ad tres claſſes revocari poſſunt & ſub materia *primi*, *ſecundi*, *& tertii elementi* comprehenduntur. In *prima claſſe* ſiſtuntur particulae indefiniti motus, indefinitae figurae, & magnitudinis, omnibus poris cujuscunque ſint figurae replendis aptae, & e quarum congerie corpora lucida componuntur. In *altera claſſe* exhibentur corpuſcula determinatae figurae & magnitudinis, quae ſphaerulae vel globuli coeleſtes, quia coelos conſtituunt, vocantur, & explicandae naturae luminis, nec non pelluciditati inſerviunt. In *tertia* reliquae partes terreſtres, angularis figurae, & ad motum minus aptae continentur. Hinc eſt, quod materiam primi elementi ob perniciſſimum motum aetherem ſive materiam mundi ſubtiliſſimam vocent, omnis caloris, fermentationis, effervefcentiae, turbationis &c. auctorem, a quo tamen negocio ipſos globulos nequaquam excludimus, quum & hi motum primi elementi paullulum temperent atque alia obvia corpora in motu ſuo rectilineo ſibi cedere cogant. Quae quidem ſententia tanta gaudet evidentia, & firmo usque adeo ſtat talo, ut ne vel tantillum extenſi alicujus nominari poſſit, quod non ad unam ex his claſſibus referre queamus: quandoquidem totum hoc univerſum corporibus *lucidis*, *pellucidis* & *opacis*, ſive *lucem emittentibus*, *lucem transmittentibus*, & *lucem remittentibus*, exhauritur; neque feriet nos decantata illa cantilena, quam in phyſica ſaepius audivimus, quod numerus hic ternarius conjecturae & mera hypotheſi nitatur, quum nunquam ſolido probari poſſet, Deum tali modo & non alio, corpora feciſſe. Quippe fac, eſſe meram hypotheſin, magnum tamen inde commodum & aegrotanti, & medico aſſurget; ille enim gaudebit, ſe talem nactum eſſe medicum, qui per ſua principia, omnia phaenomena, in corpore humano apparentia, per ſuas cauſſas ſolide, & citra ullam contradictionem, immo cum applauſu rationis & experientiae explicet: huic vero decorum erit, naturam ſanguinis & fluidorum, tum in ſtatu

natu-

naturali, tum praeternaturali cognitam atque perſpectam habere.

§. 3. Sed quid interim de peripateticorum elementorum numero quaternario ſtatuendum? Illa enim revera exiſtunt in hoc mundo, & partem hujus mundi aſpectabilis faciunt. Verum tamen abeſt, ut nomen elementi mereantur, ut potius inter miſta ſint referenda, quae ex tribus *Renati des Cartes* elementis conſtant, quod facile in igne, vel aëre etiam, & aqua, probari poterit.

§. 4. Pari facilitate convellimus Chymicorum elementa, ſive tria cum *Paracelſo*, ſive quinque cum *Williſio*, admittere velis, quum & haec admodum obſcura ſint, & omnem ἐνέργειαν, ſi quam habent, a materia primi & ſecundi elementi accipiant.

§. 5. Multo minus aſſentiri poſſemus *Helmontio*, unicum ſtatuenti elementum, aquam videlicet, quamvis glorietur, ſe omnia corpora liquore ſuo alkaheſt in aquam reſolvere poſſe; nam, poſito, aquam eſſe, quae vegetabilibus ſua det incrementa, vix tamen crediderim, eam corpus ſimpliciſſimum, atque elementi nomine dignum eſſe, quapropter, quum ipſa experientia non in plurimis deſerat, hanc etiam doctrinam ab incertitudinis, & inſufficientiae labe nemo hactenus vindicare potuit.

§. 6. Enim vero quum in combinationibus & ſecretionibus corporum naturalium hactenus obſervatum fuerit, duo praeprimis in omnibus fere reperiri ſalia, prae aliis particulis admodum efficacia, eo devenere viri quidam doctiſſimi, ut duplicis hujus generis ſalia, quorum unum acidum, alterum alkali appellant, pro elementis activis, additis particulis aquoſis, gummoſis & terreſtribus, habuerint, atque omnium morborum cauſſas per illa explicare, hisque medendi methodum ſuperſtruere, conati ſint. Verum praeterquam, quod non in omnibus efferveſcentiis reperiantur, etiam hoc dignitati ipſorum obſtare videtur, quod in ſe ſpectata nil niſi particulae tertii elementi ſint, ob ſolam figuram ab aliis diſtinctae, omnemque motum ſuum aeque ac reliquae tertii elementi particulae a materia ſubtili obtineant.

§. 7. Deſcribitur autem ſal *acidum* quod ſit corpus rigidum, figurae oblongae, gladiolorum inſtar, ab uno & altero, vel pluribus etiam lateribus armatum, hinc ſui juris factum, dolorem ſcindentem in corpore noſtro ſemper producit: Sal *alkali* autem eſt corpus rigidum plus minus acuminatum, ſed magis poroſum, hinc ſi cum acido, interveniente fluido, concurrat, utraque efferveſcentiam producunt, quia ſal acidum hujus poros ita occupat, ut ſolvae etheri acceſſus concedatur, qui tunc ſpicula illa quaquaverſum abripit, & tumultuarium talem motum producit. Unde recte quidem dicitur, quod ubi duo haec ſalia concurrant, ibidem efferveſcentia oriatur, ſed inde tamen non ſtatim inferre licebit, quod ubi fiat efferveſcentia, ibi etiam ſtatim praeſto ſint duo illa ſalia, quum contrarium in calce viva ex affuſa aqua igneſcente videamus.

§. 8. Dividuntur haec ſalia, quoad plus fixa vel minus volatilia, manifeſta vel occulta, acria & corroſiva exiſtunt. Sic *Etmullerus* probat, *acidum fixum* dari in auro: *volatile* in ligno quercino, vel etiam in noſtro ſtomacho; *manifeſtum* in aceto, *occultum* in ſaccharo; alkali *fixum* in ſale abſinthii, *volatile* in cornu cervi, aliisque urinoſis; *manifeſtum* in ſale tartari, vel nitro alkaliſato, *occultum* in oculis cancrorum aliisque teſtaceis. Notari tamen velim, haec ſalia ſibi invicem ita eſſe implicata, ut unum vix ſine altero oſtendi poſſit, niſi forte in ſpiritu ſalis ammoniaci purum alkali videre liceat. Et ſicuti ex horum combinatione, variae ſanguinis oriuntur temperies & intemperies, ita illud jam dudum cognitum fuit *Coo*, dicenti, *ſanguinem noſtrum ineſſe acidum, amarum, ſalſum, & ſexcenta alia*, de quibus tamen alibi. Tandem notari velim, ſalia illa alkalica tam volatilia, quam fixa in radice & eſſentia inter ſe convenire, ut perinde ſit, qualecunque

Sal

Digitized by Google

ſal alkali inter volatilia vel fixa eligas, quum eosdem volatilia tum in acidi correctione, tum in ſirupi violarum alteratione, tum etiam in mercurii ſublimati praecipitatione edant effectus, ut vel propterea nullum agnoſcamus inter volatilia diſcrimen eſſentiale; quod etiam de ſalibus fixis dicimus, quae aſſumta in eo conveniunt, quod acidum auſterum corrigant, viſcidum incidant, ſicque in radice revera idem ſunt. Quod ſi aliquod in utriſque ratione odoris, ſaporis vel coloris occurrat diſcrimen, illud non tam in eſſentiali quam accidentali poſitum erit differentia, prout ſcilicet plures vel pauciores partes oleoſae, acidae, terreſtres, ipſis adhuc ſunt immiſtae.

§. 9. Ex ſalis acidi & alkalici combinatione novum quoddam exſurgit compoſitum naturae mediae exiſtens, quod fermento ventriculi quam maxime appropriatum videtur. v. g. ſi ſal quoddam volatile cum acido ligetur, vel ſpiritus acidus ex affuſione ſalis urinoſi cicuretur. Quae tamen facili encheireſi ad priſtinam indolem revocari poſſunt, addendo videlicet alio alkali, quod acidum imbibat, & prius alkali libertati ſuae reſtituat.

C A P. III.

De Chylo, & Sanguine.

§. 1. Cibi reliquiae, vacuo in ventriculo hinc inde oberrantes, mora & agitatione acriores factae, ſuperius ventriculi orificium ex fibrillis nerveis contextum, vellicant, e cujus motus occaſione, mediantibus nervis ad ſenſorium commune ſive *κοινὸν* delati, mens ideam *famis* concipit, atque de cibo ſumendo cogitat, qui cogitationis modus *appetitus* nomine venit, & intuitu corporis nil niſi motus eſt, vi cujus ſpiritus animales, cerebri incolae, in indifferentia poſiti, novam accipiunt determinationem, ut per nervos, palato dicatos, excurrant, glandulas ibidem ſitas ita inflent, vel comprimant, ut ad aſpectum ferculi, palato grati, cryſtallinam lympham, rivulorum inſtar, in oris cavitatem effundant. Ejuſdem motus & vellicationis orificii ſuperioris ventriculi occaſione, ſpiritus animales quoque determinantur, ut ad labia aliasque partes fluentes, ſtatuam illam humanam ita diſponant, ut labia aperiantur, alimenta manibus apprehendantur, & ori commode ingeratur. Quippe in inſigni hac cavitate, & primo quaſi introitu, chylificationis fundamenta jaciuntur, quum alimenta dentium ope non ſolum conterantur & confringantur, verum etiam ab ipſa ſaliva, vi quadam fermenteſcibili ita impraegnentur, ut vix amplius cognoſci, aut a corruptione ſeu aceſcentia, praeſertim, ſi calori ſolari exponantur, vindicari poſſint.

§. 2. Totum autem hoc negocium mere mechanicum eſt: ſtant in acie dentes, qui cibum in prima illa civitate conterunt; ductus ſalivales fermentum reddunt; lingua miſcet, muſculi faucium cibum maſticatum per gulam, viam anguſtiorem, ad ventriculum propellunt; quod ſi unum ex his deficiat, ipſa chylificatio non parum inde labefactabitur. Tantum autem abeſt, ſalivam humorem eſſe excrementicium, ut potius primum *naturae* menſtruum, in humano hoc laboratorio audiat, & auctor primae iſtius ſolutionis, quae non niſi gradu ab illa, quae in ventriculo inſtituitur, differat; & quamvis inſipida videatur, plures tamen in receſſu habeat particulas volatiles, acidas & ſalinas, quae ab effectu facile probari & oſtendi poſſunt; ipſa enim ſaliva vi ſua abſterſiva & ſaponaria, ſanat impetiginem & vulnera, vi acida necat araneas, figit mercurium, veſtigia veneris, lapidi lydio impreſſa, delet, & farinam fermentare facit; hinc pulmentum, matris ſaliva impraegnatum, Infanti tenellulo admodum prodeſt, atque facilius in ventriculo

culo

culo in chylum aetati huic & temperamento accomodatum abit, quam ſi alius hominis ſaliva humectetur. Tantam enim in ipſa ſaliva pro diverſitate individuorum ſexus,& generis agnoſcimus diverſitatem, ut, ſicuti ſanguis in diverſis ſubjectis alium prae ſe fert genium, ita ipſa etiam ſaliva naturam ſanguinis aemulari videatur, & ipſa alimenta facilius ad eum evehat ſolutionis & miſtionis gradum, qui ſanguini, in quem abire debent, & ex quo ſaliva ſuam traxit originem ſit conveniens;omnis enim humor fermentativus majorem habebit convenientiam cum ſanguine,in quo ſuos habuit natales,quam cum peregrino;hinc videamus etiam,quod ex ſaliva ſanguinis bene vel male diſpoſiti ſigna hauriantur, id quod in febricitantibus, & ubi maſſa ſanguinea ab indole ſua degeneravit, ſaepe ſaepius videre contingit.

§. 3. Ipſa etiam maſticatio uſque adeo neceſſaria eſt, ut hac omiſſa, alimenta vix in ventriculo *extraverti* poſſint, nam decem boli bene maſticati, & ſalivali menſtruo humectati atque ſoluti, felicius in ventriculo coquuntur, quam unus non maſticatus. Unde forte eſt, quod voraces & qui quaſi in fuga primam hanc ſolutionem peragunt, tot morbis ſint obnoxii, quum cibus vix ſemi contritus difficillime ſubigatur in ventriculo, & in paſtam admodum viſcidam plurium morborum matrem abeat.

§. 4 Hac peracta ſolutione vel comminutione, protruduntur alimenta per gulam ad ventriculum, a quo excepta incipiunt ulterius fermentari variis ad hoc negocium concurrerentibus fermentationis cauſſis, inter quas diverſitas particularum cibos conſtituentium in figura conſiſtentia motu & magnitudine, nec non pororum & ſuperficierum mutationes haud poſtremum obtinent locum. Principalis tamen cauſſa efficiens, ut omnium ita & hujus fermentationis dicitur *eſſe* aether ſive materia ſubtilis, cui plurimae minutiſſimae ciborum aſſumtorum particulae innatant, ejusque vim comminuendi, poros anguſtos dilatandi, motum inteſtinum promovendi non parum augent, quum his majori cum impetu parietes pororum perfringat,quemadmodum aqua fragmentis glaciei referta facilius pontes diruit & aggeres perrumpit, quam ſi *ſola* in eos invehatur. Adjuvant vapores ſeu corpuſcula a vicinis partibus exſpirata, hepate puta, liene omento aliisque partibus membranoſis, quae ſub calore partium circumjacentium a Veteribus indigitantur. nam & haec ventriculi poros introrſum ſpectantes ingrediuntur, & jam in motu poſita aliorum fluidorum occurrentium motum non parum augent. Symbolum confert ſaliva deglutita, lympha gaſtrica a glandulis ſtomachalibus effuſa aliaque fluida aſſumta,utpote quae citius quam corpora ſolidiora in motum abripiuntur, ut non male vulgus dicat, *omnem coctionem fieri in humido.*

§. 5. Praevia hac fermentatione partes centrales aſſumtorum extra vertuntur, plus pro ratione molis accipiunt ſuperficiei, hinc alimenta aliam conſiſtentiam, alium colorem, alium odorem & ſaporem acquirunt, quam in prima ſolutione in ore, fluida magis atque vaporoſa redduntur, & ad majorem rarefactionem alibi ſubeundam magis magisque evolvuntur. Et quamvis ut plurimum cinericii adhuc ſint coloris, tamen nihil certi de hoc ſtatuere licet, quum vel minimae etiam circumſtantiae totam hanc rem variare poſſint.

§. 6. Ventriculus autem in ſe conſideratus inſtar ollae vel cucurbitae ſeu retortae eſt, & qui ſtructura ſua ſpacium largiendo & fermentum ex ſanguine ſuppeditando chylificationis negocium promovet, nequaquam vero ſpecifico quodam calore alimenta concoquit, prout id veteribus quidem viſum fuit, quum tales facultates inexplicabiles non admittamus, quoniam praeter nomen nil niſi magnum inane dicunt. Profecto inſitae illae facultates *coctrix, retentrix, expultrix, attractrix*, commenta ſunt. Et anima ad chylificationem ne vel tantillum.

tillum roboris conferre poteſt. Non jam dicam quod attrahere &c. ſint ejuſmodi attributa, quae cognitionem vel electionem, hoc eſt cogitationem involvunt, atque ipſis viſceribus nunquam tribui poſſunt, quae haec virtutem ſuam a ſanguine & propria ſtructura habent, quemadmodum *clavis* vim habet aperiendi ſeram, ob ſolam fabricam ſive extenſoris modificationem.

§. 7. Quid vere fermentum ventriculi proprie ſit & an illud in ventriculo reperiatur nondum usque adeo evictum, aut in liquidum deduci potuit. Nos illud concipimus ceu vaporoſum quoddam mixtum ex activis ſanguinis particulis *acidis & ſalinis* nec non ex *chyli reliquiis* & *ipſa ſaliva* compoſitum, in ventriculo vacuo oberrans, agitatoria vi praeditum, & indolem ſanguinis exprimens, cujus activitate ſua aemulatur, ut vel propterea ſemper ad ſanguinem reſpicere debeamus, quoties quis de ventriculi conqueritur imbecillitate; hic enim ſi bonus eſt, bonam quoque generat in glandulis ſtomachalibus fermenteſcibilem lympham. Sin turbatus fuerit in ſua miſtione aut intemperatus & impurus, vel nullum ſuppeditabit ventriculo fermentum, vel ſi aliquod deponet, illud tamen inidoneum erit atque fixum nimis vel non ſatis actuoſum, cujus vitioſo charactere ipſe chylus poſtmodum contaminatur; haec enim ſemper redeunt in circulum, ſeque mutuo vel conſervant, vel deſtruunt: *qualis chylus talis ſanguis; & qualis ſanguis, talis liquor gaſtricus, qualis liquor gaſtricus, talis iterum chylus.* Multa vero ſunt, quae fermenti hujus exiſtentiam probant, & quorum catalogum apud auctores paſſim reperies; Nobis impraeſentiarum pauca ſufficiunt argumenta, quorum primum deſumitur a ſolidorum corporum ſubitanea ſolutione, alterum a metallorum roſione. Quippe ſolida etiam alimenta brevi temporis ſpacio per hanc fermentationem rediguntur in pultem, id quod nunquam per elixationem fieri poſſet. Deinde mineralia, praeſertim martialia, tantam patiuntur in ventriculo ſolutionem, qualis a menſtruo quodam chymico fieri ſolet, omniaque illa apparent phoenomena, quae alias in chymica tali operatione conſpici ſolent, qualia ſunt ſapor nidoroſus, odor ſulphureus, aliaque, quae nunquam elixationi, & calori in acceptis ferri poſſunt.

§. 8. Fermentum hoc in ſtatu naturali valde temperatum eſt, ita tamen ut pro ſubjectorum varietate nunc acidae nunc ſalinae plus vel minus volatiles praedominentur partes, hinc eſt, quare quod huic ſaepius nocet, alteri proſit, & quod multi melius ferant atque bene digerant cibos duriores quam molliores, quum e contra alii non niſi humidos valde & molles ferre poſſint.

§. 9. Peracta hac aſſumtorum attenuatione & fermentatione chylus ex anguſtiſſimo ſpacio in anguſtiorem propellitur fiſtulam ventriculo continuam, quo particulae antea expanſae, evolutae & rarefactae propius coëant, ſibique vicinius approximentur, quo ipso illae, quae lubricae magis & fluidae ſunt, ad latera inteſtinorum evertuntur, & vaſa lactea ingrediuntur; quae vero craſſiores terreſtres magis & fixae vel nondum ſatis volatiliſatae ſunt, ad craſſa deproperant inteſtina & verſus concavitatis centrum magis premuntur: quem deſcenſum non minus quam ad latera progreſſum promovet reciprocus diaphragmatis & muſculorum abdominis motus, adjuvante motu inteſtinis proprio & periſtaltico dicto.

§. 10. Iter hoc chyli facilitant affluentes ſucci in inteſtino duodeno, quorum unus *ſuccus pancreaticus*, alter *bilis vocatur*; hi enim ſecretionem iſtam inſtituunt ipſumque chylum magis diluunt, ut ſequeſtratae partes lacteae dulces magis atque balſamicae fiant; vel ut alii volunt chylum in ſalſum volatile evehunt.

§. 11. Sic Chylus ex anguſto inteſtinali canali per anguſtiſſimos tubulos lacteos in amplum chyli receptaculum, ciſternam chyliferam dictum, & ex hac

lympha

Digitized by Google

lympha aſcendente magis dilutus per anguſtiorem canalem, *ductum thoracicum* dictum, ad auguſtos cordis thalamos transfertur, atque paullo ante cor ſanguini per axillarem redeunti & lymphae a partibus ſuperioribus refluenti ſive deſcendenti confunditur. Haec ſic confuſa per venam cavam dextro cordis ventriculo infunduntur, ut ibidem praevia rarefactione magis magisque attenuentur atque accuratius etiam ſecundum minima miſceantur.

§. 12. Fit illa ſanguinis rarefactio & in dextro & in ſiniſtro cordis ventriculo a pluribus concurrentibus cauſſis: nam confluit, & hic, & ibi diverſi generis aether, diverſos, chyli, lymphae, ſanguinis poros perfluens; hinc in maſſa tali heterogenea non poteſt non magna produci effervescentia, quam e recentioribus optime explicat *Cordemoy*, philoſophus Gallus; *interdum*, inquit, *liquor incidit in maſſam, ejusque interſtitia vel poros ita occupat, ut ſpatiola relinquantur*, ſoli *materiae ſubtili replendae, inde motus varius particularum, tam liquoris, quam maſſae, donec omnes pori a liquore ſint occupati, ut videre eſt in calce viva, aqua affuſa. Sic portio ſanguinis ſubtiliſſimi, remanens in corde, quam primum per venam cavam recens admittitur, ſupervenientium particularum intervalla ſubit ita, ut ſola materia ſubtilis in iis relinquatur, quae ſanguinis particulas tam ſubito ac opportune calefacit, ut cor ſeſe comprimens eas in ambas arterias expellat vehementer.* Symbolum quoque conferunt ſubtiliores ſanguinis partes, ex arteriis coronariis in cordis ventriculos permeantes, hae enim motu ſuo velociſſimo ſanguificationem egregie promovent.

§. 13. Enim vero cor non ſolum inſtar vaſis chymici ſpatium confert, ſed motu perenni ſanguinem vi quadam premit a centro verſus ſuperficiem, ejusque ingreſſum & egreſſum conſervat; ut vel propterea inter muſculos recenſeri mereatur. Ejus autem motus duplex eſt, *ſyſtole & diaſtole*. In ſyſtole apex cordis verſus baſin contrahitur, ejusque ventriculi valde intumeſcunt, quia ſanguis usque adeo tunc rareſcit, ut ſpatium plus centies majus occupet: verum, quum huic dilatationi fluida, per fibrarum interſtitia torrentis inſtar circulantia, renitantur, cor iterum extenditur, ejusque alter motus, qui diaſtole vocatur, cietur, ſicque ſanguis rarefactus qua data porta, e dextro cordis ventriculo in arteriam pulmonalem, e ſiniſtro autem in aortam expellitur, & in hujus locum ſanguis recens per venam cavam in dextrum, per venam pulmonalem autem in ſiniſtrum cordis ventriculum impellitur.

§. 14. Hujus perennis motus beneficio ſanguis per arterias ab auguſto ad anguſtum tendentes, ad omnes totius corporis partes amandatur, atque diverſis in viſceribus depuratus, cribratur, ſic v. g. pulmones multas fuliginoſas partes tranſmittunt, renes lixivioſas, glandulae ſubcutaneae ſalinas, hepar oleoſas, lien acidas, quae omnia accuratius noveris, ſi fabricam vel ſtructuram iſtorum viſcerum tibi bene perſpectam reddideris. Quamvis autem ſanguinis in circulum itus, noſtrorum temporum fide & experientia ſatis ſuperque probata ſit, eam tamen magis illuſtrari poſſe perſuaſum habeo, ſi iconiſmum *Celeberrimo Bartholino a Stenonio* communicatum inſpicias, atque in uno vel altero cadavere viſcera ad hujus imitationem praepares; ſic enim veram circulationis hiſtoriam comprehendes, & videbis, per quas flexuoſas atque contortas vias ſanguis eat, & redeat. His lucem affundit *Bartholinus junior*, aevi hujus *anatomicus famigeratiſſimus*, dicens: quod ſi ſanguis per vias aeque patentes pelleretur, partes recrementitias nunquam tam facile hinc inde depoſitum iri, nec ipſum chylum, & humores circulantes recens advectos cum ipſo intimius miſceri poſſe. Quippe juxta hunc celeberrimum virum canaliculorum efficit multiplicitas, ut plures a ſanguine partes facilius ſecernantur, quo ſcilicet plures ſuperficiem cribri attingunt. Deinde, ſanguis in unum iterum communem alveum colligitur,

ſit a diverſis partibus diverſus rediens, ad ſtatum uniformem reducatur, ubi alvei ſimplicitas efficit, ut ſanguis homogeneus evadat, qui ex diverſarum partium canaliculis redux, diverſae eſt naturae: quum enim verſus omnes partes propulſus, non easdem ſed diverſas ſui particulas in ſingulis cribrorum differentiis deponat, non mirum, ſi ex diverſis redux, diſcrepet ab invicem.

§. 15. Quare autem certae ſaltem particulae hinc inde in viſceribus tanta cum providentia ſeparentur, nullam aliam aſſignare poſſumus cauſſam, quam certam eamque conſtantem pororum configurationem, quae, quum tum in vaſis ſanguiferis, tum in cribris & tubulis excretoriis diverſa ſit, non poſſunt non certi ſaltem generis particulae hinc inde ſegregari & ab aliis divortium facere. Quamdiu enim pororum figurae firmo ſtant talo, & ſanguis ſingulis minutis ſuum abſolvit circulum, ſemper ea quae excerni debent, excernentur, quae vero admittenda, admittentur. Ipſa enim viſcera nihil aliud ſunt quam congeries vaſculorum, & admiſſioni ſanguinis, & excretioni recrementorum, dicatorum, quibus maſſa quaedam ſanguinea vel chyloſa eſt affuſa. Haec ob certam pororum configurationem, certis etiam particulis tranſitum concedunt, & quum illa non eadem ſit in omnibus, mirum non eſt, ſi aliae particulae ſecernantur in renibus, aliae in liene, aliae in hepate, aliae in pulmonibus, aliae in pancreate aliae in glandulis, aliae in teſtibus.

§. 16. E quibus palam fit, ſanguinem per venas refluum vix uniformem eſſe poſſe, quum ipſi in partibus ſolidis ſemper diverſi generis particulae admiſceantur, ut ridiculum ſit, ſi chirurgi ſanguinem per venam cuſam eo usque extrahendum eſſe dicant, donec ejus color mutetur; fieri enim poteſt, ut ob particularum diverſitatem ſanguis per venas rediens, non bene coloratus & tamen ſanus exiſtat.

§. 17. Quaeri hic ſolet, unde ſanguis purpureum ſuum habeat colorem? Reſpondeo: ſanguinem ſui ipſius eſſe opificem, nam, quando particulae ſulphureae, ſive pingues & oleoſae cum ſalinis a copioſiſſima materia aetherea in corde exagitatae & in orbem celerrime volutae magis rareſcunt & arctius conjunguntur, talem ſanguis accipit ſuperficiem, ut radii luminares inde reflexi ita modificentur, ut ſenſum coloris rubri in nobis excitent. Sal autem & ſulphur hic omne ferre punctum vel exinde probari poteſt, quia ſanguis eo magis rubicundus & coloris incarnati eſt, quo plus de ſale & ſulphure participat, quia ſulphur a ſale alkalino ſecundum minima diſſolvitur, dum e contra, ſi acidum ſit in ſanguine, color obſcurus magis ſit, & ſanguis crudior, juxta elegantiſſimam chymicorum regulam: *Sulphurea ab alkalibus ſolvuntur in minimas particulas; per acidum vero in particulas craſſiores coagulantur;* hinc facile poteſt dari ratio, quare ipſum lac cum ſale tartari volatili coctum, rubicundam tandem induat tincturam.

§. 18. Quod vero hic nec calidi innati nec humidi radicalis mentionem facimus, cauſſa eſt, quia hactenus a nobis impetrare vix potuimus, ut credidiſſemus, haec duo in rerum natura exiſtere, quum nullum de his conceptum ipſorum eſſentiis conformem formare poſſimus. Tale quippe calidum innatum a prima nativitate cordi inditum & ad ultimam ſenectam ibidem perſiſtens cum humido ſuo primigenio nunquam obſervavimus; nam caloris eſſentia non conſiſtit in quiete, neque calor ſtabilis eſt & inſitus, ſed omnis eſt influens, & nunquam idem ſentitur calor, ut nunquam idem conſpicitur fluvius. Quod ſi moleſtum fuerit, a veterum placitis omnino recedere, dicere poſſum calidum illud innatum eſſe reliquias ſanguinis in corde rarefacti, quae ſingulis tamen momentis mutantur, quum ſemper aliae atq; aliae accedant & priores avolent: humidum autem primigenium eſt chyloſa ſeu lactea ſanguinis pars, quae pabulum & nutrimentum omnibus partibus ſuppeditat, & qua deficiente, partes flaceſcunt & marceſcunt.

§. 19.

§. 19. Ipſam quod attinet cordis artificioſiſſimam ſtructuram, eam apud recentiores anatomicos videre licet, nobis hac vice hoc quidem inter alia notatu dignum videtur, quod ſiniſter ventriculus proprie cor dici mereatur, quia dexter ob ſolos pulmones appenſus eſt, quo reſciſſo utcunque tamen cor pyramidalem ſuam figuram obtinet; hinc illa etiam animalia, quae pulmonibus carent, dextro quoque cordis ventriculo carent. Quaeritur itaque an pulmones ob āëris admiſſionem facti ſint? id quod quidem haud videtur, quum eorundem ſtructura innuat, eos ſanguinis miſtioni & depurationi magis dicatos eſſe, quam reſpirationi, vel ut loquuntur āëris attractioni, qui vel ſine his qua datur via influere poſſet. Reſpirationis enim praecipuum organum non ſunt pulmones ſed diaphragma, quod cum coeteris muſculis pari paſſu ambulat, & motui dicatum eſt. Quippe a ſpiritibus animalibus inflatum protrudit coſtas & abdominis muſculos, qui incumbentem āërem externum premunt, ut per tracheam ingrediatur, & hinc neceſſe eſt, ut pulmones inflentur, & aer vi ſua elaſtica ſanguinem a paſſa rarefactione adhuc ſpumantem in motu ſuo progreſſivo verſus ſiniſtrum cordis ventriculum adjuvet, cujus particulae āëre non admiſſo ab aethere verſus omnes dimenſiones potius moverentur, & motu tali inteſtino intra pulmonum cellulas mirum in modum tumultuarentur. Verum quum interea atmoſphaerae incumbentis gravitas obſtet elevato thoraci & abdomini, relaxabitur ſtatim diaphragmatis tenſio, & pulmones iterum collabuntur, ſicque fit exſpiratio. Coeterum ipſum reſpirationis organum mere mechanicum eſſe hodie a *Senguerdio* ad oculum demonſtratur, cui experimento inſtituendo & nos unam vel alteram impenſuri ſumus horam.

C A P. IV.

De Spiritibus.

§. 1. MEdici & phyſici intelligunt per ſpiritum corpus quoddam volatile a compedibus, qui illud detinebant, liberatum; ſola enim ſubtilitas corpuſculi ſufficit, ut inde fiat ſpiritus.

§. 2. De ſpirituum corporis humani numero multum loquutus eſt *Sennertus* & qui hunc ſequuntur. Ut plurimum quatuor recenſere ſolent, *naturalem*, *vitalem*, *animalem*, *& genitalem*, atque pro ſingulis peculiarem conſtituunt officinam. Verum quum entia non ſint temere multiplicanda, putamus omnes ſpiritus noſtros commode dividi poſſe, quod ſint vel *vitales* vel *animales*, de quibus nunc breviter.

§. 3. Spiritus *vitalis* eſt ſubtilior ſanguinis pars, admodum activa, attenuata & rarefacta, corpori dans *vitam* & *calorem*, nunquam tamen formam ſanguinis deponens.

§. 4. Spiritus *animalis* gradu & ratione ſubtilitatis differt a vitali, & ſub forma aurae alicujus ſubtilioris merito concipitur; ſeparantur autem a ſanguine in ipſo cerebro, quod totum glanduloſum eſt, & in ejus ventriculis tanquam in promtuario reſervantur, ad *motum* & *ſenſum* praeſtandum.

§. 4. Separationis hujus modum deſcribit nobis *philoſophus*, in tractatu de *paſſionibus animi*. *Conſiderandum eſt*, inquit, *vividiores & ſubtiliores omnes partes ſanguinis, quas calor in corde rarefecit, ingredi indeſinenter & maxima cum copia cavitates cerebri. Ideo autem eo potius commeant, quam alio, quod omnis ſanguis, qui e corde egreditur, per magnam arteriam, dirigat ſuum curſum recta linea in eum locum; & quum non poſſit totus ingredi, quia viae valde anguſtae ſunt, partes ejus magis agitatae, & ſubtiliores tranſeunt ſolae, dum reliquae ſeſe diffundunt per om-*

nes corporis partes. Hae autem partes ſanguinis ſubtiliſſimae, componunt ſpiritus animales, nec eum in finem ulla alia egent mutatione in cerebro, niſi quod ibi ſeparentur ab aliis ſanguinis partibus minus ſubtilibus. Nam quos hic ſpiritus nomino, nil niſi corpora ſunt, & aliam nullam habent proprietatem, niſi quod ſint corpora tenuiſſima, & quae moventur celerrime, inſtar partium flammae, ex face exeuntis. Huc usque philoſophus. Neque tamen putandum, quod omnes particulae ſanguinis ad cerebrum raptae, ejusdem ſint ſubtilitatis, quum plures etiam craſſiores cum ſubtilioribus aſcendant ut nutritionem praeſtent, & illae, quae reſiduae manent, per vaſa lymphatica verſus cor revehantur.

§. 6. Sunt alii, qui inter ſpiritum inſitum & influum diſtinguunt: Quam diſtinctionem vel diviſionem omni putamus carere fundamento, quum implicet dicere dari ſpiritum inſitum & a prima generatione partibus ſolidis perpetuo inexiſtentem, atque auxilio ſpiritus influi operationes ſuas peragentem. Praeſertim quum videamus ſententiae hujus patronos ſpiritibus inſitis ejusmodi qualitates in acceptis ferre, e quibus duo facile elici poſſunt abſurda, quorum unum eſt, quod ſpiritus inſitus percipiat & conſequenter cogitet: alterum, quod anima omnium functionum auctor exiſtat.

§. 7. Operae precium erit, ut de *ſenſibus* tam *externis*, quam *internis* paucis etiam agamus, qui omnes interni rectius dicuntur, quia anima nullibi externe ſed interne ſentit. Neque etiam motuum receptio, vel ſpirituum determinatio in organo aliquo externo proprie & ultimo fit, ſed potius in cerebro.

§. 8. *Senſuum externorum quinque* recenſentur, qui omnes in tactu conveniunt, quo & *ſitim* & *appetitum* referimus, atque in quolibet ſenſu tria notamus, *receptionem* videlicet ſimplicem, *perceptionem*, & *judicium*. *Receptio* nil niſi motus eſt, attributum ſolius corporis, quia tamen in nobis praeter corpus alia quoque eſt ſubſtantia cogitans, occaſione motuum certas habens cogitationes, & percipere & judicare nunquam in corpus, ſed in mentem cadunt, ſenſus in homine ad totum ſpectant compoſitum, eumque in finem illi dati ſunt, ut horum ope ſciat, quae ſibi ſint commoda vel incommoda, utilia vel noxia.

§. 9. *Viſus* eſt ſenſus externus, ope cujus objecta videntur, nempe quando radii luminares, (lumen enim & color ſunt objectum viſus) ab objecto illuminato reflexi, incidunt in oculum, ejusque tunicas & tres humores tranſeuntes ita reſtringuntur, vel determinantur, ut in fundo oculi objecti effigiem, prout id in camera obſcura contingere ſolet, depingant, id quod fit in tunica retina, quae nihil aliud quam expanſio nervea; hinc impreſſiones ceu totidem motus mediante nervo optico deferuntur ad cerebrum, commune omnium nervorum principium, & mediantibus ſpiritibus animalibus ad ipſam glandulam pinealem, cui mentem immediate junctam eſſe, ibidemque percipere & judicare ſtatuimus.

§. 10. *Auditus* eſt ſenſus externus, quando aër motu tremulo vibratus, impetum facit in auditus organum, quod ex tympano, tribus oſſiculis & nervo auditorio componitur, quorum ope motus ad ipſam glandulam pinealem deferuntur.

§. 11. *Guſtus* eſt ſenſus externus, quando corpuſcula plus minus rigida; ope ſalivae impetum faciunt in papillas nerveas linguae, easque ita afficiunt, ut mens in cerebro certorum quorundam ſaporum ideas, diſtincte concipiat.

§. 12. *Olfactus* fit, quando effluvia e corpore odoro emiſſa, mediante aëre impetum faciunt in fibrillas nerveas narium, easque plus minus commovent.

§. 13. Senſus *Tactus* eſt, quando objectum tangibile attingit fibrillas nerveas, mediantibus quibus motum ad cerebrum defertur; hinc recte diximus, omnes ſenſus convenire in tactu, quia quod eſt titillatio in cute, hoc eſt ſapor ſuavis

in

Digitized by Google

in lingua, amoenus color in oculo, gratus ſonus in aure, acceptus odor in naribus.

§. 14. Senſus interni ſunt *ſenſus communis*, *phantaſia & memoria*. *Senſorium commune*, quod omnium ſenſuum externorum motus recipit, eſt *glandula pinealis*, quum nulla cerebri reperiatur pars, cui haec dignitas in acceptis ferri poſſit. *Phantaſia* eſt certa ſpirituum animalium radiatio, ſive certa illorum curſus forma, ſuper glandulam pinealem; vel in homine eſt applicatio mentis, qua objectum abſens tanquam praeſens, ope certa ſpirituum animalium radiatione, intuetur. *Memoria* conſiſtit in veſtigiis cerebro impreſſis, unde ſi ſpiritus animales in eadem incidunt, eandem ſuſcipiunt curſus formam, cujus occaſione menti priores occurrunt cogitationes.

§. 15. Affectiones ſenſuum ſunt *ſomnus & vigilae*. In *ſomno* cerebrum non adeo inflatum eſt, ejusque pori magis connivent, nec ſpiritus pleno agmine ſecundum lineam rectam excurrunt; hinc ceſſant ſenſuum externorum functiones. In ſtatu *vigiliarum* cerebrum ſe habet inſtar levati veli, ipſique ſpiritus ſtupenda cum alacritate, pro determinationis varietate ſyſtema nerveum irradiant.

§. 16. Et quum *generationis* negocium, per peculiarem liquoris genitalis texturam, ibidemque latentem corporis producendi idem ſive rudimentum, a quo ſpecificatio motus materiae ſubtilis unice dependet, explicari poſſit, non opus eſt recurrere ad vim plaſticam, ſpiritum genitalem, aliasque nugas. Quippe haec omnia explicari poſſunt, ſi ad mentem *celeberrimi medici & philoſophi Craanenii* dicamus, teſtes in utroque ſexu circa annos pubertatis poros magis ſtabiles & conſtantes naneiſci, qui non cuivis auſcultent motui, ſed certam ſaltem primi elementi materiam, ſive quod idem eſt, certum aetherem transmittant, unde eo tempore activae admodum ſanguinis particulae ad has partes rapiuntur, quae adjuvante artificioſiſſima ſtructura, & fabrica in fermentum ſeminale abeunt, quod ſanguini denuo confuſum, ſaepius ſtupenda inducit ſymptomata, humorum circulantium orgasmum, inſolitas alterationes & peregrinas fermentationes excitans.

§. 17. Itaque rectius ſtatuitur, ſemen ab utroque ſexu emitti, hoc tamen cum diſcrimine, quod ſpiritus genitalis maris rationem habeat *alloris*, foeminae vero ſemen *modificatoris*. Si enim ovarium muliebre aura ſeminali virili impraegnetur, ipſis ovis ibidem ſub forma veſiculae vel ſpherulae ſeminalis deliteſcentibus, foecunditas conciliatur, ut unum vel alterum turgeſcere, & tandem ad uterum devolvi incipiat.

§. 18. In hac fermentatione particula lactis ſpacio aliquot dierum in guttulam rubicundam ſalientem, quam ſanguinem vocamus, mutatur, cujus partes craſſiores a centro pelluntur verſus ſuperficiem, quae ſibi invicem cohaerentes, dum interea ſubtiliores torrentis inſtar illas permeant, canaliculos conſtituunt, quas arterias vocamus, verum, quum a ſuperficie verſus centrum repellantur, nec per easdem vias regredi poſſint, deflectunt a via recta, & per alias regrediuntur, quos tubulos venas vocamus, quae revera nihil aliud ſunt, quam viae ſanguinis reflexae.

§. 19. Neque tamen ſtatuendum eſt, partes corporis foetus vel ex ſemine, vel ex ſanguine menſtruo in utero materno componi: ſolus enim chylus eſt qui ope glandularum uteri ſecretus, pro foetus tum formatione, tum nutritione, copioſiſſime affluit, ut quamvis infans non reſpiret, lacte tamen per os nutriatur, quo ipſo omnia illa quae de ſanguine menſtruo pro negocio nutritionis foetus in utero dicuntur, vix digna aeſtimamus, ut iis revellendis inhaereatur.

CAP.

C A P. V.

De Partibus corporis humani.

§. 1. QUoniam corpus noſtrum nil niſi conteſtus vaſculoſus eſt, varii generis ſuccos in ſe continens, dicimus, omnes partes corporis noſtri eſſe vel *ſolidas* vel *fluidas*; omnes eſſe vel *ſenſibiles* vel *inſenſibiles*. Inſenſibiles rectius intelligibiles vocantur, & usque adeo exiguae ſunt, ut in ſenſus non incurrant; revera tamen exiſtere, & ratione, & effectu facile demonſtrari poteſt, horum enim ope, naturam ſanguinis coeterorumque fluidorum, & qualitates medicamentorum evidentiſſime explicantur. Senſibiles ſunt, quae ex inſenſibilibus componuntur, & ſub ſenſibili forma in ſenſus incurrunt, & hae nunc propter diverſas functiones aliaque accidentia, dividi ſolent in *ſimilares* & *diſſimilares*, in *organicas* & *inorganicas*, in *principes* & *minus principes*, in *ſpermaticas* & *ſanguineas*, quae omnes diviſiones vel minus neceſſariae ſunt, vel falſa aliqua nituntur hypotheſi.

C A P. VI.

De Temperamentis & Nutritione.

§. 1. PRaemiſſa partium diviſione, tranſitum facimus ad temperamenta, & quum in partibus fluidis conſideremus temperiem & miſtionem, in ſolidis autem pororum conſtitutionem, filamentorum mollitiem vel rigiditatem; *Temperamentum* definiri poteſt, quod ſit *qualitas, vel certa corporis diſpoſitio a fluidorum legitima temperie & miſtione, & partium ſolidarum debita teſtura & pororum configuratione, dependens.*

§. 2. Illum autem ſanguinem temperatum & probe miſtum vocamus, cujus omnes partes convenienti ordine, motu, ſitu, magnitudine &c. inter ſe ita conveniunt, ut nulla qualitas prae aliis praedominininium obtineat. Ex quo palam fit, *temperamentum ad pondus* vix dari poſſe in rerum natura, quum omne ad proportionem & juſtitiam geometricam potius ſit compoſitum.

§. 3. *Temperamenta* dividuntur ad mentem *peripateticorum*, in *calidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, calidum & ſiccum, frigidum & humidum, frigidum & ſiccum*. Vel juxta *Galenicos* in *ſanguineum, cholericum, phlegmaticum, & melancholicum*. Vel ſecundum *Aſtrologos* in *ſolare, lunare, joviale, martiale, ſaturninum, mercuriale & venereum.*

§. 4. Enim vero ad intelligendam hanc tenebris obvolutam doctrinam de temperamentis, notari iterum velim, ſanguinem ex particulis indefinitae figurae &c. componi, nempe ex acidis, ſalinis, gummoſis, aqueis aliisque, quae variis ſuis extremitatibus & prominentiis varios poros atque varia interſtitia efformant, ut materia primi elementi nunc copioſius, nunc parcius, nunc citius, nunc tardius, prout plus vel minus in motu ſuo rectilineo vel etiam ſpirali impeditur, ea torrentis inſtar permeet, atque ſanguinem nunc velocius exagitet, & *temperamentum calidum* producat; nunc vero eum ſegnius commoveat, & *temperamenti frigidi* auctor exiſtat.

§. 5. Rurſus, ſi particulae ſanguinis ſulphureae inflammabiles & agibiles in corpore praedominentur, magnus aderit calor, pulſus erit vehementior, ſomnus brevior, facies erit pallida, cum aliquali virore, & qualem Judaei habere ſolent: hoc eſt, ejuſmodi corpora habent *temperamentum cholericum* vel *bilioſum*. Sin vero

par-

Digitized by Google

particulae aquoſae vel viſcidae, & crudiores reliquas ſuperent, temperamentum dicitur *phlegmaticum* ſive *pituitoſum*; qui enim tali praediti ſunt temperamento, frequenter ſputant, facile frigent, ſomnolenti ſunt, & ingenii tardioris, ſanguis minus eſt fermenteſcibilis, ſalia activa magis depreſſa jacent, vaſa ſanguifera non ſunt adeo diſtenta, habitus corporis mollis, facies autem pallida eſt. Porro, ſi particulae acidae, fixae, aliaeque foeculentae & terreſtres prae aliis in ſanguine caput extollant, temperamentum inde exortum vocatur *melancholicum*. tales ſunt cogitabundi, triſtes, obſtructionibus expoſiti, & ſemper in uno peccant extremo; vel nimis voraces, vel nimis abſtemii, vel triſtes vel extreme hilares, alvus vel ſolito fluidior vel nimis ſicca exiſtit. Verbo dicam, ſemper ſunt valetudinarii & in eo infelices, quod medio tutiſſimi ire neſciant. Tandem ſi ſanguis lacte ſit turgidus, ejusque partes in corde promtiſſime rareſcant, & gummoſae ad nutritionem admodum aptae, praedominentur, *temperamentum* vulgo dicitur *ſanguineum*.

§. 6. Neque tamen diffiteri poſſumus, vulgares illas denominationes juxta primas qualitates lubrica incedere via, & infirmo ſtare talo, quia fundamentum conſiſtere tantum videtur in teſtimonio ſenſuum & in relatione ad ſenſus noſtros, qui in explorandis qualitatibus calidis, frigidis, ſiccis, humidis, mirum quantum a ſcopo aberrant, & mentem in errorem praecipitant, ſic uni ſaepius homini eadem aqua nunc calida nunc tepida videbitur, prout nempe una manus altera calidior exiſtat. Eadem difficultate altera etiam temperamentorum diviſio quatuor humorum exiſtentiam in ſanguine pro fundamento habens, premitur, quum hactenus non potuerit ſolide evinci, quatuor illos humores in ſanguine praeexiſtere, ipſique formaliter ineſſe, nemo enim bilem, phlegma, melancholiam aut ſanguinem, tanquam humorem aliis contradiſtinctum, in ſanguine naturaliter conſtituto, unquam reperiet, quamvis ſanguini ſexcenta, nempe particulae amarae, dulces, &c. inſint, adeoque humores illi ſaltem materialiter praeexiſtere dicuntur. Anile etiam eſt refugium, quod in ſanguine per venaeſectionem extracto quaerunt, quem in quatuor iſtos humores praecipitari perſuadere conantur, tantum enim abeſt, ut humores illi tali ſub facie praeexſtiterint, ut potius exturbata, ab äere recens admiſſo, ſanguinis miſtione, & particularum ſubtilium ſeceſſione, recens combinatos eſſe, vero ſimilius ſit.

§. 7. Symbolum conferunt ipſa filamenta, & quod cogitationes certis motibus ſemel in utero allegatae, poſtea ſaepius cum iisdem motibus recurrere ſoleant; in quo fundamenta idioſyncraſiae, ſympathiae, antipathiae, & quod multi non poſſint ferre feles, caſeum, &c. ponuntur.

§. 8. Multo minus excludenda erunt ſidera, quae diverſis ſuis aſpectibus, conjunctionibus, oppoſitionibus, aliquid ad temperamenti mutationem conferre poſſint, quum quotidie videamus, quod ipſa fluida pro diverſitate phaſium vagabundorum luminum, novas ſuſcipiant alterationes, ut vel propterea non omne illud, quod de themate natalicio dicitur, habeamus pro fabula, quamvis non inficiemur, in hoc negocio ſuavia quandoque inſomnia, gentiles ſuperſtitiones, & ludicras fabulas pro veritate nobis obtrudi.

§. 9. Quia vero ipſa fluida non ſolum, ſed & ſolida fluidis cincta, ſingulis fere momentis variis viciſſitudinibus & mutationibus ſunt obnoxia, ipſa etiam temperamenta vix paribus ſemper poterunt ambulare paſſibus, quin potius pro ratione temporum anni, regionum, & aetatis, mutari debeant, hinc non male tota noſtra vita in quatuor diſtinguitur aetates, nempe in *infantiam* & *pueritiam*, quae ad annum 7. vel decimum quartum ſe extendunt; In *adoleſcentiam*, quae intra annum 25. & 35. terminatur: in *aetatem mediam*, quae ab hoc termino ad annum quinquageſimum durat, & tandem in *ſenectutem*, quae ad finem vitae usque protrahitur, & ſenectutem virilem, mediam & decrepitam ſub ſe comprehendit.

§. 10.

§. 10. Reſtat ut doceamus, quomodo machina corporis noſtri & augeatur & nutriatur. Ubi attendere debemus ad arterias, quae ſingulis pulſibus poros nanciſcuntur magis patulos, per quos in ſtatu naturali ſanguinis partes chyloſae, multis aquoſis dilutae, tubulos partium ſolidarum, ceu totidem vaſcula, ingrediuntur, quarum aliquae ſuperficierum ſuarum ſimilitudine partibus nutriendis facile adhaerent, quum juxta philoſophum nullum firmius reperiatur glutinum, quam ſuperficierum ſimilitudo, & ſi duo corpora ſe in plurimis punctis immediate contingunt. Interea aliae magis volatiles, & celerius agitatae per inſenſibilem tranſpirationem, ſub forma halituum vel vaporum, tenues abeunt in auras. Maxima vero pars ſub nomine humorum circulantium, per vaſa lymphatica verſus cor revehitur, & tandem ſanguini denuo confunditur.

§. 11. Sed quare dum juvenes adhuc ſumus, creſcimus, & dum ſenes ſumus, decreſcimus: Quare ſaepius pingueſcimus, alio autem tempore marceſcimus? Hoc ex antedictis facile colligi poteſt, quia enim fibrae partium ſolidarum molliores adhuc ſunt, dum juvenes ſumus, facilius fluidis cedunt, & ampliora juxta ſe efformant ſpaciola, ut lactea illa ſanguinis pars copioſius affluat, & plures particulae juxta fibrarum radices ob ſuperficiei ſimilitudinem apponantur, quam tenues abierunt in auras; hinc non ſolum tunc nutrimur, ſed quia plus apponitur, quam conſumitur, etiam augemur. Quodſi plures partes pinguiores & ramoſae ſibi invicem interſtitiis muſculorum, aliisque locis ſubcutaneis, vel etiam circa extremitates vaſorum lymphaticorum, in cavitatem aliquam hiantium, ſibi invicem connectantur, tunc pingueſcimus. Verum ubi fibrae jam duriores factae, tubulique & pori valde anguſtantur, nec fluidis amplius cedere poſſunt, praeterea etiam fibrarum nutriendarum ſuperficies a lympha acriori facta atteritur, varieque mutatur, tunc ſuccus nutricius nec ſatis commode, nec ſatis largiter apponi poteſt, hinc partes corporis noſtri marceſcunt, facies rugoſa fit, & totum corpus ad ſenectutem componitur.

§. 12. Verumenimvero multis videbitur paradoxon, quod doceamus, ſanguinem non ſub forma ſanguinis nutrire, ſed quasdam ſaltem ſanguinis particulas nutritioni impendi. Sed qui communem, & hactenus receptam ſequuntur ſententiam, non videntur ex aequo ponderaſſe naturam ſanguinis, quam ſupra deſcripſimus, quod ex indefinitis, indefinitae figurae & magnitudinis componatur particulis, non quidem eum in finem, ut forte per tot diverſi generis corpuſcula ad praeſtandam nutritionem magis aptus reddatur, ſed potius ut vitalis illa fermentatio & itus humorum in orbem, ſine quo, nec humorum fluiditas, nec ſanguinis depuratio, nec corporis nutritio praeſtari poſſet, conſervetur. Deinde, ſi ſanguis ſub forma ſanguinis nutriret, deberet extravaſari, quo facto, ſtatim fieret grumoſus & ad nutritionem inidoneus: & tertio, ſi ſanguis nutriret, tum illae partes, quas immediate alluit, brevi in immenſam creſcerent molem, id quod tamen in pulmonibus nunquam obſervatur. Et quamvis hic forte diſtinguere velint inter nutrimentum partium ſpermaticarum, & partium ſanguinearum, inanem tamen ludent operam, quum jam antea oſtenderimus, nullas partes eſſe ex ſemine, ſed omnes ex lacte & ſanguine; & ipſum lac ſanguini ineſſe facile probari poteſt per praecipitationem, liquore aluminoſo factam, ſic enim maxima ejus pars ſub forma liquoris albicantis vel lactei, in conſpectum venit.

CAP.

C A P. VII.

De Sanitate.

§. 1. SAnitas conſiſtit in partium fluidarum temperie, & ſecundum minimas particulas, miſtione, & in canaliculorum, & tubulorum debita ſtabilitate, conformatione, & configuratione; ſic enim machina corporis noſtri apta nata erit, omnes functiones, tam vitales, quam animales exercendi.

Finis Libri Primi.

Digitized by Google

INSTITUTIONUM MEDICINAE RATIONALIS

LIBER II.

SIVE

PARS PATHOLOGICA

CAP. I.

De Morbis.

§. I.

LOngum non minus quam taedioſum foret, altius hic repetere velle, quae de cauſſae morbificae, morborum, & ſymptomatum diſcrimine olim tradiderunt *Inſtitutioniſtae*. Si enim omne illud, quod hominem affligit, juxta *Hippocratem* morbus eſt, quid quaeſo erit, ut haec tria tanta cum ſubtilitate diſtinguatur, quum non ſolum in uno tertio conveniant, ſed etiam in ſe invicem ſubinde commutentur, morbum enim ſequitur ſymptoma, cujus quaſi cauſſa eſt ipſe morbus: deinde datur ſymptoma ſymptomatis, & ſic prius eſt morbus, poſterius productum morbi.

§. 2. Ut vero ſubjectum morbi nunc radicaliter eſt in partibus fluidis, denominative vero in partibus ſolidis, ita ipſe morbus deſcribi poteſt, quod ſit vel *partium fluidarum in temperie & in miſtione alteratio*, ſive vitioſa fluidorum diſpoſitio, actionibus in oeconomia animali edendis inepta, vel *partium ſolidarum quoad ſitum, poros &c. vitioſa* diſpoſitio.

§. 3. Morbi dividuntur in morbos intemperiei, morbos conformationis, morbos compoſitionis, & morbos ſolutae unitatis: ad quos tamen ultimos priores omnes cum *Hippocrate lib. de fracturis*, referre poſſumus, dicente, omnes morbos eſſe ulcera, id quod optime de morbis etiam fluidarum partium dicitur.

§. 4. Morbi intemperiei ſunt vel cacochymia, vel turbata miſtio ſanguinis. Et quum illa primario, & proprie haereat in ſanguine, & coeteris humoribus, a ſanguine dependentibus, dum nempe una qualitas excedit, & praedominium obtinet, hinc variae hujus intemperiei recenſentur ſpecies, v. g. intemperies frigida, intemperies calida, ſalſa, acida, auſtera, pituitoſa, bilioſa, melancholica, viſcida, &c.

§. 5. Solent etiam intemperiem cum materia, & intemperiem ſine materia inter ſe diſtinguere: verum quum intemperies, tanquam qualitas vitioſa non poſſit eſſe ſine materia, rectius omnia illa quae de intemperie ſine materia dicuntur, omittimus.

§. 6. Et quum morbi occultarum qualitatum, ſive totius ſubſtantiae, ad morbos intemperiei, ſive turbatae miſtionis referantur, quid opus eſt entia temere multiplicare, praeſertim, quum ipſa venena non occulta ſed manifeſta agant in corpora noſtra qualitate, nempe corrodendo, exedendo, fluidorum miſtionem deſtruendo, peregrinas fermentationes excitando, quidni ergo licebit morbos malignos ſive occultarum qualitatum, per ſalium figuras, per peregrinum aetherem explicare.

§. 7. Sunt autem morbi turbatae miſtionis morbi fluidorum, dum haec ſecundum minima turbantur; hinc ex turbatione miſtionis ſanguinis, prodeunt omnis generis febres, tanquam ex Pandorae pyxide non, niſi gradu a ſe invicem diſtinctae. Quo enim profundior miſtionis turbatio, eo major malignitas, ut in peſte, febribus malignis: quo levior, eo minor malignitas, vel nulla, ut in ephemera, hectica, febribus intermittentibus.

§. 8. Morbi conformationis ſunt vel in quantitate vitioſa ſecundum numerum & magnitudinem, quales v.g. tumores, vel in qualitate vitioſa, ſecundum figuram, ſecundum poros, vel fibrarum laxitatem & rigiditatem.

§. 9. Morbi compoſitionis ſitum partium notiſſimum laedunt, & unius partis cum alia connexionem, quales v.g. ſunt procidentia uteri, hernia inteſtinalis, &c.

§. 10. In morbis ſolutae unitatis vulgo attenditur ad continuitatem ſolidarum, in ſenſus incurrentium, quod ſi ſolutio continui fiat a cauſſa, ſcindente vel pungente partem aliquam fibroſam, morbus ille vocatur vulnus. Sin vero in ejuſdem generis parte ſolutio fiat ab humore acri & corroſivo, dicitur ulcus. Quod ſi continuum in parte aliqua dura laedatur, a violenta aliqua cauſſa externa, erit fractura. Sin pars illa oſſea exedatur ab humore aliquo ſtygio vel ſeptico, dicitur caries. Quod ſi plures fibrae contundantur, non ſtatim vero a ſanis ſeparentur, morbus ille vocatur contuſio.

C A P. II.

De accidentalibus morborum differentiis.

§. 1. VIdimus eſſentialia morborum, progrediendum ergo erit ad accidentalia, intuitu quorum morbi dividuntur in *morbos congruos*, quales ſunt variolae in infante, febris tertiana in juvene, catarrhus in ſene, & in *incongruos*, v.g. cachexia in infante, variolae in adulto, cauſus in ſene. Quae diviſio utilitatem ſuam habet in inſtituendis praeſagiis, quum morbi incongrui plus ſemper alant periculi quam congrui, & aetati convenientes.

§. 2. Porro morbi dividuntur in *idiopathicos*, ſive per eſſentiam, & in morbos *ſympbaticos*, ſive per conſenſum. Morbi per eſſentiam fiunt, quando cauſſa radicaliter eſt in ipſa parte affecta; morbi autem per conſenſum fiunt, quando malum aliunde communicatur, vel cauſſa transmittitur, ſic datur v. g. epilepſia per conſenſum ex ventriculo, ex utero, ex liene. Sic datur vertigo eſſentialis, datur etiam vomitus ſympathicus.

§ 3. Conſiſtit ille conſenſus vel in paritate nervorum, in continuitate vel etiam vicinitate, vel in ſanguinis reliquorumque humorum circulatione; hinc non amplius difficile eſt explicatu, quare vomitus, nauſea, colica comitentur nephritidem, quare in paſſione hyſterica adſint motus convulſivi, reſpirandi difficultas & vomitus, in lumbricantibus epilepſia; in dyſenteria ſingultus, in alvi obſtructione icterus; maximus enim eſt conſenſus inter omnes nervos, parteſque membranoſas, v.g. inter uterum, inteſtina, ventriculum, diaphragma, & meninges,

C 2 §. 4.

§. 4. Dividuntur quoque morbi in morbos *epidemicos*, qui epidemice plures permeant regiones, quales ſunt variolae, febres malignae, tuſſis ferina, dyſenteria; & in *endemicos*, uni regioni familares, v. g. phthiſis in Anglia, lues venerea in India, ſcorbutus in Weſtphalia, arthritis, & nephritis in Auſtria, ſtrumae in Styria.

§. 5. Tandem morbi ſunt vel *chronici*, & diu durantes, quos non die neque horis, ſed ſeptimana & menſibus metimur, quales ſunt febris quartana, hydrops, obſtructio menſium, cancer, phthiſis, &c. Vel ſunt morbi *acuti*, qui videlicet cito & cum periculo ad finem tendunt, quales ſunt apoplexia, omnes febres eryſipelatoſae, ſive inflammatoriae, v. g. phrenitis, angina, peripneumonia, pleuritis paſſio iliaca, nec non omnes febres malignae.

§. 6. His morborum differentiis colophonis inſtar aliae ſuperaddi poſſunt, dum morbi vel ſunt ſimplices vel compoſiti, univerſales vel particulares, vernales, aeſtivi, autumnales vel hyberni, haereditarii, remittentes intermittentes, parvi, magni, legitimi vel nothi, benigni vel maligni.

C A P. III.

De Temporibus Morborum.

§. 1. MOrbi acuti non ſolum, ſed & paroxyſmi febrium intermittentium, ſua habent tempora, quae in principium, in augmentum, ſtatum & declinationem dividuntur; principium primis horis vel diebus circumſcribitur: augmentum fit, quando ſymptomata ingraveſcunt; in ſtatu omnia ſunt in extremo & res verſatur in diſcrimine: Tandem declinare dicitur morbus, poſt factam aliquam criſin, & quando ſymptomata a vehementia, & gravitate ceſſant.

§. 2. Horum temporum diverſitas dependet primo a natura, & indole ipſius ſanguinis, qui commune hoc habet cum omnibus liquoribus fermenteſcibilibus, ut gradatim fermentare incipiat. Secundo a majori, vel minori lucta, & pugna inter aetherem peregrinum, & aetherem conſuetum, quo enim hic vel ille difficilius vel facilius expellitur & ſuccumbit, ita ipſe aegrotans citius convaleſcet vel morietur, & tales morbi citius vel tardius ad ſtatum, vel declinationem devenient.

C A P. IV.

De Cauſſis Morborum.

§. 1. CAuſſa morbi alia eſt proxima, alia remota, alia conjuncta ſeu continens, alia antecedens, alia procatarctica; quae antecedentem in ſcenam introducit.

§. 2. Morborum cauſſae efficientes ſunt ſex res non naturales, plethora, cacochymia, venena, & peregrinus aether.

§. 3. *Sex res non-naturales* ſunt *aër, cibus & potus, ſomnus & vigiliae, motus & quies, excreta & retenta, & animi pathemata.* Dicuntur res non-naturales obſcuro termino, quia corpus non conſtituunt, alias enim eſſent res naturales, neque ſi legitime adminiſtrentur, noxam inferunt, ſic enim res praeternaturales. Verum quia abſque illis corpus conſervari nequit, & ſi error aliquis in ipſarum regimine committatur, magna corpori accedit noxa, vocantur res non-naturales.

CAP.

Digitized by Google

C A P. V.

De Aere.

§. 1. DEfinimus *äërem* cum *Carteſio*, talem nobis ſuppeditante deſcriptionem, quae naturam äëris penitus exhaurit, id quod de definitione Peripateticorum nunquam dici poteſt, quod ſit *congeries particularum tertii elementi primo & ſecundo innatantium, cujus partes adeo tenues, & perpetuo motu a ſe invicem disjunctae ſunt, ut ſingulis momentis motibus globulorum coeleſtium ſive ſecundi elementi obſequantur hinc ſemper manet corpus rarum, fluidum & pellucidum.*

§. 2. Si itaque äër & in motu, & in miſtione rite fuerit diſpoſitus, vi ſua elaſtica ſanguinis circulationem per pulmones promovet, & nimiam humorum rarefactionem temperat. Sin ab aethere nimium exagitetur, ſanguinem quoque attenuat, humores exagitat & ſenſum caloris in nobis producit. Sin inſignis ejus portio verſus unam aliquam plagam moveatur, excitat ſenſum frigoris, tranſpirationem ſufflaminat, obſtructiones inflammatorias producit, lympham reſtagnare facit, & acidum vel auget vel foras reducit.

§. 3. Quod ſi in athmoſphaera noſtra ſalia varii generis obvolitent, vel plures aquoſae particulae äërem humidiorem reddant, varii generis febres, catarrhi, tumores, aliaque mala producuntur.

§. 4. Haec autem peregrina corpuſcula, vel ex globo terraqueo ope caloris ſolis, vel ignis ſubterranei evocantur: vel ex aliis halituoſis corporibus ſupra terram exiſtentibus äëri afflantur, quibus varius telluris ſitus, acceſſus & receſſus reſpectu ſolis aliorumque vagabundorum luminum velificari ſolet.

C A P. VI.

De Cibo & Potu.

§. 1 UTerque morborum ferax eſt, prout vel quantitate vel qualitate ventriculo, & ſanguini noxam inferunt, iſtius fermentum obruendo aut enervando, hujus temperiem inquinando aut miſtionem turbando. Nam qualis cibus, talis chylus: qualis chylus talis ſanguis, qualis ſanguis tales ſpiritus, talis lympha, talia fermenta, talis ſanitas.

§. 2. *Cibus* qualitate peccans abit in mucum, aut paſtam acidam viſcidam, vel in liquamen ſordidum & putrilaginoſum convertitur pro qualitatis nempe & conditionis varietate, quae vel ſola eadem generare poterit mala. Prodeunt ex hoc nido duae famoſae cruditates, & vitioſae digeſtiones, quarum una acida, altera nidoroſa vocatur. Ex eodem fonte ſcaturiunt varii generis febres, flatus intumeſcentiae, obſtructiones ſanguinis cacochymia, ejus miſtionis turbatio, ſucci nutricii depravatio, ſcabies, diarrhoeae, dyſenteriae, &c.

§. 3. Potus iiſdem etiam modis valetudinem noſtram infeſtatur, ipſamque oeconomiam animalem impugnat, praetertim ſi durante fermentatione vel diſtributione ingeratur, aut frigidus aeſtuantibus viſceribus affundatur, ubi idem in viſceribus fit, quod ferro ignito frigidae immerſo contingere ſolet, hoc eſt, inflammatoria obſtructio producitur, & aether antea maxime agitatus, nunc, ſuperveniente obſtructione omnia in vicinia turbat, & in tumultus ciet.

CAP.

C A P. VII.

De Somno & Vigiliis.

§. 1. QUum ſpirituum animalium officium inter alia ſit, ſanguinem ab extremis oris verſus centrum premere, hi autem tempore ſomni ſanguinis preſſioni a centro ad ſuperficiem reſiſtant, quod cedere neſciant, & fermentationes eandem ob cauſam ſint debiliores, luce meridiana clarius eſt, nimio in *ſomno* humores ad coagulationem diſponi, ſpiritus animales & parcius generari & craſſiores fieri; unde capitis dolor gravativus, catarrhi & lymphae viſciditas totiusque torpor exoriuntur.

§. 2. In nimiis autem *vigiliis* ſpiritus atteruntur in miſtione turbantur, & in qualitatibus ratione volatilitatis depravantur, hinc febres oriuntur, languet digeſtio in primis viis, praeſertim ſi ſpiritus ſtudiis ſeverioribus impendantur, unde ſanguis tandem activis ſuis particulis exuitur, ſalia particulis terreſtribus irretita non poſſunt volatiliſari, ſanguis craſſior, acidus aut foeculentus redditur, & ad ſcorbutum ſternitur via.

C A P. VIII.

De Motu & Quiete.

§. 1. QUamvis *motus* intra mediocritatis terminos cöercitus humorum itum & reditum promoveat, atque inſenſilem tranſpirationem conſervet, utcunque tamen ſi nimium intẽdatur, fores quoque variis aegritudinibus pãdit, praeſertim ſi a nimio motu pori nimium reſerentur, ſpiritus animales exagitentur, peregrina fermenta e viſceribus excutiantur & ſanguini confundantur, aut hic ob nimiam vaſorum concuſſionem limites ſuos praevaricetur, & qua data via profluat. Sin vero quum fluida tum ſólida a *nimio otio* torpeſcant, tranſpiratio ſufflaminabitur, humores circulantes reſtagnabunt in tubulis, & praeſertim in glandulofis canaliculis & vaſculis excretoriis, unde variae ſanguinis impuritates affectus cutanei, aliique morbi ab acido orti, ſuos deducent natales.

C A P. IX.

De Excretis & Retentis.

§. 1. SI illa, quae excerni debent convenienti tempore, loco & menſura excernantur, magnum profecto corpori humano inde exſurgit praeſidium. Verum ſi *excernenda* detineantur; aut *retinenda* excernantur, non poſſunt non variae inde excitari in oeconomia animali turbae, id quod in haemorrhagiis praeſertim obſervari ſolet, quae ſi excedant, ſanguinem profundunt, principia activa exhauriunt, calorem depauperant, & morbos vulgo frigidos dictos accerſunt. Sin conſuetae evacuationes ſupprimantur, graviſſimis non minus morbis laxatur janua, quales ſunt hydrops, apoplexia, aſthma, quartana, ſcabies, icterus, febres inflammatoriae, &c.

CAP. X.

De Paſſionibus animi.

§. 1. ANte omnia videndum erit, quid ſint paſſiones animi. Deſcribuntur autem a *philoſopho in Tr. de paſſionibus animae pag. 14. art. 27.* quod ſint *perceptiones, ſenſationes aut commotiones animae, quae ad eam ſpeciatim referuntur, quaeque producuntur, conſervantur & corroborantur per aliquem motum ſpirituum animalium.*

§. 2. E quibus palam fit, ipſos ſpiritus animales in animi paſſionibus prae aliis fluidis affici: Verum quum in ſtatu naturali ſanguis premat atque urgeat ſpiritus animales, hique viciſſim lympham & ſanguinem, atque principales & perennes motus, pulſus nempe & reſpiratio ab illis dependeant, nemo erit qui non videat, quam facile totum corpus in animi paſſionibus alterari & de ſtatu ſuo deturbari poſſit, praeſertim ſi ad inſignes illas mutationes fluidorum, quae eas vel comitantur, vel a tergo ſequuntur, mecum attendere velit.

§. 3. Hinc in *triſtitia* & *moerore* ſanguis parcior e corde emanat, cujus orificia quaſi conſtricta tenentur, pulſus tardior eſt & debilior, diaphragma uno ſed lento tenore ſubinde deprimitur, unde ſuſpiria & gemitus audiuntur; reſpiratio parva eſt & debilis, pallent genae, torpet lingua, pectus contrahitur, calor labaſcit, ſanguis incraſſeſcit, lympha redditur viſcoſa, paucioresque generantur ſpiritus, & omnia fluida quaſi in vappam vel acorem abeunt. Quippe ex ſpirituum defectu perit appetitus, chylificatio fatiſcit, languent digeſtiones & praematurae ſenectuti, vel, qui cum hac in omnibus convenit ſcorbuto, cardialgiae, melancholiae, tumoribus cancroſis inflammatoriis, vel etiam intermittentibus febribus, imo ipſi tandem gangraenae & ſphacelo fores aperiuntur; de quibus conſule practicos & experientiam.

§. 4. In *ira* ſanguis cum ſpiritibus animalibus coeteriſque fluidis contrariis veluti motibus agitatur & convellitur, hinc fiunt, bilis & ſucci pancreatici effuſiones, ſupervenit diarrhoea, cor tremit vel palpitat, facies mox pallet dein rubet, os ſpumat, taleſque furibundis vel epilepticis fere ſunt ſimiles. Saepius ſanguis in miſtione turbatur & febris inducitur: non raro humores circulantes rapidius circumacti, adjuvante ſolidarum partium vellicatione & concuſſione peregrinum quoddam fermentum e foco aliquo, in quo diu ſopitum jacuit ſecum vehunt verſus cordis thalamos illudque ſanguini confundunt, quod miſtionem ejus turbando, varias producit efferveſcentias atque ebullitiones ſive motus ſecundum omnes dimenſiones, unde calor; Et multi ex ira corripiuntur variolis, aut alia febri maligna. Quod ſi ſpiritus animales a ſanguine tali nimium preſſi quoque in ordine ſuo turbentur, atque cum impetu ad partes extra cerebrum explodantur, accedunt illico motus convulſivi. Sin vero vel ipſa *glandula pinealis* contrariis ejuſmodi motibus concutiatur, aut ſpiritus nimium jam aucti, vel in placido & tranquillo per cerebrum diſcurſu irritati non amplius legitimam curſus ſervent formam, oriuntur deliria, ipſa mens quaſi obruitur nec in ſe ipſam deſcendere aut ſuper cogitationes & ideas inter ſe confuſas reflectere potis eſt, hinc brutalis quandoque exoritur furor, & fertur equis auriga nec currus audit habenas.

§. 5. De *terrore* nihil habeo quod addam, quum jam in vulgus notum ſit, quae noxae inde & inſidiae ſtruantur & cudantur liquori cum vitali tum animali. Sic catamenia quandoque ex ſolo terrore ita ſiſtuntur, ut nunquam revocari poſſint; ſic terror fit peſtis puerperarum: Sic haemorrhagia narium compeſcitur, quando inſcio aegro frigida cervici affunditur: Sic ſingultum ſolo quandoque curamus

ramus terrore, quo tuſſim convulſivam infantum curatam quoque vidit *Williſius*. Et ex eadem cauſſa ſanguis coeterique humores in vulneratis ad coagulationem admodum proni ſunt.

CAP. XI.

De Plethora, Cacochymia, & turbata miſtione ſanguinis.

§. 1. P*Lethora* dicit nimiam ſanguinis bene coeteroquin diſpoſiti abundantiam. Quae an unquam dari poſſit, ſive ſit, ut ſcholaſtici loquuntur, ad vires, ſive ad vaſa, non usque adeo liquidum eſt. Quamvis enim primarium venae-ſectionis fundamentum poſitum ſit in plethora, & ipſa etiam experientia eam confirmare videatur: ſunt tamen qui eam cum *Helmontio* in dubium vocare audent, ut venae-ſectionem, quam a diabolo inventam & introductam fuiſſe non nemo aſſerit e foro medico proſcribere poſſint. Verum enim vero probabilius mihi quidem prior videtur ſententia, quod videlicet lac ſubinde ita augeri poſſit in ſanguine, ut magna inde totius maſſae ſanguineae turgeſcentia & rarefactio exoriatur, hinc quum moles illa pari alacritate ab ipſis ſpiritibus animalibus ad reditum verſus cor urgeri nequeat, plethorici magis prae aliis rubent, vaſa ſanguifera diſtenduntur, corpus obeſum fit & carnoſum, praeſertim ſi ocium & quies acceſſerint, quae vel ſola plethoram producere poſſunt, ut id in equis evidentiſſime obſervatur.

§. 2. Eſt autem plethora multorum morborum parens: dum vel orificium vaſis ſanguiferi ob nimiam ſanguinis molem nimium dilatatur, unde *haemorrhagiae* originem trahunt. Vel aliquod vaſculum ob nimiam diſtenſionem rumpitur (id quod in facie quandoque obſervatur) & ſub forma ſanguinis egreditur; hoc ſi in pulmonibus contingat, oritur *haemopthiſis*. Sin vero id fiat in cerebro vel cerebello, & ſanguis extravaſatus principium nervorum comprimat, oritur inde *apoplexia ſanguinea*. Quod ſi ſanguine in parte membranoſa extravaſato partes fluidiores diſſipentur, craſſiores vero & rigidiores poros cedere neſcios & prae aliis magis conſtantes in tantum obſtruant, ut ſoli materiae mundi ſubtiliſſimae ſive primis elementi tranſitus concedatur, haecque, & velocius nunc & aliter determinata obſtructas illas partes & vicinum ſanguinem exagitet, hic in miſtione turbatur, illae vero rumpuntur vel diſtenduntur, unde dolor pungitivus & inflammatoriae febres producuntur, ut in phrenitide, angina, & pleuritide videre eſt.

§. 3. Facile tamen crediderim, plethoram vix perſiſtere poſſe, ut non tandem in conſortium trahat ipſam cacochymiam ſive intemperiem ſanguinis. Eſt autem *cacochymia* vitioſa ſanguinis qualitas, ſive vitium ſanguinis in qualitate, dum ob ſenſibile magis unius vel alterius humoris praedominium ſanguis viſcidus, acidus, ſalſus, bilioſus, pituitoſus aut foeculentus, vel melancholicus redditur.

§. 4. Ipſi quoque humores circulantes reliquique ſucci a ſanguine dependentes pro varietate ſalium aliorumque degenerum corpuſculorum varias hac in cacochymia ſortiuntur appellationes, ut ipſa lympha nunc ſalſa, nunc viſcida nunc tenuis; bilis vero nunc magis viſcida, nunc praſina vel aeruginoſa, nunc atra vocetur.

§. 5. Tandem & *miſtionis ſanguinis turbatio* mater omnium febrium hic ſub cenſum venit cauſarum morbificarum, quippe febres ſunt, quarum ratio formalis & eſſentia unice in turbata ſanguinis miſtione conſiſtit. Nunquid cacochymia longe aliud quid dicit, quam turbata miſtio? haec ſane nunquam quidem eſt ſine

Digitized by Google

cacochymia, illa autem ſaepius eſt ſine febri. Sic liquor quidam fieri poteſt impurus; verum quum ſecundum minimas particulas non ſit turbatus, facile per ſubſidentiam, decantationem vel filtrationem a ſordibus liberari poteſt. Si miſtio ejus ſecundum minimas particulas ſemel fuerit turbata, omnes antedictae depurationes fruſtra inſtituuntur; id quod ſit in liquore fulmine tacto, aut ſub ſyrio aceſcente, qui nulla etiam arte in priſtinum reſtitui poteſt. Haec ſi ſanguini applicare velimus, facile e variis turbationis gradibus varias febrium ſpecies eliciemus, ita quidem, ut extremus gradus conſtituat peſtem, primus vero ephemeram,

C A P. XII.

De Flatibus, lumbricis & calculo.

§. 1. Quoniam & hae res praeter naturam in corpore genitae, graviſſimos ſubinde producunt morbos, haud immerito ſub cenſum cauſſarum morbificarum veniunt.

§. 2. Et facile quidem cum veteribus dici poſſet, *flatuum* cauſſam efficientem eſſe frigus ſive intemperiem ventriculi frigidam: verum quum ex autopſia conſtet, quod in ipſis cholericis, qui tamen temperamenti calidi ſunt; quandoque copioſiſſimi reperiantur flatus, alvique rugitus & murmura etiam in ſanis exaudiantur, non videmus, quomodo, in explicandis flatuum cauſſis, elementaribus illis qualitatibus contenti eſſe poſſimus. Hinc forte rectius cum neotericis ſtatuimus, materiam, ut catarrhorum, ita & flatuum ſemper eſſe in ventriculo & inteſtinis, dum ſemper vapores & exhalationes ex inteſtinali fiſtula per poros, qua datur via, in altum elevantur atque inferiorem corporis regionem pervagantur; quod ſi contingat, ut pori illi obſtruantur, flatus ſive catarrhi ventriculi, & inteſtinorum generantur.

§. 3. Rurſus, ſi ex reliquiis alimentorum primis in viis mucus coacervetur, in quem vel ſalia volatilia aſſumtorum, vel ipſa etiam bilis pinguior facta incidant, flatulentae ſtatim fiunt rarefactiones; & quum tunc tenacitas, nunc craſſities obſtet, quo minus flatus illi per poros exhalare poſſint, diſtenſiones abdominis dolores, & incondita murmura exoriuntur, taleque gas flatuoſum non raro vel per ſuperiorem vel per inferius guttur ſibi cum impetu exitum quaerit.

§. 4. Sin ingeſtis his frigida ſuperbibatur, indeque pori ventriculi & inteſtinorum contumacius obſtruantur, tanta ſubinde oritur abdominis intumeſcentia, ut rupturae accedat periculum, id quod in vaccis raporum foliis affatim veſcentibus, videre licet, quibus ſi frigidam ſtatim ſuperbiberint, ex flatuum copia ilia rumpuntur.

§. 5. *Vermes* quod attinet, eundem hic a veteribus commiſſum notamus errorem, putantibus, vermes non ex ſemine, ſed ex neſcio quo ſterquilinio per generationem aequivocam produci, hoc enim falſum eſſe evidentiſſimis nobis probatum dedit experimentis *Rhedi Italus*; cujus veſtigia prementes dicimus, omnes *vermes ex ovis muſcarum*, tanquam ex ſemine, adjuvante calore putredinali, & proportionato, excludi, quae quum alimentis, praeſertim ſaccharatis, lacticiniis, aliiſque quibus muſcae inſidias ſtruunt, copioſiſſime ingeruntur, & poſtmodum in ventriculo & inteſtinis, immo in aliis etiam partibus ſolidis ad maturitatem promoventur, ut non male ſcripſerit *Helmontius*, putredinem eſſe patriam lumbricorum.

§. 6. Sed progredimur ad generationem *calculi*, quem ex calida renum intemperie humores terreſtres adurente, produci autumant. Enimvero quamvis

Digitized by Google

non inficiemur vitra & ollas aliaque vaſa ex arena, cineribus vel argilla vi ignis quotidie confici; nemo tamen, opinor, erit, qui talem ignem in renibus concipiat aut figulinam ibidem ſibi effingat fornacem, in qua humores eo delati ad tantam excoqui poſſint duritiem. Immo ridiculum foret, tale quid in renibus ſibi imaginari, in quibus veſtalis ille ignis friget, & ad lateres coquendos nimis debilis redditus eſt, quum tamen haec aetas nephriticis doloribus admodum obnoxia ſit. Itaque ut veram calculorum cauſſam eruamus, in ſubſidium vocabimus experimentum chymicum *a celeberrimo Domino Mazio*, inſtitutum: ille enim in calculi deſtillatione vel ſublimatione multum ſalis volatilis, parum olei invenit, reliquum in fundo caput mortuum fuit, in quo vix tantillum ſalis fixi reperire potuit. Deinde advertendum eſt ad humores in primis viis apud calculoſos reſtagnantes, qui acido auſteri ſunt, viſcidi admodum & glutinoſi. Et tandem hoc etiam probe notandum eſt, quod ſaepius in veſicula fellea aeque lapides, ac in renibus generentur. Quibus praemiſſis dicimus, calculum generari ob defectum particularum oleoſarum in ſanguine, & conſequenter in urina tophos eadem ex cauſſa concreſcere; ſiquidem ob illarum defectum ſalia volatilia ſui juris facta glutinoſos humores combinant & coarctant, atque tandem in duelech cum ipſis concreſcunt: deficiunt autem particulae oleoſae ob deficientem debitam meteoriſationem, & attenuationem in ventriculo & inteſtinis, hinc ſopitae manent oleoſae balſamicae particulae, ut poſtmodum in ſanguine extraverti non poſſint, & acrimoniam aut aculeos ſalium obtundere neſciunt. Quae certe ſententia veritati magis conſona eſt, quam illarum qui ad ſpiritum lapidificum confugiunt, & quid in corpore noſtro fiat quidem dicunt, ſed quomodo id fiat, reticent, vel ignorant. Confirmant quoque eam medicamenta calculum frangentia vulgo dicta aliaque quae vel praeſervationis vel curationis gratia commendantur, quippe haec omnia ventriculo vel primis viis ſive chylificationi & digeſtioni ſunt dicata, ut ſi aliam nobis hic fingere vellemus cauſſam, inanem cum iis, qui Siſyphi ſaxum volunt, luderemus operam.

C A P. XIII.

De cauſſis morborum intemperiei, conformationis, compoſitionis & ſolutæ unitatis.

§. 1. QUum hactenus de cauſſis morborum in genere egerimus, nunc deſcendendum eſſet ad ſpecialiores, id quod & veteres feciſſe legimus, qui primo de cauſſis morborum intemperiei ſine materia, deinde quum hae cauſae rationem habeant in accerſenda intemperie cum materia, etiam de intemperie cum materia prolixe ſatis egerunt. Verum enim vero ſi aequa lance trutinemus omnia illa, quae de hoc negotio apud Sennertum alioſque inſtitutioniſtas tractantur, fatendum nobis erit, nihil fere praeter verba ibidem reperiri. Nunquid enim partes ſolidae aliquam contrahere poſſunt intemperiem, quae non radicaliter & formaliter ſit in fluidis; dic quaeſo, o bene! vitio neſcio cujus facultatis in parte aliqua ſolida intemperies produci poſſit? quum tamen in partibus ſolidis nihil praeter extenſionem ejuſque modificationem hoc eſt certam pororum configurationem & fibrarum ſitum atque convenientem diſpoſitionem ratione magnitudinis, rigiditatis, &c. reperiamus. Hinc vix ſatis mirari poſſumus, quod ipſe *Sennertus* craſſum hunc *Galeniſtarum* errorem non animadverterit, quum tamen alibi, praeſertim *in tractatu de conſenſu, & diſſenſu chymicorum*, humoriſtarum & quatuor primarum qualitatum fautorum lapſus in apricum deduxe-

duxerit, ſed dandum aliquid praejudiciis & injuriis temporum, quibus in acceptis ferendum, quod *L. 2. inſtit. cap. XI. ſcripſerit*, *Galenum recte docuiſſe, quod quaelibet non ſolum animalis, ſed & plantae particula quatuor facultates habeat, atque inter reliquas & eam, qua quod ſuperfluum eſt, & excrementicium, excernit & expellit.* Addit *Sennertus*, *ac ne facile animal de ſalute ac vita periclitaretur, Creator expultricem facultatem membris nobilibus fortiorem indidit. Et ni hoc admittatur, non ſolum alia multa, ſed tota de criſibus doctrina in dubium vocaretur. In criſibus enim manifeſte videmus, quomodo partes nobiliores, & principes humores, quibus gravantur, vel e corpore expellere, vel ad membra ignobiliora depellere ſoleant. Et quum hoc non faciunt membra nobilia, ſed oneri ſuccumbunt, neque vitioſos humores expellunt, pleruinque de vita actum eſt.* Nempe tanta ſapientiſſimi hi viri aſſerere audebant fiducia, partes corporis noſtri ſolidas non pari ambulare paſſu, ſed unam prae alia praerogativa gaudere, & majorem habere vim noxium expellendi, hinc in intemperiebus explicandis multi erant in inveſtiganda parte mandante vel recipiente: Deinde affluxum humorum dicebant fieri per attractionem, quaſi pars aliqua ſolida alterata ex calore vel dolore humores traheret? ſic vel ſingulis partibus ingenitam quandam tribuerunt cognitionem, quem errorem vel peperit vel nutrivit ignorantia verae philoſophiae; ſi enim naturam motus ſciviſſent, & quid eſſet calor, aut frigus, non opus habuiſſent ipſo cum *Sennerto* varias intemperiei tum calidae tum frigidae recenſere cauſſas, quum illius omnes in motu, hujus in quiete conveniant. Itaque ut firmiori aequiori incedamus tramite, obſervandum eſt, partem aliquam dici laborare intemperie calida, quoties humores eam permeantes ſecundum omnes dimenſiones agitantur, ipſaeque fibrae ſolito celerius commoventur, fit hoc (1.) quando ſanguis in vaſis ſuis reſtagnat, & motus progreſſivus transfertur in inteſtinum, (2.) quando pori & tubuli a cauſſa vel externa v.g. frigore aut contuſione vel interna humorum circulantium viſciditate aut craſſitie, obſtruuntur aut pervertuntur; (3.) quando ipſae fibrae disrumpuntur & in cincinnos reſiliunt, ipſisque fluidis obicem ponunt, (4.) quando res actu calidae admoventur. Quae cauſſae tamen in eo conveniunt, quod ita diſponant poros & intervalla tum ſolidarum partium tum fluidarum, ut ſoli materiae mundi ſubtiliſſimae tranſitus ſaltem concedatur; hinc non poteſt non ignis & intemperies calida privatae alicujus partis produci, quae toti tandem maſſae ſanguineae communicatur, dum & haec a peregrino motu in ordine, & determinatione depravatur. Fieri tamen poteſt, ut ſanguis ab aſſumtis, vino v.g. theriaca aliisque prius incaleſcat & intemperiem calidam acquirat, & ob peregrinum hunc motum in una vel altera parte ſolida reſtagnet adjuvantibus cauſſis illis antea enarratis, praeſertim ſi ſanguinis miſtio a peregrino aethere prius fuerit turbata, & ad reſtagnationem diſpoſita.

§. 2. *Frigidam* totius *intemperiem* inducunt acida, praecipitantia, & inviſcantia ſanguinem, nec non quae chylificationem retardant, aut fermentum enervant, aut lympham incraſſant; quo & illa, quae actu refrigerant, vel inſenſibilem tranſpirationem ſufflaminant, ſpectant; quamvis enim omnes illae cauſſae vices ſuas quandoque ita mutent, ut illae, quae calidam alias producunt intemperiem, frigidam accerſant, & vice verſa illae quae refrigerant calorem excitent, hoc tamen non obſtat, quo minus eas diſtincte tradamus, quum contrarios ejuſmodi effectus non niſi per accidens producant, & omnia illa intemperiem frigidam feciſſe dicantur, quae humores in motu praepediunt, & fibrillas ſolito minus movent, quamvis poſtmodum ob mutatam in fluidis & ſolidis texturam, aether novos cieat fluctus, & efferveſcentias.

§. 3. De cauſſis *intemperiei humidae* lubens ſileo, quum illa non detur niſi forte

te aqua vel foris parti affundatur, vel intus ſanguini confundatur; ſola enim aqua eſt humida, & partes illae lubricae & flexiles in corpore cribroſo, & tot foraminulis pertuſo, figi vel ad plenitudinem coacervari nequeunt.

§. 4. *Intemperiem ſiccam* cauſſantur omnia exſiccantia, v. g. balnea mineralia, äër calidus, medicamenta ſudorifera, adſtringentia, motus nimius & alia.

§. 5. Sed hic merito quaeritur, quare tantus humorum fiat affluxus ad partem dolentem vel incaleſcentem? Reſpondeo, nullus proprie loquendo datur affluxus ad unam partem magis, quam ad aliam: quare autem humores in una parte magis congeſti & ſaepius etiam majori in copia affluxiſſe videantur, certe nullam aliam agnoſcimus cauſſam, quam partis hujus obſtructionem, ſanguinis humorumque circulantium reſtagnationem, nec non particularum varium motum. Sic v. g. manus igni approximata humidior fit, quia tunc fluida in manu verſus varias dimenſiones moventur, & motus ille circulatorius ſeu progreſſivus impeditur. Manus autem ambuſta vel percuſſa magis intumeſcit, quia fibrae calamiſtratae humoribus tranſitum praepediunt, & quum a tergo ſemper novi torrentis inſtar ſequantur, non poteſt non in illa parte ad tantam plenitudinem fieri collectio. Idem contingit in parte dolente, quia doloris cauſſa eſt fibrarum diſruptio, quae ſtatim in cincinnos reſiliunt, & ſic contortae tranſitum, non aditum humoribus praecludunt: falſum itaque eſt dolorem vel calorem attrahere; falſum eſt, quod ubi calor & dolor, ibi humorum affluxus. Nihil ergo attrahitur, vel ab alia parte mittitur, & quae de partium nobilium praerogativa & motibus criticis *Sennertus* ſuperius monuit, ea certe modo longe alio explicanda erunt, de quibus capite de criſi.

§. 6. Cauſſae *morborum intemperiei ſanguinis, quae ex turbata miſtione oritur*, ſunt omnia illa, quae peregrinum aetherem ſanguini inferunt, qualia ſunt omnia venena, praeſertim ſecundi generis, quae turbando magis quam rodendo agunt; theriaca intempeſtive & largius ſumta: vinum largius potum, miaſmata morboſa, purgantia vehementiora, pus, fermentum febrile extra ſanguinem in tubulo partis ſolidae collectum, ſanguis grumoſus, lac corruptum, quae omnia ob miſtionis ſanguinis latitudinem & ſubjectorum varietatem vix determinari poſſunt, quod enim unius ſanguinis poris reſpondet, alterius minus commodum & conveniens eſſe poteſt.

§. 7. Ad morbos *conformationis* pertinet *primo* figura vitiata, cujus cauſſa vel in utero materno quaerenda, vel poſt nativitatem imprudentiae nutricis, aut caſui fortuito, vel humoribus vitioſis tribuenda eſt; quo varietas vaſorum & humorum diverſitas quoque ſpectant: Sic v. g. in eryſipelate vaſcula lymphatica capillaria obſtruuntur, non ſanguifera, hinc in eryſipelate rarius pus apparet. *Secundo* obſtructio meatuum, ſic tumores cancroſi & bubones fiunt in partibus glanduloſis, anthrax autem in tendinoſis. Scabies vero oritur, quando tubuli excretorii cutis obſtruuntur. *Tertio* ipſi meatus praeter naturam aperiuntur, qui apertionis modi vocantur anaſtomoſis, diapidiſis & diaereſis. Anaſtomoſis eſt orificii vaſis ſanguiferi apertio. Diapidiſis ſubtilioris ſanguinis per tunicas tranſudatio. Diaereſis vaſis ruptura aut eroſio. *Quarto* meatus conſtipantur, comprimuntur, quandoque prorſus coaleſcunt.

§. 8. Cauſſae *morborum compoſitionis* ſunt, quae vel nimium relaxant ligamenta, aut nimium contrahunt, vel plane diſrumpunt & diſtringunt.

§. 9. Cauſſae morborum *ſolutae unitatis* praeter varia inſtrumenta humores acriores, liquores ſtygii, venena primi ordinis, & quae virulentiam ſtatim in ore, gula ventriculo & inteſtinis explicant, eſſe poſſunt.

CAP.

C A P. XIV.

De Symptomatibus.

§. 1. S*Ymptoma* eſt phoenomenon, concomitans laeſionem teſturae partium cum fluidarum tum ſolidarum. Sive effectus praeter naturam, morborum ut umbra corpus concomitans.

§. 2. Quoniam duo illi liquores, vitalis nempe & animalis omne fere ferunt punctum in oeconomia animali, & intuitu horum duas quoque agnoſcamus facultates, vitalem nempe & animalem, ipſa etiam ſymptomata dividuntur in ſymptomata actionis laeſae, qualitatis mutatae, excretorum & retentorum.

§. 3. Omnis autem actio dicitur, laeſa quatenus vel plane aboletur, vel imminuitur, vel nimium augetur, vel depravatur.

§. 4. Ipſa illa facultas vitalis dum ad vitam ſanam conſervandam actiones circa chylificationem & digeſtionem edit, variis laeditur modis, unde variae emergunt apparentiae ſive ſymptomata, quae cum ipſorum remediis nunc ordine recenſebo.

§. 5. *Anorexia* eſt inappetentia, cum inſolito quodam ciborum faſtidio, fermenti ventriculi vitio introducta, a qua gradu differt δυσορεξία.

§. 6. *Cauſſa immediata* eſt defectus vellicationis fibrillarum nervearum in ſuperiori ventriculi orificio. *Cauſſa proxima mediata* quaerenda eſt in fermento ventriculi; *primo*, quatenus illud ob turbatam ſanguinis miſtionem plane deficit, ut in febribus ſubinde contingit: *ſecundo*, dum illud fatuum eſt, & principiis activis exhauſtum, quale in ſenibus ſaepius obſervatur: *tertio* dum fixum nimis & viſcidum, vel muco obvolutum eſt.

§. 7. *Cauſſae remotiores* ſunt alimenta quantitate & qualitate peccantia, varii generis febres, haemorrhagia; ſalivae defectus ejuſdem glutinoſitas, nimius teſtaceorum uſus, aetas ſenilis, fumus nicotianae, nimius theae uſus, ſpiritus vini intempeſtive ſumtus.

§. 8. Symptoma hoc praeſagit graviores in oeconomia animali turbas. Si in febrium acutarum declinatione anorexia ſuperveniat, vel appetitus antea proſtratus non redeat, novam inſtare calamitatem ſaepius portenditur; tutior eſt in febribus intermittentibus, ſed pejor in dyſenteriis.

§. 9. In *curatione* leviores vomitus approbamus, & in cathartica fortiora ſeverius animadvertimus: plus hic proſunt corrigentia, reſtaurantia & volatiliſantia, qualia ſunt *primo* blandiora acida, fermentum cotis inſtar acuantia, v. g. ſpiritus confortativus citratus, ſpiritus ſalis alkaliſatus, ſpiritus nitri dulcificatus, tinct. aperitiva *Moebii*, elixir. vitriol. *Mynſ.* tart. vitriolat. *Secundo* amara, v.g. eſſ. abſinth. centaur. &c. *Tertio* ſalina, v. g. omnia ex tartaro, omnia ex ſale ammoniaco, omnia ſalia fixa, arcanum duplicatum. *Quarto* balſamica oleoſa, eſſ. cinam. eſſ. panis, elixir propriet. dulc. tinct. propriet. *Mynſicht.* Sal volat. oleoſum quodvis, liq. c. c. ſuccinat. omnia olea deſtillata, ad unam vel alteram guttulam ſumta, juſculum calidiſſime ſumtum, potus theae moderatus.

§. 10. *Fames canina* eſt nimia appetentia, a qua gradu differt *bulimia*: *Cauſſa* eſt fermentum admodum eſurinum & fluidum, fibras nerveas continuo rodens: In febribus malignis plerumque prodromus eſt mortis: in intermittentibus morbi longitudinem minatur. In curatione commendamus pulverem abſorbentem *celeberrimi Wedelii*, theriacam recentem, omnia ex marte parata.

§. 11. *Pica* eſt deſiderium rerum inſuetarum, in quas non obſtante quod inedibiles ſint, & nomine alimenti indignae, fertur appetitus, dum cretam, arenam,

co-

Digitized by Google

corium, chartam appetunt. In *malacia* autem appetitus fertur in cibos conſuetos quidem, ſed vel crudos, vel eo tempore non habendos. *Cauſſam* dicimus eſſe mentem otioſam, & corporis motibus nimium auſcultantem; deinde diſtinctam admodum vellicationem orificii ventriculi. Sicuti enim ſenſuum externorum organa quandoque a cauſſis internis iiſdem cientur motibus, quibus ab objectis cieri ſolent, ipſamque mentem, ex conſuetudine judicantem, in errorem praecipitant, ita & in ſenſu famis peculiares ejuſmodi fiunt roſiones, quas mens diſtincte percipiens, inſolitos ejuſmodi motus componere ſtudet. Plura vide in *diſputatione de morbis ventriculi.*

§. 12. *Sitis* eſt potus deſiderium, cujus cauſſa eſt vel obſtructio canaliculorum ſalivalium, ut in febribus fieri ſolet. Vel aquoſarum particularum defectus, quale quid in hydropicis fit. Laudantur pro ſiti fallenda camphorata, decoctum hordei, decoctum citri, ſpir. ſalis ammoniaci, tinct. aperitiva *Moebii*, Potus theae, & omnia juſcula calida. De frigidis enim recte dicitur, quo plus ſunt potae plus ſitiuntur aquae.

§. 13. Fermentatio ſive chylificatio ventriculi in peculiaribus illis phoenomenis, quae nomine cruditatis acidae & nidoroſae veniunt, depravatur. *Cruditas acida* eſt collectio humoris mucoſi & acidi in ventriculo & primis viis, quae a Galenicis ſub nomine intemperiei ventriculi frigidae traditur. *Cauſſa* ſunt aſſumta acida fixa viſcida, hinc collecto ejuſmodi muco inflatur ventriculus, alvus adſtricta eſt, ventriculus plurimum valet ad appetitum, ad coquendum nihil. Ex concurſu bilis, in craſi ſua alteratae, & ſucci pancreatici itidem corrupti, miſtura quaedam auſtera oritur, mater ſcorbuti, hypochondriacae affectionis, calculi, contumacium in viſceribus obſtructionum & ſanguinis cacochymiae. Curatur ſpecificis corrigentibus, attenuantibus & ad leptomeriam exaltantibus, interpoſito ſubinde blandiori laxativo vel etiam emetico, nam & hic cathartica male audiunt, quia humores acidi nunquam ſine magna turbatione evacuari poſſunt, niſi prius fuerint converſi in ſerum. Commendamus iterum omnia ex abſinthio, omnia ex ſale armoniac. liq. terrae foliat. eſſ. ad acidulas. ſal. volatil. oleos. ſpir. carminat. de tribus, ſpecif. ſtomachic. *Poterii.*

§. 14. *Cruditas nidoroſa* dicitur, quando omnia aſſumta abeunt in liquamen ovo putrido haud abſimile, hinc ſapor in ore tetridus & ructus putridi percipiuntur, fluctuat corrupta bilis in ventriculo, quae nunc ab aſſumtis oritur, nunc a ſanguine ventriculo tranſmittitur. Periculoſior eſt cruditate acida, quia, ut illa morbos chronicos, ita haec acutos inter comites habere ſolet, quales ſunt vomitus, diarrhoeae, cholera, febres malignae. In curatione laudantur blande temperantia, v. g. omnia ex tamarindis; deinde quae ſal acre vel obtundunt, vel expellunt, v. g. miſtura ſimplex, tinct. bezoard. Spir. nitri dulcif. tinct. opii.

§. 15. *Nauſea* eſt inane vomendi deſiderium ob ſuperioris ventriculi ſtricturam & contractionem, ab humore quodam acri productam: quod ſi fauces digito fortius irritentur, ſequitur ob contrarium fibrillarum motum vomitus.

§. 16. *Vomitus* autem eſt contractio ventriculi verſus orificium ſuperius, quod tunc non conſtrictum eſt, ſicuti in nauſea, ſed patulum pro variis humoribus per gulam excernendis.

§. 17. *Cauſſa* eſt irritatio fibrillarum ab humore acri & ſaepius admodum viſcido intra tubulos tunicarum deliteſcente, qualis in ſcorbuticis & cachecticis ſaepius videtur. Vel liquamen quoddam bilioſum ipſa in cavitate ventriculi fluctuans: ſaepius cauſſa eſt in cerebro, ut in vertigine, & vulneribus capitis. Non raro tunicae ventriculi ſunt exulceratae, quod in dyſenteria ſubinde contingit.

§. 18. Cauſſae illae vel ab aſſumtis proveniunt: vel a ſanguine, recrementa illa in ventriculum eructante, ut in gravidis fieri ſolet.

§. 15. Cu-

Digitized by Google

§. 19. *Curatio* maturanda eſt, quia quatuor vomitiones plus debilitant, quam decem per alvum ejectiones; ante omnia autem acre vellicans eſt temperandum, & fibrillarum ſpaſmus demulcendus,quem in finem clyſteres commendantur,interpoſitis cydoniatis, blandioribus acidis, opiatis, bezoardicis vel lacticiniis hordeatis & amygdalatis. Externe cataplaſmata magis juvant ex diaſcordio, succolada, confectione alkermes, oleo nucis moſcatae expreſſo, aqua anhaltina, vino malvatico, ſpiritu menthae, balſamo embryonis, ſpiritu theriacali camphorato.

§. 20. In *vomitu cruento* praemiſſa pro circumſtantiarum varietate in brachio vel pede venae ſectione,decoctum hordei ſaſſafratum cum conſerva roſarum, & tinctura bellidis compoſita, tinctura coralliorum cum cera parata, eſſentia vulneraria *Hagendornii* ex cachunda, pulvis abſorbens *Wedelii* & omnia ex portulaca conveniunt.

§. 21. *Cholera* eſt ſymptoma ex vomitu & diarrhoea compoſitum,diverſi enim fibrillarum motus ſpaſmodici hic obſervantur, quorum unus ſurſum alter deorſum ciet: ille in ventriculi fibrillis, hic in inteſtinalibus ſibi locum vendicat. Deſcribi poteſt, quod ſit inordinata vehemens & in diverſas plagas irritatio fibrillarum in ventriculo & inteſtinis, cum pravorum humorum ἄνω & κάτω excretione,& praeſentaneo virium diſcrimine.

§. 22. *Cauſſa* iterum quaerenda eſt vel in vitali flumine ſanguine in miſtione ſua vehementer turbato; vel in aſſumtis putrilaginoſis aut nimium fermenteſcibilibus,vel etiam ſolito acrioribus, qualia ſunt pinguia, lac, ſanguis, purgantia, fructus horaei, & venena omnis generis.

§. 23. *Curandi methodum* accurate deſcribit *Sydenham*, jubens ad abſtergendum & temperandum juſcula alterantia in uſum vocare cum enemate ex decoct. pullor. cum flor. chamom. ſambuc & aliis parat. Humoribus illis fermenteſcibilibus maxima ex parte abſterſis reliquiis frenum paregoricum injiciendum eſt ex aqua mirabili menth. & laudan. liquido, aut potentius abſorbentia propinanda,inter quae cryſtallus omne fert punctum. Inter compoſita laudantur pulv. Mantuan. Anglic. cordial. pretioſ. theriaca coeleſtis, emulſiones amygdal. cum decoct. c. c. uſto & ſaſſafrato paratae.

§. 24. *Cardialgia* eſt magna quaedam circa praecordia anxietas cum ventriculi dolore gravativo vel diſtenſivo,& ſuffocationis periculo.

§. 25. *Cauſſa* eſt ventriculi & diaphragmatis diſtenſio & compreſſio, a flatulentis vaporibus, exitum non invenientibus, producta. Oriuntur autem ex paſta acida vel muco viſcido,ob depravatam coctionem in primis viis collecto, hinc ipſa curatio cum curatione paſſionis hyſtericae, incubi aut aſthmatis ſtomachalis fere concurrit. Laudantur enim & hic clyſteres revellentes & carminativi,eſſent. carminat. *Wedelii*, liquor. c. c. ſuccinat. ſal. volat. oleoſ. ſpirit. cephal. *Buſſii*, ol. cinnam. cum abſorbentibus datum.

§. 26. *Lienteria* eſt aſſumtorum ſub ea forma, qua ingeſta ſunt, per alvum excretio. In *coeliaca* autem paſſione alimenta, vel in tantum immutata, vel mutata quidem, ſed non bene digeſta, excernuntur.

§. 27. In ordine *cauſſarum* primum obtinet locum lympha gaſtrica, aut deficiens, aut viſcidior & fixior facta: ſymbolum conferunt errores duumviratus, ſive vitia bilis & ſucci pancreatici, Quandoque ſola alimenta, viſciditate & ſoliditate peccantia, ſunt in culpa.

§. 28. In *curatione* eo annitendum, ut activitas fermenti reſtituatur, & tonus ventriculi corroboretur, ipſique pori obſtructi reſerentur: Conveniunt itaque omnia ex mentha zinzibere, abſinthio & alia in curatione anorexiae ſuperius laudata.

§. 29. *Diarrhoea* eſt variorum liquidorum humorum per alvum excretio, a con-

continua glandularum inteſtinalium & fibrarum irritatione. Humores illi vel a ſanguine tranſmittuntur, vel intempeſtive e veſicula fellea, & pancreate ob inordinatum in ira vel metu ſpirituum animalium motum exprimuntur. Saepius ſalia aeria glandulas continuo ad excretionem irritant, & vel ex ſanguine vel alimentis in ventriculo corruptis prodeunt.

§. 30. In *curatione* ſedulo attendendum, an aliqua ſubſit inflammatio, quam diarrhoeam malignam vocant, & ſolis bezoardicis & diaphoreticis, poſthabitis adſtringentibus & refrigerantibus, curatur: ſin vero ex alimentorum corruptione & pravorum humorum in primis viis coacervatione ortum duxerit, praemittuntur ſudoriferis clyſteres & blandiora purgantia, ſubſequuntur theriacalia, & anodyna blandioribus acidis maritata.

§. 31. *Dyſenteria* eſt variorum humorum pure & cruore tinctorum cum alvi torminibus, pulſu frequenti, ſiti, vigiliis & cibi faſtidio excretio.

§. 32. Cauſſa proxima eſt glandularum & tunicae interioris inteſtinorum exulceratio cum oſculorum vaſorum ſanguiferorum exeſione & corroſione.

§. 33. Salia illa corroſiva vel cum aëre admittuntur & miſtionem ſanguinis turbando ſequeſtrationem talem praeternaturalem in glandulis, & tubulis inteſtinalibus inſtituunt; aut in alimentorum in ventriculo ſubactione extravertuntur, & primo fiſtulam inteſtinalem, deinde ipſum ſanguinem reliquoſque humores circulantes, afficiunt, & eodem agendi modo cum catharticis vehementioribus iſtiuſmodi ludunt dramata, nullam enim puto dari dyſenteriam ſine febri.

§. 34. *Curatur dyſenteria* tutiſſime ſolis diaphoreticis, neque video cur illa inteſtinis & ventriculo denegari debeant, quum facilius hic, quam alibi obſtructiones reſerare & ſalia aeria ex tubulis, & poris tum glandularum tum fibrarum inteſtinalium foras eliminari poſſint, utpote, quae ſudoriferis facilius auſcultant quam purgantibus; haec enim nec ab ulcere, nec ab inflammatione, nec a turbata ſanguinis miſtione indicantur, quum e contra ſudorifera his omnibus ex aſſe ſatisfaciant. Interea horis veſpertinis & nocturnis mitiora anodyna & opiata interponenda erunt, quo acre illud vellicans mature temperetur. De clyſteribus nunc meliora ex praxi edoctus longe aliter ſentio, qui quo rarius applicantur, eo minus inteſtina irritant, nihil enim his amplius movendum, ſed quod motum eſt, ad tranquillitatem quantum poſſibile componendum. Purgantia & clyſteres ſi juviſſe videantur, id non praeſtiterunt cauſſam morbi attingendo, ſed morbi productum, & quod priorem afflictionem augere potuiſſet, educendo.

§. 35. *Teneſmus* eſt continuus ſed fruſtraneus egerendi conatus ob ſphincteris ani criſpaturam, a muco quodam acri excitatam. *Curatur* fotu reſolvente, diſcutiente & ſimul anodyno: multum quoque praeſtat ſolus calor temperatus, hinc lac ſolis linteis duplicatis calide ſaepius adhibitum levamen adfert.

§. 36. *Colica* eſt dolor ventris & inteſtinorum, quem alvi conſtipatio & vomitus ſubinde comitantur.

§. 37. *Cauſſa* eſt humor acido auſterus, vel mordax & aeris, in tubulis tunicae inteſtinalis fibras contorquens vel divellens. Saepius flatus intus contenti, & inteſtina, & abdomen dolorifice diſtendunt.

§. 38. *Curationis* ſcopus primarius eſt, ut alvus ſit lubrica, id quod adeo neceſſarium eſt, ut etiam unico purgante rem hanc ſaepius ſatis feliciter expediamus. Sin autem alvus jam dum fuerit fluida, vicem purgantis abſtergens enema, aut infuſum aliquod tamarindinatum ſupplere poterit. Verum quum ſaepius malum hoc uno ictu averruncari nequeat, ad potentiora deveniendum eſt deobſtruentia, inter quae ſudorifera primas tenent, in quavis colica, ſi alvus prius fuerit relaxata, admodum proficua. Viennae Empiricus quidam ſibi magnam comparavit famam

Digitized by Google

mam per colicae curationem cum decocto quodam lignorum, cui par eſt rob. ebuli cum ſale volatili viperarum, aut ſpiritu diaphoretico *Mynſichti:* Huc ſpectant carminativa cum anodynis miſta, ut ſtrictura fibrarum relaxetur & flatus diſſipentur, v. g. ſpir. tartari tum ſimplex tum compoſitus cum tinctura opii, ſpirit. nitr. dulcificat. tinctura ſalutis *Langii* cum opio &c. Externe ſacculi paregorici in lacte cocti conveniunt: laudatur quoque faſciculus filorum lineorum illotorum, oleo incoctus & abdomini impoſitus: alii ol. ſuccin. umbilico inſtillant, quod alii cum zibetho, balſam. apoplect. & axung. cati ſylveſtris miſcent.

§. 39. *Paſſio iliaca* eſt fibrarum ab ano ad gulam uſque convulſio, qua contenta inteſtinalia per vomitum rejiciuntur cum maximo ventris dolore, & febri. Sive perverſio motus periſtaltici inteſtinorum orta ab inflammatione, aut nimia diſtenſione fibrillarum inteſtinalium.

§. 40. *Cauſſa* plerumque eſt frigus externum, aut obſtructio tubulorum a ſalibus, aut ira & perverſus motus ſpirituum animalium, aut flatus diutius retenti, & quicquid inflammatoriam obſtructionem producere poteſt.

§. 41. Pro *curatione* obtinenda laudatur potiuncula apud *Riverium* ex ſale abſinth. & ſucc. limon. Inſtar omnium eſt aqua menthae, quam ad plures dies cum commodo exhiberi poſſe, author eſt *Cl. Sydenham*. Æger deducatur in balneum temperatum, & fruſtra tentatis uſitatis hauriatur argentum vivum ad plures uncias.

§. 42. *Alvi obſtructio* oritur vel a bilis inertia, vel ab acido auſtero conſtringente. Conveniunt poma borsdorffiana jejuno ventriculo comeſta ob vini temperandi acidum, qua pollent: axungia anſerina cum pomis dulcibus cocta: paſſulae laxativae, pruna laxativa, omnia ex tartaro, elect. de Tamarind. cum fol. ſenn. vinum paſſulatum, clyſter domeſticus ex jure & ſale, aut ſaccharo vel melle.

§. 43. Quatenus autem facultas illa vitalis dicitur praeeſſe ſanguificationi & pulſus conſervationi, variis quoque laeditur modis, unde varia exoriuntur ſymptomata, quae ſolita brevitate quoque recenſebimus.

§. 44. *Palpitatio cordis* eſt motus quidam convulſivus cordis, & vaſorum appenſorum.

§. 45. *Cauſſa* ut plurimum conſiſtit in inordinato ſpirituum animalium influxu, eſtque parvae cujuſdam epilepſiae ſpecies. Quod ſi ſanguis viſcidus ſed admodum fermenteſcibilis fuerit, & ſpiritus craſſiores nimium rareſcant, tanto cum impetu una cum ſanguine ex cordis thalamis quoque exploduntur: ſaepius ſal acre vellicans in tubulos parenchymatis cordis deponitur, & irritando depravatos hos ciet motus, hinc ſcorbutici & quae facile fiunt hyſtericae hoc morbo ſaepius corripiuntur. Conveniunt autem omnia carminativa & antiſcorbutica, omnia abſorbentia & temperata cardiaca.

§. 46. *Syncope* (a qua gradu differt lipothymia) eſt praeceps virium lapſus ob ſanguinis circulationem praepeditam, dum ſanguis vel nimium rareſcit, & in motu ſuo progreſſivo impeditur: aut ob acidum ex parte aliqua ſolida excuſſum & ſanguini confuſum ad coagulationem & polypoſam concretionem inclinat. Curetur ſpirituoſis & ſanguinis circulationem promoventibus.

§. 47. *Cachexia* eſt nativi coloris toto in corporis habitu in lividum vel pallidum mutatio ob lymphae viſciditatem ejuſdemque in tubulis reſtagnationem. Sive eſt plurium tubulorum muſcularium obſtructio ob lymphae vitium facta. Coincidit hic affectus in curatione cum intemperie frigida, aut cruditate acida, nec non obſtructione hepatis, lienis, menſium, & iiſdem curatur remediis. quae ſunt eſſent. abſinth. compoſit. martialia, juniperina, volatilia oleoſa, &c.

§. 48. *Scabies* eſt obſtructio tubulorum cutaneorum, & vaſculorum excretoriorum in glandulis cutis miliaribus cum capillarium vaſorum lymphatico-

rum obſtructione, vel etiam dilaceratione, a ſale quodam facta.

§. 49. Omnis autem ſcabies eſt maligna & contagioſa, & ſaepius multum faceſſit negocii in curatione, quia quamvis coetera ſalva ſint in corpore, ſuperficialium tamen tubulorum & vaſculorum cutaneorum tanta adeſt obſtructio, ut ſaepius quo magis ludent ſcabioſi, eo magis in cute defodentur. Conveniunt blandiora cathartica cum mercurio dulci, ſudorifera viperina, & infuſa ſalia diluentia & temperantia: tale habet *Tinnaeus a Guldenklee* optimo ſemper cum ſucceſſu a me praeſcriptum: potus theae parem meretur laudem.

§. 50. Renum & veſicae ſymptomata ſunt iſchuria, dyſuria, ſtranguria, & diabetes.

§. 51. *Iſchuria & dyſuria* gradibus differunt, illa eſt omnimoda urinae ſuppreſſio: haec ejuſdem difficultas, dum cum conatu quodam, & dolore ardente excernitur.

§. 52. *Cauſſae Iſchuriae* ſunt variae. Sunt enim 1. in ſanguine in mixtione turbato. Vel 2. in canaliculis, vel nimis ſtrictis vel nimis flaccidis, vel obſtructis a pure, vel cruore aut calculo, aut humoribus craſſis & glutinoſis. *Dyſuriae cauſſae* ſunt vel in urina, ſale acri turgida, aut pure acri contaminata: vel in glandulis proſtatis exulceratis, & liquamen acre ſtillantibus; vel tandem in urethra exulcerata. Hinc *curationes* queque variant. Conveniunt in genere potiunculae ex manna, vinum malvaticum juniperinum, ſpir. carm. de tribus, ol. amygd. dulc. omnia ex terebinthina & ſuccino, althaea, liquor diureticus ex nucleis, liq. ſpl. ex tart. & nitro, decoctum contra calculum *Foreſti a Zuvelffero* correctum. Externe Cataplaſma ex coepis, & ſtercor. ovil. nec non injectiones ex abſtergentibus & temperantibus, ut & clyſteres deobſtruentes conveniunt.

§. 53. *Stranguria* eſt ſtillicidium urinae cum dolore, & ardore. *Cauſſa* eſt ſal acre vitio chylificationis vel digeſtionis ad veſicam translatum. Saepius culpa eſt in collo veſicae, vel etiam urethra. Proſunt aromatica oleoſa, omnia ex chamomilla, vinum malvaticum, decoct. rapar. pingue, & omnia quae in ſoda commendantur.

§. 54. Symptomata reſpirationis ſunt dyſpnoea, aſthma, orthopnoea, quae gradu ſaltem differunt. Nam *dyſpnoea* eſt reſpiratio difficilis citra ſonum: *aſthma* eſt reſpirandi difficultas cum ſonitu: *orthopnoea* ſumma eſt reſpirandi difficultas, ut non niſi erecta cervice ſpiritum trahere poſſint. *Cauſſae* quaerendae ſunt, vel in ſanguine & lympha, vel in ſpiritibus animalibus, vel in ipſis canaliculis trachealibus, vel in muſculis abdominis, vel in ventriculo & diaphragmate. Praemiſſo (ſi quidem opus fuerit) cathartico ex extr. Cnicoph. aut etiam vomitorio, conveniunt miſturae pectorales ex aqu. aſthmat. hyſſop. veron. lil. albor. oxym. pectoral. vel ſcyllit. decoctum pectorale Auguſt. omnia ex ſulphure, tartaro: ſal armoniac. ſperma ceti & tinct. propriet. elixir. propr. dulc. ſal. volat. oleos. eſſent. carminat. *Magni Wedelii*.

§. 55. Symptomata facultatis animalis & cerebri, ſunt primo affectus ſoporoſi, coma, carus, catalepſis, lethargus, incubus, epilepſia, apoplexia, quo & vertiginem referre poſſumus. Coma eſt vel vigil, vel ſomnolentum. In illo adeſt quidem obſtructio & inde ortus ſomnus, ſed nec profundus, nec conſtans eſſe poteſt ob ſal quoddam, quo mucus, obſtruens glandulas, cerebri praegnans eſt. Carus eſt affectus medius inter coma ſomnolentum & apoplexiam. *Catalepſis* eſt repentina arbitrarii motus ablatio, ſalva manente determinatione ſemel facta: hinc aegri eundem retinent ſitum, in quo erant tempore invaſionis, manente reſpiratione, pulſu & calore totius, a ſenſorii communis (glandulae pinealis) laterali obſtructione, a craſſis & viſcidis particulis facta, ortum trahens. Quum enim ipſa glandula non amplius auſcultet mentis imperio, ſed determinationem ſemel a

men-

mente factam retineat, ſpiritus eo ſemper ordine influunt, & membra eundem ceu in ſtatua retinent ſitum, donec nervorum pori a cauſſa externa, membra aliter locante mutentur, ipſique ſpiritus in alios muſculos influant. *Lethargus* eſt ſomnus profundus cum febri ob inopiam ſpirituum animalium, & cerebri a pituita obſtructionem introductus. *Incubus* eſt ſomnus profundus cum anxietate circa praecordia, ſenſu ponderis thoraci incumbentis, & ſuffocationis periculo. Nempe mens hic judicat ſecundum conſuetudinem, & in eo errat, quod non diſtinguat preſſionem illam, & vellicationem fibrarum muſcularium, reſpirationi dicatarum, non fieri ab objecto externo, ſed ab humoribus & flatibus. *Epilepſia* eſt ſomnus profundus cum vehementi partium externarum concuſſione, vel internarum levi contractione, a tumultuario ſpirituum animalium influxu ob ſubitaneam preſſionem, a ſanguine, fermento heterogeneo & exploſivo contaminato, factam, originem trahens. *Apoplexia* eſt ſomnus profundiſſimus cum ſenſuum, tum externorum tum internorum ablatione, manente ad tempus reſpiratione, & pulſu. Cauſſa eſt obſtructio principii nervorum, fitque vel a ſanguine extravaſato, vel a lympha admodum viſcida, unde apoplexia vel ſanguinea, vel humoralis eſt. *Vertigo* eſt plerumque prodromus gravioris affectus ſoporoſi. Oritur ab obſtructione nervorum, ut ſpiritus animales motu rectilineo influere nequeant, ſed in turbinem quaſi & gyrum vertantur; hinc objecta ſimili cieri motu apparent menti, juxta conſuetudinem judicanti.

§. 56. *Curationis* in paroxyſmo primarius ſcopus eſt excitare aegrum, hinc frictiones, clamores, vellicationes inſtituuntur, naribus graveolentia offeruntur, alvus acribus clyſteribus ſtimulatur, ventriculus ad vomitum invitatur, & pro circumſtantiarum ratione venae ſectio inſtituitur. Extra paroxyſmum conveniunt poſt primarum viarum evacuationem ſudorifera cinnabarina, ſetaceum, fonticuli, haemorrhoidum apertio, potus theae vel coffae.

§. 56. *Secundo* ſunt illa ſymptomata, in quibus ſpiritus animales aliquali & iſtantum adhuc funguntur officio: quorum primum eſt *phrenitis*, & deſcribitur, quod ſit delirium cum febri acuta & furore, ab inflammatoria obſtructione membranarum cerebri ortum trahens. *Cauſſa proxima* eſt inflammatio meningum, quae fit, dum pori a rigidis particulis obſtruuntur quidem, ſed ita, ut aliquot ſpaciola relinquantur ſoli materiae primi elementi pervia, unde tum ſalibus illis tum fibris idem accidit, quod particulis aquae & calcis vivae invicem commiſtis, aut ſucco graminis recens diſſecti & in cumulum congeſti accidere ſolet, indeque vicini quoque humores, ſanguis & ſpiritus animales, incaleſcunt, & in miſtione ſua turbantur. *Cauſſae remotiores* ſunt vinum, ſanguis extravaſatus, ira, febris ardens vel maligna, variolae, lochiorum ſuppreſſio. In *curatione* attendendum eſt ad ſtatum vigiliarum, & inflammatoriam obſtructionem, ne illas compeſcendo hanc augeamus. Itaque ſtatim aperienda eſt vena in brachio, pede, & fronte: non quod revulſio detur, quae ſtante ſanguinis per venas reditu ad cor implicat, ſed ut preſſio ob nimiam vaſorum diſtenſionem facta imminuatur, & obſtructio eo facilius tolli poſſit. Hac itaque peracta nitrum commendamus, aut arcanum duplicatum cum mercurio diaphoretico & camphora, ex qua laudem quoque meretur aqua cordial. frig. *Saxon.* camphorata. Externe diſplicent frigida, quorum uſum ſuſpectum facit inter alia vulgare iſtud remedium ex gallina recens diſſecta & capiti impoſita, ad cujus imitationem ego temperata calida frigidis anteponenda eſſe ſtatuo.

§. 57. *Melancholia* eſt delirium cum timore & triſtitia. Cauſſa conſiſtit in ſpirituum animalium craſſitie, hinc curſus formam ſemel ſuſceptam facile retinent, ipſique cerebro veſtigia profundius imprimunt. *Cauſſa antecedens* eſt intemperies ſanguinis acida, ſed ob ſalia volatilia profundius abſcondita, facile fer-

menteſcibilis. In *curatione* commendamus vomitoria, martialia, inter quae acidulas referimus, decocta acrimoniam temperantia.

§. 58. *Mania* eſt delirium cum furore, ſed ſine febri. Majorem h c deprehendimus irregularitatem, tum in ſanguine ſale acido abundante, tum in ipſis ſpiritibus animalibus, quorum indifferentia ſublata mentis turbatur tranquillitas, ut non poſſit non certis motibus inconcinnas jungere cogitationes. Si enim mens diutius haeſerit circa contemplationem alicujus objecti, vel cum voluptate, vel graviori aliqua paſſione, tunc veſtigia iſtius objecti cerebro vivaciſſime imprimuntur: poſt ubi ſpirituum tollitur indifferentia, quod eorum quidam non adeo ſubtiles maxima cum vi, & agitatione in ventriculos propellantur, tunc a veſtigiis illis, in quae prae aliis facilius incidunt, reflexi, ſua impetuoſitate ſenſorium commune vi quadam abripiunt, & menti imaginem quaſi veſtigii obtrudunt, ut mens, omnia ſua media ad juſta ratiocinia non uſurpans, mira quadam praecipitantia abſurdarum, & inconditarum actionum fiat & actor, & ſpectator.

§. 59. *Cauſſam* antecedentem dicimus eſſe ſanguinem multis irregularibus conſtantem particulis, iisque fermentativis. Vel fermentum certis temporibus a certa materia ſubtili e parte aliqua ſolida, ubi delituit, excutitur, & ſanguini confuſum dramata illa ludit. Huc faciunt aliae cauſſae procatarcticae, tempus vernale, hinc bene *Hippocrates*, *Vere quidem inſaniae*: Vinum generoſum ejuſque ſpiritus, ira, influxus lunaris.

§. 60. Maniaci robuſtiſſimi ſunt, quia ſpiritus animales ad muſculoſas partes fortius determinantur, ibidemque ob ſui craſſitiem diutius haerent, nec facile tenues abeunt in auras. Ex eadem cauſſa, & humorum circulantium agitatione, fit ut intenſiſſimum longo tempore citra noxam ferre poſſint frigus; accedit, quod mens ab internis nimium occupata, ad externa minora ſegnius attendat.

§. 61. Malum ſi recens ſit, non raro unico tollitur opiato. Inveteratum autem difficilius curatur. Si ſenſorii communis vincula dilacerata ſint, pro incurabili habetur. Ipſa *cura* periculi & moleſtiae plena, largiori venae ſectione & emetico ex helleboro albo, aliquoties repetito, inſtituitur, quibus praemiſſis teſtacea, camphorata, nitroſa, decoctum anagallidis fl. purpur. ſumar. ſanguinem aſininum in potu, & tincturam fl. hyperici *Mynſichti* commendamus.

§. 62. *Paralyſis* eſt ſenſus & motus abolitio, ob nervorum flacciditatem, ex obſtructione tubulorum, ſpirituum animalium influxum ſufflaminante, ortam. Proxima itaque *cauſſa* eſt denegatus influxus ſpirituum animalium, ob pororum nervorum obſtructione ab humore pituitoſo, nunc dimidiam ſpinalis medullae partem, nunc uno in latere aliquot ſaltem nervorum propagines occupante, factam. Fieri etiam poteſt illa obſtructio ob compreſſionem, & concuſſionem a ſanguine extravaſato. In *curatione* ſaepius purgandum, longisque decoctis aperitivis & incidentibus utendum; tandem ad thermas confugiendum. Interea cinnabarina, viperina, ſal volatile oleoſum, & omnia ex ſalvia feliciter adhibentur. Quod ſi ne ſic voti compos reddaris, inunctio mercurialis, tanquam remedium anceps, proponendum eſt.

§. 63. *Symptomata* oculorum (qualia ſunt amavroſis ſive coecitas, viſus hebetudo, myopia ſeu luſcioſitas, nyctalopia, ophtalmia, pterygium, leucoma, glaucoma, ſuffuſio, ſtrabiſmus, epiphora) dependent a tunicarum humorum, ſpirituum, & nervi optici aliorumque vaſorum vitio: quippe *tunicae* nunc craſſiores fiunt, nunc inflammantur, mox exulcerantur, variaſque experiuntur excreſcentias: *humores* autem peccant, dum vel ſitum mutant, vel figuram, vel conſiſtentiam, aut heterogeneis corpuſculis inquinantur; *ſpiritus* peccant in miſtione, motu & conſiſtentia: *nervi optici* obſtruuntur; *vaſa lymphatica* nunc obſtruuntur, nunc rumpuntur.

§. 64.

§. 64. Oculis conveniunt in genere ſpirit. vini anthos. l'eau d'Ongherie dictus, ſpirit. vini camphorat. aqua opthalm. *Rulandi*, liquor ophtalmicus *Mynſichti*.

§. 65. *Aurium ſymptomata* ſunt tinnitus aurium, difficultas auditus, ſurditas, & dolor aurium. Dependent autem ab obſtructione nunc totali nunc inflammatoria a craſſis vaporibus, in tympanum vel nervum irruentibus. Inter *remedia* primum locum tenent ſpirit. tartar. ſaſſafratus, aqua magnanimitatis, ſpir. vin. camphorat. aqu. hyſter. cum camph., & caſtor tinct. ſuccin. cum ſale armon. parata, aliaque auribus immittenda.

§. 66. *Guſtus & olfactus* nunc abolentur, nunc depravantur, variaque inde emergunt phoenomena, quae per obſtructionem pororum, lymphae vitium, aut ſpirituum animalium defectum explicantur.

§. 67. *Tactus* laeditur, dum pars ſenſu privatur, quod ſymptoma ſtupor dicitur, & a denegato ſpirituum animalium influxu oritur, eandemque cum paralyſi expetit curationem. Quod ſi depravetur, oriuntur variae doloris ſpecies, quarum ſex recenſemus, dolorem gravativum, ſcindentem, pungentem, tenſivum, oſtocopon & pulſatorium. *Gravativus* fit a craſſis humoribus, *tenſivus* a flatulentis vaporibus, *ſcindens* ab acido, *pungens*, ab alkali, [illegible] ab humore acri perioſtium, & fibras medullares vel oſſeas vellicante, *pulſatorius* ob vicinam arteriam in membrana inflammata.

§. 68. *Symptomata* facultatem genitalem infeſtantia ſunt ſterilitas, gonorrhoea, ſuffocatio uterina. *Sterilitas* a ſanguinis & lymphae dyſcraſia, ſeminis intemperie, & ovarii obſtructione proficiſcitur. Curatur deobſtruentibus, quem in finem balnea & thermae commendantur.

§. 69. *Gonorrhoea* eſt ſeminis corrupti, aut liquaminis lymphatici, excretio, a veſicularum ſeminalium laxitate, ſeminis & lymphae acrimonia, & glandularum proſtatarum exulceratione, ortum trahens. Curatur purgantibus hydragogis, mercur. dulcific. ſudoriferis, & ſuccinatis.

§. 70. *Paſſio hyſterica* eſt motus convulſivus meſenterii & diaphragmatis cum ſanguinis ad coagulationem aptitudine & praefocationis periculo. *Cauſſa* eſt humor acido-auſterus, in primis viis collectus: plus enim afficitur ventriculus & cerebrum, quam uterus, unde rectius morbus hypochondriacus diceretur: falſum enim uterum aſcendere, aut convolvi. *Curatur* carminativis, & opiatis praemiſſo enemate; alvus enim ſi in aliis morbis, profecto in hoc, libera eſſe debet, quia cauſſa videtur deliteſcere in ventriculo, & inteſtinis.

§. 71. Nunc de *ſymptomatibus in qualitatibus mutatis* dicendum, quorum primum eſt *icterus* quem a bilis effuſione & regurgitatione in ſanguinem oriri ſtatuunt. Rectius forte dicetur, eum ab obſtructione vaſculorum capillarium in ambitu corporis oriri ob ſanguinis viſciditatem & flavarum particularum ab aliis in eo ſeceſſionem. *Cauſſa* radicaliter ex primis viis, vel turbata ſanguinis miſtione. In *curatione* vomitoria & purgantia rarius ſatisfaciunt, ſaepius ſudoriferis negocium conficitur: Vidi ſola fragaria abſinth., & carduobened. quatenus amara ſunt, & acidum corrigunt, cito fuiſſe curatum icterum.

§. 72. *Chloroſis* eſt lenta febris a vitio lymphae, & forte etiam ſeminis orta. *Curatio* dirigenda eſt ad primas vias, & ante omnia obſtructiones viſcerum & glandularum tollendae ſunt. Commendamus eum in finem ſpirit. cephal. ſive ſal volatile-oleoſum, carminativa & martialia.

§. 73. *Eryſipelas* eſt inflammatio vaſorum lymphaticorum capillarium in cute cum febri. *Cauſſa* eſt inflammatoria obſtructio. *Interne* diaphoretica omne ferunt punctum. *Externe* deobſtruentia v. g. ſpir. vin. camphorat. epithema ex flor. ſambuc. roſar. tuſſilag. vino, aceto litharg. myrrha &c. conveniunt.

§. 74. Inter ſymptomata excretorum, & retentorum eſt *menſium ſuppreſſio*. *Cauſ-*

ſa

ſa eſt vitium ſanguinis & lymphae, ſive acida & viſcida ejus intemperies. *Curatur* aloëticis, carminativis, ſudoriferis, balneis, thermis. Placent mihi tinctura ſuccini, ſal volat. oleoſum uterinum, liquor. c. cerv. ſuccinat. omnia ex armoniaco ſale, martialia, elixir. proprietat. dulc. elixir. uterin. Moebii, potus theae, &c. crebrior enematum uſus.

§. 75. *Nimius menſium fluxus* oritur a ſanguinis intemperie calida & acri; aut reſtagnatione ſanguinis, & in varias dimenſiones ebullitione. In curatione placent alimenta medicamentoſa ex hordeo, & oryza, ut & ſucci plant. bellid. nec non ſudorifera. Adſtringentia autem imprudentibus relinquimus, quorum uſu plures vel ad orcum miſſas, vel in graviores morbos praecipitatas fuiſſe, novimus.

§. 76. *Lochiorum ſuppreſſio* ut plurimum ab admiſſo äëre frigido vel aſſumto potu frigido ortum trahit. Inducunt autem lochia omnes iſtas calamitates, quas venenum epotum excitare ſolet, ut febris illa inflammatoria, qua fere omnes puerperae moriuntur, non male peſtis puerperarum vocetur. Quoad curationem obſervari velim, puerperas tractandas eſſe, ſicuti graviter vulneratos tractare ſolemus, utrinque enim eadem militat ratio. Commendamus tinctur. antimon. ex ſcoriis reguli paratam, tinct. myrrh. myrrham, arcan. dupl. antihect. *Poterii*, antim. diaphoret. aqu. hyſter. puleg. & bezoardica.

§. 77. *Lochiorum fluxus nimius* nihil aliud eſt, quam haemorrhagia uteri a continui ſolutione orta. Pro *curatione* corallia, & tinctura opii prudenter adhibita ſufficiunt.

§. 78. *Sudores nocturni* ſunt pediſſequae hecticae & phthiſeos, & ex colliquatione totius oriuntur, inde eſt quod apparentibus his phoenomenis plures ſibi metuant de imminente hectica, neſcii omnes ſpleneticos, vulgo dictos, & ubi acidum in primis viis praedominium obtinet, nocturnis quoque ſudationibus facile fieri obnoxios. Ubi enim chylus, ob acidum, viſcidior ad maſſam ſanguineam fuerit delatus, non poteſt non ſanguis paullulum turbari in ſua miſtione, & in motu inteſtino evehi. Hinc tales eo tempore quid febrile patiuntur, pulſus eſt frequentior, arteriae in extremitatibus vehementius pulſant, & tandem ſudores abſque ulla moleſtia erumpunt. Nempe quando ſanguinis partes in motu progreſſivo paullulum retardantur, e contra autem inteſtinus ipſarum motus intenditur, plus humorum agitatorum in tubulos excretorios cutis impellitur, quam ſub forma vaporum egredi poteſt, quia ob tumultuarium hunc motum, & ipſa vaſa lymphatica capillaria obſtruuntur, hinc ſerum pingue ſub forma madoris qua data via profluit. Curatur hoc malum coena frugali, abſorbentibus & ſudoriferis.

§. 79 Quod ſi plura reſtent dicenda, ſicuti revera reſtant, nullus dubito, ea aeque facile, & perſpicue noſtris ex principiis explicari poſſe.

Finis Libri Secundi.

INSTI-

INSTITUTIONUM MEDICINAE RATIONALIS

LIBER III.

SIVE

SEMIOTICA

CAP. I.

De ſignis in genere.

§. I.

DOctrina de *ſignis*, ſi quae alia, digna profecto, ut tyronibus commendetur, quum tota die videamus, quam enormes ob neglectam diagnoſin committantur in praxi errores, & quam facile Medicus ex ignorantia ſignorum prognoſticorum exſtimationis ſuae incurrere poſſit diſcrimen. Multi enim ſunt, qui vocati ad aegrotum, morborum vel plane non agnoſcunt, vel alium a vero longe diverſum ſibi fingunt, & circa individuum vagum fluctuantes quaſi per ſaltus ex quatuor mundi angulis remedia ſibi invicem contrariantia accerſunt. Quapropter, ut hos evitemus ſcopulos, neceſſe erit ad apparentias, res ſenſibiles, ſive quae in ſenſus incurrunt, attendere, miſſis his quae alii de ſignis diagnoſticis ſtatus naturalis hic tradere ſolent, quum vel in vulgus nota ſint, vel ſcopum futuri practici non attingant.

§. 2. Eandem merentur cenſuram ſigna *temperamentorum*, tum totius, tum unius cujuslibet partis in ſpecie; ſi enim pars aliqua ſolida prae alia calidior aut frigidior appareat, nequaquam exiſtimandum eſt, eam peculiarem & neſcio quam poſſidere qualitatem, utpote quae omnes ex ſe & ſua natura ſunt frigidae, & pari in qualitatum choro ambulant paſſu, omnemque ſuum calorem, qualis qualis etiam ille fuerit, habent a fluidis: ſed cauſſa vel in texturae a cauſſa externa frigore v.g. aut percuſſione vel caſu inducta mutatione; vel in fluidorum, partem illam tranſeuntium, viſciditate, vel praecipitatione quadam, a privato fermento facta, conſiſtet, ob quam pars una altera calidior cenſebitur: quia videlicet humores non pari alacritate utramque alluunt. Quo ipſo fama decantatae antipraxiae viſcerum ſervari, & ventriculus ipſo hepate ſubinde frigidior hoc illo calidus, vocari poteſt; ſi nempe ventriculus quo ad tubulos & poros magis, quam hepar fuerit obſtructus, & fluida, introrſum & extrorſum tendentia difficilius tranſmiſerit, a quorum motu omnis horum viſcerum dependet calor,

§. 3. Sunt autem ſtatus praeternaturalis *ſigna*, vel *diagnoſtica*, vel *prognoſtica*. Signa *diagnoſtica* morbi cauſſam ejuſque indolem coeteraque attributa, & partem affectam revelant. Nempe attendimus ad phoenomena, (cum morborum ſe-

ſemina ſaltem intelligibilia ſint) illa per ſuas cauſſas ex noſtris principiis explicamus, & ex illorum congerie tandem ipſum cognoſcimus affectum, eumque cum ſuis cauſſis in apricum deducimus, quo ipſo etiam ad abditos morbos eorundemque reconditas cauſſas laxatur janua, pari fere felicitate, qua *Carteſius* ſtupendos magnetis explicuit effectus, recenſendo prius omnes ejus proprietates, deinde illarum cauſſas introducens nihilque admittens quod non clare & diſtincte percipi poſſit. Et ſic demum naturam magnetis funditus exhauſit.

§. 4. Deſumuntur autem ſigna *diagnoſtica* ex pulſu, urina, actionibus laeſis tam vitalibus, quam animalibus, victus ratione, vitae genere, ſexu, juvantibus & nocentibus, nec non communiter vagantibus malis.

§. 5. Signa *prognoſtica*, morbi eventum, humoris morbifici cruditatem vel coctionem, omneſque tempeſtates indicantia, itidem ex pulſu, urina, reſpiratione, habitu corporis, lingua, oculis, & perverſo ſpirituum animalium motu leguntur.

C A P. II.

De ſignis in ſpecie, quae ex urina deſumuntur.

§. 1. PRaeclare ſcripſit *Helmontius*, *urinam eſſe vel potus, vel ſanguinis*. Cujus veſtigiis inhaerentes dicimus *urinam* non male ſudorem ventriculi coeterorumque abdominis viſcerum vocari, quum non ſolum ſanguinis ſit excrementum, ſed etiam ex vaporibus ſive ſudoribus partium ſolidarum, qui per poros introrſum ſpectantes ipſam veſicam urinariam ingrediuntur, componatur. Hinc facile dari poteſt ratio, quare potatores urinam ſolito citius reddant, quum tamen impoſſibile ſit, ut potulenta tam brevi temporis ſpacio ingentem tot regionum tractum peragrare potuerint, quippe potulenta ita ſub vaporis forma, qua data via hinc inde oberrant, & veſicam ingreſſa urinam limpidam omnis odoris & ſaporis expertem componunt, quae ab altera, quae ſanguinis dicitur, in eo differt, quod in ea plus acidi, ſulphuris & ſalis, in hac vero plus phlegmatis reperiatur.

§. 2. Eſt autem *urina* liquor quidam ex varii generis particulis compoſitus, acidis nempe, alkalicis, pinguibus, aquoſis, terreſtribus, chyloſis aliiſque, aureo colore praeditus, & cribrationis in renibus ope, nec non vaporum veſicam intrantium condenſatione generatus.

§. 3. *Sedimentum* illud, quod urinae naturaliter ineſt, eſt portio chyli, quae tum per anguſtos canaliculos renum lanae inſtar pectitur, floccorum induit figuram, atque pro ſitus, quem tenet, varietate, nunc hypoſtaſis, nunc Enaeorema, nunc nubecula appellatur. Si enim fundum occupaverit, erit hypoſtaſis; ſin mediae innatet regioni, dicetur enaeorema: quod ſi in moleculas diſcerptum in ſuperiori regione fluctuet, nubecula appellabitur.

§. 4. Conſideramus autem in *urina* conſiſtentiam, quantitatem, colorem, odorem, & ipſa contenta, atque ex his demum collective ſumtis judicium ferimus.

§. 5. *Urina* quae *craſſa ſpiſſa* aut *viſcida* eſt, intemperiem ſanguinis viſcidam & acidam inducat, & cacochymiae eſt ſignum.

§. 6. *Urina* quae *turbida* mingitur & *confuſa* manet, innuit copiam particularum terreſtrium, lymphae craſſitiem, malam digeſtionem in inteſtinis, ſpirituum & aetheris conſueti inopiam, ſalium volatilium depreſſionem, hinc in febribus ſemper periculum portendit. Quod ſi *clareſcat*, & humores fundum petant, melioris erit notae.

§. 7. *Urina tenuis* & *aquoſa* obſtructiones, & ſecretionis defectus, tum in primis

mis viis, tum in partibus glandulofis & arteriarum extremitatibus, aliiſque canaliculis prodit, unde ex tali urina lienis, renum, uteri, hepatis, aliarumque partium obſtructiones & infarctus augurare poſſumus.

§. 8. *Urina* altero tanto *copioſior*, & quae potus quantitatem longe excedit, certos nos reddit, cutis meatus & canaliculos excretorios eſſe obſtructos, veſicae autem poros valde patulos. Vel ſignum perhibet novae inundationis, dum ſerum antea in viſcere, vel parte muſculoſa reſtagnans, perruptis aggeribus, ſanguini denuo confunditur, & ad renes amandatur. In ejuſmodi caſibus alvus ut plurimum eſt adſtricta, ſitis urget, & appetitus languet. Sin *parcius* eddatur, renes erunt obſtructi, vel ſerum alio transferetur aut effundetur, hinc recte dicitur, quod ſputatores, ſudatores, & lactantes pauciorem reddant urinam.

§. 9. *Color urinae* qualiſcumque ille fuerit eſt a ſalibus varii generis, cum oleoſis partibus aliiſque contentis arctius combinatis; prout enim haec radios luminares ſecundum lineas rectas vel rectis aequipollentes plus minus admittunt, ita quoque eorundem egreſſum mille modis variare poſſunt. Itaque quo magis *urina tincta & intenſo colore ſaturata* erit, eo magis participabit de ſalibus. Sin *pallida* fuerit & *aquoſa*, index erit (coeteris tamen paribus) morbi chronici, & defectum ſalis volatilis & particularum ramoſarum indicabit.

§. 10. Difficile ſane eſt *urinam* potatorum, omnis ſaporis & odoris expertem; & conſequenter ab *urinis*, cachexia, calculo renum, aut menſium obſtructione laborantium, ſigna diſcernere. Quas tamen nebulas diſcutere poſſumus; ſi *urinam* coquamus ſuper ignem, vel *alkali aliquo* praecipitemus, ſic enim haec mutabit faciem, dum altera & coctionem, & praecipitationem ſine inſigni ferat alteratione.

§. 11. *Urina rubicunda, intenſe ſaturata & flammea*, magnam humorum agitationem, miſturae ſanguinis turbationem, & peregrini aetheris vehementem inſultum indicat. *Subrubra & craſſa* ſcorbuti, phthiſeos, & morborum ab acido oriundorum praebebit indicia, praeſertim ſi ſimul valde ſpumoſa fuerit.

§. 12. Ex *urina vireſcente* colicam, cardialgiam, alvi obſtructionem, & morbos ex acido auſtero oriundos, conjecturamus.

§. 13. *Urina flaveſcens confuſa & turbida*, vel *jumentorum urinae ſimilis*, vertiginem prodit & affectus hyſtericos. In febri inflammatoria urina confuſa, & flaveſcens inſtar vitelli conquaſſati praenuncia fuit mortis.

§. 14. *Urina livida & craſſa* in acutis peſſima. Extra febres autem affectus ſpleneticos, & ſucci pancreatici vitium indigitat.

§. 15. *Urina nigra* eſt ab humoribus auſteris, ſalibus fixis, terreſtribus & viſcidis particulis conjunctis, atque ſub tali colore ſaepius a nephriticis, & ſcorbuticis redditur. An vero talis in ſanguinis necroſi, & extrema turbationis miſtione unquam viſa fuerit, & peſtis, vel inſtantis mortis, indubitatus ſit teſtis, ego quidem neſcio, qui nunquam talem vel in peſte laborantibus vel in moribundis, obſervavi; Neque etiam ſolidam video rationem, quare urina ubi jam omnia quaſi polypoſe concreſcunt, vel cadaveris induunt formam, aut jam putreſcere incipiunt, nigri debeat eſſe coloris; quum ſaepius etiam poſt mortem in veſica contenta alius coloris reperiatur.

§. 16. *Urina foetida* exulcerationis in renibus, veſica, vel meatu urinario, eſt indicium; ſaepius de potentiori in ipſa urina fermentatione teſtatur, quae facit, ut ligata ſalia ſui juris fiant, & qua data via vehantur ab aethere in äëra. Quod ſi *odoris expers* ſit, erit illud a defectu ſalium & olei, quae vel non tranſmittuntur: vel tranſmiſſa ab aliis particulis viſcidis, & terreſtribus ſubjugantur.

§. 17. In *ſedimento* coeteriſque contentis conſideramus materiam, conſiſtentiam, colorem, coeteraſque qualitates. *Arenoſum album ſabulo albicanti haud abſimile* menſium obſtructionem, & lienis oppilationem revelat. Si *album* ſed *viſco-*

Digitized by Google

ſum fuerit *coagulum* vitioſae chylificationis & digeſtionis erit argumentum. *Rubrum farinaceum* ſcorbuti, intemperiei lymphae & ſanguinis acidae, erit teſtis.

§. 18. *Arenulae rubrae acutae* & *micantes*, quae urinae innatant, aut a chyloſo ſedimento colliguntur, hypochondriacam, acrem ſanguinis & ſucci nutricii intemperiem, atrophiam, & ſi urina ſimul valde tincta fuerit, hecticam indigitant. *Rubrae* ſed *ſolidae*, quae in vaſis fundo conſpiciuntur, de nephritide & calculo renum teſtantur.

§. 19. *Sedimentum diſcerptum*, & *floccorum inſtar* per ambitum liquoris diſperſum prodit catarrhos, & morbos ex lymphae vitio oriundos. *Craſſum & conglomeratum* dicit pus. *Craſſum* quidem ſed *filamentoſum* gonorrhoeam, & in mulieribus fluorem album indicat.

§. 20. *Vrina ſpumoſa*, & quae *bullas diutius perſiſtentes* habet certos nos reddit de morbis pectoris vel capitis, & flatuum copiam innuit.

§. 21. Verum quum haec generaliora ſint, nunquam illis ſolidis fidendum, ſi quidem verax prognoſtes eſſe velis. Sin Agyrtarum more plus quaeſtum facias, quam ipſam veritatem, nihil amplius quidem requiritur, quam ut multa garrias, & quadrata rotundis miſceas, nemo enim erit, qui ad contradictoria & figmenta attenderit; ſufficit ſi ſemel verum dixeris: ſic enim more diaboli unica veritate mille vendes mendacia. Placet nobis judicium *Celeberrimi Wedelii*. *Urina*, inquit, *infidus valetudinis interpres eſt*, & *praeſtat ex ea judicare interrogando, quam decidendo, ad lectum quam domi nota, quam ignota.*

C A P. III.

De ſignis, quae ex pulſu deſumuntur.

§. 1. Quamvis autem ex urina ſtatum ſanguinis & lymphae, & cujus generis ſalia in illis praedominium obtineant, in genere quidem cognoſcamus, certiora tamen & ſpecialiora indicia deſumimus ex *pulſu ſive motu cordis*, qui non ſolum ſanguinis conſiſtentiam, & miſtionem ſecundum ſingulas partes nobis revelat; ſed etiam de ſpirituum animalium vigore, vel imbecillitate, ordine, vel *ἀταξίᾳ*, & conſequenter de tota oeconomia animali, teſtatur.

§. 2. In eo autem peccant Medici, quod in cordis motibus obſervandis non ſat temporis impendant, ſed poſt unum vel alterum ictum manum ſtatim removeant, adeoque ſic ſaepiſſime decipiantur, putantes totam maſſam ſanguineam cum tribus vel quatuor ejus guttulis, quarum conſiſtentiam, & miſtionem in uno vel altero pulſu explorarunt, pari ambulare paſſu, quum plerumque fieri ſoleat, ut particulae a tergo ſequentes aliter miſtae, aliuſque ſint conſiſtentiae. Accedit etiam hoc, quod peregrina fermenta, e tubulis partium ſolidarum ſubinde excutiantur & ſanguini confundantur, in quo ſtatu ſanguis tam diu bonus eſſe poteſt, donec heterogeneae illae particulae, a ſanguinis prioris motu, & miſtione abludentes, cor ingrediantur & in pulſus tum celeritate tum frequentia notabilem inferant mutationem. Non mirandum ergo, quod *Sinenſes* in pulſibus explorandis nobis ſint feliciores, utpote qui integram fere horam huic negocio impendunt, quo tempore tota maſſa ſanguinea cordis thalamos peragravit, unde etiam de tota maſſa ſanguinea aequius judicium ferre poſſunt.

§. 3. *Pulſuum* differentiae in eo conſiſtunt, quod *pulſus ſit* vel *magnus & vehemens*: vel *parvus*, & *debilis*: Deinde quod ſit vel *celer*, vel *tardus*. Tertio quod ſit vel *frequens* vel *rarus*. Et quarto quod ſit vel *aequalis* vel *inaequalis*, ſub quo *myurum*, *vermiculantem ſormicantem*, & *intermittentem* comprehendimus.

§. 4. *Pulſus magnus & vehemens* indicat ſanguinis guttulas ita eſſe diſpoſitas,

ut

ut promte rareſcant, & quod multas particulas volatiles, & fermenteſcibiles in ſe contineant; hinc talis pulſus nunquam periculum portendit.

§. 5. *Pulſus eſt parvus & debilis*, quando guttulae ſanguinis ad fermentationem ineptae ſunt, id quod ob particularum terreſtreitatem & craſſitiem fieri poteſt, unde languentem, vel minus potentem fermentationem & ſpirituum defectum, nec non humoris acido-auſteri & ſalini-fixi abundantiam indicat.

§. 6. *Pulſus celer* reſpicit tempus illud, quod rarefactioni impenditur, unde ſcire poſſumus, an guttulae cordi illabentes promte attenuentur, ipſeque ſanguis fermenteſcibilis fit.

§. 7. *Pulſus tardus* fit ob ſanguinis viſciditatem, vel etiam ob ſpirituum inopiam, hinc vel debilis, vel magnus eſſe poterit: debilis, ubi vires ſunt attritae & ſpiritus diſſipati: magnus, ubi ſanguis viſcidus quidem, ſed plures oleoſas & fermenteſcibiles particulas adhuc in ſe continet.

§. 8. *Pulſus frequens* vel *rarus* dicitur, ſi ad illud intervallum attendamus, quo alia guttula vel portiuncula a ſanguine refluo diſcerpitur. Si enim partes undae inſtar ſe invicem ſequuntur, pulſus dicitur frequens, qui reſpectu ipſius rarefactionis in corde ſimul debilis, parvus, & tardus eſſe poteſt. Sin vero particulae, quae cor ingredi debent, rarius a ſe invicem dividantur, pulſus vocatur rarus, qui tum magnus, tum parvus, tum celer, tum tardus eſſe poteſt.

§. 9. *Pulſus aequalis* de aequali ſanguinis conſiſtentia perhibet teſtimonium. *Inaequalis* autem intemperiem & turbatam fluidorum miſtionem indicat. Omnium peſſimi ſunt *myurus*, *vermiculans*, *tremulus* & *formicans*, quales in moribundis obſervantur. *Intermittens* non ſemper malus eſt, quippe fieri poteſt, ut quid viſcoſi, vel fixi terreſtris & ad fermentationem minus apt, ſubinde cordis ventriculos ingrediatur, quo tempore pulſus per unum vel alterum momentum intermittet, inde hypochondriaci & ſcorbutici, talem quandoque habere ſolent.

C A P. IV.

Continens ſigna, quae Plethoram, Cacochymiam, turbatam ſanguinis miſtionem, & cruditatem tum acidam, tum nidoroſam indicant.

§. 1. PLethora facile cognoſcitur ex carnoſo corporis habitu, vaſorum ſanguiferorum diſtenſione & amplitudine, lactis ſive chyli in ſanguine turgeſcentia, ſpontanea artuum laſſitudine, qui a copia ſuccorum gravantur. Praeceſſit victus laudabilior & copioſior, uſus cereviſiae pinguis, bene coctae & per fermentationem depuratae, & quod caput rei eſt ocium, quies, mens laeta, mens hilaris.

§. 2. *Cacochymiam pituitoſam* indicant pulſus tardior, urina pallida, habitus corporis mollis, vaſa minus diſtenta, pili albicantes, ſomnolentia, defluxiones, ſenſuum internorum hebetudo. Quod ſi pituita fuerit ſalſa, ſive ſi lympha acris peccaverit, ſapor ſalſus erit in ore, dolor ibi, ubi defluxio vel reſtagnatio.

§. 3. *Cacochymiam bilioſam* prodit fervor, acrimonia, ſitis, pulſus celer, urina valde tincta & ſalibus ſaturata. Tales non bene ferunt jejunium, & ad diarrhoeam ſunt proclives.

§. 4. *Cacochymiam melancholicam* pulſus parvi & rari indicant, niſi forte

 quae-

quaedam guttulae ſanguinis cor ingrediantur, quae aetheri facile quidem cedant, ſed ob viſciditatem ſalia rarefacta, vel fermentata, illibenter dimittant, unde pulſus magni erunt & vehementes. Sin vero ſanguis ille cacochymicus ſcateat ſalibus acidis, fixis, & corroſivis, haecque in partes ſolidas deponantur, varii generis dolores, pruritus, exulcerationes, tumores cancroſi, & tubercula, nec non impuritates cutaneae exoriuntur: quam intemperiem atrae bili ſive humoribus aduſtis, hoc eſt, particulis lymphae & ſanguinis terreſtribus, multo ſale acido corroſivo gravidis, acceptum ferunt.

§. 5. *Sanguinis miſtionis turbationem* colligimus ex rigore, calore, inquietudine, urina flammea, ſiti, pulſu frequenti, virium proſtratione, quae quo citius diſpereunt, eo majorem indicant malignitatem; ſive eo magis ſanguis turbatus erit in ſua miſtione. Quod ſi dramata illa a veneno vel epoto vel afflato ludantur, appetitus ſtatim erit dejectus, cum cardialgia, nauſea, vomitu, alvi fluxu, faucium ardore, abdominis intumeſcentia, ſopore, delirio, tremore, & cadaveroſo faciei colore.

§. 6. In *cruditate acida* ventriculus plerumque plus appetit, quam conquoquit; vel ſi appetitus langueat, tamen inter comedendum reviviſcet, quod tunc viſcoſitas acidum compede tenens, paululum diluatur. Poſt ſumtum cibum tumet ventriculus, adſunt phlogoſes & ſubitaneae efferveſcentiae, alvus eſt adſtricta, murmura & rugitus audiuntur. In *cruditate* autem *nidoroſa* nauſea adeſt cum ſapore in ore tetrido, languet appetitus, adeſt ſitis cum diarrhoea, in qua non ipſa alimenta nondum digeſta, ſed liquamen tetridum, feroſum, & bilioſum, excernitur.

§. 7. Tandem quod morbi genus & magnitudinem, nec non ipſam partem affectam in ſpecie, concernit, attendendum erit ad *apparentias*, quae quemlibet morborum in ſpecie comitari ſolent; nec non ad ipſas *cauſſas morbificas* de quarum ſignis in praecedentibus egimus; ſic enim genus morbi facile cognoſces. Ipſam autem magnitudinem ex *ſymptomatum vehementia*, & *partis affectae praerogativa* colliges. Quod ſi laeſam functionem, ſitum doloris, ejuſque proprietatem, ipſaque excreta ſub accuratius examen vocaveris, habebis itidem fidum *partis laeſae* ſignum diagnoſticum.

C A P. V.

De ſignis prognoſticis generalibus.

§. 1. PRaemitti hic debent ſigna *cruditatis & coctionis*, quae baſis ſunt & fundamentum omnis prognoſeos. Deſumuntur autem 1. ex *urina*, quae ſanguinis & lymphae conſtitutionis, nec non modi ſecretionis & gradus fermentationis eſt nuncia, de qua ſupra fuſius egimus. 2. Ab *alvi excrementis*, quae non ſolum de chylificatione & digeſtione in primis viis; verum etiam de ipſo ſanguine lympham ad glandulas inteſtinales, tum majores, tum minores tranſmittente teſtantur. 3. A *ſputo* & *ſaliva*, quae index etiam eſt diſpoſitionis, ſanguinis, & lymphae, in pulmonibus, & glandulis tracheae collectae.

§. 2. *Signa mortis & ſalutis* petuntur a *reſpiratione*, quae quo liberior, eo melior. A *decubitu*, qui quo minus a conſueto receſſit, eo majorem ſpem de ſalute recuperanda facit. A *pulſu* de quo ſupra. A *ſudoribus*, qui ſi largius cum *pulſu magno* profluxerint, boni judicantur. A *morbi tolerantia*, quam ex quiete vel inquietudine facile cognoſcimus. A *facie & oculis*.

§. 3. *Signa critica*, ſive quae *ſubitam aliquam mutationem*, & *inſolitam in fluidis turbationem*, indicant, ſunt inſolitae apparentiae, in partibus, actionibus vita li-

talibus & animalibus, nec non excretionibus, dicatis, obſervabiles, cum ſymptomatum citra cauſſam aliquam manifeſtam ingraveſcentia.

§. 4. *Signa morborum tempora* indicantia deſumuntur in genere 1. ex *indole, & natura ipſius morbi:* ſic quo profundius ſanguis turbatus fuerit in ſua miſtione, eo brevior futurus erit morbus. Et quo major aderit humorum fermentatio & confuſio, eo velocius tendet morbus ad ſtatum. 2. A *ſanguinis conſtitutione*, qui quo magis activis & fermenteſcibilibus gaudet particulis, atque fortiori movetur aethere, eo brevior erit morbus. Sin vero ad viſciditatem, & frigidam intemperiem inclinaverit, diuturnioribus torquebitur morbis. 3. *Ab anni tempore.* Sic morbi aeſtivi breviores ſunt hyemalibus, quod in illis copioſior aether ſanguinem perfluat, & fluida fortius & potentius premantur in illis, quam in his. 4. *A regionibus:* hinc in calidioribus morbi ſunt breviores, longiores in frigidioribus. 5. *A victu antecedente.* Victus calidior ſanguinem, & lympham reddit fluidiorem: victus frigidior obſtructionis & viſciditatis author eſt, ſicque longiores efficit morbos. 6. *A virtute.* Quo conſuetus aether potentior, eo magis reſiſtet aetheri inſueto. Sin autem inſolitus potentior fuerit, brevi conſuetus dabit manus. Hinc facile explicari poteſt, quomodo virtus fortis in morbo non lethali morbum brevem, debilis longiorem ſignificet; Et quare in morbo lethali virtus fortis morbum longiorem, debilis breviorem faciat. 7. *A paroxyſmorum acceſſionibus, anticipatione vel poſtpoſitione.* Paroxyſmi ſtata tempora ſervantes morborum longum aperiunt. Si poſterior anticipet, ſed priori brevior ſit, bonum eſt: ſin longior ſit priori, morbi longitudinem portendit. Iterum: Si poſterior paroxyſmus poſticipet & tardius revertatur, priori autem brevior & mitior ſit, bonum eſt: ſin longior fuerit, index eſt diuturnitatis morbi, quia humores magis viſcidos & terreſtres factos eſſe indicat. 8. *A ſymptomatibus.* Si graviora fuerint, morbum quidem brevem ſed ancipitem indicant. Si mitiora una cum ſignis coctionis apparuerint, morbum imminui ſignificant. 9. *A cruditate & coctione.* Quum enim fluida medicari debeamus juxta *Senis* effatum, palam ſit, quod quo citius ſigna coctionis appareant, eo brevior futurus ſit morbus.

CAP. VI.

De ſignis prognoſticis ſpecialibus.

§. 1. Quamvis eventum morbi tam ex collatione ſymptomatum cum viribus aegri, quam ex juvantibus & nocentibus, & ex ipſius morbi idea, in genere quidem divinare poſſimus: majorem tamen certitudinem haurimus a *laeſis actionibus*, *ab excretis & retentis qualitatibus mutatis*, quae omnia ordine recenſebimus.

§. 2. Omne *delirium* malum quidem eſt, ſed non aeque periculoſum. Nam ſi fuerit leve, non continuum, & cum reſpiratione libera quae in acutis potiſſimum conſideranda, tutius erit: Sin reliqua ſymptomata fuerint graviora, ſi reſpirandi difficultas, convulſiones & alia adſuerint, magnum portendet periculum.

§. 3. *In quovis morbo animo bene valere, ac rebus convenienter datis gaudere bonum. Contrarium vero malum. 2. aph. 33.* In iis enim morbis, in quibus cerebrum afficitur, ratiocinari, imaginari, reminiſci, ſine ulla verborum abſurditate, ſine indecora corporis compoſitione, ſine morum diſſimilitudine, & praeſentis laboris indolentia, ſuo fungi officio; alimenta aſſumere, foeces excernere, omniaque illa, quae ad oeconomiae animalis integritatem conſervandam ſpectant, ex voto peragere, bonum eſt.

§. 4.

§. 4. *Deſipientiae* quae circa neceſſaria fiunt, peſſimae ſunt. *Hippocrat.*

§. 5. *Deſipientia* cum difficultate ſpirandi, ſudore, oculorum rubedine, & motibus tremulis artuum, mala. *Hippocrat.*

§. 6. *Deſipientiae* quae jam admodum fractis, & debilitatis viribus ſuccedunt, peſſimae ſunt. *Hippocrat.*

§. 7. *Oblivio* ſubito exorta, mala eſt. *Oblivio* poſt epilepſiam vel apoplexiam, peſſima.

§. 8. *Somnus* in morbo laborem afferens, malus eſt. *Hippocrat.* Dicitur autem laborem adferre, qui interruptus & turbulentus, cum terroribus & corporis jactatione; quando aeger poſt ſomnum deliranti ſimilis, vel de maxima laſſitudine, & virium proſtratione conqueritur.

§. 9. Exitioſum eſt, ubi aegrotus ore hiante aſſidue dormit. *Hippocrat.*

§. 10. *Sopor* in principio morbi malus eſt; indicat enim malignitatem, hoc eſt, profundam ſanguinis miſtionis turbationem: unde cerebri tubuli, & plexus choroidei pori, obſtruuntur, ipſique ſpiritus animales parcius generantur. Malus quoque eſt in ſtatu morbi, & ſpirituum defectum praenunciat.

§. 11. *Somnus* multus in acutis convulſiones minatur. *Hippocrat.*

§. 12. *Vigiliae* in acutis, exceptis iis, quae inſtantem mutationem criticam comitantur, (nam quibus criſis fit, nox quae acceſſionem praecedit gravis) malae ſunt.

§. 13. In his qui propter imbecillitatem non vident, nec audiunt, aut quibus labrum, oculus, aut naſus pervertitur, mors denunciatur. *Hippocrat.*

§. 14. *Surditas*, quae in acutis critice fit, bona eſt. Mala eſt, quae per intervalla in acutis obſervatur, & quae citra criſin evenit.

§. 15. *Sonitus & tinnitus* aurium in puerperis peſſimi.

§. 16. Qui citra febrim *aurium tinnitibus, capitis doloribus* aut *tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, manuumque ſtupore* tentantur, in iis aut ſiderationem, aut morborum comitialem, aut etiam oblivionem ſperare. *Hippocrat.*

§. 17. *Dolorem* in aliqua parte non ſentire, malum eſt. *Hippocrat.*

§. 18. *Dolor* diutius durans in parte aliqua, abſceſſum praenunciat.

§. 19. In febribus circa ventriculum vehemens aeſtus, & cordis morſus malum. *Hippocrat.*

§. 20. Omnis ſubita, etiam quae ad melius apparet mutatio eſt periculi plena.

§. 21. *Laſſitudo* citra cauſſam manifeſtam prodromus eſt febris. In acutis periculum minatur. Si corpus omne grave eſt, & manus ac pedes, periculoſum eſt. *Hippocrat.*

§. 22. *Convulſio* nunquam caret periculo. Quae plures partes, & inprimis cerebro viciniores occupat quaeque reſpirationem difficilem reddit, & interruptam, majori cum periculo eſt.

§. 23. *Spaſmus* a vulnere, ileo, haemorrhagia, peſſimae eſt notae.

§. 24. *Convulſio*, quae pueris & mulieribus extra puerperium accidit, plus ſaepius terroris habet, quam periculi. Unde *Hippocrates*, quamvis eam in febri lethalem pronunciaverit, tamen in pueris id fallere confeſſus eſt.

§. 25. *Singultus* in acutis peſſimus.

§. 26. *Tremor* in acutis malus.

§. 27. *Horror* in acutis malus.

§. 28. Rigores, poſt quos corpus non incaleſcit, exitioſi ſunt in acutis. Si alternent cum calore monſtri quid alunt, & malignitatem indicant.

§. 29. Malum eſt, *ſupinum* jacere, *cruribus erectis* vel vehementer contractis. Peſſimum vero eſt ad *pedes delabi*, nullamque *decubitus formam* ſervare. *Hippocrat.*

§. 30.

Digitized by Google

§. 30. Omnis *inſuetus* vel *indecorus decubitus* exitium in acutis portendit.

§. 31. *Anxietas* in acutis, mala. Malum eſt, ſi aeger locum ac decubitum aſſidue mutet.

§. 32. *Aphonia* ex laeſione cerebri peſſima. *Hippocr.*

§. 33. Vox *tremula* vel *clangoſa* perniciosa.

§. 34. Qui ſaepe, & vehementer ſine cauſſa manifeſta *animo* linquuntur, ii derepente moriuntur. *Hippocrat.*

§. 35. *Lypothimia* in malignis ſummum portendit periculum.

§. 36. Notanda hic veniunt aurea *Hippocratis* verba: *Reſpiratio libera* inquit: *in omni morbo, qui cum febre acuta infeſtat, magnam habet ad ſalutem vim*. Haec enim omne fere in prognoſi fert punctum. *Magna* & *tarda* delirium, & convulſionem indicat. *Magna* exſpiratio, & *parva* inſpiratio, & contra, periculi plenae ſunt. *Parva* & *obſcura*, ſemper mala. *Hippocrat.*

§. 37. *Signa* illa *prognoſtica*, quae a *ſanguine* per venae ſectionem extracto deſumuntur, inſida quidem vel propterea cenſentur, quod ſanguis eo ipſo momento, quo aëri exponitur, in teſtura ſua mutetur, aliamque a priori diverſam induat faciem; juvabit tamen & illum ad judicii examen exigere. Si enim *ſanguis* ſit torridus, malum eſt. Si in febribus non ſit *fibroſus* magnam ſeceſſionem partium a ſe invicem indicat. Si *purulentus* ſit & ad coagulum pronus, turbatam miſtionem, & lymphae acorem innuit.

§. 38. *Cibi faſtidium* in morbo diuturno malum; ut & in longis dyſenteriis cum febre *Hippocrat.* Si *appetitus langueat* ob *fermenti viſciditatem*, quale quid ſaepius in intermittentibus obſervatur, caret periculo; ſin *faſtidium ciborum ex defectu lymphae gaſtricae* oriatur, magnam ſanguinis in miſtione turbationem indicat, & periculum portendit.

§. 39. Si poſt *febres inappetentia* maneat, recidivae metus eſt.

§. 40. *Sitire*, cum non *ſitire*, & *non ſitire* cum *ſitire* debeas malum eſt.

C A P. VII.

De Signis prognoſticis, ab Excretis & Retentis ſumendis.

§. 1. A*quoſae dejectiones* malae ſunt in febribus, & in morbis infantum.

§. 2. Omnis *copioſa dejectio* in morbis pectoris mala eſt.

§. 3. *Dejectiones cruentae* in variolis, aliisque acutis periculoſiſſimae ſunt.

§. 4. Malum eſt, ſi *ſanguis ſplendidus* per ſeceſſum rejiciatur.

§. 5. *Dejectiones virides, aeruginoſae, lividae & verſicolores* exitioſae ſunt.

§. 6. Uno die *fluere alvum* ſaepe pro valetudine eſt, atque etiam pluribus ſi abſit febris, & intra ſeptimum diem conquieſcat.

§. 7. *Vomitus* in acutis augures ſunt periculi. Malae quoque ſunt *vomitiones ſincerae, virides, nigrae, lividae, varii coloris* in acutis.

§. 8. *Foeces vomere in ileo lethale eſt. Hippocrat.*

§. 9 *Vomitus in vulneribus* ſemper mali ſunt.

§. 10. Qualiscunque ſit *Sudor*, ſi aegrum non juvat, inutilis eſt. *Hippocrat.*

§. 11. *Copioſus ſudor* cum repentina virium proſtratione in principio variolarum lethalis eſt. Foetidus in febri caſtrenſi nuper lethalis fuit in Studioſo.

§. 12. Omnis *ſudor particularis* ſymptomaticus eſt.

§. 13. *Sudores nocturni* poſt coenam largiorem boni ſunt.

§. 14.

§. 14. Sputatoribus auxilio ſunt *ſudores* in ſomno. *Hippocrat.*

§. 15. In forti apoplexia cum magna ſpirandi difficultate *ſudor* ſubortus lethalis. *Hippocrat.*

§. 16. *Largior mictio* in acutis mala. Intermittentibus hecticae prodromus.

§. 17. *Haemorrhagia* in acutis, quae larga quidem, non tamen nimia, & quae cum ſymptomatum mitigatione fit, atque aegrotantis conſtitutioni & morbi indoli reſpondet, bona eſt.

§. 18. Stillicidium narium malum eſt.

§. 19. Si *menſes* extra ordinem in acutis fluant, magnum portendunt periculum. Imo ſi conſueto tempore erumpant, ominoſi ſunt, in his enim regionibus rarius fluunt critice. Hinc fallit experientia Hippocratis, ſcribentis, quod mulieres quibus die critico menſes eruperant, omnes periculo morbi defunctae ſint, & quod nullam ex his, quibus recte id contigit, mortuam viderit.

§. 20. *Haemorrhoidum fluxus* limites non excedens, in quocunque morbo beneficium eſt naturae.

§. 21. *Sputum* aequale, non foetidum & quod ſine magno dolore, & labore rejicitur in morbis pectoris albo calculo dignum.

§. 22. *Sputatio frequens* in variolis & morbo Hungarico nunquam a me quidem viſa fuit mala.

§. 23. Omnes abſceſſus decretorii boni ſunt.

§. 24. Tubercula ad aures cum dolore perniciem minantur. *Hippocrat.*

CAP. VIII.

De Signis prognoſticis in ſpecie, quae ex qualitatum corporis mutatione petuntur.

§. 1. H*Abitum corporis in morbo magno plane nihil mutari malum. Hippocrat.*

§. 2. In acutis *abdominis tumor* ſaepius lethale ſignum eſt.

§. 3. *Color flauus vel citrinus* cutis in acutis exitioſus eſt.

§. 4. *Oculis lucem fugere, illacrymare,* aut *perverti*, atque ex his *alterum minorem* eſſe, perniciem denunciat. *Hippocrat.*

§. 5. *Lingua tremula* inſtabilem mentem denotat. *Hippocrat.*

§. 6. Malum eſt, ſi *lingua ſicca, nigra, dura, ſciſſa* & *ſcabra* ſit in acutis.

§. 7. *Fauces exulceratae* cum febre difficiles ſunt. *Hippocrat.* Et in acutis morbis faucium dolores ſine tumore pernitioſi. In *dyſenteria* ſemper exitium praedicit linguae tumor cum difficultate deglutiendi.

§. 8. Si *Hypochondria* in infantibus febricitantibus diſtendantur & dura ſint, malum eſt.

§. 9. *Lethale eſt, ſi in acutis externa algeant & interna urantur. Hippocrat.*

§. 10. *Caput, pedes & manus* frigidas eſſe, ventre & lateribus calentibus mali morbi ſignum eſt. *Hippocrat.*

§. 11. *Digiti ac ungues*, ſi fiant lividi cum corporis gravitate, in propinquo mors eſt. *Hippocrat.* Indicatur enim fluida in motu, & mixtione eſſe perverſa.

§. 12. *Facies coloratior* ex ſanguinis reſtagnatione peſſimum in acutis exhibet ſignum.

§. 13. Agmen claudit *Facies Hippocratica* dicta, naſus acutus, oculi cavi, tempora adſtricta, aures frigidae. Quod ſi aeger nec audiat nec videat, in propinquo mors eſt.

CAP.

Digitized by Google

C A P. IX.

De Criſi & diebus criticis.

§. 1. OMnes morbi ſive ad ſalutem fuerint ſive ad mortem, ſex modis terminantur. *Vel* enim cito ſua tempora percurrunt, & vel ſubito jugulant aegrum; aut ſubito ſolvuntur, & ope naturae & remediorum abiguntur. *Secundo* mutantur, vel in melius, vel etiam in pejus. 3. Vel pedetentim fit ſolutio ad ſalutem, qui terminationis modus ſolutio ſimpliciter vocatur. Vel lento gradu tendunt ad mortem, quod mortis genus maraſmus, vel mors lenta appellatur.

§. 2. *Subjectum criſeos* ſunt *febres acutae*, hae enim ſubito vel ad ſalutem, vel ad mortem terminantur; atque ſi ſui ſint juris definitis temporibus moveri ſolent. Verum! aliquod tamen hic notare licet diſcrimen, quod videlicet hoc noſtro tempore tumultuariae ejusmodi perturbationes & ancipitis eventus mutationes rarius apud nos contingant, tum ob climatis diverſitatem, tum quod ipſis febribus laxativis benignioribus, & clyſteribus pabulum nature ſubtrahamus, & fermenta peregrina ptaecipitantibus, & abſorbentibus ſubigamus, quum veteres haec omnia tempori commiſerint, cujus ſive injuria ſive beneficio aegri ſubito extinguebantur, aut ſanabantur.

§. 3. Deſcribitur autem *Criſis*, quod ſit ſubita aliqua vel ad mortem, vel ad ad ſalutem, cum inſigni corporis perturbatione mutatio, ab omnis motus & fermentationis in fluidis auctore inſtituta.

§. 4. Ut in difficillima hac doctrina, quae tot retro annis Medicorum fatigavit ingenia, firmo incedamus greſſu, nec a veritatis ſemita aberremus, obſervari velim corpus noſtrum ex meris canaliculis ſuis liquoribus, refertis, componi; ita ut ubi arteriae finiantur, ibi appoſitae ſint glandulae, ſive alius generis vaſculoſus conteſtus, prout id in cerebro, naribus palato, ventriculo, inteſtinis hepate, & renibus, immo in totius corporis ambitu maniſeſte oſtendi poteſt, quo ipſo palam fit, quod in miſtionis ſanguinis turbatione humores heterogenei praevia inſigni illa lucta, inter *conſuetum*, *& inſuetum aetherem* inita, ad confinia illa & glandulas facile propelli & protrudi poſſint, quae irritatae & vellicatae eos, qua data via emittunt, unde inſolita aliqua in univerſa oeconomia animali fit ad ſalutem mutatio, ſi nempe coetera ſuerint paria. Sin autem *conſuetus aether* in opere ſuo deficiat, atque fermenteſcibiles illos humores foras protrudere neſciat, motus ille ſanguinis progreſſivus tandem ſufflaminatur, & ſubita aliqua ad mortẽ fit mutatio.

§. 5. Succumbit autem *conſuetus aether*, quando *inſuetus* contraria ſub determinatione fluida permeat, earundemque particularum ordinem plane invertit, ut ipſa praeternaturalia naturalibus commiſta maneant, in quo ſtatu ſanguinem ceu muſtum turbidum, aut vinum fulmine tactum, aut lac tonitruali ſub tempeſtate aceſcentia corruptum, concipimus. Accedit, quod ob ſeceſſionem iſtam particularum contumaciſſimae in vaſculoſo conteſtu & glanduloſis partibus ortae ſint obſtructiones, quae illam ſanguinis a ſcoriis fermentiſcibilibus depurationem remorantur, quo ipſo naturalis fermentatio obruitur, & in devaſtata oeconomia animali *inſueto aetheri* imperii faſces traduntur.

§. 6. *Cauſſa* itaque *efficiens* & proxima criſeos ſalutaris eſt *natura* ſive *aether* conſuetus, quo motum & figuram particularum ſanguinem conſtituentium una cum ſolidarum partium fabrica & teſtura referimus. Solus enim *aether conſuetus*, & a prima inſantia ſanguinem permeare ſolitus, eſt *morborum medicatrix*, cui merito primas hoc in negocio tribuimus. Solus hic eſt, qui criſes molitur, dum humores coquit, ſecernit & excernit. Hic eſt, qui cum *inſolito*, per contagium, aut alia improportionata corpuſcula advecto, pugnam init, qualem in

butyro antimonii ex ſpiritus nitri affuſione, aut in oleo tartari a ſpiritus vitrioli inſtillatione obſervamus, atque de regimine contendit, id quod cum magna quadam totius corporis perturbatione fieri ſolet. Quod ſi *peregrinus aether conſuetum* expellat, omnia fluida aliam induunt faciem, natura ſuccumbit. hoc eſt naturalis motus, figura, magnitudo, & ſitus particularum deſtruuntur, ſicque ex corpore vivente fit cadaver.

§. 7. Quibus evincitur, nos per *naturam*, obſcurum illum & famoſum terminum, nec mentem, nec principium quoddam internum motus, nec imaginarium illud vinculum mentis cum corpore, intelligere, quum neutrum ex his hoc defungi poſſit officio. Quod enim animam rationalem attinet, quum illa tanto non polleat robore, ut vel leviſſimi alicujus humoris reſtagnationem impedire, aut illum foras eliminare poſſit, nemo, opinor, erit, qui ſtupendos hos effectus ipſi in acceptis ferat. Sin vero quis inexplicabile quoddam principium internum ſupponere, illique hoc in negocio litare velit, id quidem per me licebit; oportet tamen, ut illud verbis ita exprimat, quo a me & ab aliis concipi poſſit. Multo minus induci poſſum, ut credam, ſpiritum vitalem naturae vicem ſupplere; falſum enim eſt, quod ille animam corpori vinciat, quum aeque corpus aliquod ſit, quam alia aliqua pars ſolida, nec in hoc praerogativam aliquam obtinere poſſit: non jam dicam, quod plerumque eum concipiant tanquam ens mediae naturae, hoc eſt, qui ad naturam ſpiritus metaphyſici propius accedat, quam pars aliqua ſolida; ſicque forte *Pegaſo*, vel *Sirenibus Poetarum* haud abſimilis foret.

§. 8. *Cauſſa materialis* eſt humor malignus, ſive ſalia acria & corroſiva, quae irritando glandulas ſui excretionem vel translationem promovent.

§. 9. *Cauſſa externa* eſt influxus lunaris, lunae cum aliis planetis conjunctio vel oppoſitio, non excluſo tamen ſole, qui preſſione ſua & agitatione ſecretionem, & excretionem promovet: dum e contra luna alius motus, & figurae particulas transmittendo ipſam criſin varie modificare poteſt.

§. 10. Neque tantopere mirari debemus, ſi ex irritatione, ab acri aliquo humore facta, tantas in oeconomia animali videamus excitari turbas: quippe debemus cum *Dn. Boyle* corpus humanum ut machinam quandam, incredibili arte fabricatam ſpectare, cujus partes diſſitae una etiam affecta in conſenſum facile trahuntur. Sicuti enim chalybis elaterium, a ſcopleto avulſum, manibus contrectamus, nec inſoliti quid aut magni inde metuimus: verum ubi cum aliis partibus, quae ad bombardile pertinent, aptatur, ſi id vel digito moveris, ſubitus ſtatim ignis tuos perſtringet oculos, & ingens ſonitus aures tuas percellet, & emiſſus globus magno cum impetu erumpet; ita eadem fere ratione ſi partes corporis non ſeparatim, ſed ut ſimul aliae aliis aptae & connexae ſunt, inſpiciantur, non poterunt non maximam inter ſe habere conſenſionem. Profecto ſi lucidi corporis aſpectus ſternutationem, qua totum etiam corpus concutitur, efficit: ſi illi, qui ex editiori loco terram intuentur, vix apud ſe ſunt, ſed velut vertigine correpti nutant: ſi agitati maris aſpectus vomitum ciet; ſi titillatio totum corpus tam vehementer exagitat: ſi hyſtericas mulieres vel ſuaviſſimi odores conturbant: ſi perturbationes animi tantas in noſtris corporibus edunt ſtrages; ſi pavor repentinus epilepſiam & paralyſin inducere poteſt: quis quaeſo dubitabit? quod humores maligni, ſive ſalia illa acria & corroſiva, glanduloſum corporis noſtri conteſtum ad excretionem irritare poſſint, quibus foras eliminatis tota maſſa ſanguinea priori reddatur nitori.

§. 11. *Criſis* eſt vel *perfecta*, vel *imperfecta*. *Perfecta*, quae ſcilicet morbum omnino judicat, eſt vel *ſalutaris* vel *lethalis*. *Salutaris* fit, poſtquam ſigna coctionis apparuerunt, & conſuetus aether jam de peregrino triumphum agit. *Deinde*

die

die critico. 3. Cum tali excretione, vel etiam materiae morbificae translatione, quae aegrotantis conſtitutioni, & morbi indoli conveniant. (4) Sine periculoſis ſymptomatibus, ne Daemonem per Beelzebub ejiciamus. Imperfecta iterum duplex eſt, vel ad *melius* vel ad *deterius*. Ad *melius*, ſi aeger poſt talem ſubitam mutationem morbum alacrius ferat. Ad *deterius*, ſi contrarium contingat.

§. 12. Fundamentum harum differentiarum conſiſtit in robore, vel imbecillitate aetheris conſueti: in ſanguinis viſciditate, & ſalium combinatione: in tubulorum obſtructione, & pororum diverſitate.

§. 13. Fit *criſis* vel per *manifeſtam aliquam excretionem*, quando ſalia illa maligna per vias publicas excernuntur. Vel *metaſtaſin* & *tranſpoſitionem*, quando ad partem aliquam ſolidam, ſive internam, ſive externam, transferuntur, ibidemque detenta tumorem conſtituunt; qui ad *melius* erit, ſi in parte ignobiliori haereat, nec cito diſpareat; *lethalis* autem, vel ad *pejus*, ſi locus ſit nobilior & cordi vicinior.

§. 14. Dies illi, in quibus ejusmodi mutationes contingunt, vocantur *dies critici & ſeptenario circuitu* definiuntur, quales ſunt 7.14.21.28.34.40. His adduntur *indicantes*, qui futuram illis in diebus criſin indicant, & *quaternario circuitu* definiuntur, ſuntque 4.11.17.24. Sunt praeter hos alii, quos *provocatorios* vocant, in quibus vel ob *inſueti aetheris* copiam, vel ob errores in victus vel remediorum regimine commiſſos, intempeſtivae excretiones inſtituuntur, quales in variolis maxima cum aegrotantium clade contingere ſolent. Dies *vacui*, in quibus nunquam ſalutares fiunt criſes, ſunt 6 8.10.12.16.18.

§. 15. Sunt tamen multi, qui quibusvis diebus criſes fieri poſſe ſtatuunt, de quo *Comes* de *Fliſco L. de Fato*. Praeſertim quum videamus, liquores fermentantes nunc citius nunc tardius motuum ſuorum periodos abſolvere, nec determinatis ſemper diebus ad depurationis ſtatum pervenire: quidni ergo ſanguis pro diverſitate temporum anni, ſolis & lunae ſitus & motus, ut & corporis & humoris maligni conditione, nunc citius nunc tardius turbationis ſuae tempora abſolvet, & debitae miſtioni reſtituetur?

§. 16. Attendendum autem potiſſimum ad *ſigna coctionis*, in urina & ſputo apparentia. *Salutaris* enim & *perfecta criſis* nunquam ante ſtatum accidit; hinc ſi primo ſtatim die *ſigna coctionis* apparuerint, *die quarto* ſperanda eſt *criſis*: ſin *quarto die* ejusmodi ſigna obſerventur, morbus *nono aut undecimo die* terminabitur. Cognoſcimus autem inſtantem *criſin* ex inſolita novitate; novisque productis, qualia ſunt inquietudo, anxietas &c. Nam *quibus criſis ſit, his nox (vel dies) gravis ante acceſſionem.*

§. 17. Deinde perpendenda ſunt *ſigna*, quae *modum criſeos*, an videlicet per *abſceſſum*, an per *excretionem* & per quam *viam* haec futura ſit, indicatur. Ubi morbi indoles, aegri natura, aetas, regio, victus antecedens, ſanguinis motus & orgasmus aliaque conſideranda veniunt.

§. 18. Quamvis enim his noſtris in oris *criſes perfectae ſalutares* rarius contingant, dum e contra *lethales perfectae*, quales in febribus malignis, hoc tempore epidemice graſſantibus, ſunt ſudores, tumor faciei, ejusdemque rubor, diarrhoea, maculae & exanthemata, frequentius obſervantur; negari tamen nequit, & apud nos *ſalutares* ſubinde *criſes* per haemorrhagias, diarrhoeam, ſudorem, aut ſalivationem in febribus malignis & variolis fieri, ut vel propterea haec, quae de *criſi* ſcripſimus, digna ſint, quae a Tyronibus attente legantur & relegantur.

Finis Libri tertii.

Digitized by Google

INSTITUTIONUM MEDICINAE RATIONALIS

LIBER IV.

SIVE

HYGIEINA

CAP. I.

De Sanitatis conſervatione in genere.

§. I.

IN conſervanda ſanitate potior ratio habenda eſt ventriculi & inteſtinorum, ut nempe ipſa chylificatio in ventriculo rite & ex voto peragatur, atque digeſtio & ſecretio in inteſtinis cum debita foecum evacuatione quotidie promoveatur. Quo decantata illa medicorum regula ſpectat. *Vitia coctionis primae nullibi corriguntur*: hoc eſt, illud quod attenuari, ſecerni, exaltari aut ſubigi debebat in ventriculo & inteſtinis, ſi primam illam coctionem ſubterfugerit, etiamſi ad ſanguinem devenerit, nullibi tamen viſciditatem, acorem, aut alium ſaporem peregrinum, & excrementi naturam, deponet. Et auſim dicere, omnes fere morbos, praeſertim chronicos, ſcaturigines ſuas habere in primis viis: ut eo majori cum ſedulitate acidum illud vitale in ventriculo, & balſamicum amarum in inteſtino duodeno, quantum quidem poſſibile eſt, in mediocritatis ſtatu conſervare debeamus. *Omne enim nimium eſt naturae inimicum.* Hoc eſt *conſuetus aether* non fert ejusmodi remedia vel alimenta, quae poros nimium immutant, aut alium fluidis conciliant ordinem, & motum.

§. 2. Deinde quum *conſuetudo* ſit altera *Natura*, etiam non temere recedendum eſt a tali conſuetudine. Nam *conſueta longo tempore etſi deteriora ſint, minus moleſta eſſe ſolent. Aphor, Hippocrat. 50. S. 2. Conſueſcere* autem nihil aliud dicit, quam non amplius *alterari.* Hinc fieri poteſt, ut cibos conſuetos, etſi difficiliores ſint, melius feramus, quam cibos melioris notae; tam diu enim illis uſi fuimus, ut non amplius alterent, hoc eſt, tot nunc in ſanguine reliquerunt particulas, ut non ſolum nulla amplius ex adventu chyli minus temperati percipiatur lucta & pugna cum *conſueto aethere*, ſed quod ipſum etiam fermentum ventriculi ex ſimilibus partibus conſtet, & ob pororum ſimilitudinem ſe ejusmodi alimentis citius inſinuet, quam aliis. Male itaque conſuleretur, ſi quis illos, qui aſſueti cibis durioribus, aut nicotianae ſuctioni, ſtatim ad contrariam diaetam cogere vellet, quia *ſubitaneae mutationes* ſunt *periculoſae*, & *peregrinus aether* ſubinde habet naturam filii, qui etſi prodigus ſit, nequaquam tamen cum impetu ejici debet, quin

potius

Digitized by Google

potius in contrariam viam blande & ſenſim flectendus. Natura enim vult duci non cogi.

§. 3. Porro ſicuti injuria fit illis, qui ſecundum apices juris judicantur, quia ſummum jus eſt ſumma injuria: ita ſumma eſt miſeria, *ſcholaſtice* vivere, & palatum ſtrictiſſimae diaetae legibus ſubmittere. Plus ſane laxior diaeta confert tuendae valetudini, quam ſi ad *ſcholae Salernitanae* rigorem exigatur. Neque enim negari poteſt, illos qui ſtrictiſſimae diaetae addicti ſunt, caſu aliquo incidente plerumque gravius aegrotare, nec tam facile reſtitui poſſe. Unde non male *Celſus*. *Sanus homo & qui bene valet, & ſuae ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neque Medico neque Alipta egere. Hunc oportet varium trahere vitae genus, modo ruri eſſe, modo in urbe, ſaepiusque in agro; navigari, venari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere, ſiquidem & ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. Prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti modo ungi, modo id ipſum negligere; nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, interdum in convivio eſſe, interdum ab eo ſe retrahere, modo plus juſto, modo non amplius aſſumere: bis de die potius, quam ſemel cibum capere, & ſemper quam plurimum, dummodo hunc concoquat.*

§. 4. Quamvis autem illi, qui integra gaudent valetudine, ſibi rarius medicari debeant: immo juxta *Hippocratem* nunquam bene ferant medicationes ſeveriores, quae ſc. catharticis & venae ſectione inſtituuntur: non temere tamen & haec praeſidia contemnenda erunt, praeſertim vernali tempore, quo vomitus vel digitis faucibus immiſſis excitatus nunquam non conveniet etiam illis, qui coeteroquin ſani ſunt. De fortioribus autem remediis longe aliter ſentio; ſiquidem quandoque pro medicina erit, non uti remediis. Unde non poſſum non illorum mirari liberalitatem, qui quacunque data occaſione etiam bene valentibus ſua obtrudunt arcana, & ſub ſpecie alicujus providentiae homines obtorto quaſi collo ad pharmacopolia mittunt, quaſi ibi vita longa venalis proſtet: non attendentes, medicinam inſtar gladii in manu imprudentis ad utrumque eſſe paratam.

§. 5. Sed quid de *pilulis Francofurtenſibus* ſtatuendum, quibus plurimi ad praeſervandum utuntur? Harum baſis eſt *aloe*, ſale quodam acri abundans, quod per lotionem elutriare ſatagunt, ne glandulis arteriarum adhaereſcens haemorrhagias excitet; neque enim vana illa ſunt, quae de vi haemorrhoides aperiendi dicuntur. Interim tamen illarum uſus tolerari poteſt, tum quod amaritudine ſua mucum abſtergant, tum quod citra magnam turbationem deobſtruant, ſicque corpus a morbis immune reddant, qui omnes radicaliter obſtructionibus oriuntur, quo nomine phlegmaticis, melancholicis & ſenibus commendari poſſunt.

C A P. II.

De Sanitatis conſervatione in ſpecie.

§. 1. Recte quidem dicitur, *ſanis omnia ſana eſſe*, modo non in quanto peccetur: quum autem ſanitatis maxima ſit latitudo, eaque non conſiſtat in puncto, ſed in linea, vix crediderim, regulam hanc omnibus ac ſingulis accomodari poſſe. Ea propter miror, quod omnes fere practici, & qui auctoritate medentur, omnes ac ſingulos homines ad ſcholam Salernitanam ablegare ſoleant, quaſi ſicuti in aliis ſcholis plures diverſae aetatis & capacitatis diſcipuli informantur, ita & hic univerſalis vivendi ratio omnibus applicari poſſit; quum potius pro diverſitate conſtitutionum tot praeſcribendae eſſent regulae, quot in hoc ſanitatis ludo reperiuntur hoſpites. Verum quum & hoc Medicorum ſuperet captum, ipſisque privata haec deficiat experientia, facile inde concludi poteſt,

unum

unum quemlibet in hoc quidem negocio ſibi ipſi poſſe eſſe Medicum, atque accuratius noſſe, quae juvant, & proſunt, aut nocent, quam ſi Medicum ex profeſſo adhibeat, vel ſecundum alterius beneplacitum vitam ſuam componat. Sed quum homines aeque facile ſibi, quam aliis blandiri ſoleant, neque omnibus datum ſit ad omnes circumſtantias in propria cauſſa attendere, non abs re erit, hic pauca quaedam de diaeta, a primordiis vitae ad decrepitam usque ſenectutem inſtituenda, praemittere, quo quilibet, cui cordi eſt ſanitas, ſcire poſſit, quae nam praecipue in ſex rebus non-naturalibus adminiſtrandis obſervari debeant.

§. 2 Notari autem velim, quod fundamenta ſanitatis liberorum ab ipſis quidem *parentibus* ponantur, ſed quod a *matre gravida* vel roborentur, vel convellantur & infirmentur. Omnes itaque morbi haereditarii radices ſuas vel in fermentatione illa ſeminali, quando prima ſanguinis guttula naſcitur, vel in chylo materno, quo infans in utero nutritur, habebunt. Equidem nemo inficiatur, facta conceptione totam maſſam ſanguineam non parum alterari, ipſumque ſuccum nutricium valde depravari; id quod vel ex gravidarum facie quandoque legere licet: unde lac, a ſanguine ſecretum in utero, poſtmodum in tenellulo foetus corpore in anguſtiſſimis partium ſolidarum tubulis contumaciſſimas parit obſtructiones, & majorem ſucceſſu temporis acquirens acorem & viſciditatem; tandem poſt nativitatem qua data occaſione excutitur, & ſub ſeminis morboſi forma ſanguini confunditur, a cujus miſtione & motu quum abludat, chronicos non ſolum ſed etiam acutos morbos producere aptum eſt. E quibus patet, quantum momenti in regimine gravidarum poſitum ſit, de quo nunc in capite ſequenti.

C A P. III.

De Diaeta gravidarum.

§. 1. ARgumentum hoc tractavit *h. E. mullerus*, omnemque viſus eſt occupaſſe fundum: verum quum plura in eo contineantur, quae nunquam ſatis dici poſſunt, etſi vel centies repetantur, placet pauca quaedam in medium proferre, & primis digitis capita ſaltem rerum intendere.

§. 2. Nocent itaque gravidis (1.) illa, quae l quorem animalem valde convellunt. (2.) Quae turbas in ſanguine excitant. (3.) Quae in primis viis facile aceſcunt, & chyliſicationem juxta ac digeſtionem depravant. (4.) Quae uterum vel mediate, vel immediate valde irritant, & concutiunt. Ergo exulare debent graveolentia & foetida, vehementiores animi paſſiones, cathartica, diuretica, cibi flatulenti & valde fermenteſcibiles, vinum, cereviſia tum recens tum vetus, motus corporis vehementior, ſternutatoria, clyſteres acriores, ponderis elevatio, brachiorum diſtenſio, pedum divaricatio, cinctura corporis ſtrictior.

§. 3. Huc ſpectat *venae-ſectio* intempeſtive, & in loco minus convenienti inſtituta. Si enim prudenter admiminiſtretur, usque adeo neceſſaria eſt in gravidis, praſertim medio geſtationis tempore, ut etiam nunquam omitti debeat: quippe ſi quod aliud hoc profecto remedium ab abortu praecavet; neque tanto ſtipatum eſt periculo, ut vulgo quidem creditur, ut vel extra medium geſtationis tempus, ſi indicetur, tuto adhiberi poſſit. Sic ſaepius & adhuc nuper in perſona nobili, ter circa finem menſis ſecundi & initium tertii abortum paſſa, in ſeptima a conceptione ſeptimana venam ſecare juſſi, quam & undecima & vigeſima ſeptimana optimo per Dei gratiam ſucceſſu reiteravi. Quod ſi medio geſtationis tempore fuerit neglecta, & abortus metus remedium exigat, licebit eam & ultimis mēſibus inſtituere, quo remedio efficies, ut partus vitalis edatur, qui venae ſectione ſusque

deque

deque habita vel paullo ante partum vel inſtante jam partu ſuffocatus periret.

§. 4. Coeterum quod ipſa concernit medicamenta, laudo primis menſibus abſinthiaca, & alia temperata amara, additis ſemper carminativis, & ultimis menſibus magis ſpirituoſis; interpoſitis tamen cardiacis, quae diutius in ſanguine manent, & acidum in remotioribus locis corrigere poſſunt, qualia ſunt omnia abſorbentia temperata, ex teſtaceis parata. Eum in finem commendantur corallia, eſſentia panis cum vino malvatico, aqua epileptica *Langii*, balſamus embryonum, aqua flor. aurant. aqua mirabilis, menthae, immo quod paradoxum videbitur aqua pulegii, quae ob vim carminativam & ſedativam, ipſis etiam praegnantibus citra ullum aliquod periculum dari poteſt: quid enim amabo te pulegium praeter vim aromaticam ſeu ſal volatile oleoſum in ſe continet; anne propterea gravidis eſt inſenſum, quibus coeteroquin tot ſpirituoſa, confortantia vulgo dicta, commendantur?

C A P. IV.

De regimine puerperarum.

§. 1. CIrca regimen puerperarum, quod in praeſervando omne fert punctum, ſtatuo, quod puerperae cum graviter & periculoſe vulneratis pari paſſu ambulent, eademque victus ratione tractari debeant: fugiant ergo frigida, acida, acria, valde fermenteſcibilia, & putrilaginoſa, diaeta ſit excarnis reliquus etiam victus ſit tenuiſſimus, tranſpiratio autem ob lac ab utero ad ſanguinem revertens ſit largior, & corpus in continuo ſed aequali & temperato detineatur madore. His avertes gangraenam, putredinem, febres, praeſertim inflammatorias, quae puerperarum peſtis audiunt, & ſaepius brevi temporis ſpacio etiam robuſtiſſimas jugulant.

§. 2. Pari ſedulitate animi pathemata proſcribi debent, haec enim, praeſertim terror & ira, in puerperarum ſanguine, ad coagulationem jam prono, luctuoſam plerumque exhibent cataſtrophen, quod ipſa experientia tota die loquitur.

C A P. V.

De Diaeta a prima infantia usque ad mediam aetatem obſervanda.

§. 1. I*Nfans* in lucem editus non ſtatim lacte vel pulte nutriendus eſt, ne meconium acido auſterum, in primis deliteſcens viis, recens aſſumta morboſo contaminet charactere: quapropter illud ante omnia oleo amygdalarum, aut tantillo mellis eſt evacuandum, quo mucoſae ſordes ex inteſtinis foras eliminentur, quibus detentis graviſſimis morbis laxaretur janua. Hoc expedito nutriatur quotidie lacte materno, & pulmentis non adeo viſcidis, huic enim aetati inſenſiſſimi ſunt viſcida, frigida, acida, quibus terrores & vigilias addimus. Porro quum infantes plerumque plus lactis vel pultis aſſumant, quam digerere poſſint, etiam in hac aetate tranſpiratio cutanea promovenda erit, id quod balneis ſubinde adhibitis, & frictionibus obtineri poteſt.

§. 2. *Pueris* ſubtrahenda ſunt mellita, lacticinia, ſaccharata, omniaque muſcarum ſordibus & ovis conſpurcata, quippe haec aetas admodum eſt obnoxia lumbricis, & inde natis ſymptomatibus.

§. 3. Conveniunt autem *pueris* blandiora vomitoria ſubinde exhibita, nihil

enim

enim eſt, quod morbos puerorum certius & tutius vel avertat, vel profligat, quam ſi ſaburra viſcida & acido auſtera per vomitum expurgetur. Quod ſi literis & ſtudiis animum applicare debeant, in eo potiſſimum locanda erit opera, ut mens per rectam ratiocinandi illuceatur viam, quum mentes aequabiliter inter homines diſtributae ſint, & nulla prae alia quoad connatas facultates habeat praerogativam. In hanc rem multa deſumi poſſunt ex *Carteſio*, & *Auctore doctiſſimo* tractatus *medicina mentis & corporis* inſcripti. Attamen in eo peccant paedagogi pene multi, quod in pueris innatas notiones negligant, & peregrinas atque fictitias intempeſtive & ad verbera usque in ſpem futurae oblivionis imprimant. Rectius conſulerent memoriae & judicio, ſi etiam pueros elementa geometriae, & matheſeos docerent, quo adultiores facti vim demonſtrationum ex certis & evidentibus principiis etiam aliis in ſcientiis aſſequi & in ſui uſum convertere poſſint. Sed ita fert mos hujus ſeculi, ut multi malint infantes ſuos ignorantiae, & inſcitiae geniis tanquam alteri *Moloch* immolare, quam permittere, ut per veram philoſophandi ſemitam ducti verum a falſo mature diſcernere diſcant.

§. 4. *Juvenibus, & adoleſcentibus* conducunt ſaltationes, venatio, aliaque exercitia moderate adhibita. Nocent nimia vi agitatoria praedita, purgantia, ira, venus, vinum. Moneri etiam debent, ut ſe ad politiores mores & honeſtum vitae genus mature componant, quem in finem ethica in inferioribus claſſibus doceri deberet; nec eſt quod difficultatem objicias, quum ingenia ad rethoricam apta etiam ſtudio ethico facile applicari poſſint. Sed quis omnes ſcholarum notabit errores, quia ab imis ſubſelliis ad ipſos magiſtros usque ſe extendunt.

C A P. VI.

De mediae & decrepitae aetatis diaeta.

§. 1. Pares ſi non majores in *aetate media* circa ſex rerum non-naturalium adminiſtrationem committuntur errores. Eſto pro regula univerſali: *In omnibus, quae pro ſanitatis conſervatione adhibentur, intra mediocritatis terminos ſubſiſtendum eſt.* Deinde quum creſcentibus annis creſcant labores, ſtudia, & curae, impoſſibile fere eſt, ut non aliquae in primis viis colligantur cruditates, ipſeque ſuccus nutricius ab indole ſua degeneret, id quod laſſitudine ſpontanea & inſolito labore poſt ſomnum proditur; quibus averruncandis mature adhibenda ſunt remedia, inter quae ſudatio; evacuandi genus, quo natura vix per momentum carere poteſt, omne fert punctum, quum humores vitioſi extra ambitum primarum viarum divagantes vix per commodiorem viam foras eliminari poſſint. Utcunque vero ſic ſanguis a ſordibus liberetur, proficuum tamen erit, ſi hac in aetate ad volatiliſandum fermentum, & mucum ſtomachalem reſolvendum tinctura aperitiva Moebii ſubinde ad guttulas quindecim vel viginti cum potu ordinario propinetur.

§. 2. Ad eundem ſcopum obtinendum commendamus etiam infuſum Theae, quod praeter vim attenuandi, qua pollet, lympham acidam vel auſteram egregie temperat & corrigit, poros ventriculi potenter reſerat, reſpirationem facilitat, & ſenſibilem tranſpirationem promovet, & ſeri per vias urinarias excretionem feliciter expedit. Hinc eſt, quod urina a potu Theae largius ſumto, reddita, colore magis tincta ſit, ſecus quam illa, quae poſt alios potus excernitur, argumento non contemnendo, quod potus Theae non ſolum poros ventriculi & veſicae, ſed totum conteſtum vaſculoſum integris viribus permeaverit.

§. 3. Inter remedia *ſenili aetati* ſacra omnibus palmam praeripiunt antiſcorbutica; ego enim inter ſcorbutum, & morboſam ſenectutem prorſus nullum agno-

agnoſco diſcrimen. Eapropter ſevere proſcribimus cathartica vehementiora, calidiora exſiccantia, inter quae *vinum* quoque ſub cenſum venit: Quamvis enim lac ſenum vulgo vocetur, aeque facile tamen aceſcit in primis viis, & ſanguini inſidias ſtruit; deinde admodum exſiccat, humidas particulas educendo, vel minorem motum ipſis conciliando, aut obſtructiones producendo, in quo natura ſiccitatis proprie conſiſtit. Laudamus interim zingiber conditum cum enula, calamo aromatico, nuc. moſchat. & ſuccolada, ceu magnum adverſus ſenectutem praeſidium, quibus addo carnem viperinam, ſaepius cum carne caponis, gallinae vel perdicis comeſtam, aut in gelatinam redactam. In debilioribus concedimus tantillum vini Gallici, Hiſpanici aut malvatici cum aliquot guttulis ſalis volatilis-oleoſi ſtomachalis, praeſertim poſt prandium vel coenam.

§. 4. Quaeri hic ſolet, an Medicus certam ciborum quantitatem determinare poſſit? & cibum ob ſubjectorum varietatem, diverſumque vitae genus, nec pondere nec numero menſurari poſſe: ſi enim liquor gaſtricus rite ſe habeat, licebit ad ſatietatem comedere: ſin vero acidum praedominium obtinet, ipſeque ventriculus ad appetendum robuſtus, ad coquendum autem debilis ſit, conducet ſanitati, non ſatiari cibis, aut ſemel vel bis in hebdomada a prandio, aut coena abſtinere. Animadvertes autem facile, an chylificationis negocium ex voto expediatur, ſi ſcilicet nullus poſt cibum in ore peregrinus ſapor, ſi nulla poſt paſtum inflatio ventriculi obſervetur, ſi caput non fuerit grave, atque ad munia corpus ſit alacre.

§. 5. Quaerunt etiam de ſomno, utrum poſt prandium concedi poſſit. Sed quidni licebit dormire ſomnolento? neque ullam videmus rationem in contrarium, & quae *ſchola ſalernitana* pronunciat, falſo nituntur ſuppoſito, & aſcenſum vaporum ad cerebrum e ventriculo pro fundamento habent.

C A P. VII.

De Cibis ex regno vegetabili ſumendis.

§. 1. Hactenus de diaeta egimus, nunc de ipſorum alimentorum qualitatibus dicendum erit, ut eas nobis magis reddamus perſpectas.

§. 2. Deſcribitur *alimentum*, quod ſit omne illud, quod corpus noſtrum nutrit: ſive quod motu, poris, & figuris ſuis, partium fluidarum & ſolidarum poris, figuris, & motui in corpore noſtro convenit, aut non multum contrariatur.

§. 3. *Alimentum medicamentoſum* dicitur, quod praeter illas particulas alias in ſe continet, quae corpus noſtrum alterant, & a poris & figuris ſanguinis, atque conſueti aetheris motu abludunt.

§. 4. *Panis* bene fermentatus & bene coctus, continet in ſe acidum ventriculo gratiſſimum, & ſolo etiam odore languentes reficit. Si fuerit viſcidior, in mucum acidum abit, praeſertim ſi a furno adhuc calens aſſumatur, quippe particulae craſſiores & viſcidiores in majori adhuc poſitae motu, facile poros ventriculi, & inteſtinorum ingrediuntur, ibidemque contumaces pariunt obſtructiones, unde colica ſuos ſaepiſſime habet natales. Idem eſto judicium de placentis recentibus aliiſque omnibus, quae in glutinoſam paſtam facile abeunt, & propterea primis viis infenſiſſima ſunt.

§. 5. *Ptiſana* ex hordeo parata, languentibus & alimentum, & medicamentum praebet. *Oryza* viſcidior eſt, unde magis flatulenta, & ventrem ſiſtit. Juſcula *avenacea* tenuitate ſua corpus facile permeant, & tuſſientibus, phthiſicis, aſthmaticis, hypochondriacis, aliiſque tenui utentibus valetudine, apprime conveniunt. *Milium* terreſtre eſt, & corpori craſſum praebet pabulum.

Digitized by Google

§. 6. Omnia *legumina* ſunt flatulenta & viſcida, praeſertim torrida & exſiccata: quo ergo diluta magis ac humida adhuc erunt, eo erunt meliora. Corrigi debent aromaticis, viſciditatem temperantibus.

§. 7. *Raparum* particulae duplicis ſunt generis, craſſae terreſtres, ſubtiles & tenues: illae per primam coctionem auferuntur: hae recluſa magis in decocto ſecundario teſtura evocantur, unde ſecundarium raparum decoctum obtinet vim diureticam, lympham craſſam incidendi, & acidam corrigendi, atque in tuſſi, quartana, melancholia & dyſuria prudenter commendatur.

§. 8. *Radices ſiſari, napi, paſtinacae*, copioſum ſuppeditant chylum, venerem ſtimulant, & menſes movent. *Radix petroſelini* difficilis coctionis, & difficilioris digeſtionis eſt. *Raphanus ſylveſtris* eſt ſcorbuticorum ſolacium, hinc in cruditate acida corrigenda, in hypochondriaca, menſium ſuppreſſione, & obſtructionibus viſcerum tollendis, praeſentaneam ſpondet opem.

§. 9. *Raphanus* ſale volatili abundat phlegmate magis diluto: Reſolvit mucum in primis viis, bilis viſciditatem emendat, & ſuccum pancreaticum detinet in officio, flatus diſcutit, & urinam potenter movet.

§. 10. *Allium* ſale ſuo volatili acri corrigit lympham acidam & viſcidam, ſuccos magis fluidos reddit, prodeſt hypochondriacis, & vermes necat. Multis tamen ob vim agitatoriam, qua gaudet, infenſum eſt, & in imo ventre non minus, quam capite turbas excitat. Ab hoc gradu differunt *coepae, ſinapi, porrum.*

§. 11. *Endivia, portulaca, rapunculus eſculentus, beccabunga, flor. boraginis, bugloſſae, naſturtium aquaticum*, phlogoſin & bilis aeſtum temperant, ſomnum conciliant, & ſalia acria diluunt. *Bellis minor & nummularia* phthiſicis ſunt ſolacio. *Aſparagus, chaerefolium, petroſelinum, chelidonium minus, naſturtium hortenſe, cochlearia*, lupulus, alleviant ſcorbuticos, menſes & urinam cient, aſthmaticos juvant.

§. 12. Inter herbas culinares ſunt *beta, blitum, atriplex ſativa, malva, ſpinachia, braſſica alba, & rubra*, quae alvum blande ſubducunt, & humectant, atque ſimul aliquod praebent pabulum. *Braſſica capitata* muria condita turbas in primis viis movet, ſanguinem tumultuarie fermentat, & capiti nocet. Interim nitimur in vetitum, & hanc theriacam ferculorum etiam praeter meritum inter delicias ponimus.

§. 13. *Pyra & poma aromatica* melancholicis, & hypochondriacis apprime conveniunt, *dulcia* alvum ſervant lubricam, *acida* aeſtum temperant, *acerba & auſtera* potenter adſtringunt. *Cydonia* temperata ſua aciditate dicata ſunt ventriculo.

§. 14. *Amygdalae dulces & paſſulae* multum nutriunt. *Amygdalae amarae* reddunt vias urinarias patulas, & ab ebrietate praeſervant. *Nuces juglandes recentes* copioſum chylum ſuppeditant: *exſiccatae annoſae* oleo rancido & acri, pectori & capiti nocent: idem judicium eſto de *avellanis. Glandium, & caſtanearum* particulae ſunt craſſae, & valde viſcidae; quod ſi tamen a potentiori fermento in primis viis attenuentur, chylum pinguem & oleoſum ſuppeditant. *Nuces pineae & piſtaceae* optime nutriunt, humorum acrimoniam temperant, & ſemen augent. *Cappares* conditi aceſcunt in ventriculo, & difficulter coquuntur. *Olivae* abſtergunt, & mucum ſtomachalem detergent: Earundem *oleum* aſſumtum diffundit ſe per totum corpus, ſi quidem meatus fuerint patuli, ſanguinem coeteroſque ſuccos temperat, & primas vias lubricitat, omni aetati magnum praeſidium.

§. 15. *Pruna, mala perſica, mora, fraga, melones, cucumeres*, facile in liquamen putridum abeunt, fermenta viſcerum deſtruunt, & praevia fermentatione acriora ſpicula extravertendo choleram, alvi fluxum, colicam, & varii generis febres

febres producunt. Ridiculum ſane eſt, quod vulgo praetenditur de vi refrigerante: quaſi vero illa, quae refrigerant, hoc eſt ſuccorum vitalium motum ſiſtunt, ad vitam protrahendam ſint idonea.

§. 16. *Fungi* prodeunt ex ſordibus terrae, & in corpore noſtro in ſordes revertuntur. *Saccharum balſamica* ſua *vi* temperat lympham pectoralem acriorem factam; *vi* autem *acida* rodit *oſſa*, & ſanguinem cum coeteris ſuccis acriorem reddit, ſicque venenum in cauda habet, mel eſt in ore, fel in corde.

C A P. VIII.

De Cibis ex regno animali deſumendis.

§. 1. CAro *ſuilla recens* male audit ob glutinoſitatem; *fumo exſiccata* ob ſal muriaticum ſanguini eſt infenſum, & difficilioris cenſetur coctionis. *Caro vervecina, aprugnina, vitulina, bubula, leporina, cervina, agnina*, ſuccum alimentarium ſatis copioſum ſuppeditant.

§. 2. Animalium viſcera, extremitates, parteſque tendinoſae ob rigidiores fibras difficillime coquuntur, aut in chylum mutantur.

§. 3. *Gallinae, capones, gallus indicus, uro-gallus, perdices, turdi, alaudae, anſeres, & anates juniores*, ſalubrem praebent ſuccum, & optime nutriunt.

§. 4. Inter *piſces* ſua ſe commendant ſalubritate *ſalmo, trutta, lucius, perca, carpo, fundulus, muſtela fluviatilis, balec*. Qui viſcoſi ſunt, aut exſiccati, multum pituitae ſuppeditant, & concoctu difficiles ſunt.

§. 5. *Cancri* ſucculenti ſunt, & acrimoniam ſalium obtundunt: *Oſtreae, cochleae, & teſtudines* chylum pinguem, ſed paullo viſcidum, in receſſu tamen ſal volatile obtinentem, praebent.

§. 6. *Lac* optime nutrit, quo non datur praeſtantius. Neque enim opus habet, ut in chylum abeat, ſed ſufficit, ſi leviter in primis viis alteratum craſſamentum caſeoſum deponat, reliqua autem ſui parte ſanguini confundatur. Verum quum ab acido aliorum ciborum, qui in una eademque menſa aſſumuntur, admodum alteretur, & peregrinum in primis viis acquirat acorem, ſaepius mutato habitu in venenum abit, & graviorum ſymptomatum auctor exiſtit. Eapropter aut ſolum comedendum, aut menſa proſcribendum.

§. 7. *Caſeus recens* terreſtreitate ſua retardat chylificationem: *inveteratus* ſalibus ſuis acrioribus turbulentas, & inordinatas excitat in corpore fermentationes. Uterque hypochondriacis, & paſſioni hyſtericae obnoxiis infenſus cenſetur. *Butyrum* recens facile diſtribuitur, & optime nutrit. *Ova* tremula parte vitellina nutriunt, ſed albumen facile in duritiem concreſcit. Frixa aut indurata ſale acri coctioni primis in viis ſtruunt inſidias, & fermenta corrumpunt.

C A P. IX.

De Potu.

§. 1. UT coctio fiat in humido, & undulatorius ſive tremulus palati & faucium fibrillarum motus (in cujus imminutione vel augmentatione ratio formalis ſitis conſiſtit) conſervetur, aut reſtituatur, *potus* inter comedendum ſubinde aſſumendus eſt, quo fermentum ventriculi paullulum diluatur, (multis quippe languet appetitus, donec ſemel biberint,) & aſſumta accuratius & facilius miſceantur, atque fauces cum lingua & ſalivalibus glandulis humectentur.

§. 2. Primum autem inter alia potulenta ſibi vendicat locum *aqua*, tum jure antiquitatis, tum ſalubritatis praerogativa, & in ſe ſpectata potus medicus merito ſuo audit, quod lubricitate & flexibilitate particularum ſeſe poris cujuſcunque ſint figurae facile inſinuet, acidum vitioſum temperet, ſalia diluat, pituitam fluidiorem reddat, bilis aeſtum demulceat, & ſanguini humidas particulas reſtituat; ſuperfluum autem tum per vias urinarias, tum per exteriorem corporis ſuperficiem, & ambitum iterum excernatur, & quod caput rei eſt nullibi aceſcat, ut ipſis etiam aegrotantibus, modo frigus ejus non obſtet, tuto propinari poſſit.

§. 3. Eligatur itaque *aqua fontana*, valde limpida, tenuis & cryſtallina, quae levis & omnis odoris atque ſaporis expers eſt. Quod ſi forte particulas heterogeneas, & limoſas in receſſu habeat, coctione emendetur.

§. 4. Craſſiores magisque ponderoſae ſunt *putealis, paluſtris, pluvialis, fluvialis &c.* & limo, ſabulo, ſale aut ramentis metallicis gravidae, quibus feoculentis in primis viis praecipitatis chylificationem, & digeſtionem interrumpunt.

§. 5. Sed remoram haud exiguam injiciunt calamo, qui perſuaſum habent, *aquam* minus gratam & convenientem eſſe ventriculo, ipſumque chylificationis negocium potum expetere, qui praeter vim calefaciendi virtute quoque polleat confortandi ſtomachum. Verum attende quaeſo! quid ſibi velint obſcuro illo termino confortandi ventriculum; multa enim ſunt, quae diverſo reſpectu dicuntur ſtomachica, ſive quibus vis tribuitur confortandi ſtomachum; ſed quum diverſi ſint generis, explicandum erit, quid ſit confortare. Ipſum profecto ventriculum omnium optime confortant, quae poros non alterant, eosque in figura & ſitu non mutant, nec tubulos obſtruunt, quo rectius de aqua, quam de aliis liquoribus dicetur. Quod ſi ad experientiam provocare velis, obtendens, plures eſſe, qui aquam non poſſint ferre, & qui a potu aquae ſtomachi dolore, vel inflatione conquerantur, per me facile id quidem licebis, qui in receſſu habeo, quibus plumbea haec tela retundere poſſim. Primo enim facit pro me decantata regula, *conſueta etſi deteriora inſuetis minus nocere ſolent*: deinde alia inſoliti hujus effectus ſubeſt cauſſa, quae in ventriculi vitioſam diſpoſitionem potius, quam in aquam redundat. Quippe ſi haec ob contumaces obſtructiones pororum ventriculi, & inteſtinorum nequeat diſtribui, fluctuabit in primis viis, alkali ſuo occulto, vel rectius, inſinuando de anguſtiſſimis poris aſſumtorum; ita ut plures ejus particulae ſola materia primi elementi ſint cinctae, ſubitaneas efferveſcentias & inflationes excitabit: quod alii quoque liquores potulenti majori ſaepius cum impetu facere ſolent.

§. 6. Itaque haud peccavero, ſi dixerim, *vinum & cereviſiam* aquae poſtponenda eſſe: immo vel ob hanc ſolam cauſſam, quod in corpore noſtro facile aceſcant, vix admitti poſſe pro potu ordinario. *Vinum* ergo inter ea merito refertur medicamina, quae aut jugulant, aut nocent, & quae rarius in uſum vocari debent. Quamvis enim ſale ſuo volatili oleoſo ſanguini vigorem, & activitatem ſuperaddat, ejusque uſum omnimodo improbare non poſſimus, nemo tamen eſt ex medicorum ordine, qui ambigat, ſanguinem & lympham ex crebriori vini uſu aceſcere, & ad coagulationem diſponi, unde ſuccus nutricius in capillaribus vaſculis facile praecipitatur, praecipitatus reſtagnat, reſtagnans plus aceſcit, aceſcens vicinos ſuccos praeterlabentes inquinat, ut inde varia emergant phoenomena, toti oeconomiae animali fatalia.

§. 7. Impoſſibile quoque videtur, vini ſalubritatem in ſpecie & intuitu individuorum determinare; Ecquis enim a priori ſcire poterit, an *aether* hujus vel illius vini amicus ſit *aetheri conſueto* ſanguinis noſtri, quum illud ab experientia depen-

dependeat, & quod quilibet facilius in ſe experiri poterit. Inde eſt, quod multi vinum Rhenanum eligant, alii aliud. Sunt qui Moſellanum commendant, quod alii culpant. Multi bene ferunt vinum Gallicum, a quo alii ſe pejus habent. Medicus octuagenario major nunquam graviori infeſtatus morbo rogatus a Principe, quo arcano uſus fuiſſet ad prolongandam vitam, feſtive reſpondit; meum arcanum fuit vinum Rhenanum.

§. 8. *Cerevifia* bonae notae cenſetur, ſi ſit tenuis, clara & lupulo modice condita. *Triticea* multas particulas viſcidas in receſſu habet. Utraque ſuos patitur manes, & in primis viis aceſcit, ſicque valetudini minus convenit. Omnis itaque impendenda opera, ut aceſcentia tollatur, quae carminativis & aromaticis ſi non ſubjugari, ſaltem infringi poteſt.

§. 9. Poſſunt alii quoque liquores potum ſuppeditantes ex paſſulis & tartaro, vel ex liquiritia cum ſemine aniſi vel foeniculi, vel ex ſola farina avenacea, vel ex ceraſis, pomis citri & cinnanomo cum aqua coctis praeparari. Quo potum *Coffae*, & *Theae* cum ſantalo quoque referimus.

Finis Libri Quarti.

INSTITUTIONUM
MEDICINAE RATIONALIS
LIBER V.
SIVE
THERAPEUTICA
CAP. I.
De Methodo medendi.

§. I.

Devenimus tandem ad illam medicinae partem, quae finem artis noſtrae immediate & propius reſpicit, & cui coeterae omnes velificantur; Quippe in hac methodus medendi, ceu fundamentum & baſis omnis medicationis cum materia auxiliorum, ſive medicamentis eorundemque praeparationis modo traditur.

§. 2. Eſt autem *methodus medendi* nihil aliud, quam *notitia* agendorum: ſive curandi *ſcientia*. Vel eſt *ars*, qua per certas indicationes auxilia inveniuntur, quibus labefactata corporis oeconomia in integrum reſtitui debet.

§. 3.

§. 3. Duo ſunt hujus methodi fulcra & columnae, quibus ſuperſtruitur ; *ratio* nempe , & *experientia :* quae conjuncta omne in prudentia medica ferunt punctum . Si enim illud quod *ratio* per demonſtrationem evincit , *experientia* confirmetur ; & quod *experientia* obſervat , *ratione* roboretur , ipſique conſentaneum ſit , res eſt in vado : Sin autem experientia imaginaria ſit, & ſola praeſumtione vel auctoritate nitatur , merito falſa cenſetur & futilis . Et ſi ratio experientia deſtituatur, manca quoque eſt & inops . Mallem tamen ipſam ſequi rationem tali videlicet in caſu, ſi in inveniendis praeſidiis nihil admittatur , quod non ſit clarum & perſpicuum : ſi naturam hominis medicus ex aſſe cognoſcat, & cauſſam morbi probe perſpectam habeat,omneſque operationes medicamentorum per claras,& ſtringentes demonſtrationes in apricum producat, quam experientiae fluctibus agitari. Fateor, & ſuam experientiae conſtare laudem & dignitatem, praeſertim in caſu valde ſimplici . Verum quum hi rariores ſint, & nullibi ſere vulgaris iſtius proverbii , duo quum faciunt idem , non eſt idem , veritas clarius appareat, quam in praxi medica, non miror , ſi illi etiam viri , qui experientiſſimi vocantur, ſubinde ob rationis defectum, & quod ob neſcio quam fiduciam in ſuam experientiam ad omnes circumſtantias, quarum minimae rem variare poſſunt, non attendant, fallant & fallantur.

§. 4. Nec obſtat , quod illi , qui *experientiam* plenis buccis crepant & vulgo *practici* vocantur , utcunque vires remediorum,& cauſſas morborum ignorent, tamen apud vulgus etiam prae aliis applauſum & encomium quandoque mereantur : ille enim effectus non ſemper tribuendus eſt imaginariae illorum experientiae ; ſed aliis artibus ex *Machiavelli* ſchola non raro accitis in acceptis ferendus. Abſurdum profecto non minus eſt, quam medico indecorum , fateri , ſe quidem naturam morbi ignorare , ſed quum obſervaverit , eum curatum fuiſſe, curatique adhuc proſtent exempla,praetendere, jure quodam ſibi praerogativam in praxi deberi.Is enim *experientiſſimi* nomen demum meretur, qui & morbi naturam, & veram ejus cauſſam novit,& qui eum remediis a ſe inventis vel approbatis ſaepius curatum vidit ; plus enim pollet *ratio* in auxiliis eruendis & inveniendis, quam ipſa *experientia;* & judicium medici practicum lucem ſuam a judicio theoretico foenerari debet. Itaque talis conſulendus eſt medicus , qui judicioſus magis ſit, ut loquitur *Cl.Ettmullerus*, quam memoria praeditus: quatenus hic nonniſi viſa & audita, ille autem plane nova, mentis acie penetrat.

§. 5. *Indicationis* fundamenta ſunt ſequentes regulae (1.) Omne illud , quod in oeconomia animali aliquid indicat , vel ſui conſervationem indicat , vel ſui ablationem. (2.) Quod ſecundum naturam eſt , & ad oeconomiae animalis integritatem ſpectat , eſt conſervandum : quod praeter naturam , eſt tollendum (3.) Contraria iis tolluntur remediis , quae contrarium edunt effectum : Similia iis conſervantur, quae ſimilem edunt effectum.

C A P. II.

De Indicante & Indicato.

§. 1. INdicatio ſive oſtenſio praeſidiorum nunc *morbum* , nunc *cauſſam morbi*, nunc *ſymptoma*, nunc *vires* reſpicit, & propterea in curatoriam, praeſervatoriam, ſymptomaticam , & vitalem dividitur . Unde ipſum quoque *indicans* vel curatorium eſt, vel praeſervatorium, vel ſymptomaticum, vel vitale.

§. 2. *Indicans* eſt illud, quod praeſidium indicat , & quod per indicationem innoteſcit. *Indicatum* eſt illud, quod medici oculos ad ſe divertit., & eſt ſcopus ille, quem medicus in curatione intendit.

§. 3. Quo autem plura ſunt indicantia, quae unum idemque jubent, vel ſaltem non contra indicant, eo medicus in agendo firmiori ſtabit talo. Sin ſibi contrarientur, & quod unum jubet, alterum id prohibet, ſuſpenſo magis gradu progrediendum, conſiderando prius indicantia conſentientia, diſſentientia, prohibentia, & contraindicantia.

§. 4. *Vitale indicans* peculiare quid ſibi vendicat, & indicando coetera omnia antecellit, ipſumque ordinem in medendi methodo interrumpit, quia ſemper virium major habenda eſt ratio, quod etiam de ſymptomatico dici poteſt.

§. 5. *Indicatum* idem eſt ac agendum, ſive id quod fieri debet; continet autem ſub ſe legitimam praeſidiorum adminiſtrationem, ex quo nempe regno deſumi, & qua doſi, quo tempore, ordine & loco applicari debeant.

C A P. III.

De Indicatione curatoria morbos intemperiei reſpiciente.

§. 1. MOrbi *intemperiei* curantur per *alterantia in contrarium*: Sic *acida* vel *auſtera* ſanguinis aut lymphae intemperies indicat ſui alterationem per *alkalica abſorbentia,& invertentia*: *Intemperies acris ſalina* corrigitur per alterantia *oleoſa, blandiora acida, & cuſpides involventia. Calida intemperies* corrigitur per *deobſtruentia*: frigida per volatilia: haec enim contrarium edunt effectum, etſi neque calori neque frigori proprie contrarientur.

§. 2. Paradoxum hoc multis forte videbitur; operae itaque erit precium, arduam illam & magni momenti quaeſtionem, & controverſiam hic introducere, & ad rationis non minus, quam experientiae obruſſam exigere: utrum videlicet intemperies ſanguinis calida curari debeat per contraria frigida? Ita quippe eſt, ut qui numero quaternario elementorum primarumque qualitatum praejudiciis conſtricti tenentur, affirmativam acerrime tueantur, eamque ceu ſenſibus magis obviam, & conſentaneam rationibus confirmare contendant. Verum enim vero nunquam (ſi dicere fas eſt) ſententia generi humano usque adeo infenſa, & exitioſa e ſcholis ad forum medicum translata fuit, quam haec de intemperiei calidae per frigida alteratione inveterata opinio. Quandoquidem ſi juxta hoc praeoccupati animi ſtatutum medicari vellemus, in certiſſimam ruinam vitaeque diſcrimen ipſum aegrum indubitato conjiciemus. Quid? anne ſanguis unquam opus habet refrigeratione? anne motus ejus in circulum concitatior factus (ſi modo vitalis ille liquor, a materia ſubtili ſecundum lineam rectam torrentis inſtar agitatus, unquam ſecundum talem motum celerius moveri poteſt) praeternaturalis dici meretur, aut oeconomiae noxam minatur? Nempe non intelligunt, quid calor ſit in rebus, quas calidas vocamus, nec quod fundamentum denominationis non in re ipſa ſed in relatione ad corpus noſtrum habeat; ipſa enim particularum agitatio, in qua ratio formalis caloris conſiſtit, nullam plane convenientiam habet cum ſenſu caloris in mente, quarum rerum ideae propterea *Carteſio* recte dicuntur confuſae; itaque ut propius ad rem accedamus, videbimus, quid ſit calida illa ſanguinis intemperies, in qua febrium eſſentiam conſiſtere putabant, & quomodo corrigi aut curari debeat. Praeſuppono autem ex phyſica, quod calor in rebus nihil aliud ſit, quam motus vel agitatio particularum ſecundum omnes dimenſiones; vi cujus ſuppoſitionis ſequitur, ſanguinem tunc demum dici calidum, & inſolitam illam ſenſationem in mente produci, quando fibrillarum corporis noſtri motus tremulus augetur: dum videlicet a ſanguine

cele-

Digitized by Google

celerius & vehementius pulſantur, id quod fit, ubi motus ſanguinis progreſſivus, vel ob obſtructionem in vaſis minoribus, eum pari alacritate non recipientibus, vel ob vehementiora exercitia & nimium corporis motum impeditur, & in inteſtinum transfertur, in quo vera intemperiei calidae conſiſtit ratio! E quibus meo quidem judicio luce meridiana clarius apparet, curationem non debere nec poſſe inſtitui per frigida, utpote quae progreſſivum motum, quem promovere aut reſtituere intendunt medici ad unum omnes, magis ſiſtunt & imminuunt; ſed ipſam obſtructionem ante omnia tollendam eſſe; quod certe non fit per contraria frigida, ſed per volatiliſantia, acidum abſorbentia; inimo ipſa calida. Fuere, qui calida in intemperie calida tantopere meruentes frigidis largiter uſi ſunt: Sed maximo cum valetudinis, immo vitae diſcrimine, dum calorem frigidis imprudenter reſtringendo ſibi mortem acciverunt; inde etiam eſt, quare hodierni medici poſthabitis in morbis calidis iulapiis, aliisque decoctis refrigerantibus ea ſolum urgente aeſtu & ſiti commendent, quae ſecundario & quaſi per accidens refrigerant, qualia ſunt nitroſa, & camphorata: nam haec deobſtruunt, & motum illum inteſtinum iterum in progreſſivum referunt, quo expedito omnis ablatus erit calor praeternaturalis, ſive intemperies calida.

§. 3. Excipies: ipſa tamen vaſa ſanguifera magis diſtenta eſſe in intemperie calida, & ſanguinem per tuſam venam redditum cum impetu egredi. Quibus reſpondeo, ſanguinem tardius circulari his in caſibus, nec toties cordis thalamos permeare, quam in ſtatu naturali: propterea mirum non eſt, ſi ob reſtagnationem; & inde ortum motum verſus omnes dimenſiones, & vaſa diſtendantur, & ſanguis cum impetu e vulnuſculo lanceola facto profluat. Ex eadem cauſa pulſus etiam frequentior eſt, quum tenuior ſanguinis pars una poſt aliam undae inſtar cor ingrediatur, ſed ob defectum coeterarum ſanguinis partium rarefactio multo debilius inſtituatur: accedit quod ob ſanguinis in cordis parenchymate reſtagnationem ipſum cor nec ſufficienter dilatari, nec ſatis arcte contrahi poſſit.

§. 4. Cavendum autem, ne alteratio fiat usque ad alterum extremum: Quem in finem veteres ipſorum viſcerum habuerunt rationem. Nec male quidem, modo omnia bene explicentur.

§. 6. Quum enim ſanguis craſſior & foeculentus in capite contumaces pariat obſtructiones, ejusque motus per minutiſſima vaſa cerebri continuatus pars vitae ſit, certum eſt, non dari medicamenta capitis frigida, omniaque, quae partes juxta ſe invicem quieſcere faciunt, cerebro eſſe inimica, qualia ſunt frigida & acida, quae ſyſtemati nervino ob rationem ſatis notam minus quoque favent. Oculi admodum ſenſiles non ferunt acria & frigida. Pectori nocent acida & frigida ob eandem rationem. Sanguini & cordi acida, & vehementiora acria, & corroſiva calida ſunt infenſa: idem judicium eſto de viſcidis & frigidis terreſtribus & exſiccantibus. Ventriculo grata ſunt blandiora acida & ſalina, quia mucum incidunt & poros reſerant. Amara vulgo cenſentur hepatica. Lieni ſolacio ſunt martialia. Utero nocent acida & auſtera, omniaque quae inordinatas in corpore producunt fermentationes, quo dulcia quoque referuntur.

CAP.

C A P. IV.

De indicatione curatoria quatenus morbos turbatae miſtionis ſanguinis reſpicit.

§. 1. S*Anguinis miſtura turbata* feliciſſime, & potentiſſime reſtituitur a ſudoriferis, & quae conſueto aetheri ſuppetias ferunt, peregrinum autem debellant.

§. 2. Eadem medendi methodo curantur *morbi occultarum qualitatum* ſive *totius ſubſtantiae* dicti, & qui ut in praecedentibus libris oſtendimus, gradu ſaltem ab aliis febribus, & nonnullis morbis differunt. Omnis nempe impendenda in id eſt opera, ut debita ſanguinis miſtio per alexipharmaca reſtituatur, quae an occulte an manifeſte agant, capite de medicamentorum facultatibus dicetur. Hic annotaſſe ſufficit, plurima alexipharmaca aliam quoque cum conſueto aethere inire fermentationem, mediante qua peregrina illa, & quae plane a naturali abludit, tollitur; dum peregrinus aether expellitur, & conſuetus faſces imperii recuperat.

§. 3. Sin ventriculus gravatus ſit ſaburra, levari prius poteſt blandiori vomitorio, praeſertim in morbi principio, quo creſcenti malo pabulum mature praeſcindatur.

C A P. V.

De Curatione morborum compoſitionis, conformationis & ſolutae unitatis.

§. 1. M*Orbi conformationis* ratione *numeri* curantur, ſi pars deficiens juxta de Curtorum chirurgiam reſtituatur, aut ſi hoc impoſſibile ſit, palliative curetur, ut ſcilicet deformitas occultetur. Pars ſuperflua autem tollitur novacula, forcipe, forfice: vel ſucceſſive per ligaturam aut remedio cauſtico extirpatur.

§. 2. *Magnitudo* per *totum corpus* aucta ſui indicat imminutionem victu tenui, peregrinationibus, venae-ſectione, purgantibus, & ſudoriferis obtinendam. Hunc in modum curatur *corpulentia nimia*, cujus exemplum vide apud *Timaeum a Guldenklee*: in *Hydrope* autem vehementiora cathartica non imminuunt magnitudinem, ſed augent; quia vaſa rupta magis dilacerant, & lympham in abdominis cavitatem deturbant. Interea totius rei cardo in eo vertitur, ut lymphae reſtagnanti motus aperitivis juvetur, & vaſa lymphatica rupta conſolidentur; hinc aperitiva & vulneraria, utramque hic faciunt paginam.

§. 3. *Magnitudo aucta* in *parte privata* tollitur diſcutientibus & reſolventibus, ſcilicet emplaſtrum de ranis cum mercurio vel cinnabari, lamina plumbea mercurio illinita, ſpiritus aromatici, omniaque ſalia volatilia. Cavendum tamen, ne relictis tenacioribus particulis fluidiores ſaltem diſcutiamus, quum illae ſibi magis implicitae poſtmodum vix ac ne vix quidem reſolvi poſſint.

§. 4. Huc ſpectant omnis generis *tumores*, quorum plurimi ſaltem gradu inter ſe differunt, atque diverſa nomina a loco, *durationis tempore*, partis affectae natura, & humoris conditione, atque cum aliis ſuccis alia atque alia coagulatione, aliisque circumſtantiis ſortiuntur. Sic phlegmone & eryſipelas ab uno eo-

demque humore naſcuntur, quorum diſcrimen in majori vel minori diſtenſione & rubore conſiſtet. Idem illud ſal, obſtruens poros pleurae, inflammatorium producit tumorem, qui pleuritis vocatur, & in pulmonibus peripneumonia, in faucibus angina; in oculis ophtalmia, in meningibus phrenitis audit: Idem hic humor producit in extremitatibus digitorum panaricium: in partibus tendinoſis anthracem, in glandulis inguinalibus bubonem: retro aures parotidem, ſub axillis panum: in palpebris hordeolum: in facie furunculum. Sin vero chylus viſcidus quidem, ſed mollis in canaliculis extremis reſtagnat, erit oedema. Quod ſi a ſuccis aliis acidis ſupervenientibus praecipitetur in caſeoſam ſubſtantiam, fiet ſcirrhus: ſin ſalia corroſiva & acria ſint immiſta, atque ab aethere in ſe invicem & canaliculorum fibrillas vibrentur, erit cancer. Similis quoque humor conſtituit in glandulis ſcrophulas. Quod ſi canaliculus a chylo intus contento valde dilatetur, multi autem plane diſtringantur, oriuntur tumores, in quibus humores proprio folliculo aut tunica, continentur, quorum unus ſi adhuc mellis inſtar fluidus ſit, meliceridem, ſin in craſſamentum caſeoſum abeat, atheroma: ſi plane indureſcat inſtar caſei exſiccati & ſevo ſit ſimilis, erit ſteatoma, vel ſtruma; ejusdem quoque indolis eſt humor ille, qui circa articulos ganglium, & tophos producit.

§. 5. A lacte tali corrupto in canaliculis capillaribus, & glandulis miliaribus cuti, reſtagnante pariter varii tumores ſuos habent natales & appellationes, & gradu ſaltem differre videntur, quales ſunt ſcabies, herpes, achor, ſavus, tinea, impetigo, lichen; prout enim plures vel pauciores canaliculi obſtruuntur, nuncque profundius, nunc ſuperficialiter magis, infarciuntur, aut plane diſrumpuntur; ipſeque chylus nunc cum ſucco nerveo degeneri, nunc cum praexiſtente in ambitu corporis fermento maligno, vel in utero, ob matris errores in victu commiſſos, vel poſt nativitatem ab aſſumtis acidis collecto, in coagulum abit, atque variis modis concreſcit & coaleſcit: ita varii acoris, viſciditatis & fermentationis in ipſis humoribus reſtagnantibus reperiuntur gradus, variaeque inde reſultant apparentiae & effectus.

§. 6. Primarii tumores curandi *ſcopi* ſunt, ut *interne* acidum attenuetur, & obſtructi canaliculi aperientibus reſerentur, illudque praeternaturale quod fluidum adhuc eſt, vel ſatis attenuatum eſt, evacuetur. Huc ſpectant purgantia, ſudoriſera, diuretica, aromatica-oleoſa, alkalica tum fixa tum volatilia, praeſertim ſulphur in ſubſtantia, & omnia ex ſulphure praeparata. *Externe* camphorata, ſuffumigia, cataplaſmata, & inunctiones ex emollientibus, diſcutientibus, acrimoniam temperantibus, poros reſtituentibus, fibras diſtortas & diſtentas relaxantibus, digerentibus, & acidum corrigentibus parata, laudantur.

§. 7. *Imminuta magnitudo*, qualis in atrophia partis alicujus occurrit, victu laudabili, quiete, frictionibus & balneis curatur.

§. 8. *Vitiata partis figura* indicat reductionem ad ſtatum naturalem, ope manuum, faſciarum, aut inſtrumentorum perficiendam.

§. 9. *Meatus obſtructi* erunt reſerandi, & ab humoribus, ſanguine grumoſo, calculo, foecibus induratis, omnique illo, quod obſtructionem peperit, liberandi. *Partes coaleſcentes* ſunt dividendae. *Conſtipatae* ampliandae. *Compreſſae* ab onere levandae: *Canaliculi* praeter naturam *aperti*, ligatura aut ſtyptico claudendi: *aſpera* partis alicujus *ſuperficies* emollientibus, & temperantibus corrigenda.

§. 10. *Morbi conformationis* ſitum & connexionem partium laedunt. *Situs mutatus* indicat partis in locum naturalem repoſitionem, v. g. in uteri aut inteſtini prolapſu: in oſſis laxatione. *Connexio mutata* ligamentorum conjunctionem: ſin ſejuncta eſſe debeant, eorundem ſolutionem indicat: adhibitis deinde deobſtruentibus, & poros ſive tubulos reſerantibus, ut flacciditas ligamentorum corrigatur, & partes roborentur.

§.11.

§. 11. In *morbis ſolutae unitatis* diviſa ſunt conjungenda, repoſito prius oſſe, ſi luxatio vulnus comitetur: aut reducto & coaptato, ſi fuerit fractum. Ante omnia autem extranea e vulnere ſunt eximenda, ſi id quidem citra novum periculum aut majus diſcrimen fieri poſſit. Deinde ſanguis ſiſtendus: aëris acceſſus ſtatim quovis modo impediendus: & gravioribus ſymptomatibus, quae ex reſectarum fibrarum reſilitione, & tubulorum vicinorum obſtructione, oriuntur, mature obviam eundum, qualia ſunt dolor, tumor, inflammatio &c.

§. 12. In *vulneribus venenatis* maligna illa veneni cum ſuccis corporis noſtri fermentatio eſt ſupprimenda, id quod fit ſcarificatione & cucurbitulis multa cum flamma adhibitis, ut venenum e parte affecta exprimatur: ferro candenti, ut diſcutiatur & coagulatio impediatur: caepis, fermento, theriaca, ſpiritu vini camphorato, impoſitis, ut contraria inducatur fermentatio, ſuccus malignus praecipitetur, & ſpicula maligna obtundantur.

§. 13. Graviter peccant, qui vulnera ſaepius de die detegunt: ſi enim coaleſcentiae, & unionis impedimenta tollantur, ſponte coaleſcunt partes diviſae, & citius, quam ſi erudite nimis & officioſe tractentur. Conſiſtit autem ablatio impedimentorum in tubulorum obſtructionibus reſerandis, ut humorum circulantium itus, & reditus per partem vulneratam, ſartus tectusque ſervetur.

§. 14. In *ulcerum* curatione ad acrimoniam ſalium potiſſimum reſpiciendum. Toti itaque maſſae ſanguineae prius per univerſalia proſpiciendum: deinde ad externa detergentia, acidum temperantia & obſtructos poros labiorum reſerantia deveniendum: Inter quae laudem merentur ſpiritus vini, & pulveres abſorbentes cum emplaſtro vel unguento ſaturnino.

§. 15. Quae omnia obſtetricantibus, quatuor illis operationibus chirurgicis expediuntur: quales ſunt *Syntheſis, diordoſis, diaereſis, & exaireſis.*

§. 16. *Syntheſis* eſt operatio chirurgica, qua partes tum oſſeae, tum molles & carnoſae ſejunctae, fractae, vel luxatae, uniuntur. Huic inſerviunt *extenſio, coaptatio, per glutinum conjunctio, deligatio, depoſitio.*

§. 17. *Diordoſis* eſt operatio chirurgica, qua oſſa compreſſa & diſtorta ad priſtinum ſtatum, & locum reducuntur; Huic *cucurbita* cum multa flamma, elevatorium, *emplaſtrum tenax* in cranii depreſſione; in aliis partibus *thorax ferreus* aut alia *inſtrumenta ferrea, ocreae, faſciae* convenienter adhibitae, famulantur.

§. 18. *Diaereſis* eſt operatio chirurgica qua partes conjunctae, & continuae dividuntur. Huic obſtetricantur *ſectio*, & *uſtio*. *Sectione* aperiuntur venae & minores arteriae, fiſtulae inciduntur, abſceſſus aperiuntur, froenum linguae relaxatur, thorax & abdomen perforantur, cutis ſcarificatur, ſetacea apponuntur, fonticuli excitantur, cranium trepano perforatur, oſſa carioſa limantur, raduntur, ſerra dividuntur. *Uſtione* partes cauterio potentiali vel actuali aduruntur, id quod in ſetaceo excitando multis in uſu eſt.

§. 19. *Exaireſis* eſt operatio chirurgica, qua ſuperflua tolluntur. Ope hujus tela, ſclopetorum globuli, e vulneribus, extranea e faucibus & oculis, foetus mortuus ex utero, calculus e veſica, urina, ope *catheteris flexilis*, qualem e *Belgio* accepi, extrahuntur, partes corruptae amputantur, excreſcentiae exſcinduntur, quo verrucas, condylomata, herniam carnoſam, aliaque referimus.

§. 20. Quaeritur an *fonticuli* & *ſetacea* morbis vel abigendis, vel non admittendis ſint dicata? Erunt multi, qui imaginaria authoritati experientia ne quidem in dubium hoc vocari poſſe, exiſtimant, dum plures ſe remediis his adjutos profiteantur. Verum enim vero, ſi rationem conſulamus, ipſiusque oeconomiae animalis ſtatum rite perpendamus, apparebit facile, ulcera illa arte excitata pro conſervanda ſanitate parum vel nihil efficere poſſe; illud enim quod excernitur, novum videtur eſſe productum, quod antea in ſanguine, lympha vel ſucco ner-

I 2 vo

vco non praexiſtit, ſed in ipſa parte ulcerata demum fabrefactum eſt. Utcunque autem rationes in contrarium proſtent bene multae, non audeo tamen horum remediorum uſum in totum negare, quum videam, illa tranſpirationis vicem ſupplere, ipſorumque fluidorum copiam in tantum imminuere, ut etiam illi, qui ſetacea aut plures fonticulos geſtant, plerumque pallidiores quam antea appareant.

§. 21. Satis autem de chirurgicis dictum eſſe, autumo. Petantur ſolidiora ex *Hildano, Sculteto, Aqua-pendente, Barbette, Blancardo*, & *Bontekoe* notis *celeberrimi Albrechti* illuſtrato. Quibus demum lucem affundit *celeberrimus noſter Dolaeus* in *Encyclopoedia ſua chirurgica*, jam ſub praelo ſudante: in qua non ſolum ad chirurgiam ſpectantia nova accurataque methodo recenſentur, ſed, quod caput totius rei eſt, egregia etiam remedia cuilibet affectui appropriata fideliſſime deſcribuntur, ut perfectius opus hactenus nulla viderit aetas. Qui enim illud diligenti verſabitur manu, magni & eruditi chirurgi nomen facile merebitur. Sed vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hedera. Lege, & judica.

C A P. VI.

De Indicatione praeſervatoria uſum venae-ſectionis commendante.

§. 1. Diximus indicationem praeſervatoriam cauſſam morbi reſpicere. Quum autem cauſſae morborum internae ſint plethora, cacochymia & turbata ſanguinis motio, & plethora quidem per imminutionem ſanguinis & ſubtractionem alimenti curari debeat, ordinis poſtulat ratio, ut nunc de *venae-ſectione*, & quae illam ſupplent, velitationem noſtram inſtituamus.

§. 2. Sane *phlebotomia* communiſſimum inter medicinae ſubſidia remedium, quo plebeii & ſe & jumenta ſua a morbis praeſervare ſatagunt, quem in finem nunc ſemel nunc bis eam quotannis inſtituunt: imo conſuetudo in tantum inolevit, ut quoties valetudo periclitari videatur, ſtatim ad hanc ceu ſalutis anchoram, & omnis curationis principium confugiant.

§. 3. Enimvero ſanguis facillime per frequentiorem illam profuſionem depauperatur; hinc fit, ut multi in phlebotomia vel commendanda vel admittenda nimis liberales ſucceſſus ſubinde parum ſecundos experiantur. Quae forte cauſſa eſt, quare generoſum hoc remedium neotericis male audiat; cui accedit, quod evictum nunc ſit, veteres venae ſectionem ex falſo praejudicio plurimis in morbis admiſiſſe, eamque ſcopum illum, quem illi intendebant, nunquam aſſecutam eſſe nec aſſequi potuiſſe. Quapropter eam non aliter, quam remedium empiricum, ſuſcipimus, quod aut juvabit aut nocebit; quum venam ſecare quandoqve idem fere ſit ac hominem jugulare. Adeoque quando ſuper hoc cardine vita ac mors verſatur, maxima opus erit deliberatione, antequam quid ſtatuendum ſit decernatur. Agam ergo de venae-ſectionis uſu, adminiſtrandi modo, loco tempore, & quos morbos immediate reſpiciat, breviſſime indicabo.

§. 4. Super his autem advertere licet, veteres quatuor vel quinque *venae-ſectionis* uſus recenſere, dum eam *corruptum ſanguinem evacuare, copiam ſanguinis imminuere, eumque refrigerare, revellere & derivare* docuerunt. Et quod duos quidem priores uſus attinet, nemo inficiabitur, ſanguinem, tam corruptum, quam optime conſtitutum, per venam ſectam qua data porta effluere. Neque etiam quis facile in dubium vocabit, calorem per ſanguinis emiſſionem praeſertim largiorem imminutum iri. Enim vero an ſanguis, qui verſus partem aliquam propel-

litur, per venae-ſectionem ab eadem averti & ad aliam diverti, & revelli poſſit; & eo ſanguis, qui jam partem influxit, iterum ex illa parte revocari & derivari poſſit, hoc non dum eſt in liquido.

§. 5. Itaque in difficili hoc nodo primo notari velim, ſanguinem per tuſam venam emiſſum nequaquam ex centro verſus peripheriam profluere, ſed iſtius portionem eſſe, qui ab ambitu verſus centrum regreditur, & in via eſt redeundi ad cordis thalamos Eapropter impoſſibile eſt, ſanguinem corruptum ope venae-ſectionis evacuari, quum ille ſanguis, qui in principio fluxus emittitur, jam lacte vel chylo ſuo orbatus ſit, quem in vaſculis illis capillaribus & minutiſſimis canalicuiis reliquit, dum ſanguis arterioſus ſingulis pulſibus ad minutiſſima iſta vaſa propellitur, atque ad eas tandem evenit anguſtias, ut pars ejus non niſi ſub forma humoris lactei aut cryſtallini a reliquis ſanguinis partibus ſeceſſionem facere poſſit. Ridiculum ergo foret, ſi ſanguis ille, qui prima vice egreditur, non bene coloratus appareret; eo uſque illum extrahere, donec ſub alio colore ſe conſpectui ſiſteret: quippe fieri poteſt praeſertim in febribus, ut ob turbatam ſanguinis miſtionem tota maſſa ſanguinea obſcuriori tincta ſit colore, eumque pertinacius retineat, etiamſi maxima ejus pars extramittatur.

§. 6. Secũdo quum cauſſa morbifica magis ſanguini arterioſo inhaereat, quam venoſo, hicque primus ſit, qui facto foramine foras progrediatur; ecquis credet hunc eſſe corruptum illum ſanguinem, quo natura levari deſideravit.

§. 7. Porro in confeſſo demum eſt, ſanguinem aequaliter ad partes diſtribui; illum autem qui per venae-ſectionem emittitur, nequaquam in partem aliquam influere, aut jam in partem influxiſſe: ſed omnem eſſe refluum. Unde cuique obvium eſt, nullam dari venae-ſectionem revulſoriam.

§. 8. Multo minus derivatio hic habere poteſt locum; quum ſanguis ille, v. g. qui per venam ſub lingua pertuſam effluit, non ſit ſanguis ille, qui in capite fuit, utpote qui per alias venas cordi denuo remittitur; Sed eſt ſanguis a partibus exterioribus oris faciei & palati refluens, qui cum ſanguine intra cranium detento nihil plane commune habet.

§. 9. Atque inde innoteſcet, unicum & primarium *venae-ſectionis*, uſum eſſe, *ſanguinem evacuare ſive imminuere*; hic enim coeterorum omnium defectus cum foenore compenſat. Nam ubi ſanguinis in vaſis inferioribus copia imminuitur, facile in ejus locum novus per arteriae truncum deſcendentem eo transmittitur; & conſequenter quaedam ſanguinis portio capiti ſubtrahitur & ſic revulſionis deprehenditur effectus. Iterum: ſi vaſa frontis vel linguae depleantur, antea reſtagnans in vaſis minoribus ſanguis nunc ad inanita illa vaſa alacrius progreditur, & tubuli antea compreſſi immunes redduntur, unde capitis dolores & defluxiones a ſecta vena ſaepius illico ceſſare ſolent.

§. 10. Omnis itaque venae-ſectio eſt evacuatoria, & conſequenter ventilatoria: atque cauſſam morbi non tollit, ſed ipſum ſaltem ſymptoma reſpicit, nempe dolorem, qui per venae-ſectionem vel imminuitur, vel in momento ſiſtitur; quod videlicet ob imminutam ſanguinis quantitatem minor fibrarum nervearum & tendinoſarum fiat a ſanguine arterioſo preſſio.

§. 11. Perinde autem erit, quaenam vena tundatur; modo talis eligatur, cui nec nervus nec tendo ſubjaceat, hae enim vix ſine periculo ferri cuſpidem admittunt; hinc vena frontis, ſub lingua, & cephalica in brachio omnium tutiſſime ſecantur, quum & medianae & hepaticae nervus & tẽdo ſubjaceant. Pari ſecuritate tundi etiam poſſet vena jugularis, quam in equis quotidie ſecari videmus. Rejicimus ergo omnem venarum delectum, utpote quae omnes ab uno eodemque oriuntur trunco; & a vero quam maxime alienum eſt, tria illa venoſa vaſa majora in brachio eſſe diſtinctos canales, quorum unus pulmonalis, alter hepaticus,

veo non praexiſtit, ſed in ipſa parte ulcerata demum fabrefactum eſt. Utcunque autem rationes in contrarium proſtent bene multae, non audeo tamen horum remediorum uſum in totum negare, quum videam, illa tranſpirationis vicem ſupplere, ipſorumque fluidorum copiam in tantum imminuere, ut etiam illi, qui ſetacea aut plures fonticulos geſtant, plerumqne pallidiores quam antea appareant.

§. 21. Satis autem de chirurgicis dictum eſſe, autumo. Petantur ſolidiora ex *Heldano, Sculteto, Aqua-pendente, Barbette, Blancardo*, & *Bontekoe* notis *celeberrimi Albrechti* illuſtrato. Quibus demum lucem affundit *celeberrimus noſter Dolaeus* in *Encyclopoedia ſua chirurgica*, jam ſub praelo ſudante: in qua non ſolum ad chirurgiam ſpectantia nova accurataque methodo recenſentur, ſed, quod caput totius rei eſt, egregia etiam remedia cuilibet affectui appropriata fideliſſime deſcribuntur, ut perfectius opus hactenus nulla viderit aetas. Qui enim illud diligenti verſabitur manu, magni & eruditi chirurgi nomen facile merebitur. Sed vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hedera. Lege, & judica.

C A P. VI.

De Indicatione praeſervatoria uſum venae-ſectionis commendante.

§. 1. Diximus indicationem praeſervatoriam cauſſam morbi reſpicere. Quum autem cauſſae morborum internae ſint plethora, cacochymia & turbata ſanguinis miſtio, & plethora quidem per imminutionem ſanguinis & ſubtractionem alimenti curari debeat, ordinis poſtulat ratio, ut nunc de *venae-ſectione*, & quae illam ſupplent, velitationem noſtram inſtituamus.

§. 2. Sane *phlebotomia* communiſſimum inter medicinae ſubſidia remedium, quo plebeii & ſe & jumenta ſua a morbis praeſervare ſatagunt, quem in finem nunc ſemel nunc bis eam quotannis inſtituunt: imo conſuetudo in tantum inolevit, ut quoties valetudo periclitari videatur, ſtatim ad hanc ceu ſalutis anchoram, & omnis curationis principium confugiant.

§. 3. Enimvero ſanguis facillime per frequentiorem illam profuſionem depauperatur; hinc fit, ut multi in phlebotomia vel commendanda vel admittenda nimis liberales ſucceſſus ſubinde parum ſecundos experiantur. Quae forte cauſſa eſt, quare generoſum hoc remedium neotericis male audiat; cui accedit, quod evictum nunc ſit, veteres venae ſectionem ex falſo praejudicio plurimis in morbis admiſiſſe, eamque ſcopum illum, quem illi intendebant, nunquam aſſecuram eſſe nec aſſequi potuiſſe. Quapropter eam non aliter, quam remedium empiricum, ſuſcipimus, quod aut juvabit aut nocebit; quum venam ſecare quandoqve idem fere ſit ac hominem jugulare. Adeoque quando ſuper hoc cardine vita ac mors verſatur, maxima opus erit deliberatione, antequam quid ſtatuendum ſit decernatur: Agam ergo de venae-ſectionis uſu, adminiſtrandi modo, loco tempore, & quos morbos immediate reſpiciat, breviſſime indicabo.

§. 4. Super his autem advertere licet, veteres quatuor vel quinque *venae-ſectionis* uſus recenſere, dum eam *corruptum ſanguinem evacuare, copiam ſanguinis imminuere, eumque refrigerare, revellere & derivare* docuerunt. Et quod duos quidem priores uſus attinet, nemo inficiabitur, ſanguinem, tam corruptum, quam optime conſtitutum, per venam ſectam qua data porta effluere. Neque etiam quis facile in dubium vocabit, calorem per ſanguinis emiſſionem praeſertim largiorem imminutum iri. Enim vero an ſanguis, qui verſus partem aliquam propel-

litur,

litur, per venae-ſectionem ab eadem averti & ad aliam diverti, & revelli poſſit; & eo ſanguis, qui jam partem influxit, iterum ex illa parte revocari & derivari poſſit, hoc non dum eſt in liquido.

§. 5. Itaque in difficili hoc nodo primo notari velim, ſanguinem per tuſam venam emiſſum nequaquam ex centro verſus peripheriam profluere, ſed iſtius portionem eſſe, qui ab ambitu verſus centrum regreditur, & in via eſt redeundi ad cordis thalamos Eapropter impoſſibile eſt, ſanguinem corruptum ope venae-ſectionis evacuari, quum ille ſanguis, qui in principio fluxus emittitur, jam lacte vel chylo ſuo orbatus ſit, quem in vaſculis illis capillaribus & minutiſſimis canaliculis reliquit, dum ſanguis arterioſus ſingulis pulſibus ad minutiſſima iſta vaſa propellitur, atque ad eas tandem evenit anguſtias, ut pars ejus non niſi ſub forma humoris lactei aut cryſtallini a reliquis ſanguinis partibus ſeceſſionem facere poſſit. Ridiculum ergo foret, ſi ſanguis ille, qui prima vice egreditur, non bene coloratus appareret; eo uſque illum extrahere, donec ſub alio colore ſe conſpectui ſiſteret: quippe fieri poteſt praeſertim in febribus, ut ob turbatam ſanguinis miſtionem tota maſſa ſanguinea obſcuriori tincta ſit colore, eumque pertinacius retineat, etiamſi maxima ejus pars extramittatur.

§. 6. Secũdo quum cauſſa morbifica magis ſanguini arterioſo inhaereat, quam venoſo, hicque primus ſit, qui facto foramine foras progrediatur; ecquis credet hunc eſſe corruptum illum ſanguinem, quo natura levari deſideravit.

§. 7. Porro in confeſſo demum eſt, ſanguinem aequaliter ad partes diſtribui; illum autem qui per venae-ſectionem emittitur, nequaquam in partem aliquam influere, aut jam in partem influxiſſe: ſed omnem eſſe refluum. Unde cuique obvium eſt, nullam dari venae-ſectionem revulſoriam.

§. 8. Multo minus derivatio hic habere poteſt locum, quum ſanguis ille, v. g. qui per venam ſub lingua pertuſam effluit, non ſit ſanguis ille, qui in capite fuit, utpote qui per alias venas cordi denuo remittitur; Sed eſt ſanguis a partibus exterioribus oris faciei & palati refluens, qui cum ſanguine intra cranium detento nihil plane commune habet.

§. 9. Atque inde innoteſcet, unicum & primarium *venae-ſectionis*, uſum eſſe, *ſanguinem evacuare ſive imminuere*; hic enim coeterorum omnium defectus cum foenore compenſat. Nam ubi ſanguinis in vaſis inferioribus copia imminuitur, facile in ejus locum novus per arteriae truncum deſcendentem eo transmittitur; & conſequenter quaedam ſanguinis portio capiti ſubtrahitur & ſic revulſionis deprehenditur effectus. Iterum: ſi vaſa frontis vel linguae depleantur, antea reſtagnans in vaſis minoribus ſanguis nunc ad inanita illa vaſa alacrius progreditur, & tubuli antea compreſſi immunes redduntur, unde capitis dolores & defluxiones a ſecta vena ſaepius illico ceſſare ſolent.

§. 10. Omnis itaque venae-ſectio eſt evacuatoria, & conſequenter ventilatoria: atque cauſſam morbi non tollit, ſed ipſum ſaltem ſymptoma reſpicit, nempe dolorem, qui per venae-ſectionem vel imminuitur, vel in momento ſiſtitur; quod videlicet ob imminutam ſanguinis quantitatem minor fibrarum nervearum & tendinoſarum fiat a ſanguine arterioſo preſſio.

§. 11. Perinde autem erit, quaenam vena tundatur; modo talis eligatur, cui nec nervus nec tendo ſubjaceat, haec enim vix ſine periculo ferri cuſpidem admittunt; hinc vena frontis, ſub lingua, & cephalica in brachio omnium tutiſſime ſecantur, quum & medianae & hepaticae nervus & tẽdo ſubjaceant. Pari ſecuritate tundi etiam poſſet vena jugularis, quam in equis quotidie ſecari videmus. Rejicimus ergo omnem venarum delectum, utpote quae omnes ab uno eodemque oriuntur trunco; & a vero quam maxime alienum eſt, tria illa venoſa vaſa majora in brachio eſſe diſtinctos canales, quorum unus pulmonalis, alter hepati-

cus,

cus, tertius cephalicus, dici mereatur; illae enim denominationes ad captum vulgi ſunt excogitatae, cum quo celeberrimi quandoque practici loquuntur, tum quod mundus velit decipi, tum quod bene philoſophari & ratiocinari non ſemper conducat luculo aut foco: Nam ad acquirendum panem quotidianum quandoque tempori eſt inſerviendum.

§. 12. Extrahitur ſanguis in debilioribus ad aliquot cochlearia vel uncias: in robuſtioribus autem ad libram vel uncias ſexdecim.

§. 13. Neceſſe tamen eſt, ut antequam venae-ſectio decernatur, ad omnes circumſtantias probe attendat medicus; quum & prohibentia & permittentia ſigna non raro in uno eodemque morbo concurrant, quae a regione, anni tempore, aetate, ſymptomatibus, & vitae genere deſumuntur.

§. 14. Quovis interim tempore urgente quidem neceſſitate licebit tundere venam, niſi extrema virium proſtratio, aut morbi ſtatus, aut diarrhoea vel vomitus id impediverint. Quod ſi προφυλάξεως gratia venam ſecare velis, melius eſt, ſi vernali tempore inſtituatur.

§. 15. Ad ipſum vero coeli poſitum & lunae coeterorumque ſiderum aſpectus religioſe nimis attendere velle, gentilem quandam ſapit ſuperſtitionem, immo juxta *cl. Williſium* omnino frivolum videtur; ideoque potiſſimum hic nos damnandus eſt, quod pſeudo aſtrologi in almanachis ſuis figuram habent, in qua ſingula zodiaci ſigna particularibus quibusque corporis noſtri membris appenduntur; proindeque ſub quo ſigno luna verſatur e reſpectiva hominis parte ſanguinem omnino detrahi vetant: certe qui ἀλόγως coelum obſervant, toto (uti dicitur) coelo errant.

§. 16. Atque ſic in omnibus affectibus quos atroces comitantur dolores, licet ſecare venam, niſi aliud quid obſtet. Licebit & gravidis medio geſtationis tempore eam adminiſtrare. Indicatio nempe in omnibus eſt una eademque, quae a motu vel preſſione ſanguinis deſumitur: inanitis enim vaſis ſanguiferis pars inflammata non amplius ita premitur, nec uteri fibrae vel acetabula amplius ita turgent vel diſtenduntur; ſicque tum hic tum ibi omnis tollitur moleſtia.

§. 17. A ſola autem plethora ſanguinis imminutio indicatur, quam nec cacochymia nec turbata ejus miſtio poſtulant, quum ad utramque nihil niſi forte per accidens conferri poſſit: Ex quo palam fit, in febribus malignis venae-ſectionem nunquam indicari, adeoque ſatius eſſe, illi ſuperſedere, quam profuſo ipſius vitae theſauro aegrum in maximum diſcrimen conjicere. Calculum nobis adjicit *cl. Williſius*, qui in peſte aut febribus malignis a phlebotomia omnino abſtinendum eſſe judicat, quum in illis cruoris miſtio plurimum ſolvi & peſſum ire incipiat. Excipimus tamen caſum in quo dolor pungitivus admodum urgeat. De coetero in omnibus morbis venae-ſectione exulare jubemus, ubi principia activa ſumme deprimuntur.

§. 18. Quaeritur utrum purgatio debeat praecedere venae-ſectionem? ℞. Credunt vulgo, praeſtare, catharticum venae-ſectioni praemittere: ſed in quem uſum: ſi enim catharticum expectationi ſatisfecerit, quare ſanguinem jam depuratum & a cacochymia liberatum extrahis? Unde contrarium colligere licet, nempe quod venae-ſectio praemitti debeat, quia mole ſanguinis imminuta illud quod reliquum eſt facilius purgantis ope a ſordibus & recrementis liberari poterit.

§. 19. Porro quaerunt an frequentior ſanguinis detractio hominem ad febres diſponat, ita ut ſemel admiſſam ob febris metum quotannis repetere opus habeat? Nempe in confeſſo eſt, crebriori phlebotomia craſin ſanguinis everti, dum vitali ſua lympha ſive chylo privatur, & ad coagulationem atque reſtagnationem in minoribus vaſis aptus redditur, unde contumaciſſimis tandem introductis obſtructionibus languent ſecretiones ſuccorum hinc inde inſtituendae, ſanguis in

mino-

minoribus vaſis in progreſſivo impeditus motu, inteſtino in aeſtum abripitur, & efferveſcentiam ſuſcipit, quae, demta per phlebotomiam tempore vernali ſanguis ille ſe ex minoribus vaſis in majora inanita facilius diffundit & circularem motum alacrius redintegrat. Quibus probatur crebriorem venae-ſectionem & ad febres diſponere, & reiteratione quandoque opus habere. Lucem his affundit *cl. Williſii* obſervatio, recenſentis, quod ſanguine ad plethoram evitandam emiſſo reliqua maſſa citius ad plethoram aſſurgat, nec verendum eſſe, ut cruoris penus crebra phlebotomia abſumatur; ſanguinem enim intus detentum prioris loco ſulphure pinguifico magis ſaturari. Cujus phoenomeni cauſſam eſſe puto aliqualem lymphae viſciditatem, ob diminutum ſanguinis motum per venae-ſectionem inſtar juris carnis vitulinae facile in gelatinam cõcreſcentis, unde ramoſae partes in cumulum collectae pinguedinem conſtituũt. Ipſe vero ſanguis anguſtioribus ob fortiorem preſſionem vaſorum coërcitus limitibus, ab aethere vehementius agitatus novam mentitur plethoram, novosque temporis ſucceſſu cudit morbos: Qui enim ſubito pingueſcunt, plerumque brevioris ſunt vitae, aut ad minimum valetudine minus proſpera fruuntur.

§. 20. Venae-ſectionis uſum ſupplent *hirudines & cucurbitae*; illae vaſis ſanguiferis in locis minus carnoſis; hae carnoſis & muſculoſis partibus admoventur. Putant vulgo, per *ſcarificationem* ſanguinem ſubter cutem evacuari, per *phlebotomiam* autem ſanguinem venoſum immediate emitti: Enim vero nullibi ſanguis extra ſua vaſa in ſtatu naturali reperitur: unde illud inter utrumque cruorem intercedere diſcriminis exiſtimo, quod videlicet per venae-ſectionem e vaſe majori extractus plures ſanguinis partes conſtitutivas contineat, alter autem ex minutioribus canaliculis excuſſus pauciores habeat.

§. 21. Tandem & hoc adhuc addendum, minus recte dici ſanguinem a cucurbitulis attrahi, nihil enim proprie attrahitur, ſed impellitur, quod in phyſica docemus. Res eo tendit, quod cucurbitula, aëre intus rarefacto cuti admota, ab ambiente fluido verſus cutem prematur, cum interior aër, imminutus vi ignis, hocque evaneſcente iterum condenſatus viribus exterioris ambientis non aequipolleat. Ergo cutis ab ora vel margine cucurbitulae libera minus nunc preſſa cedit & in altum elevatur, atque ſanguini fortius, quam antea preſſo, liberum per inflicta vulnuſcula concedit tranſitum.

C A P. VII.

De Repulſione.

§. 1. NEmo meo quidem judicio erit, niſi partium addictus ſtudio, & praejudicii funibus conſtrictus, qui inficiabitur, hanc indicationem in generis humani perniciem, ruinam & detrimentum oeconomiae animalis excogitatam eſſe. Quicunque enim ſanae adhuc mentis integrum progreſſum attente mecum perpendere velit, illico animadvertet, operationem hanc legibus circulationis directe & in totum contrariari, quod breviter ſed ſolide demonſtraturus ſum.

§. 2. Suppono autem ab omnibus hodie concedi, humores inflammationis cujus vis auctores cum ſanguine arterioſo ad partes ſolidas deferri; qui ſi obex ponatur, ut ulterius progredi neſciat, nec iter ſuum emetiri, ibi reſtagnabunt, dum interea a tergo ſequentes & ſingulis pulſibus accedentes molem ejus valde adaugebit, & tumorem producet. Ex mente veterum nunc dicendum eſt, humores iſtos affluentes *repellendos* eſſe. Cui indicationi ſatisfieri poſſe per *repellentia* in morbi principio mature adhibenda confidunt, ne ſcilicet calor innatus partis in-

flam-

Digitized by Google

flammatae ob affluxum humorum penitus ſuffocetur & extinguatur, ipſaque pars tumida emoriatur. Fac haec jam omnia ita ſe habere; per quas quaeſo vias humores affluentes vis repellere? an per arterias? vim facies naturae, & contra torrentem brachia diriges; quippe hae nihil revehunt. An per vaſa lymphatica? ſed ſanguis nunquam per haec remeavit nec illa ingredi poterit. Ergo per venas? Verum quomodo ſanguinem juxta tuam ſententiam extravaſatum impelles venis? quem non reſolvere aut venis impellere, ſed repellere, ut per viam, per quam acceſſit, regredi cogatur, allaboras? Quomodo frigidis tuis *repellentibus*, quorum eſt humores figere: inſpiſſare & condenſare, ſuccum hunc retroire coges? inanem profecto ludis operam remediis, quae nihil auxilii ſed multum noxae & damni promittunt. Rem exemplis declarabo. Si equus ſub ephippio calcaribus agitatus valde incaleſcat, atque ephippium in jugo vel alia aliqua parte nimium premat ſubjectam cutem & carnem, humoribus circulantibus tunc torrentis inſtar anguſtiſſimos ductus & canaliculos permeantibus remora injicitur, ut illo in loco pari alacritate progredi nequeant: Itaque ſegnius promoti quam illi, qui continuo a tergo ſequuntur, tumorem excitant, qui, ſi durante illa humorum agitatione ephippium removeatur, & aër frigidus admittatur, in momento fere mirum quantum accreſcit, & niſi prudenter tractetur, usque adeo intenditur, ut tandem in gangraenam degeneret, non niſi ferro curandam. Duo autem hic praecipue obſervatu ſunt digniſſima, quorum primum eſt, ut ephippium dorſo equi impoſitum relinquatur, donec humores ferocientes & agitati paullulum ſubſederint, & a citatiori motu ceſſaverint. Hoc enim neglecto etiam tumor ſubitaneus ſaepius exoritur, quamvis in ablatione ephippii nihil inſoliti obſervaveris; tantum nempe periculum imminet a frigidis. Alterum eſt, ut parti inflammatae ſpiritus vini, aut urina, vel alumen cum albumine ovi, vel muria illico imponatur: quo ſcilicet obſtructio tollatur & lymphae reliquisque ſuccis fluiditas & motus progreſſivus reſtituatur. Sed quid tu in humani corporis partibus inflammatis moliris? miſera afflictis ejusmodi admoves remedia, quae nec robuſtiſſimi etiam equi externe citra vitae periculum ferre poſſunt: Omnia enim *repellentia, quae cum frigidis pari paſſu ambulant, ſuccos reſtagnantes magis figunt, ſanguinem extravaſatum magis indurant, ſicque huic negocio conficiendo plane inepta ſunt.* Deinde imprudenter profecto ageres, ſi foenum madidum ob internam effervescentiam nimium incaleſcens, arctius includeres vel exteriores meatus magis occluderes, ſic enim brevi in putrilaginem abiret; Quibus exemplis cum inflammata parte corporis humani comparatis ignorantiae nebulae & praejudiciorum tenebrae ſponte evaneſcunt.

§. 3. Sunt tamen qui excipiunt. Albumen ovi repellere: alumen eundem edere effectum; & fuiſſe, qui aqua frigida parti contuſae admota inflammationem impediverint. Diluo illa, dicendo alumen rigidis ſuis particulis humores viſcidos attenuare, & ſaturninis acidum abſorbere; ipſum albumen ovi aëris acceſſum impedire, inflammatam partem fovere, ſale volatili deobſtruere; aquam autem juviſſe humectando & temperando ſalia, vel impediendo quo minus ſola materia primi elementi pernicioſiſſimum ſuum motum exercuerit. Coeteroquin abunde ſatis conſtat, quam infelici ſucceſſu frigida & repellentia in uſum vocentur, quum ſcirrhum indomabilem vel gangraenam excitare apta nata ſunt.

CAP.

C A P. VII.

De Intercipientibus.

§. 1. IN eodem haerent cum repellentibus luto decantata illa *intercipientia*, quibus chirurgi ſuperbiunt, eaque non procul a parte inflammata ad intercipiendum humorem affluentem imponere jubent. Quum enim aeque ac priora obſtructiones pariant, & humores in motu ſiſtant, eadem cenſoria virgula digna eſſe ſtatuimus. Plus profecto ejusmodi remedia noxae, quam praeſidii adferunt; ſanguis quippe noſter reliquique ſucci in motu progreſſivo non impediti nunquam froeno, ſaepius autem calcaribus indigent.

§. 2. Ubi iterum ad experientiam rerum omnium magiſtram confugiunt, praetendentes, fortunatos intercipientium ſucceſſus tota die obſervari: verum & hunc ſolvo nodum. Largior, quod *intercipientia* dicta humores ob denegatum ſatis alacrem motum progreſſivum ſegnius quidem progredientes, nondum autem inflammatos, ita diſponant, quo minus aetheri peregrino auſcultent, aut in fermentativum motum ſtatim conſentiant. Quamvis & hoc ſub conſiderationem medicam cadat, quod plurima ex intercipientium familia nequaquam obtineant vim ſtypticam, adſtringentem aut incraſſantem: ſed quod contrarium plane edant effectum, ſalibus ſuis tubulos obſtructos reſerando, lympham acidam corrigendo, & viſcidum attenuando, de quibus plura *capite* de *medicamentorum facultatibus.*

C A P. VIII.

De Humorum reſtagnantium diſcuſſione, emollitione & ſuppuratione.

§. 1. TOtum curationis negocium in eo conſiſtere videtur, ut ſcilicet pori aperiantur, fibrae ſtrictae relaxentur, tubuli referentur, & lympha reſtagnans attenuetur modeſteque diſcutiatur, quod *emollientia* & *diſcutientia* dicta praeſtare ſolent, ſi diligenter & mature admoveantur. Verum ſi opus ex voto non ſuccedat, vel de reſolutione & diſcuſſione deſperes, deveniendum eſt ad *ſuppurantia* dicta, quae non ſolum emolliunt, ſed etiam conflictum alkali cum acido adaugent, ut ruptis canaliculis & fibris pus, quo dato exitu extrahi poſſit.

§. 2. Antequam tamen ad illud delabamur extremum ipſius humoris reſtagnantis indoles & natura ſedulo erit indaganda, ne ſalia admodum acria & corroſiva, ſi quae ſint compedibus ſuis liberemus. Nam haec juris ſui facta poſtmodum depaſcentia & inſanabilia excitant ulcera, vel cancri exulcerati auctores exiſtunt. In tali enim caſu ſuppurantia ſemper peſſime cedunt.

C A P. IX.

De tollenda Cacochymia per vomitum.

§. 1. QUemadmodum *plethora* venae-ſectionem, & alia ſanguinis quantitatem imminuentia praeſidia expetit; ita *cacochymia* ſanguinis humorumque a ſanguine dependentium depurationem per *evacuantia*, & eorundem per alterantia, abſorbentia, introvertentia, obtundentia, & praecipitantia correctionem indicat.

Digitized by Google

§. 2. Inſtituitur autem illa *evacuatio* vitioſorum humorum nunc per vias publicas, nunc per privatas. Exſurgit inde diviſio evacuantium In univerſalia, & particularia. Illa per gulam & os, alvum, veſicam urinariam, cutem & glandulas ſalivales humores exterminant, & *emetica, purgantia, diuretica, diaphoretica, & ſalivantia* vocantur. Haec uni vel alteri corporis noſtri parti magis ſunt dicata, qualia ſunt *errhina, ſternutatoria, apophlegmatiſantia, expectorantia, veſicantia &c.*

§. 3. *Emetica* de quibus nobis nunc ſermo erit, illos praeprimis evacuant humores, qui in cavitate ventriculi continentur. Deinde quia glandulas arteriarum extremitatibus appenſas convellunt, excutiunt etiam humores & ſuccos in ventriculi tunicis, & in glandulis hepatis, pancreatis, duodeni, tracheae & gulae contentos.

§. 4. Operandi modus dependet a *ſale plus minus acri & volatili*, fibras ſpasmodice vellicante, ut a fundo ventriculi verſus ſuperius ejus orificium, & abhinc per tractum gulae ad fauces usque contrahantur.

§. 5. *Sal* illud manifeſtum eſt in vitriolo vomitivo: in antimonio autem ab effectu & praeparationum circumſtantiis probatur. Nam ſi ejus teſtura ope nitri & ignis ſolvatur, in lucem prodit ſal emeticum & catharticum ſubtile quidem ſed acerrimum, quod a liquido dilutum vel abſorptum tincturam emeticam fortiſſimam conſtituit, ſicuti in infuſo vitri vel croci antimonii videre eſt. Quod ſi illa reſeratio cum nitro aliquoties repetatur, ſal emeticum tandem diſperditur & cum nitro in auras exploditur, remanente in crucibulo corpore calciformi, ex quo poſtmodum antimonium diaphoreticum praeparatur.

§. 5. Dividuntur in *mitiora, mediocria & fortiora. Mitiora* cient vomitus gravando & fluctuando, quibus ſubinde pro ſtimulo ſal additur, v. g. decoctum hordei, ol. olivarum, butyrum. *Mediocria* ſunt Juli ſambuci vernales, radix aſari, vitriolum vomitivum, & qui coeteris omnibus palmam praeripit tartarus emeticus *Mynſichti vel. Ludovici* correctus. *Fortiora* pro theoria non praxi annotamus, vitrum ſcilicet antimonii, crocum metallorum, mercurium vitae.

§. 7. *Tartarus emeticus Ludovicianus* hic eſt, ℞. croc. metall. optim. edulcorat. tartar. ā ā. p. aequal. infund. in aq. calida per triduum in loco calido, agitentur ſaepius, dein coque ad tartari ſolutionem, filtrentur calide: permitte filtratum liquorem exhalare ad dimidium: dein repone ad cryſtalliſandum, quod ſpacio 24. horarum fiet. Datur a quarta parte unius grani ad tria vel quatuor grana: & juxta *Mynſichti* operoſum proceſſum praeparato tanquam magis fidus & tutus longe praefertur; quum illae dubiae ſit operationis, & vel nihil vel nimium operetur: hic nunquam fallat.

§. 8. Non inferioris conditionis eſt *pulvis emeticus correctus Zuvoelfferi*, praeſertim ſi vis antimonii affuſa aqua non penitus tollatur, ſed vis emetica refracta, & vis diaphoretica conjungantur; hoc enim modo habebis emetico-diaphoreticum haud contemnendum, quo & in me ipſo & in aliis felici cum ſucceſſu uſus ſum. Paratur autem tali modo: ℞. vitr. antimon. ſine additione ad mentem auctoris parat. unc. xij. nitri putiſſ. unc. iij ſem. Singula prius ſeorſim in pulverem redacta, commiſceantur exacte, poſt collocetur ollula, non vitreata intra carbones accenſos vel ardentes, cui, ſi candet, de ſuperiore pulvere cochlear unum poſt aliud pedetentim inſpergatur, donec omnia paullatim immiſſa & candefacta ſint, remota dein ollula ab igne, & refrigerata, materia quae flava veluti vel albicans apparet, pulveriſetur, & cum aqua tepidiſſima, (non calida nimis aut fervida, quod ſtudioſe obſervandum, ſecus vis emetica ejus tota tollitur,) edulcoretur, & quidem confeſtim, ne diu aquae immerſa materia edulcoranda haereat, ſed quamprimum fundum petierit pulvis, aqua ab eo decantanda ac pulvis impalpabilis ſiccandus eſt. Obſervandum etiam, quod ponderoſior ejusdem pulveris particula, quae illico in edulcoratione dum aqua cum leviori magis & impalpabili pulvere decantantur, fundum petit, ſeparanda ſit, ne pul-

veri

Digitized by Google

veri impalpabili permiſta maneat. Doſis a gr.xv.ad ſcrup.j. pro adultis, cum unciis circiter tribus vini ferventis infuſum per noctem, quod vinum mane a reſidente pulvere clarum decantari, aut filtrari poterit, pulvere in fundum relicto; junioribus vero ſcrup.j.cum vini unc.j ſem.: infantibus autem aliquot grana cum unc. ſem. ad unc.j vini ferventis infuſa ſufficient. Vidi medicamentum hoc poſt tres vomitiones, largiſſimos ſudores in lecto excitaſſe multo cum levamine.

§. 9. *Emetica* quae praeſervationis gratia aſſumuntur, nullo anni tempore commodius dantur, quam *vernali*, quod tempus prae caeteris magis medicum eſt. In aegrotantibus quovis anni tempore ſi utilia cenſentur, exhiberi poſſunt.

§. 10. Facile autem vomunt infantes, & quibus os & ventriculus minori diſtant ſpacio.

§. 11. Phthiſicis conveniunt *emetica* in principio, quia hic morbus ſaepiſſime radices ſuas habet in primis viis. Poſt ubi in malo deſperato ſuffocationis periculum ex puris intus contenti copia imminet, itidem licebit propinare vomitorium.

§. 12. Magnae quoque efficaciae habentur in febribus tam continuis, quam intermittentibus. In illis ſtatim in principio & primo acceſſu: in his tribus vel quatuor horis ante paroxyſmum prudenter ſunt exhibenda.

§. 13. In capitis dolore ex conſenſu, vertigine bilioſa, apoplexia humorali, epilepſia, aſthmate ſtomachali, cruditate cum acida tum bilioſa, *emetica* omne ferunt punctum. Hanc in rem commentatur *Hippocrates. Non febricitanti*, dicit, *cibi faſtidium, oris ventriculi morſus, vertigo tenebricoſa & oris amaritudo; purgatione per ſuperiora opus eſſe ſignificant.*

§. 14. Sed iis, qui obeſi ſunt, aut plethorici, vel paſſionibus hyſtericis obnoxiae, minus tuto dantur. Nocent haemoptoicis, vulneratis, hernioſis, & quibus ulceroſa ſunt viſcera.

C A P. X.

De eccoproticis & lenientibus.

§. 1. CAcochymia plerumque ſuos habet natales in *cacochylia*, quae in eo differt a cacochymia, quod haec ſanguini illa chylo in primis viis contento, inſit. Deinde aliud adhuc intercedit diſcrimen, quod videlicet cacochymia ejusmodi purgantibus, quorum vis ſe per totam maſſam ſanguineam extendit, expurgetur: *cacochylia* autem non niſi *lenientibus* expugnari poſſit. Suadent ſane uſum *lenientium* eorundemque neceſſitatem inter alia commendant etiam illi morbi, in quibus ſaepius de purgantibus vehementioribus vix cogitare licet; quales ſunt omnes febres inflammatoriae, morbi puerperarum, & vulneratorum ſymptomata, aliaque in quibus tamen alvi fluiditas, & primarum viarum lubricitas non minus neceſſaria indicatur. Accedit quod multi reperiantur, quorum nec ſanguis ob dyſcraſiam, nec ventriculus ob cruditatem acido auſteram, purgantia bene ferat, & quibus non niſi *eccoproticis* in medium conſulere poſſumus.

§. 2. Dicuntur autem *lenitiva* omnia illa, quae emolliendo & humectando ſuccos fluidiores reddunt, fibrarum tenſiones relaxant, & lympham acidam blande abſtergunt, atque humores in primis viis haerentes citra magnam exagitationem ſubducunt. Quamvis enim & inter *lenitiva* quaedam ſint, quae ſuo ſale irritativo gaudeant; illud tamen usque adeo debile eſt, ut in primis viis omnem ſuam vim amittat, & non niſi refractum & obtuſum ad ſanguinem deferatur.

§. 3. Praeterea illa etiam *lenitiva* dicuntur, quae citra fermentationem, inteſtinalem fiſtulam irritant ad excretionem, & per quorum poros talis fluit aether, qui a poris ſanguinis vel plane non, vel ſaltem non multum abludit.

§. 4. Inter uſitatiora *lenitiva* recenſentur paſſulae, pruna, malva, beta, attiplex, althaea, mercurialis, aſparagus, endivia, braſſica, ſpinachia, flor. roſarum, violarum, & infuſa ex his parata, infuſum theae, decoctum tamarindorum, oleum olivarum, amygdalarum, cremor tartari, tinctura tartari. Quo ſpectant enemata domeſtica ex lacte vel jure cum melle vel ſaccharo, ex decocto emollienti cum ſale, cum oleo lini, ſapone, foecibus cereviſiae & aliis.

C A P. XI.

De Humorum praeparatione.

§. 1. INter *Hippocratis* praecepta medica haud poſtremum eſt, quod humores expurgandos prius fluidos reddere jubet. Si enim hoc ſaluberrimum monitum ſusque deque habuerimus, & illotis quod dicitur manibus ipſis utamur purgantibus, nunquam ex voto operabuntur, quum loco humorum vitioſorum boni, quia illis fluidiores ſunt, e ſanguine deturbentur; vitioſi enim ob cruditatem & meatuum in arteriarum extremitatibus reliquisque canaliculis obſtructionem, vim medicamenti eludunt, ſicque a ſcopo aberrabimus, quum illud non expurgetur, quod expurgari debebat.

§. 2. Itaque ne ſcopis diſſolutis rem agamus, aut in aëre piſcemur, omnis eo intendenda erit cura, ut concocta non cruda moveamus, eaque evacuentur, quae evacuari debent.

§. 3. Conſiſtit autem cruditas humorum vel in ſale acido fixo, vel in acido auſtero, aut amaricante: vel in viſciditate, & glutinoſitate. Haec quippe obtundunt vires purgantium, eorundemque effectus remorantur, niſi prius *praeparantibus & digeſtivis*, ad actum purgatorium rite praeparentur.

§. 4. Hoc ergo loco *digerere & praeparare* nihil aliud erit, quam viſcida attenuare, acria temperare, ſalia diluere, invertere, obtundere, abſorbere, concentrare.

§. 5. Ab his non differunt, quae vias *permeabiles* reddunt, quatenus mucum, conteſtum glanduloſum hinc inde obſidentem, incidunt, vias obſtructas reſerant, & cum *praeparantibus* pari paſſu ambulant.

§. 6. Quamvis autem longa illa ſeries, qua *praeparantia* in practicorum libris ex more ſolemni, & quadam quaſi pompa proponuntur, ſpecioſa magis quam utilis ſit; dabimus tamen catalogum *praeparantium & digerentium* medicamentorum, quatenus uni humori magis dicata ſunt, quam alteri.

§. 7. Nempe *pituitam* dicimus *praeparari* ab attenuantibus & modice calefacientibus, qualia ſunt potus theae, ſalia tam fixa, quam volatilia-oleoſa, olea deſtillata aromatica, ſpiritus ſalis armoniaci temperatus, liquor cornu cervi ſuccinatus, aquae aromaticae & carminativae. De calidioribus tamen obſervari velim, illis ſemper largius aſſociandum eſſe vehiculum, quo incidendo non tantum diſſipemus, ſed etiam diluamus; hoc eſt lympham glutinoſam fluidiorem reddamus.

§. 8. *Bilem praeparant* omnia quae ſalia diluunt, nam morbi ex bile revera ſunt ex ſale; talia ſunt ſerum lactis vel ſimplex vel tamarindinatum, aut ſuccis exaltatum emulſiones, opiata, teſtacea, coffe.

§. 9. *Humorem melancholicum praeparant* antiſcorbutica, martialia, cinnabarina, acidulae, liquor terrae foliatae; potus theae, ſalia fixa, carminativa, balſamica; Et haec acido vitioſo corrigendo & praeparando quoque ſunt dicata, modo liquida illis largius ſuperbibantur.

§. 10. Saepius ipſis *praeparantibus* aliquot grana cathartici admiſcentur, quo fermentatio inchoetur, & purgans poſtridie vias non ſolum patulas, ſed ſanguinem paulisper in compage reſeratum inveniat.

§. 11.

Digitized by Google

§. 11. Pro exemplo ſint ſequentes formulae.

℞. Salis-volatilis-oleoſi-ſtomachal.drach.j.ſignet.digeſtiv.

℞. Liquor.corn.cerv.ſuccinat.
ſpir.cephal.ā.ā.drach.ſem.miſce.ſignetur ut ante.

℞. foecul.bryon.ſcrup.ſem.
arcan.duplicat.gr.iv.
ſalis armoniac.depurat.gr.iij.f. pulvis pro una doſi.

℞. Martis ſulphurat. gr.iij.
lapid. cancror.gr.xij.
antimon.diaphoret.gr.viij.
ol. carvi gut.j.f. pulvis.

℞. Antihectic.Poter.ſcrup.ſem.ſignetur ut ante.

℞. Eſſent. carminat. Wedel.drach.j.
martis.
liquor.terr.foliat.ā.ā.ſcrup.j.miſce.ſignetur digeſtiv.pro duabus vel tribus doſibus.

℞. gumm.ammoniac.ſcrup.j.
martis ſulp.gr.xij.f.pil.piſi magn.ſignentur praeparantes pilulae.

℞. Crem. tartar.gran.xij.
pulv. radic.laxae.gr.vij.
ol. cinam.gutt.j.f.pulv. pro una doſi.

℞. Tartar. vitriolat. gr.xij.
reſin.Jalap.gr.iij.
ol. balſam.indic.gut.j.f.pulvis ut ante.

C A P. XII.

De Actu purgatorio & Purgantibus.

§. 1. A*Ctus purgatorius* eſt *actus* quidam *febrilis*, ſive motus inteſtinus vel fermentativus, in quo ſanguini nova & inſolita fermentatio inducitur, & qua praevia plurimae partes heterogeneae ad glandulas ſtomachales amandatae vomitum, aliae ad inteſtinales a celeberrimis viris *Hardero*, *Brunnero*, *Pejero* accuratiſſime deſcriptas depoſitae, & praecipitatae, vel per hepar & pancreas eo tranſlatae, diarrhoeam excitant, & foras eliminantur: aliae per vias urinarias educuntur: quaedam ſubtiliores ad ambitum corporis deferuntur, & vel per ſalivationem, vel per ſudorem excernentur.

§. 2. Operandi modus conſiſtit in *turbatione miſtionis ſanguinis*, & *fibrillarum* inteſtinalium conteſtusque glanduloſi *irritatione*, facta a *ſale quodam* plus minus acri & corroſivo, nec non *inſueto aethere*, quem *purgantia* ſecum vehunt a ſanguinis aethere abludente.

§. 3. Haec eſt vera *purgantium* analyſis unde merito ad empirica etiam referuntur remedia, quae aut juvant aut nocent, & quae nunquam ſine turbatione miſtionis ſanguinis ſuos ſortiuntur effectus. Hinc palam fit, quam enormes quotidie ab imprudentioribus in foro medico committantur purgantibus errores; quum mos inoleverit, ut in quocunque morbo initium fiat purgatione, immo ab ipſis aegrotantibus promiſcue expectantur purgantia, quaſi his morborum ſemina expurgari & ſanguinis miſtio reſtitui poſſit.

§. 4. Tantum enim abeſt, ut *purgantia* cruditatem corrigant, aut debitam miſtionem ſanguini reſtituant, ut potius utramque non parum adaugeant, tum quod chylificationem in primis viis turbent, tum quod peregrinum aetherem adducendo particularum ſanguinem conſtituentium ſitum & ordinem (quod praecipuum eſt ſanitatis monumentum) pervertant, immo ſaepius evertant. Quare autem ad purga-

tionem.

tionem tanquam ſalutis ancheram confugiant ad unum fere omnes, id ob radicatum quoddam praejudicium fieri mihi quidem videtur; dum plurimi perſuaſum habent, morborum ſemina eſſe viſibilia, & peregrina illa fermenta felicius per alvum, quam per alias vias expurgari, nullo vero modo corrigi poſſe. Sic non raro productum morboſum cum cauſſa morbi confundunt, neque animadvertunt, humores, qui cathartici ope excernuntur, plerumque purgantium eſſe progeniem: quum tamen experientia teſtetur, quod ipſe Helmontius quoque annotavit, *cathartica* non ſemper aut ſolummodo humores in corpore prius exiſtentes educere, ſed potentia ſua corruptiva depravatos efficere. Nempe ſcire juvabit, plurium morborum curationem in eo conſiſtere, ſi videlicet particulae ſanguinem conſtituentes iterum in ordinem redigantur, earundemque figurae invertantur, quippe a miſtione particularum ſecundum minima ſanguinis craſis dependet. Verum neutrum praeſtant *purgantia*, quae illud quod turbatum & ſitu ſuo emotum eſt, evacuant; id quod tamen retineri & reponi, atque ad priſtinum ſtatum & figuram reduci debebat; unde peracto actu illo purgatorio poſtmodum miſtionis reſtitutio difficilius inſtituitur.

§. 5. Deliberandum autem diu, quod ſtatuendum ſemel. Neque ſolum illud expendendum eſt, an purgatio indicetur, verum ad omnes quoque circumſpiciendum eſt circumſtantias, an forte aliquid reperiatur, quod impedimento eſſe poſſit, quo minus medici votum expleatur, aut ipſum pharmacum tuto operetur. Eum in finem *permittentia & prohibentia* inter ſe ſunt conferenda & prudenter expendenda. Nempe 1. attendendum eſt ad *vires*, quae ſi valde attritae ſint, prohibent purgantis uſum, ne vitalis fermentatio penitus a peregrino deſtruatur. 2. *aetatis* habenda eſt ratio: nam infantes & ſenes non bene ferunt purgantia, praeſertim fortiora. 3. *craſis ſanguinis* coeterorumque ſuccorum aequa exploranda eſt lance, ubi enim fermenteſcibiles humores primas occuparunt vias, ipſeque ſanguis multis haeterogeneis ſcateat particulis alium aetherem & a conſueto abludentem facile admittentibus, etiam a mitiori aliquo purgante produci poteſt hypercatharſis. 4. *morbi indoles* eſt conſideranda. Sic in acutis & puerperarum morbis vix cogitare licet de purgante. Rarius etiam purgandi ſunt ſcorbutici & hydropici; vulnerati, gravidae, hectici, phthiſici nunquam. In febribus intermittentibus nunquam evacuatio a ſanguine turbato indicatur, indicatur tamen ſubinde a ſaburra in primis viis deliteſcente, hinc ſi tum in his tum in antea enarratis affectibus movendum quid ſit, fiat id tantum lenitivis & eccoproticis, nunquam autem catharticis in ſpecie ſic dictis. Dandum tamen 5. aliquid *conſuetudini*, qui aſsueti ſunt pharmacis tutius purgantur. In non aſſuetis negocium vix ſine labore immo quandoque cum periculo conficitur. Fieri poteſt, ut in parte aliqua ſolida malignum fermentum plures per annos delituerit ſopitum, quod nunc a cathartico excuſſum ſanguinem usque adeo potenter turbat in miſtione, ut tota maſſa ſanguinea fatiſcat, & vires brevi temporis ſpacio diffluant, ipſaque mors ſequatur. 6. *Mulieres* nunquam fortioribus exagitandae ſunt pharmacis ob copiam acidi-auſteri in primis viis reſtagnantis. 7. *Lunae phaſes* quoque ſunt obſervandae; mos enim ita fert, ut decreſcente luna propinemus pharmaca cathartica, quod humores eo tempore facilius auſcultent. 8. Reſpiciendum ad *anni tempora*. Ante canem & ſub cane, difficiles ſunt purgationes; tutius vernali tempore exhibentur.

§. 6. Dividuntur *purgantia* in *mitiora*, *mediocria & fortiora*. *Mitiora* ſunt, quae vim ſuam in corde amittunt. *Mediocria*, integris viribus cor tranſeunt, & in ſanguine demum ſuperantur. *Fortiora* omnem eludunt ſanguinis fermentationem & in ipſis partibus ſolidis humores fermentant. *Mitiora* primam expurgant regionem. *Mediocria* cor ſubeunt & vaſa ſanguifera. *Fortiora* ſuccos in canaliculis & tubulis minutioribus attingunt, conteſtum vaſculoſum convellunt, ſtamina abradunt, & de ipſa ſubſtantia quid ſecum revehunt.

§. 7.

§. 7. Tres veterum regiones ſtante ſanguinis in circulum motu non admittimus. Quod per os aſſumitur ſanguinem fermentare nequit, niſi ſanguini confundatur, & cum eo circuium abſolvat. Neque aliquid in hepate fermentationem producit, niſi prius cum ſanguine eo deferatur. Hinc ſtatuimus cum *B. Craanenio*, quod prima regio incipiat in ore & terminetur in corde. Secunda in corde incipit, & vaſis capillaribus limitatur. Tertia partibus ſolidis circumſcribitur.

§. 8. Porro dividuntur *purgantia* intuitu humorum evacuandorum in *chologoga. phlegmagoga; melanagoga, hydragoga, & panchymagoga*, quia ſub tot diverſis ſchematiſmis humores conſpectui ſiſtunt. Cujus diviſionis fundamentum non in vi quadam electiva, attractrice aut occulta, ſed in vi fermentativa & ipſius fermentationis atque attenuationis gradu conſiſtit, quo enim humores potentius inciduntur & attenuantur, eo fluidiores ſunt. Quo talia magis diluuntur ſero, eo fluidiora. Quo plus chyli, lymphae, vel muci in primis viis abſtergitur, aut e glandulis emulgetur, eo viſcidiora erunt excreta. Quo plus ſucci pancreatici & bilis emulgetur, eo acriora erunt excreta; quae omnia a fermentationis gradu potiſſimum dependent.

§. 9. Aliquod tamen inter ipſa *purgantia* ratione aetheris notamus diſcrimen, apprime ſcopo noſtro conducens. Particulae catharticae eas ſanguinis partes facilius movent ſecumque abripiunt, quae ipſis non tantopere contrariantur; quales ſunt, quae eundem fere admittunt aetherem, ſimile enim gaudet ſimili, & in eo vera illa vis ſpecifica & electiva conſiſtit. Nam ſi aether ſanguinis noſtri in actu illo purgatorio fortior ſit, ſecretas ope peregrinae fermentationis a pharmaco inductae particulas, & particulis medicamenti adhaereſcentes ad inteſtina praecipitat, ſicuti in cereviſiae fermentantis & ipſum fermentum, quo fermentatio fuit inchoata, & omnia quae motum inteſtinum ſequi neſciunt, verſus ambitum protruduntur, ita tamen. ut graviora ex gravitatis lege deſcendant. Quo unico obſervato vix illa electiva attractrix aut expultrix, quam veteres purgantibus affinxerunt, revelli poteſt.

§. 10. Enim vero nolim exiſtimare, humores quos in actu purgatorio excerni videmus, tali ſub forma in corpore noſtro praeexſtitiſſe, quum ex varii generis humorum affluxu & confuſione in ipſis inteſtinis naſcantur. Neque abſurdum mihi quidem videtur, ſtatuere, unum idemque medicamentum, quod in hoc ſubjecto eſt cholagogum, in alio poſſe eſſe hydragogum aut melanagogum, & rhabarbarum in uno bilem evacuare, in alio pituitam vel ſerum, prout nempe ipſi humores diverſimode erunt conſtituti, atque ſanguinis conſuetus aether plus minus potens aut debilis fuerit: id quod rationi non ſolum, ſed ipſi etiam experientiae magis conſentaneum videtur.

§. 11. Plura quidem ſunt, quae in *purgantium* catalogo recenſentur. Verum quum etiam paucis rem hanc expedire, & quod dicitur una fidelia duos dealbare poſſimus parietes, hac vice tutiora, & uſitatiora enumerabo. Initium autem faciam *chologogis*, inter quae ſequentia ſunt praecipua. *manna, ſirup. flor. perſicor ſirup. roſar. ſol. S. &c. ſirup. de cichor. c. rheo, rhabarbarum, ſcammoneum, electuar. de tamarindis c. fol. ſenn. electuar. e ſucco roſarum, extractum diacitri.*

§. 12. *Manna* hoc cum omnibus dulcibus commune habet, quod cum humoribus acrioribus facile fermenteſcat, unde intus aſſumta in hypochondriacis & hyſtericis inflamationes, vomitus, & cardialgiam ſubinde excitat, non culpa ſui ſed culpa liquaminis in primis viis reſtagnantis. Datur vel ſola in pulte, jure, decocto prunorum, vino, vel aqua deſtillata ſoluta a drach. j. ad unc. iſſ. Additur tartarus pro ſtimulo, quem in finem proſtat in nonnullis officinis manna tartariſata, vel tabulata dicta, cujus drach ij. cum vino diſſolutae purgans ſatis gratum conſtituunt. *Dn. Managetta Caeſareae Majeſtatis medicus* ſuaviſſimam odore & colore ſe commendantem potiunculam putavit ex *manna*, cujus haec apud cl. *Hoffmannum* eſt deſcriptio.

℞. Man-

Digitized by Google

℞. mannae elect. Calabrin. unc. ij. cryſtall. tartar. drach. ſem. ſolve in calore MB. bene muniti cum aquae fontanae acidulae unc. iv. adde parum ſucci granatorum vel citri recentis, aut ſpiritus martis ſtriati ope grata aciditate. Tandem cum albumine ovi clarifica & per chartam filtra; denique cum corticibus citri recentibus vel cum magiſterio cinanomi fiat odor & guſtus ſuavis. Doſis ab un. iij. ad unc. iv. vel unc. v. Nonnullis in uſu eſt ſirupus de manna, medicamentum evacuans infantibus, & delicatulis appropriatum: datur ad unc. ij.

§. 13. *Caſia*, catharticum antiquis uſitatiſſimum in calculo & gonorrhoea, ſed quum paullo ſit viſcidius, & ingrati coloris, ejus uſus frequentior exſpiravit. Sunt tamen, qui in alvi torminibus infantium commēdant, & a drach. ij. ad unc. j. vel drach. x., addito in adultis rhabarbaro exhibent, datur commodius in forma boli, quum ob tenacitatem vix in vehiculo propinari poſſit.

§. 14. *Electuarium de tamarindis cum foliis ſenae*. Datur ad drach. x. cum aqua cichorji diſſolutum addito tantillo cremoris tartari & ſirupi de cichor. cum rheo unc. ſem. vel drach. vj.; Convenit egregie in morbis ex ſale ſive bile oriundis laudatur quoque in contumaci alvi obſtructione una vel altera hora ante prandium nucis moſchatae magnitudine alternis diebus ſumtum. Dicatum videtur hypochondriacis, ſcorbuticis, hyſtericis & febricitantibus.

§. 15. *Sirupi cholagogi* dantur a drach. ij. ad unc. ij. vel unc. iij. *Platerus* celebratiſſimus practicus ejusmodi ſirupos julapiis febricitantium ſuperaddit, & horum beneficio alvum ſervavit lubricam.

§. 16. *Electuarium e ſucco roſarum*, pharmacum palato gratum, datur a drach. iij. ad unc. ſem. Vim ſuam potiſſimum mutuatur a ſcammoneo, adeoque in eo quidem minus tutum eſt, quod ob commiſtionis varietatem ſubinde portio reperiatur, in qua abundet ſcammoneum, dum in alia plane deficiat, & ſicuti illa nimium ita haec nihil operabitur. Idem eſto judicium de diacydoniis laxativis.

§. 17. *Rhabarbarum* rarius quidem in ſubſtantia noſtro hoc tempore ſolum exhibetur, interim tutum eſt medicamen ad drach. j. vel drach. j. ſem. in forma pulveris exhibendum. In infuſo vel decocto ſufficit quoque drach. j. ad drach. ij. quum facile vomitus cieat, vel ſaltem nauſeam pariat. Ejus teſtura recluditur ſale tartari, cum quo elegantiſſima tinctura interveniente humido extrahitur, in fluxu haemorrhoidum proficua ſi ad cochleare unum ſaepius exhibeatur.

§. 18. *Aloë* amaritudine ſua primis viis accomodatiſſima datur in forma pilulari ab aliquot granis ad ſcrup. ſem. vel gr. xv: abſtergit mucum ſtomachalem, & alvum blande relaxat. Praeprimis ſi liquor martialis largiter ſuperbibatur; unde in acidularum uſu famam promeruit. Baſis plerumque eſt omnium pilularum familiarium, quales ſunt *Francofurtenſes*, *Glaſſianae*, *Conerdingianae*, aliaeque. Sunt quibus male audit *aloë*, ob neſcio quam vim haemagogam. Sed terror iſte panicus eſt, ſi enim fluxui ſanguinis obnoxiis aloë nocet, eſt a ſale amaricante. Quod autem crebrior ejus uſus haemorrhoides aperiat, id incidenter & per accidens fit, dum lympham in tubulis circa anum reſtagnantem, propellit & ſanguinem in vaſis ſedalibus, attenuat & incidit; ſed quum hic ob contumaciores obſtructiones regredi neſciat, qua data via foras erumpit. Ex *aloë* egregia eſſentia amara pro uſu acidularum paratur, in morbis chronicis a viſciditate ſuccorum oriundis magnae efficaciae, quam magnus ille medicus Zellenſis, *Dn. Theodorus Conerdingius conſiliarius & archiater Luneburgicus* νῦν ἐν ἁγίοις, & in cineribus mihi ſemper colendus, mecum dum viveret amice communicavit. Coetera quae ex *aloë* parantur, qualia ſunt *elect. hyer. picr. electuar. Caryocoſtin.* & alia lubens praetereo, quum antiquitate obſoleverint, nec palato amplius arrideant.

§. 19. *Extractum diacitri*, egregium pharmacum, ſapore gratum, nec mole moleſtum, commendavit illud mihi celeberrimus *Reiſelius*, nunc *conſiliarius & archiater*

Digitized by Google

ter Wurtembergicus meritiſſimus fautor, & olim collega meus honoratiſſimus, a quo tempore, unico hoc fere purgante in plurimis morbis nunquam non feliciſſime uſus ſum. Doſis ejus eſt a ſcrup. j. ad ſcrup. iv.

§. 20. *Scammonium*, quod correctum diagrydium vel diacrydium vocatur, pharmacum eſt potentiſſimum; hinc non niſi pro ſtimulo ad aliquot grana aliis benignioribus commiſcetur. Equidem non ſum neſcius, eſſe & inter modernos, qui acre hoc evacuans largiori exhibent doſi. Sed cui quaeſo bono te praeter omnem neceſſitatem exponis periculo? dubiae plenum opus aleae tractaturus.

§. 21. Poſt cholagoga ordine ſequuntur *phlegmagoga*, nempe *agaricus, mechoacanna, gummi ammoniacum, turbith, ſemen carthami, extractum diacarthami, trochiſci alhandal.*

§. 22. *Agaricus* cum levior ſit, in ſubſtantia rarius vel nunquam exhibetur; in infuſis autem decoctis & ſpeciebus pro vino medicato ſibi crebrius vindicat locum: praeſcribitur ab aliquot drachmis ad drach. vj.

§. 23. *Mechoacanna* datur in ſubſtantia ad drach. j. vel drach. j ſem. in decocto ad drach. iij: eligatur autem recens non carioſa, & quum linguam non afficiat, ipſis etiam infantibus in pulte feliciter exhibetur.

§. 24. *Gummi ammoniacum* ingrati eſt ſaporis, & in forma liquida non niſi cum nauſea aſſumitur. Quapropter conſultum magis erit, illud in forma pilulari praeſcribere. Datur a granis v. ad ſcrup. j, vel drach. ſem. & uno vel altero grano trochiſcorum alhandal, exaltatum ſerum viſcidum, & pituitam in primis viis ex voto abſtergit; hinc ſpleneticis & ſcorbuticis commendatur.

§. 25. *Turbith* in forma pulveris ad ſcrup. ij. in decocto, vel vino medicato aliis purgantibus aſſociatum ad drach. iij. exhibetur.

§. 25. *Semen carthami* cum aliis purgantibus infunditur v. g. pro menſura vini ſeminis carthami drach. x. cum fol. ſenn. drach. x. rhei drach. iij. agaric. unc. ſem. mechoacann. turbith. ā ā drach. ij ſem. crem. tart. drach. j. additis aliis herbis, vel floribus ſufficiunt.

§. 27. *Extractum diacarthami* vel *cnicopharmacum* eſt medulla, vel reſina ſeminis carthami cum ſpiritu vini extracta, additis aliis purgantibus. Medicamentum laude ſua dignum, quod absque ulla moleſtia humores ſatis potenter evacuat. Datur a drach. j. ad ſcrup. iv. aqua deſtillata probe ſolutum.

§. 28. *Trochiſci alhandal* non niſi ad aliquot grana a prudentioribus exhibentur, coeteriſque tutioribus pharmacis catharticis ſaltem pro ſtimulo adduntur.

§. 29. Inter *melanagoga* uſitatiora recenſentur *folia ſennae*, quae rectius in infuſo a drachma ad duas, vel tres cum tantillo ſalis tartari exhibetur, quam ſi vel in forma pulveris, vel in decocto uſurpetur: quum in forma pulveris nauſeam & tormina pariat; per decoctionem autem virtutem ſuam amittat. Egregia inde paratur tinctura cum aqua roſarum & ſale tartari, quae ad unc. iij. vel iv. exhibita alvum absque ulla moleſtia ſtimulat.

§. 30. *Elleborus niger*, famoſum quidem purgans eſt, ſed ut fatear rarius a me commendatur. Ejus extractum ad ſcrup. j. exhibetur: vide *Timaeum a Guldenklee.*

§. 31. *Extractum melanagogum Mynſichti* inter purgantia non poſtremum, datur in forma pilulari a ſcrup. ad drach. ſem.

§. 32. *Confectio hamech* olim magni aeſtimabatur, nunc ejus celebritas obſolevit; educit autē humores potenter & cum magna turbatione. Ejus doſis eſt unc. ſem.

§. 33. Ex *hydragogis* eligimus *ſirupum de ſpina infectoria, radicem jalapae, electuarium hydragogum Sylvii, pulverem ſolutivum tartariſatum Zuvaelfferi, gummi gotte, hermodactilos.*

§. 34. *Sirupus de ſpina infectoria* ab unc. ſem. ad unc. j. vel unc. j ſem. datus, aquas potenter movet, lympham reſtagnantem fluxibilem reddit, ejusque motum promovet.

vet. Commendatur in hydrope a *celeberrimo Sydenham* cum infuſo antimoniato.

§. 35. *Jalapa* in vulgus nota eſt, datur a ſcrup.j. ad ſcrup.ij. addito cremore vel ſale tartari, vel tartar. vitriolat. a gr.v ad ſcrup. ſem. Parem ſi non majorem obtinet efficaciam, ſi cum arcano duplicato miſceatur. Ejus *reſina & magiſterium* ad gr. viij. ad xij. exhibentur. Paratur inde potiuncula parvae molis, ſed magnae virtutis. ℞. reſinae jalapae gr.x. ſolve cum tantillo vitelli ovi, adde aquae meliſſae, vel cinnamomi bugloſſatae drach.j ſem.

§. 36. *Electuarium hydragogum Sylvii* celebre catharticum in morbis lymphaticis, datur vel in forma electuarii, vel in forma potionis a drach.iij. ad unc.ſem.

§. 37. *Pulvis ſolutivus tartariſatus* diſtingui debet a pulvere ſolutivo de tribus, ne error forte committatur. Ejus doſis eſt ad ſcrup. ij. Convenit fere in omnibus cum pulvere tartariſato *Haffnienſium*, cujus ſequens deſcriptio. ℞. pulv. radic. jalap. drach.x. cryſtall. tartar. tartar. vitriol. ā ā drach.iij. reſin. jalap. ſcammon. ā ā drach.j. ol. aniſ. ſcrup.j. m. f. pulv. doſis a ſcrup. ſem. ad drach. ſem. vel ſcrup.ij.

§. 38. *Gummi gotte* alvum vehementius turbat, hinc etiam inter emetica locum tenet, quod humores & per ſuperiora & per inferiora potenter educat. *Lottichius* ſuam inde conficit familiarem potiunculam purgantem cum aqua cinnamomi, quae tamen robuſtioribus & agreſtibus magis dicata videtur, quam delicatulis. Rectius *celebris D. Michaelis in ſuo collegio* illud cum aliis hunc in modum miſcet, ℞. radic. jalap. ſcrup.j. magiſt. gummi de Peru gr. vj. croci martis ſaccharin. gr. viij. ol. cinnam. gr.j. miſce pro una doſi.

§. 39. *Hermodactili* arthriticorum ſolacium dantur in forma pulveris á ſcrup. j. a drach. ſem. vel ſcrup.ij.

§. 40. Tandem agmen claudunt *panchymagoga*, inter quae haut immerito locum habent omnes pilulae purgantes. Primas tenet panchymagogum *Crollii* vel *Auguſtanorum*, ſi non tam dignitatis, quam temporis habeatur ratio. Utrumque a ſcrup.j. ad drach. ſem. exhibetur. Quod ſi grana iv. vel v. diagrydii addantur, ſcrupulus dimidius poterit eſſe baſis, ſic enim citius & felicius res expedietur. Huc referri poſſunt pilulae de galbano *Sylvii*, quarum quinque vel ſeptem unam conſtituunt doſin: pilulae de ammoniaco compoſitae, quarum tres vel quinque pro doſi determinata habentur. Tradam utriusque maſſae deſcriptionem. ℞. gummi galban. aceto ſquillitico praeparat. ſcrup.ij. vitrioli martis ad albedinem igne blando lente calcinati. maſtich. elect. ā ā ſcrup.j. caſtor. opt. myrrh. ā ā gr. xv. croci Orient. ſcrup. ſem. trochiſcor. alhandal. drach. j. reſin. jalap. ſcammon. ā ā ſcrup.j. ol. cort. citr. gutt. vj. m. f. pil. n. L. vel ſi magnitudo moleſta ſit fiant pilulae centum ex maſſa, & pro doſi dentur x. vel xv. ℞. gumm. ammon. diſſol. drach. ſem. myrrh. rubr. reſin. jalap. diagryd. an. ſcrup.j. croc. ſcrup. ſem. ſal. volat. ſuccin. gr. xv. ol. cort. aurant. gr. viij. f. pil. n. xl. Cuidam *practico longe celebratiſſimo* ſequẽtes pilulae in frequenti ſunt uſu. ℞. maſſ. pil. ſine quibus eſſe nolo ſcrup. ij. marocoſtin. drach. ſem. reſin. jalap. gr. xv. cum elixir. propriet. f. pilul. parvae: dentur xj. vel xiij. pro doſi, quibus multi in acidulis exoptato quoque cum ſucceſſu utuntur. Hanovenſibus Medicis in crebriori ſunt uſu pilulae *Euſtachii Rudii* ſub nomine extracti cephalici, quas ille a *Weckero* mutuatus eſt. Ex ſcrup. ſem. formantur pilulae xv. dantur xj. xiii. vel xv.

§. 41. Omnium autem purgantium anima eſt mercurius dulcificatus, tum quod tubulos profundius ſitos, & obſtructos potenter reſeret, & humores incidat, tum quod diutius in ſanguine remaneat, ejusque intemperiem viſcidam & acidam egregie emendet. Unde omnibus purgantibus, praeſertim, quae ſub pilulari forma exhibentur a gr. iv. ad gr. xij. commiſceri poteſt; ut impediat, quo minus purgantia primarum viarum fermenta nimium praecipitent vel obſtructionem in poris & tubulis glandularum poſt ſe relinquant: unde plerumque alvus poſt purgationem ſolet eſſe ſiccior. Sin vero mercurius dulcis pro comite addatur, humores admodum fluxi-

biles

biles redduntur, & glandularum anguſti ductus ſervantur patuli. Plura de panchymagogis vide apud *Deckerum* & *Zuvoelfferum*, nam & hujus pilulae hypochondriacae dictae ſuam merentur laudem. Omitto autem electuaria veterum, quae nunc ad Anticyram relegata, vix amplius palato digna habentur.

§. 42. Quod ſi mercurius tibi ſuſpectus ſit, ſumatur ejus loco cinnabaris, nam & haec purgantibus maritata eorum operationem ex voto facilitat.

§. 43. Ipſis purgantibus ſuperbibere ſolent juſculum. Obſervavimus tamen ab aſſumtis ſubinde fermentationem illam a cathartico introductam ſuperari, nulla amplius ſubſequente purgatione. Unde melius ſibi conſulunt, qui ſi lympha in ventriculo abundet, per quatuor horas ab omni cibo & potu abſtinent. Quod ſi lympha viſcidior exiſtat, e re erit juſculum avenaceum largiter haurire, aut infuſum theae in magna copia ſorbillare, vix enim dici poteſt, quam alacriter operatio his promoveatur.

C A P. XIV.

De Evacuatione per urinam.

§. 1. CAcochymiae corrigendae dicata etiam ſunt *diuretica*, quae ſecundum inter evacuantia univerſalia tenent locum, quatenus lympham & ſalia diluunt, atque haec ſecum per vias urinarias foras abripiunt.

§. 2. Uſus ipſorum admodum proficuus eſt in intemperie ſanguinis melancholica, pituitoſa, ſcorbutica; hinc ſpleneticos vulgo dictos juvant, & in ſcorbuto coeteriſque morbis chronicis omne ferunt punctum.

§. 3. Dantur ventriculo jejuno exiſtente, quo eo felicius & alacrius poros & tubulos relerare, atque univerſum vaſorum tum ſanguiferorum tum lymphaticorum tractum permeare poſſint. Unde etiam neceſſe eſt, ut antequam diuretica propinentur, primae viae prius a ſordibus expurgentur.

§. 4. *Operandi modus* triplex eſt. Quaedam ſerum a ſanguine praecipitant: quaedam ſalinis ſuis cuſpidibus poros obſtructos reſerant, & humores flexibiles reddunt: quaedam ſerum ſubſtantialiter augent, quod acidulae & thermae faciunt, quamvis prioribus quoque modis operationes ſuas abſolvere poſſint. Plura vide apud *celeberrimum Wedelium de medicamentorum facultatibus*.

§. 5. Omnia purgantia ſunt *diuretica*, ſed non contra. Vidi in muliere ab uſu reſinae jalapae per alvum nihil, per vias urinarias autem aliquot libras ſeri fuiſſe excretas.

§. 6. Omnia menſium fluxum promoventia ſunt *diuretica*. Quod etiam de calidis, & ſalinis tam fixis, quam volatilibus dicimus. Ridiculum eſt ſtatuere, dari *diuretica frigida*, hoc eſt quae refrigerando diureſin promoveant.

§. 7. Uſitatiora ſunt radic. ononid. gramin. aſparag. ſaxifrag. polypod. apii, petroſelini, liquirit. alth. enul. foenicul. aſari. ariſtoloch. raphanus nativus & ruſticus, ſemina 4. calida majora & minora; quo omnia carminativa & aromatica ſpectant. Fructus alkekengi, baccae juniperi, amygdalae, infuſum theae, infuſum veronicae, infuſum flor. chamaemeli cum vino paratum, omnia ex chaereſolio, petroſelino fragar. violar. parietar. ſaxifrag. cuſcut. haedera terreſtr. urtic. omnia ex terebinth. omnia ex ſale armoniaco, tartaro, ſale & nitro. Omnia teſtacea, quo & lapides, judaicum v.g., & alios referimus, excrementa animalium; tinctura aperitiva *Moebii*, tinctura nephritica *D. Michaelis* cum calce viva parata, ſpiritus vitrioli refractus, ſpiritus aperitivus *Penoti*, tinctura antimonii ſolaris, tinctura ex tartaro ſilicibus antimonio & nitro in *decad. 2. anno ſexto Ephemerid. Germanor. a Claudero deſcripta p. 362*. Sub hunc quoque cenſum veniunt inſecta quaedam ſale volatili plu-

minus acri & corroſivo luxuriantia, qualia ſunt millepedes, lumbrici, vermes majales, & cantharides. Parantur ex his tincturae non contemnendae: obſervandum tamen in illarum praeparatione, ut corroſiva vis refringatur & invertatur; hinc mallem imitari *Dn. Lemery*, quia eſſentiam lumbricorum terreſtrium cum ſale tartari optime calcinato & ſpiritu vini, eſſentiam cantharidum autem cum ſpiritu nitri fortiſſimo & ſpiritu vini parat, utpote quae coeteris mihi videntur tutiores, ſedulo enim hic vel ad ſal volatile alkalicum, vel ad acidum volatile eſt reſpiciendum, illud mediante ſale acido obtunditur; hoc ſale alkali fixo domatur.

§. 8. Quaeritur utrum calculoſis *diuretica* conveniant? Ego certe negative reſpondeo. Calculoſis ſola acidum auſterum corrigentia & viſciditatem incidentia conveniunt; & ſic quidem illa diuretica admitti poſſunt, quae ſale ſuo poros renum aperiunt, quatenus inter aperientia numerantur. Verum illa quae ſerum a ſanguine praecipitant, non niſi maximo cum damno uſurpantur: quum enim ſerum ad renes deveniat, aquoſae quidem partes facile penetrabunt glandulas, & arenulas quoque abluent: aſt ſalia recens advecta concreſcent interveniente lympha viſcida & glutinoſa, & novos ſic producent calculos.

C A P. XV.

De Evacuatione per ſudorem.

§. 1. SUdoriſera affinitatis quodam jure diureticis conjuncta ſunt, quum diureſin nunquam non promoveant. Ut ut enim ſerum ad corporis ambitum abripiant, mihi tamen conſtat, etiam ob ſolam hanc agitationem non ſolum plures vapores veſicam urinariam intrare, ſed fibras quoque nimis antea conſtrictas relaxari, ut humoribus circulantibus liberior concedatur via: hinc quibus abdomen paullo durius eſt ante ſudores, iis erumpentibus ſudoribus mollius redditur, & urina etiam largius profluit.

§. 2. Agunt autem *ſudoriſera* ſanguinem exagitando, & fermentationem (non inteſtinalem ſed progreſſivam ſive circularem) augendo. Nonnunquam praecipitant etiam ſanguinem, & ſic ſimul urinam movent.

§. 3. *Dn. Craan.* quaerit hic, quare *ſudoriſera* non pari paſſu ambulent cum purgantibus, quum aeque fermentationem in ſanguine excitent? Reſpondet, quod purgantia inſuetum inferant aetherem, ſudoriſera talem qui a motu noſtri aetheris non tantopere abludat; quin potius illi robur novum conciliet, ut ſanguis alacrius circuletur. Motum ergo inteſtinum putamus augeri a purgantibus, ſed progreſſivum imminui, quum e contra a *ſudoriſeris* motus progreſſivus augeatur, & inteſtinus imminuatur.

§. 4. Dicata ſunt *ſudoriſera* intemperiei ſanguinis & lymphae viſcidae, acri, acidae. Errores circa cibi & potus quantitatem commiſſos egregie emendant, abſumendo ſtatim illud & expellendo, quod obſtructiones gignere, & ſanguinem coeteroſque ſuccos intemperare poſſet: unde & praeſervativi & curativi nomen merito obtinent: Praeterea turbatam ſanguinis miſtionem uſque adeo feliciter reſtituunt, ut vix abſque illis febris curari poſſit, de quo in capite ſequenti.

§. 5. Qui facile ſudant, vel poros habent nimis arctos, vel plures in glandulis & vaſculis extimis patiuntur obſtructiones, unde ſudores non ſemper ſunt teſtes bonae & laudabilis conſtitutionis. Qui difficillime ſudant, poros habent nimis patulos, ut quicquid agitatur ſub forma vaporum abeat. Saepius defectus eſt in moderamine, quod nec ſtragulum nec quietem ferre velint.

§. 6. Conveniunt autem ſudores omnibus cujuſcunque ſint conditionis, modo coetera recte dirigantur. Quod ſi aliquid inde incommodi vel damni acceſſiſſe credant,

dant, culpa vel in aërem frigidum ſtatim poſt ſudores admiſſum, vel in medicamentum nimis mobile & acre, vel in naturam ſeminis ſive fermenti morboſi erit rejiciendum. Hoc enim ſi ope diaphoretici (quod etiam a cathartico fieri poteſt, ut ſupra innui) una vice & confeſtim excutiatur e ſuis tubulis, & ad vaſcula capillaria cum arterioſo ſanguine deferatur, omnem lympham ſive ſuccum nutricium coagulat, eumque reſtagnare facit, unde vaſa lymphatica penitus obſtruuntur, & ex tali fluidorum congerie colliquativi oriuntur ſudores, non niſi cum morte ceſſantes: ſaepius inflammatio meningum cerebri ex eadem ſuboritur cauſſa, & brevi temporis ſpacio finem morbo & vitae imponit, quod in variolis ab intempeſtivo & primis diebus exhibitorum ſudoriferorum uſu factum fuiſſe novimus. Quamvis enim in coeteris malignis ſtatim ab initio ſudare conveniat, tamen in variolis res longe aliter ſe habet; quum illud fermentum in lacte admodum acido, & ipſum ſuccum nutricium notabiliter & potenter depravante conſiſtat, quod ſanguini confuſum primis diebus magis attenuatur & refringitur, ſi ipſi ſanguini aliquamdiu immiſtum manſerit, quam ſi primo ſtatim die ad anguſtiſſimos canaliculos arteriarum appendices ope ſudoriferi propellatur, ibidemque vim ſuam praecipitatoriam & coagulatoriam exſerat.

§. 7. Quaeritur an inter *ſudandum* potus largior conveniat? dicunt id neceſſe eſſe partim in febribus ardentibus, ne ſanguis nimis torridus fiat, & ut ſudores minori cum moleſtia profluant. Verum de frigidis ſi intelligatur, id abſolute nego, quum illa ſudores ſiſtant, non vero promoveant, niſi forte per accidens & in detrimentum oeconomiae animalis, quatenus videlicet obſtructiones inducunt, & ſerum in ambitu corporis reſtagnare faciunt. Sin vero ſitis nimium urgeat, fallatur potu theae, vel ſi ſudores paullulum cohibere velis, potu coffae, quos ſudantibus ambabus largior manibus.

§. 8. *Diaphoretica* uſitatiora ſunt antimonium diaphoreticum, cinnabaris antimonii, tinctura antimonii, antihecticum Poterii, ſpiritus tartari tam ſimplex, quam compoſitus, miſtura ſimplex, tinctura bezoardica, ſal volatile quodvis, ſal fixum quodvis, bolus Armena, terra ſigillata, unicornu, lapis bezoar, carduus benedictus, angelica, galega, rutha, fumaria, flores ſambuci, ſucciſa, hyſſopus, veronica, puleg um; ſcorzonera, petaſitis, radix chinae, lignum guajacum, ſaſſafras, ſarſaparilla, china chinae, opium, aceta omnis generis, cornu cervi, ſpiritus cornu cervi, ſanguis hirci, teſtae concharum, lapides cancrorum, rob ſambuci, ebuli, juniperi, theriaca vulgaris & coeleſtis, camphora ejuſque eſſentia, aliaque plura, quae in diſpenſatoriis videri poſſunt.

C A P. XVI.

De turbatae ſanguinis miſtionis reſtitutione.

§. 1. Expediunt hanc difficultatem *diaphoretica*, quae exterminando heterogenea ordinem priſtinum, & conſuetum reſtituunt; unde apparet, quam imprudenter agant illi, qui in febribus nil niſi purgantia commẽdant, quum hi non minus a ſcopo aberrent, quam ſi in vulnere curando ſingulis diebus portiunculam de ſubſtantia carnis novacula abſcinderent. Secundario juvant quoque aperientia, attenuantia, emetica, veſicantia, aëris mutationes, imaginatio fortis, praecipitantia & abſorbentia, & ipſa vulneraria, quatenus fermentum ſubigunt, diſſipant, invertunt, abſcondunt, & glandulas deobſtruunt.

§. 2. Talia ſunt arcanum duplicatum, camphora, ſal armoniacum, ſal abſinthii, carduibenedicti, tinctura bezoardica, miſtura ſimplex, lapides cancrorum, pulveres febrifugi, & quae ſunt inſtar omnium china chinae, & tinctura opii. plura tum ad theoricam, tum ad praxin ſpectantia vide in *diſſert. de febribus*. CAP.

C A P. XVII.

De particularibus evacuationibus.

§. 1. GLandulas palati & faucium expurgant *apophlegmatiſantia* dicta, quae ſcilicet ſale quodam aromatico plus minus acri glandulas irritant, ut mucum & lympham limpidam copioſius reddant.

§. 2. Proſunt in guſtus defectu, ubi ſaliva valde viſcida & glandulae obſtructae ſunt. Nocent autem in ulceribus palati vel faucium, dentium carie, & ubi lympha valde acris exiſtit.

§. 3. Potiora *apophlegmatiſantia* & *maſticatoria* ſunt radices pyrethri, iridis noſtratis, angelicae, imperatoriae, cardamomi, cubebae, piper, maſtix, nux moſchata, macis, cariophylli, ſemen ſinapi, naſturtii, nicotiana, caſtoreum, ſerpillum, origanum, ſalvia, ruta, ſpiritus cochleariae, ſpiritus ſalis armoniaci, aqua majoranae, vitae *Matthioli*, balſamus vitae, potus theae.

§. 4. Salivationem univerſalem inſtituunt mercurialia tum interne exhibita, tum foris illinita, quam cinnabaris largius fumta quoque excitare potis eſt. Ejuſmodi curatio inſtituitur in lue venerea & vulgo curatio per inunctionem vocatur: verum quum moleſtiae & periculi plena ſit, prudēter dirigenda eſt, ne internam aliquam exulcerationem & gangraenoſam inflammationem cauſeris; in quem finem elige tibi methodum *celeberrimi Sydenhamii*, haec enim ſola mihi rationalis & omnium tutiſſima videtur.

§. 5. *Errhina*, naſalia tam ſicca quam liquida, eodem modo operantur & non niſi ratione partis affectae differunt ab apophlegmatiſantibus. Sternutatoria ſunt *errhina* fortiora.

§. 6. Commendantur in olfactu depravato, foetore narium, cerebri obſtructione, nocent in haemorrhagia, exulceratione, & gravedine a lympha valde acri, quo in caſu temperantibus plus efficitur.

§. 7. *Errhina* parantur ex ſuccis majoranae, betonicae, betae rubrae, anagallidis, naſturtii aquatici, iridis coeruleae; aquis chelidoniae majoris, majoranae, ſpiritu lil. convall. Ex ſalvia, pulegio, ſerpillo, majorana, radic. ellebor. alb. pyrethri, ari, ireos, ſemin. nigellae, erucae, naſturtii, ſinapi, caſtoreo, nicotiana, aqua *Reginae Hungariae*, butyr. majoranae, naſalo liquid. *Schroderi*, balſamis aromaticis, &c. Huc quoque referuntur ſuffimenta varii generis tum in forma liquida naribus admota, qualia ſunt urinoſa volatilia, tum quae ſub forma fumi admittuntur ex maſtiche, thure, gummi animae, benzoë, ſuccino, cinnabari, aceto, prunis vel lateri calenti injectis.

§. 8. *Expectorantia*, glandulas pneumonicas irritant, lympham attenuant & incidunt: vel ſi nimis tenuis ſit, dantur ea, quae paullulum incraſſent & acrimoniam temperent. Magnae ſunt efficaciae in tuſſi, raucedine, phthiſi, pleuritide, aſthmate,

§. 9. Enumerabo autem potiora, quum plurima etiam in vulgus nota ſint. Agmen ducit infuſum theae, infuſum veronicae, ſuccus bellidis, nummulariae, chaerefolii, aqua veronicae, cinnamomi, mirabilis temperata, ſpiritus gummi ammoniaci, omnia ex enula, zinzibere, liquiritia, cereviſia calida cum butyro vitello ovi & melle vel ſaccharo, calida enim pectori admodum amica ſunt, Sperma ceti omniaque ſuffumigia ex gummoſis in forma ſicca carbonibus injectis excitata.

CAP.

Digitized by Google

C A P. XVIII

De Indicatione Symptomatis urgentis, horumque curatione.

§. 1. URgentiora vocantur *ſymptomata*, quae ipſo morbo pejora ſunt, quia nullas ferunt inducias & citra totius oeconomiae ruinam diutius ferri nequeunt. Suntque *dolor*, *vigiliae*, *ſitis*, *alvi fluxus*, *vomitus*, *haemorrhagia & lipothymia*.

§. 2. *Dolor* duo dicit, nempe aliquid in corpore, deinde aliquid in mente: in corpore nil niſi motus eſt admodum inſuetus, & improportionatus. In mente eſt certus cogitandi modus, & moleſtus mentis ſtatus. Intuitu mentis fortitudo, magnanimitas, praeparatio ad excipienda adverſa, muſica, amicorum colloquia & meditationes profundiores multum praeſtabunt. Sed non ſufficient, quod enim alibi de ventriculo dicitur, ſcilicet quod careat auribus, illud quoque de parte dolente dici poteſt, quam ſolantur omnia illa, quae fibras rigidas emolliunt, corrugatas blande reducunt, tubulos obſtructos citra magnam agitationem reſerant, id quod faciunt pinguia molliora, emollientia, acrimoniam demulcentia vel ipſos ſpiritus animales paullulum figentia. In noſtris officinis proſtrat emplaſtrum anodynum, quod multae ſpei eſt remedium; ejuſdem commatis eſt emplaſtrum de minio, emplaſtr. diachyl. ſimpl. ſevum cervinum, medulla crurum vituli, lac, ol. nuc. moſchat. tinctura balſamica *Barbette*, anethum, flores chamaemeli, ſambuci, melilot. verbaſci. Aqua hyſterica camphorata, ſpiritus frumenti, ſpiritus lumbricorum terreſtrium, ſpiritus vini camphoratus, linimentum ex ol. nuc. moſchat. expreſſ. ſapone Veneto, ol. caſtorei, eſſentia camphorae, & ſpiritu ſalis armoniaci.

§. 3. *Vigilias* coërcent balnea dulcia & tepida, medulla cervina & crurum vituli, cinnabarina, theriaca Veneta & coeleſtis, diaſcordium, arcan. duplicatum, eſſentia anodyna, emulſiones oleoſae & ſalia obvolventes, omniaque papaverina.

§. 4. Si *ſitis* admodum urgeat, omne feret punctum potus theae. Sin frigida expetas, gratificaberis quidem palato, ſed ſitim augebis. Commendant blandiora acida, decoctum citri, limonadas acidulas.

§. 5. Miror quod homines ſaepius de *alvi fluxu* diſputent, an in principio morbi alicujus acuti ſit ſiſtendus, quum totus, quantusquantus eſt, ſymptomaticus ſit. Itaque damnamus quidem ſtyptica & adſtringentia terreſtria, ſed propterea non ſequitur, nos nolle alvi fluxum ſiſtere. Commendamus autem eum in finem blandius quoddam ſudoriferum cum aliquot guttulis tincturae opii, quo uno quaſi ictu hydram hanc, & malorum lernam expugnabis.

§. 6. Vomitus ſiſtitur acre vellicans temperantibus: v. g. cryſtallo montana, pulvere cordiali precioſo, aqua cinanomi cydoniata, theriaca, diaſcordio, coralliis, cornu cervi uſto, eſſentia ſtomachali, ſpiritu theriacali camphorato &c.

§. 7. In *ſanguinis fluxu ſiſtendo* laudantur ſtyptica ex vitriolo, pulveres ſtegnotici cum albumine ovi, charta bibula, crepitus lupi, colophonium pulveriſatum, liquor noſter ſtypticus ex aqua martiali paratus: operoſos magis & ſplendidiores vide apud *Charras* in pharmacopoea. Summam meretur admirationem & applauſum experimentum *celeberrimi Domini D. Bohnii, Profeſſoris Lipſienſis famigeratiſſimi*, qui in *epiſtola ad Dn. Dolaeum* data meminit, ſe vehementem haemorrhagiam ſolo ſpiritu vini cohibuiſſe

§. 8. Lypothymiae obviam itur graveolentibus & ſpirituoſis cardiacis. Pertinent huc omnia ex caſtoreo, rutha, lavendula, floribus liliorum convallium, aceta omnis generis, elixirium vitae precioſum, & vinum generoſum naribus oblatum.

CAP.

C A P. XIX.

De Indicatione vitali.

§. 1. HAec viribus proſpicere jubet & fluidis, ipſamque fermentationem vitalem & humorum itum in circulum conſervare, id quod cardiaca praeſtant, & quae vires reſtaurare dicuntur.

§. 2. Sunt autem conſortantia *primo* generalia illa omnia, quae poros ſanguinis non immutant, ſed & illos & figuram & magnitudinem particularum ſanguinem conſtituentium relinquunt, prout in ſtatu naturali ſe habere ſolent. *Secundo* illa quae in ſpecie cordi, vel rectius ſanguini dicuntur eſſe dicata, & cardiaca per excellentiam vocantur: haecque iterum ſunt duplici generis. Quaedam cardiaca dicuntur, quia ſanguinis fermentationem ſubito augent, qualia ſunt omnia ſpirituoſa, volatilia, aromatica oleoſa, & praeprimis theriacalia, quae eo fere momento quo ad ſanguinem deveniunt, fermentationem augent. Quaedam lente agunt, & ob conſtantiores poros diutius in ſanguine manent, atque aetherem conſueto noſtro ſimilem continuo transmittunt; hinc ipſorum effectus ſe non ſtatim prodit, ſicuti id in prioribus cardiacis fieri ſolet, ſed ſucceſſive & poſt plures ſaepius dies. Ejusmodi vim cardiacam habet aurum, margaritae, corallia, lapides precioſi. Quaedam motum inteſtinum ſedando, & ſalia ferocientia ſupprimendo viribus conſervandis conducunt, qualia ſunt blandiora acida.

§. 3. Eundem effectum ſortiuntur juſcula admodum fervida cum vitello ovi aſſumta. Sed & reliquarum rerum non naturalium regimen conveniens inſtituendum eſt, de quo in *L.4. abunde ſatis egimus.*

C A P. XX.

De Medicamentis eorundemque Facultatibus.

§. 1. M*Edicamentum* dicitur, quod poris corporis noſtri paullulum contrariatur; atque ratione figurae, magnitudinis, flexibilitatis, rigiditatis, ramoſitatis, mollitiei & aetheris, quem per poros transmittit, in ſanguinem, & humores a ſanguine dependentes, agit, eosque alterat.

§. 2. Si nimium rodant partes ſolidas, aut fluidas turbent, vocantur *venena*, quae duplici modo agunt. Vel enim partes ſolidas corrodunt ob figuram acuminatam, pungentem vel ſcindentem cum rigiditatis attributo. Vel peregrinum aetherem a motu ſanguinis inteſtino valde abludentem inferunt, huncque augendo in ſanguine, ejus miſtionem turbant, & ſaepius plane deſtruunt, id quod venenum peſtilentiale, virus arſenicale, viperarum, & horrendum illud venenum la poudre de ſucceſſion dictum confirmant.

§. 3. Dependent itaque facultates medicamentorum 1. a *magnitudine* particularum, prout ſubtiles vel craſſiores ſunt. 2. a *figura*, prout vel pungunt vel ſcindunt. 3. *a ſcabritie.* 4. *a mollitie.* 5. *a flexilitate.* 6. *a rigiditate.* & 7. *a pororum configuratione*, vi quorum alium atque alium aetherem transmittunt. Et ab horum attributorum pluralitate vel paucitate, variisque gradibus intenſionis omnes diverſae illae qualesquales etiam fuerint facultates dependent, & ex hoc principio explicantur, atque clare & diſtincte intelliguntur.

§. 4. Male autem dividuntur in *primas*, *ſecundas & occultas*, quum iſtius diviſionis nullum plane videamus fundamentum. Nam primae qualitates fundamentum habent in relatione ad corpus noſtrum, neque dicunt quid in objecto ſint, ſed

ſaltem quid in mente fiat, quando res corpori noſtro admoventur, cujus ſimile plane non exiſtit in objecto, quod calidum vel frigidum, aut humidum vel ſiccum vocatur: Qualitates ſecundae fundamentum ſuum habere debent inprimis, quae tamen non raro ſunt effectus & productum ſecundarum. Occultae autem ſive tertiae non ſunt ignotae, quum phoenomena, quae in nobis producunt, adeoque in ſenſus incurrunt, per cauſſas intelligibiles debeant explicari, aeque ac manifeſtae. Quamdiu enim aliquid ſenſibile eſt, tamdiu phoenomeni nomen habet; Hinc ſi cauſſae iſtorum phoenomenorum etiam ſenſibiles ſunt, ſemper in explicando progrediendum, donec ad intelligibile tantum & non magis ſenſibile deveniamus. Qua ratione omnes qualitates poſſent dici occultae, nempe quod ipſarum cauſſae intelligibiles ſint, hoc eſt clare & diſtincte intelligantur, ſed tamen ſenſibus non legantur.

§. 5. *Excipiunt*, qualitates occultas tota ſubſtantia agere, manifeſtas autem a ſua forma dependere. ℞. Nos nullam aliam praeter motum & figuram agnoſcere formam, a qua habent medicamenta, quod tali & non alio modo agant. Et quid eſt tota ſubſtantia agere; nonne tota ſubſtantia arſenici agit? nonne tota ignis ſubſtantia urit? Quid quaeſo plus in occultis qualitatibus reperis, quod non aeque per motum & figuram aliaque attributa explicare poſſis, quam in manifeſtis?

§. 6. *Inſtant*. Confugiendum ſubinde eſſe ad ſympathiam vel antipathiam, ubi inſoliti & ſtupendi praeter omnem expectationem producuntur effectus. ℞. Fieri utique poteſt, ut unum idemque medicamentum diverſos dat effectus; Hinc ſaepius obſervetur, unum remedium multis prodeſſe, uni autem ſemper nocere, & ab hoc ſine inſigni turbatione aſſumi non poſſe. Verum id non fit propter antipathiam quandam, ſed quod medicamentum nimis bonum ſit, ut loquitur B. Craan. & quod in ejusmodi ſubjecto inveteratae ſint obſtructiones, factae ab humoribus a natura motus ſanguinis plane degeneratis, & qui citra novam & vehementem turbationem ſanguini commiſceri nequeunt: Haec, itaque a medicamento excuſſi inſolitos tales producunt effectus, quorum author non eſt medicamentum ſed humor malignus, temporis diuturnitate corruptus. Et illi profecto homines male conſulunt ſuae valetudini, ſi inſolito hoc effectu perterriti ab omni medicina abſtineant, nam eo pacto retinent humores & in graviorem ſaltem tempeſtatem reſervantur. Inde etiam eſt, quare illi, qui nunquam aegrotarunt, aut medicamentis aſſueti ſunt, ſi morbo graviori tententur, plerumque ſubito curentur, aut ſubito moriantur.

§. 7. Quaeritur an dentur medicamenta certis corporis noſtri partibus dicata, ita ut ſalia cephalica, alia uterina & ſic deinceps. ℞. Virtus illa ab uno eodemque principio dependet, & ſic reſpectu partium ſolidarum nulla talis datur differentia, nam omnia medicamenta, quorum particulae ſubtiles ſunt neque notabilem aliquam ac corroſivam acrimoniam habent, ſunt cephalica: Et illa cephalica revera etiam ſunt uterina; Eadem cephalica ſunt etiam ſplenetica, ophthalmica, thoracica, cardiaca, ſtomachica, hepatica, uterina &c.

§. 8. *Interim* contigit ſaepius; ut in dolore hypochondrii ſiniſtri medicamentum ex voto operetur & lienem deoppilet, ſicque huic parti magis appropriatum videatur, quam alii. Sed ſubeſt error. Si alia quaedam pars itidem obſtructa eſſet, idem medicamentum, quod tibi audit ſpleneticum eundem ſortietur effectum in alio viſcere; Atque ſpleneticum erit ſimul hepaticum vel uterinum, & ſic de aliis.

§. 9. Medicamenta *temperata* dicuntur, quae motum ſanguinis nec augent nec imminuunt.

§. 10. *Calida* ſunt quae ſanguinis coeterorumque humorum motum inteſtinum augent.

§. 11. *Frigida* ſunt, quae ſanguinis motum imminuunt, vel plane ſiſtunt.

§. 12. *Humida* ſunt, quae lubricas & aquoſas ſanguini inferunt particulas.

§. 13. *Sicca* ſunt, quae vel humidum expellunt. Vel quae parum vel nihil aquae admiſtum habent.

M §. 14.

§. 14. *Emollientia* dicuntur quae habent particulas vel tantum flexiles & quae ſibi in omnibus punctis non adeo firmiter cohaerent, hinc citra pinguefactionem cutis emolliunt, v.g. radix altheae, medulla panis. Vel particulae ſunt ſimul ramoſae, quae varii generis pinguedines conſtituunt; Et hae multas ſalinas aut acidas particulas in complexu habent, quae ſi diutius ſervantur, occulta actione aëris & aetheris evocantur & volatiliſantur, id quod in lardo & butyro rancido obſervamus: ſimile quid in caſeo antiquo fieri ſolet.

§. 15. *Adſtringentia* ſunt omnia frigida, quorum particulae ſunt craſſae, & vel quum vel ſine attributo rigiditatis & figurae acuminatae, hinc exſurgunt acida non adſtringentia, v. g. in tamarindis, & acida adſtringentia, nec non auſtera adſtringentia. Nullo autem alio modo adſtringunt, quam occludendo poros, & humores incraſſando, iisque tranſitum denegando.

§. 16. *Incraſſantia* ſunt omnia ſicca, tam illa quae aquam admiſtam non habent, quam illa quae humidum ſimul expellunt. Alia enim ſunt frigida; quae particularum motum ſiſtunt.

§. 17. *Attrahentia* proprie dicta nullibi reperiuntur. Corpora affluunt, vel accedunt ex legibus motus; & ſi duo videas ad ſe invicem accedere corpora; ſicuti faciunt ferrum & magnes, fit id ob pororum & aetheris, quem hi transmittunt, ſimilitudinem. Pari ratione videmus alios humores ſecerni in renibus, alios in hepate, & porro. Nempe non attrahuntur, ſed ob peculiarem cribri configurationem tales hic ſegregantur partes, quae ob cribri diverſitatem non poterant alibi ſeparari. Sic videmus quod poſt acrium & corroſivorum applicationem cutis rubeat, aut madeat, & humores exſtillent, unde vulgo dicunt calida illa attrahere. Nos rectius dicimus effectum hunc dependere a figura ſcindente vel pungente & particularum mobilitate, hinc & fibras abſcindunt, & humorum circulationem praepediunt, atque ob diverſum aetherem cum ſuccis illis reſtagnantibus, vel recens advenientibus, fermentationem inſtituunt. Hunc in modum attrahunt urticae, habent enim cuſpides quibus pungunt: habent circa cuſpidis baſin folliculum, in quo fermentum igneum ſive valde acre latet, quod detracta pellicula & ſua acrimonia & vi fermentativa urit & calefacit. Sic apes & veſpae gravius laedunt quam urtica, quod ipſarum aculei inverſas habeant extremitates & prominentias inſtar ſagittae, hinc magna cum fibrillarum dilaceratione & infiguntur carni & adhuc majori cum difficultate extrahuntur; praeterea fermentum malignum in vulnuſculo relinquunt, quod ſuccorum ibi tranſeuntium motum inteſtinum mirum quantum adaugeat, unde ſubitaneus ille tumor & ardor.

§. 18. His affinia ſunt *veſicantia, cruſtam inducentia, rubefacientia, adurentia, corrodentia, putrefacientia, pſilothra.* Utpote quae gradu ſaltem & ratione ſubtilitatis, rigiditatis, & mobilitatis differunt: Neque obſtat, quod aqua fervida cuti admota ſtatim veſiculas producat: Nam fibrillae aeque a violentiori motu rumpuntur, quam a corporibus acutis diſcinduntur: Et aether copioſius irruens & quum alia determinatione eundem ſortiri poteſt effectum, qualem ſalia illa corroſiva producunt. Sic vel ſolus calor poros deſtruit, & fibras divellit, quod in corio vel calceo igni admoto illico apparet. Haec autem omnia & motu & figura in cutem & carnem agunt, atque ſuam exerunt virulentiam.

§. 19. *Aperientium* vis dependet a ſubtilitate & aliquali rigiditate particularum. Sunt tamen quaedam inter haec, quae alium ſanguini inferunt aetherem, & inſolitam producunt fermentationem.; Quo pacto purgantia primo aperiunt, deinde quum illa fermentatione variae fiant coagulationes, ſaepius viſcera magis obſtruunt. Calida & cephalica ſunt aperientia, nulla autem dantur frigida.

§. 20. *Repellentia* ſunt frigida, incraſſantia & adſtringentia; Adeoque proprie non repellunt, id quod ſanguinis circulationi contrariatur, ſed humores ſaltem ſiſtunt & in parte figunt.

§. 21. *Vulneraria* pus generantia, carnem generantia, callum generantia & cicatrizantia ſub ſe continent. Nihil autem aliud praeſtant medicamenta, quam quod impedimenta ſanationis tollant, quae nempe obſtant conſolidationi, qualia ſunt aër, ſal acre vel acidum, chyli viſciditas, tubulorum obſtructio, fibrillarum criſpaturae. Ergo conducunt omnia illa quae ſanguinis intemperiem acidam vel ſalſam corrigunt, quae poros & tubulos reſerant, motum chyli promovent, eumque fluidiorem reddunt; & fibras corrugatas ad lineam rectam iterum diſponunt. E quibus palam fit ipſa medicamenta nec carnem generare nec pus. Pus enim nihil aliud eſt quam chylus aceſcens. Caro autem ex chylo producitur. Hinc alimenta potius pus & carnem generant: Et medicamenta quae admodum exſiccant & humiditatem abſumunt cicatricis inductionem facilitant.

§. 22. *Praecipitantia* alium aetherem per poros transmittunt, illius liquoris aetheri, quem praecipitant, vel rectius in quo fit praecipitatio, plane contrarium.

§. 23. *Abſorbentia* cavernulis ſunt praedita, intra quas ſpicula abſcondunt, ipſorumque cuſpides ſimul invertunt.

§. 24. *Anodyna* non ſunt unius generis. Quaedam cauſſam doloris perfecte tollunt, dum ſalium ſpicula involvunt, q.ſ. lac, butyrum recens, medulla panis, pinguedines, vitellus ovi, althea, ſoenum graecum; Quaedam nervos obſtruunt & ſtuporem inducunt, quatenus ſpiritus animales non poſſunt influere intra tubulos obſtructos, hinc pars illa nervi eſt flaccida & ad ſenſum exercendum inepta. Quaedam ſanguinem incraſſant & impediunt, quo minus ſalia acria ad partem dolentem ferantur; Verum haec ad tempus cauſſam tollunt, quam primum enim vis remedii exſpiravit, & particulae illae coagulantes ſanguinem exhalarunt, dolor ſaepius redit. Anodyna tutiora ſunt cinnabaris, arcanum duplicatum, anodynum *Angeli Salae*, tinctura opii, laudanum opiatum, theriaca, diſcordium, & omnia papaverina.

C A P. XXI.

De Operationibus Pharmaceuticis.

§. 1. Qui medicamentorum compoſitioni ſe accingit, terminorum chymicorum & pharmaceuticorum exactam non ſolum habeat cognitionem, ſed omnes quoque noſſe debet encheiriſes, earundemque rationes philoſophicas, ut nunquam abſque ratione agat, ſed ſic uti in omnibus ita & hic claram ac diſtinctam ſibi praefigat perceptionem. Deſudarunt hoc in negocio plures, inter quos omnem occuparunt fundum celeberrimi viri *Bohnius* & *Wedelius* ille in *diſſertationibus chymicis*, hic in *pharmacia acroamatica*. Pro inſtituti noſtri ratione ſufficiet indigitaſſe terminos, ne ipſe tyro rudi plane minerva artem pharmaceuticam aggrediatur.

§. 2. *Alcoholiſare* eſt operatio pharmaceutica, qua vel ſpiritus vini ita dephlegmatur, ut ignis inſtar pulverem pyrium in momento accendat. Vel qua pulveres teſtacei in pollinem rediguntur, unde alcohol audiunt; v.g. alcohol coralliorum.

§. 3. *Amalgamare* ab emolliendo ſic dictum, eſt operatio qua metalla emolliuntur, per mercurium, & in calcem rediguntur, quo modo calces Solis & Lunae praeparantur: a quibus mercurius vel per expreſſionem per corium, vel per evaporationem in crucibulo iterum auſertur, eſtque haec operatio prima calcinationis ſpecies, & proprie ſolis metallis dicata.

§. 4. *Calcinatio* eſt pulveriſatio corporum per ignem vel actualem vel potentialem. Igne actuali calcinanda incinerantur, vel igne reverberatorio dicto confringuntur, unde duae emergunt calcinationis ſpecies, inceneratio & reverberatio. Igne potentiali calcinantur res, dum vel a ſpiritu acido vel a pulvere corroſivo coemen-

tatorio dicto corroduntur. Illa operatio calcinatio immerſiva; haec coementatio ſeu ſtratificatio dicitur. Huc ſpectat ſumigatio, quando concreta fumo acri mercurii, vel liquoris alicujus. emolliuntur, quo modo cornu cervi philoſophice praeparatur, & ad diſtinctionem a cornu cervi uſto cornu cervi philoſophice praeparatum diſcitur.

§. 5. *Clarificare* eſt decocta cum ſcopis & albumine ovi depurare.

§. 6. *Circulatio* eſt digeſtionis modus in vaſe circulatorio, ovum philoſophicum dicto. In hoc enim motu circulatorio partes accuratius comminuuntur, uniuntur, miſcentur, & duo diverſa in unum tertium abeunt. v. g. Spirit. ſalis dulcificatus aliique ſpiritus minerales dulces, qui notante Cl. Wedelio aeque per circulationem quam per cohobationem dulcificari poſſunt.

§. 7. *Coagulatio* eſt operatio, qua quae erant ſeparata compelluntur in unum. Saepius praecedit praecipitatio, vel cohobatio. Fit quatenus fluidae partes exhalant, concreſcentibus ramoſis craſſioribus. Vel quando a ſuperveniente acido teſtura deſtruitur, & craſſiores partes gravitate ſua fundum petunt. Quod alibi praeſtat acidum, hoc in butyri praeparatione praeſtat motus & agitatio.

§. 8. *Cohobatio* eſt repetita deſtillatio, ut duo liquores ſibi arctius cohabitent. Vel ut omnis ex capite mortuo vis evocetur.

§. 9. *Colare* eſt depurare vel ſeparare liquidum a ſpiſſo, purum ab impuro: Colatura fit vel per linteum vel per pannum *manicam Hippocratis* dictum.

§. 10. *Cryſtalliſatio* ſpecies coagulationis eſt, qua ſalia in motu poſita a ſuperveniente frigore ad quietem rediguntur & in cryſtallos efformantur.

§. 11. *Decantare* eſt liquorem per vaſis inclinationem a foecibus ſeparare, eſtque colatio ſine linteo.

§. 12. *Detonatio* eſt fulminationis remiſſior gradus, quando rigida ſpicula materiae primi elementi innatant, & circa centra rotata cum impetu majus occupant ſpacium, omniaque occurrentia corpora disjiciunt. Eſt vel ſicca, quae fit cum nitro in antimonii praeparationibus. Vel humida cum ſulphure, tartaro & nitro in clyſſorum praeparatione.

§. 13. *Deliquare* eſt fluidum reddere, ſic ſalia per deliquium ſolvuntur.

§. 14. *Digeſtio* plurimis aliis inſervit operationibus. Quae digeruntur, macerantur, attenuantur, conjunguntur, diſſolvuntur. Fit in calore temperato & humido.

§. 15. *Edulcorare* eſt acria per lotionem diluere & a calce ſeparare.

§. 16. *Extrahere* eſt corpus in diverſas reſolvere partes. Dicitur in ſpecie de tincturis, eſſentiis reſinoſis & gummoſis. In genere vero deſtillationem, ſublimationem, filtrationem, rectificationem, cohobationem, digeſtionem, circulationem in ſe complectitur.

§. 17. *Fixatio* fit vel ab igne, vel ab acido. Figere eſt quaſi ligare, quod avolare contendit, & eſt immutationis ſpecies.

§. 18. *Filtrare* eſt liquorem per chartam bibulam depurare.

§. 19. *Laevigatio* eſt triturae ſpecies; fit ſuper porphyritem, affuſa ſubinde aqua deſtillata, unde praeparata exſurgunt.

§. 20. *Nutrire* eſt ſucco convenienti impraegnare. Quamvis & in his abuſus ſit.

§. 21. *Praecipitatio* fit; quando liquor praecipitans affunditur corpori a menſtruo aliquo ſoluto. Spectant huc canones chymicorum. Quod habet vim ſolvendi, habet etiam, ubi contrarium occurrit, vim pracipitandi. Quae ſolvuntur ab acidis, praecipitantur a contrariis & vice verſa. Omnia ſulphurea & reſinoſa praecipitantur ab aqueis. Eadem aquea diluendo ſalia per accidens praecipitant, dum ſolutum ſponte & ob propriam gravitatem deſcendit.

§. 22. *Sublimare* eſt particulas ſubtiliores in ſublime ducere, ut vaſi adhaereat relictis craſſioribus in fundo.

§. 23. *Fermentatio* eſt motus particularum inteſtinus a diverſi generis materia ſubtili introductus. Ab hoc gradu differt efferveſcentia.

§. 24.

§. 24. Pertinent huc encheiriſes aliaeque circumſtantiae obſervatu digniſſimae. 1. In deſtillatione ſpirituoſorum inflammabilium vaſa, quo altiora, eo meliora. 2. In acidorum deſtillatione quo vaſa depreſſiora & humiliora, eo meliora. 3. In olei empyreumatici deſtillatione recipiens debet eſſe ampliſſimum. 4. Oleoſa aromatica non fermentata multum olei, parum ſpiritus reduunt; Fermentata multum ſpiritus parum olei ſuppeditant. 5. Si oleum a phlegmate vis ſeparare, filtrum eodem oleo illine. Sin phlegma tranſire debeat filtrum, humectetur phlegmate. 6. Fracturam vitri ob calidi infuſionem evitabis, ſi paucas prius guttulas vitro affuderis cum agitatione quadam vitri, ut aequaliter prius incaleſcat.

C A P. XXII.

De inſtrumentis & furnis.

§. 1. APparatus neceſſarius ad labores pharmaceuticos conſiſtit in *inſtrumentorum & furnorum* copia & numero.

§. 2. Uſitatiora *vaſa & inſtrumenta* ſunt cucurbita cum ſuo operculo, quod vulgo alembicus vocatur ſed male, notante *Cl. Le Mort*. Si cucurbita ſit major & ex cupro, vocatur veſica. Si ſit minor & recta, dicitur cucurbita ſeparatoria; ſi ſit cum collo incurvato vocatur retorta. Recipiens, crucibula vitriata & non vitriata, catini ſive capellae, vel teſtae, phiola, ſpatulae, conus fuſorius, mortaria, circuli ferrei igniti, circuli ſtraminei, cribrum, pixis coementatoria, rollae, ampullae, infundibula, ſiphones, variique generis vitra, vaſa enim vitrea coeteris omnibus ſunt praeferenda.

§. 3. *Furni uſitatiores* ſunt furni pro balneo, pro retortis, pro cucurbitis, piger Henricus, furni pro ſpiritibus acidis deſtillandis, furnus portatilis cingulis ferreis munitus, furnus lampadis.

§. 4. *Furnus* conſtat ex cinerario foco, & laboratotio. Accedunt ſpiracula ſive ventilia vel regiſtra, craticula, oſtiola.

§. 5. Caloris gradus mitior eſt quem tenerrimi hominis manus ferre poteſt, & reſpondet urinae recens mictae. Alter gradus eſt in mb. Tertius in cineribus calidis; quartus in arena calida; quintus in aperto igne: habent tamen & hi gradus ſuas iterum latitudines vel ſubgradus.

C A P. XXIII.

De Medicamentorum compoſitione & diſtributione.

§. 1. MAteria medica, ex qua omnia conſtant medicamenta, deſumitur ex triplici regno, vegetabili, animali, & minerali.

§. 2. Cum autem plura ob cruditatem ulteriori opus habeant praeparatione, nec intentioni medici plenius ſatisfaciant, ſolent plura prius praeparare, alia conjungere, & inde conficere medicamentum nunc ſimplex dictum nunc compoſitum.

§. 3. In quolibet compoſito eſt baſis; additur ſubinde ſtimulus & corrigens. Quae de directore dicuntur, inter figmenta ſunt referenda.

§. 4. Accedat ſignatura vel inſcriptio, cujus magna eſt vis in foro medico, quia conceptus alligati ſunt verbis, & quia vocabula nobis nota ſunt, putamus res aeque tales eſſe, quales per vocabula ſignificantur.

§. 5. Porro requiritur, ut medicamenta legitime diſpenſentur, & certis ſuis ponderibus atque menſuris diſtribuantur. Dantur autem pulveres a grano ad ſcrup.

ij. vel

ij.vel drach.j. *Williſius* ſaepe illos cochleari metitur. Potiones ad unc. Miſturae liquidae uno vel altero cochleari. Salia fixa ad drach. j. Volatilia ad grana ſex vel octo, ſpiritus acidi ad guttulas 7.9.vel 12. Elixiria a guttulis 15.ad 40. Extracta a grano ad ſcrup.j.vel ſcrup.ij.exhibentur.

§. 6. Granum gr.granum hordei aequat pondere.
Scrupulus ſcrup.j.pendet grana xx.
Drachma drach.j.tres ſcrupulos continet.
Uncia unc.pendet drach. viij.
Libra lib.eſt pondus unc.xij.
Lib.ſem.id eſt unc.vj.
Manipulus M.quantum manu comprehendi poteſt.
Pugillus P. quantum adductis digitorum apicibus attollitur.
Numero.No.) ita fructus & ſemina diſtribuuntur.
Paribus.Par.)
Ana.a.aa.id eſt eorum quae recenſentur aequalis debet eſſe quantitas.
P.aequ.partes aequales.
gt.guttulae.
q.ſ.quantum ſufficit.) hoc arbitrio prudentis pharmacopoei relinquitur.
q.v. quantum vis.
q.pl. quantum placet.
S.a.ſecundum artem.
l.a. lege artis.
S. ſignetur.
ſ.ſ.ſ.ſtratum ſuperſtratum.
MB.Balneum Mariae.

§. 8. Quandoque compendium facimus, & uno ſub titulo plura intelligimus medicamenta, ſic noſſe debent pharmacopoei, quae ſint radices quinque aperientes aliaque ne medicus ſemper opus habeat ea in ſpecie recenſere. Comprehenduntur illa in hac claſſe.

Quinque radices aperientes. Radix apii, aſparagi, foeniculi, petroſelini & ruſci.
Quatuor herbae emollientes. Althea, Beta, Malva, Violaria.
Quinque herbae capillares. Capillus Veneris. Phyllitis. Polytrichon. Ruta muraria & Ceterach.
Tres flores cordiales. Borraginis, bugloſſae, violarum.
Quatuor ſemina calida majora. Semen aniſi, cardanomi, cumini, foeniculi.
Quatuor ſemina calida minora. Ammios apii, carvi, dauci.
Quatuor ſemina frigida majora. Sem.cucumeris, cucurbitae, citrulli, melonum.
Quatuor ſemina frigida minora. Cichorei, endiviae, lactucae & portulacae.
Lapides quinque pretioſi. Granatus, hyacinthus, ſapphyrus, carneolus, ſmeragdus.

C A P. XXIV.

De Formulis.

§. 1. MEdicamenta ut variant, in diverſis ſub formis vel ſervantur in pharmacopoliis, vel ex tempore ad nutum medici parantur, qualia ſunt.

Aceta. Haec vel ſimplicia ſunt vel compoſita, parantur per fermentationem, per deſtillationem.

Aquae ſimplices vel compoſitae; illae cum vel ſine vino, ex toto, vel ex ſucco: hae variis cum ingredientibus deſtillantur, quibus non raro per imprudentiam adduntur ea, quae nullam unquam reddere poſſunt humiditatem, neque blandiori hoc calore alterari.

Boli.

Boli. Rarius a recentioribus praeſcribnntur. Pro exemplo ſint ſequentes, unus purgans, alter alterans. ℞. elect. de tamarindis cum foliis ſennae unc. ſem. pulveris radicis laxativae drach. ſem. fiat bolus aſperg. ſaccharo. ℞. Conſerv. roſar. antiqu. drach. ſem. confect. alkerm. ſcrup. j. f. bolus.

Cataplaſma eſt medicamentum in forma pultis. Fiunt vel extemporanea commiſtione pulverum & liquidorum: vel per coctionem, quale eſt ſequens ℞. Rad. alth. unc. j. ſem. H. Malv. bismalvae M. j. flor. chamomil. p. j. coque ad putrilaginem, adde farin. lin. drach. vj. vitellum ovi, oxymel. ſimpl. unc. ſem. f. cataplaſma.

Clyſter eſt liquor vel decoctum ano injiciendum. ℞. decoct. Betonic. unc. iv. liquor. Corn. cerv. ſuccinat. gr. xv. mellis violat. drach. ij. f. Enema in epilepſia pro infante. ℞. decoct. emollient. lib. j. ſal. tart. gr. xiij. ſacchar. drach. j. ſem.

Condita parantur cum ſaccharo vel melle. Confecta ſunt radices, ſemina, vel fructus, ſaccharo incruſtata.

Conſervae ſunt folia, flores, vel etiam radices cum ſaccharo contuſae.

Decocta ſunt medicamenta coctione pro purgandi vel alterandi uſu praeparanda, pro exemplo eſto decoctum folior. Senn. *Mynſicht.* cum vel ſine rheo.

Electuarium eſt in forma mellis vel paullo ſpiſſius. Paratur ex conſervis, conditis, pulveribus, extractis, ſirupis, eſſentiis, elaeoſaccharis. v. g. ℞. Conſerv. roſar. unc. ij. theriac. drach. ij. radic. Enul. condit. drach. iij. Extract. Croc. gr. iij. pulv. anonim. drach. ij. ſpir. cephal. gr. xv. c. ſir. fl. poeon. f. Electuarium in catarrho.

Elixirium eſt compoſitum, beneficio menſtrui variis ex ingredientibus praeparatum: habet maximam convenientiam cum eſſentiis. Proſtrant in officinis elixir. propriet. *Paracelſi*, album *Helmontii*, uterinum, amarum, febrile, ſpleneticum, &c.

Emplaſtra ſunt medicamenta tenacia, corio inducenda vel linteo, ut cuti adhaereant: Huc pertinent cerata emplaſtris molliora, dropaces, picationes, ſparadrapa.

Emulſiones ſunt medicamenta lactiformia ex nucleis & ſeminibus cum aquis deſtillatis vel decocto aliquo parata. Sumitur pro unc. j. aquae drach. j ſeminis.

Epithema eſt medicamentum externum vel in forma ſicca, vel in forma liquida. In forma ſicca ſub ſpecierum, pulveris vel farinae nomine parti externae apponitur; vel eſt in forma liquida, & nihil aliud quam vel ſola aqua, vel acetum, vel miſtum ex aquis & pulveribus: In officinis proſtant aquae pro epithemate cordis, quae ex tempore miſtae epithema cardiacum conſtituunt. e. g. ℞. aquae pro epithem. Cord. unc. ij. ſpec. pro epithemat. drach. j. & ſem. miſce.

Eſſentia eſt liquor concentratus, & ſola conſiſtentia differt ab extracto.

Foecula eſt medicamentum ſub forma pollinis, convenit cum magiſteriis, talis eſt foecula poëoniae, iridis, bryoniae, ari.

Flores ſunt ſublimati pulveres v. g. flores ſulphuris.

Gelatinae ad confortandum ex tempore praeſcribuntur. Talis eſt gelatina cornu cervi; paratur prius juſculum, cum raſura C. C. cum aqua & vino, quod ſuperveniente frigore in gelatinam abit, additur medulla pomorum citri & ſaccharum.

Gargariſma eſt medicamentum liquidum ori & faucibus dicatum. Paratur vel ex aquis, vel ex decocto, additur mel, diamorum, dianuc. nitrum, ſpirit. vini, &c. e. g. ℞. aquae fol. querc. unc. x. nitr. praep. drach. j. ſem. miſce. f. gargarisma.

Infuſa differunt a decoctis, quod citra coctionem vim medicam poſſideant: v. g. infuſum ſol. fenn. infuſum vitri antimonii.

Julebi denotant medicamentum ad refrigerandum & confortandum in forma potus exhibitum. Vel omnes potiones in quemcunque finem adhibitas. Prioris generis potiones ſapore & colore plerumque ſunt gratae. Adduntur eum in finem ſirupi coralliorum, ribium, berberum, papav. errat. rub. idaei. acetos. citr. pro baſi ſumitur decoctum aliquod v. g. decoctum corn. cerv. vel aquae ſimplices deſtillatae, vel fontana, additur tinctura roſarum, ſpir. vitrioli ad gratiam.

Mor-

Digitized by Google

Morſuli parantur interveniente ſaccharo fuſo. Sunt vel alterantes vel purgantes. Eodem modo parantur *rotulae*, niſi quod pulveres minori doſi ſint in morſulis quam in rotulis, hinc ex omnibus quae cum ſaccharo ſoluto commiſceri poſſunt, parari etiam poſſunt morſelli & rotulae.

Olea ſunt vel expreſſa, vel deſtillata, vel cocta.

Peſſarium eſt in forma digiti, dum ſpecies ſacculo vel lana aut goſſypio exceptae, vel cum melle aut galbano incorporatae, in formam oblongam accommodantur.

Huic ſimile eſt *ſuppoſitorium* pro ano ex melle plerumque & ſale conſtans. Hujus loco utimur etiam lardo, radice petroſelini, alumine, ſapone, &c.

Pilulae compoſitae ſunt ex rebus ſiccis beneficio viſcidi ac glutinoſi alicujus liquoris incorporatis, pro purgandi vel alterandi uſu excogitatae.

Praeparata ſunt pulveres tenuiſſimi, ſaepius intervenienete aqua aliqua deſtillata in conum collecti, ut ex tempore iterum in pollinem redigi poſſint. v.g. Corall. praeparata.

Pulveres & ſpecies fiunt tritura & laevigatione. Officinales ex pluribus ingredientibus facti vocantur ſpecies. Si aromatici ſint trageae.

Sacculi fiunt ex vegetabilibus ſacculo exceptis v.g. ſtomachales, cordiales paregorici, in colica & calculo, pro cucupha.

Spiritus ſunt ſalia phlegmate ſoluta.

Sirupus eſt liquor medicamentoſus cum ſaccharo vel melle ad mellis liquidiuſculi conſiſtentiam coctus.

Tincturae ſunt extractiones ſine abſtracto menſtruo. Sunt qui tincturam coralliorum ſiccam quoque oſtendunt.

Trochiſci ſunt parvae rotulae ex pulveribus viſcoſo aliquo liquore compactis compoſitae & charactere notatae.

Linimenta & unguenta ſola conſiſtentia differunt, illa enim fluidiora, haec minus fluida ſunt. Sumitur olei unc. j. pinguedinis unc. ſemi. vel drach. iij. pulveris & cerae drach. j. Sed plura non addo cum tyronibus ſcripſerim, non veteranis. Neque farraginem ingredientium magni faciam, cum paucis etiam rem aeque feliciter expedire poſſimus.

DEO Optimo Maximo ſit laus honor & gloria in ſempiternum! Amen.

Finis Libri Quinti.

CASUS I.

Cephalalgia.

Paſtor aetatis circiter annorum triginta quaeritur de appetitu ſaepius dejecto, ſiti circa prandium & coenam in principio mox urgente. Maximos circa tempora patitur dolores, praeſertim ſi in aere nebuloſo verſetur, accedit memoriae imminutio, & animalium functionum tarditas.

EX ventriculo affectum hunc ſuam traxiſſe originem, atque ſic per conſenſum inductum fuiſſe hanc Cephalalgiam, haud dubitandum: Non tamen eum hic intelligi volumus conſenſum, quem ſibi imaginati fuere veteres, occultum ſcilicet ſed manifeſtum nos credimus, utpote qui conſiſtit vel in vicinitate, qualis inter pleuritidem & diaphragma, vel in communitate vaſorum transmittentium, ut inter pancreas & inteſtinum duodenum; vel ſubſtantiae ſimilitudine, prout inter nervoſas omnes partes ea vulgaris eſt.

Sitim exortam credimus a ciborum reliquiis, quae in ventriculo in putrilaginem

nem degenerarunt, & lympham magis viſcidam reddiderunt, unde glandulae ſalivales, tali lympha viſcida repletae, ſitim induxerunt praeternaturalem.

Dolores circa tempora potius ſentiuntur. Cum ibi non tantum plura reperiantur vaſa, ſed & muſculi ibidem teneriores ac aëri magis expoſiti, coagulationem circulantium liquorum, ſicque obſtructionem facilius incurrant.

Hinc inducta circulantium craſſitie memoria ſimul imminuitur, ob ſimul generatos ſpiritus craſſos etiam ipſis nervis infenſos, neque functionibus animae obeundis idoneos: Non mirum vero, cum illa depravata labes eis a prima origine, chylificatione videlicet vitioſa, contracta ſit. Qualis enim chylus, talis ſanguis, & qualis ſanguis, tales etiam erunt inde enati ſubtiliores aliás liquores.

Chronicum vero hoc eſt malum, & paſtoribus non raro familiare, utpote qui catarrhis, apoplexiae, phthiſi &c. aliás obnoxii deprehenduntur; Spiritus namque multum impendunt, ac praeterea hyemali tempore in locis frigidis aperto capite ſaepe nimiam moram nectunt, unde coagulationes ſuccorum facillimè incurrunt.

In curatione ergo non ventriculi ſolum, ſed totius maſſae S. habenda eſt ratio: praecedat tamen emeticum tale vel ſimile v.g.

℞. *Tartar. emet. gr. ij. vel iij. S. Drechpuelverlein a.t.m.*

hoc non tantum primae viae a ſaburra liberantur, ſed & ſaepe materia ſ. lympha viſcida hinc inde ſtagnans per concuſſionem quaſi extricatur & ad motum deducitur.

Dehinc deobſtruentia ſive ſtomachica vulgo ſequantur, inter quae elixir propr. eſſ. abſinth. ſpir. cephalicus, haud ultimo loco ponuntur, nec minus aeſtimentur decoct. betonicae, veronicae, ſalviae ſiccae, verbenae &c. multum etiam commendari ſolet in cephalalgiis omnibus Tr. mille pedum, & alia omnia ex his parata.

Addi tamen his poſſunt eſſ. ambrae, caſtorei, ſpir. lilior convall. &c. pro memoria vero confortanda in uſum veniat *Tr. Succini*, *Potus Theae*, ac *Coffeae*, quae inſtar omnium erunt, *ſal volatile* etiam, *c.c.* naribus odorandum offeratur. Laudatur etiam a plurimis *pulvis trithemii*, parum tamen habet in receſſu, niſi intemperamentis frigidis.

℞. *Tinct. ſuccini cum ſale armoniaco parat, drach. j. ſem. eſſent. anodyn. ſcrup. ij. MS. S. Eſſentz.*

℞. *Extract. cephal. Mynſ. ſcrup. j.* f. pill. n. xv. dentur cum pulv. roſar. rubr.

Ut alvus libera ſit, prout in capitis omnibus affectibus requiritur, clyſter domeſticus applicetur, ne ſymptomata ingraveſcant.

Externe convenit empl. de minio fronti impoſitum, vel unguentum alabaſtrinum, aut

℞. Species pro cucupha unc. ſem. vel drach. vj. dentur in nodulo. S. Species *dum Daupt*.

CASUS II.

Hemicrania.

Sexagenarius jam ab aliquot annis, de vehementi dolore capitis, dimidiam & quidem dextram ejus occupante partem, queſtus eſt, & quidem quod hyeme magis, quam aeſtate affligere ſoleat, cui nunc acceſſit auditus difficultas, & pulſatorius auris internae dolor adeo intenſus, ut de inflammatoria obſtructione ſuſpicio ſit.

AFfectum hunc ut duplicatum quidem aſpicimus, nomen tamen hemicraniae, utpote a potiori ſymptomate, ei imponimus.

Cauſam in intemperiem ſanguinis viſcidam & pituitoſam rejicimus, Unde ſal

ſui juris factus, haud rite diluitur; hinc pituita multo ſale repleta, per arteriarum poros, in partes membranoſas, tum intra tum extra cranium egreſſa, & ſubſiſtens, triſtem ſenſationem efficit.

Magis vero hyeme affligit dolor, quia pori magis coarctantur, ac tranſpiratione ſic ſuffiaminata, ſucci coacervati ac in tubulis hinc inde ſubſiſtentes, dolorem magis ſentire faciunt.

Auditus difficultas acceſſit, a particulis craſſioribus tubulos nervi auditorii obſtruentibus, atque ſimul *internae auris dolor intenſus* ſimul pulſatorius jungitur, a copia particularum craſſiorum obſtructionem augente, ſicque membranoſis auris partes nimium extendente, vel inflammationem inducente ac pulſatorium ſimul ſenſum imprimente, quae phaenomena ſuppuratio ſaepe comes eſſe ſolet.

Ut eventum mali hujus paucis attingamus, fere pronunciare poſſumus illud curatu difficile fore, praecipue ob aegri aetatem, & metuendum ultro ne in apoplexiam, phrenitidem, vel paralyſin degeneret.

Scopi tamen curationis ſint, materiae peccantis (ut vulgo vocatur) praeparatio, tum evacuatio, doloris ſedatio, & ubi tumor exoritur, ſuppuratio & denique affectae partis confortatio.

Inſtituitur vero peccantis materiae praeparatio, ut quod viſcidum eſt, ante propinatum catharticum paulum diluatur, & ad faciliorem motum diſponatur, quo poſtea cathartici motum eò facilius ſequatur.

Sunt vero praeparantia haec ſalina omnia vel volatilia vel fixa, hinc omnia ex tartaro, *ſale abſinth. Card. benedict.* ſale armoniaco, &c. huc ſpectant, ſic. v.g.

℞. *Tartari vitriolati* gr.xv. *Succini pulveriſati* gr.v. pro doſi. S. digeſtiv.

Tartari vitriolati loco, ſumi aliàs poteſt arcanum duplicatum ſive caput mort. aquae fortis a ſcrup.ſem. ad drach.ſem. Succinum additur non quod ſit cephalicum, ſive dicatum cerebro, ſed quod mediantibus ſuis particulis volatilibus acidum invertat, potiſſimam malorum talium cauſſam.

Pro hoc & ſimili ſcopo ſequentia etiam non erunt minoris momenti v. g.

℞. *Liquoris tartari unc.ſem.* S.liquor 30. 40. *Tropffen uno mehr im Trincken ſu geben.*

Vel ℞. *Tinct. ſcoriar. regul.* antimonii. Tartariana drach.j. S.Eſſentz xv.

Jam quod attinet evacuatorium ſcopum, non hic ad elective purgantia reſpiciemus, utpote quae nunc dubia diu fuere reddita, ſed gradibus ea dimetiemur, v.g.

℞. *Extr. panchymagog.Auguſtan. vel Crollii* ſcrup.ſem. vel gr. xv. *Scammon. correct.* gr.iij. olei *Succini* gtt.j. miſc. & cum ſpir. lilior. convall. fiant pillulae no.xv. quae aſpergantur foecula poeoniae. S.*Dauptpillen* pro doſi.

Vel ℞. *Extracti diearthami* drach.j. ſolve in aqua *flor. tiliae*, *adde crem.* Tartari ſcrup.j. *Syrup.roſar.ſolitivi* drach.vj. *Aqua cinamomi* unc. ſem. Miſc. fiat potiuncula a. 1. m.

Si aeger purgans prius in pillulis deglutiit, tum paullo poſt ad facilitandum in ventriculo & inteſtinis motum, vel juſculum aſſumat vel potum theae hauriat. Si vero forma in liquida hoc ſit aſſumtum, tum per aliquot horas nullum capiat cibũ.

Praeter evacuatorium hunc ſcopum, ubi pars materiae peccantis per alvum deturbatur, alia ſe ſiſtit evacuationis ſpecies, per ambitum ſcil. corporis; & haec quidem praefertur priori: Depuratur etenim hac methodo ſanguis, qui immediatam mal. cauſſam convehit & continet.

Sic ℞. *Theriac.*drach.j. ſolve in ſ. q. *aquae card.benedict.* adde *miſturae ſimpl.* ſcrupul.j. miſc. D. S. Dolor ut mitigetur, conducere poterunt papaverina, chamomilla, melilot. cinnab.nativ.opium.arcan. duplicatum &c. v.g.

℞. *Cinnab.nativ.* gr.iij. *arcan.duplic.* gr.ij. miſc.f.pulv.pro doſi.

Vel ℞. *Theriae.coeleſtis* gr.iij. dentur. S.

Ubi

Ubi tumor exoritur & ad ſuppurationem tendere intendit, externè applicetur cataplaſma ex Herb. *malv. flor. melilot. chamomill. fol. lauri, ſem. foenugraec. cum lacte* factum.

Abſceſſu rupto ad ulceris mundationem in uſum veniat miſtura ex ſpir. vini & tantillo mell. roſat.

Tandem ut quartus obtineatur ſcopus, partis ſcil. affectae roboratio.

℞. *Tinct. ſuccini* drach. j. *caſtorei* ſcrup. j. *Eſſ. ambrae* ſcrup. ſem. miſc. S. *Haupt* Eſſentz *zu* xı. *Tropffen* cum aqua lilior. conval.

℞. *Spir. c. c. compoſit.* drach. ij. ſem. D. S. Spiritus.

Si praemiſſa omnia in caſſum ſint adhibita, refugium erunt acidulae, veſicatoria, vel fonticuli aut ſetacea: Nec ſacculi omittantur calidè aplicati ex *ſal. toſto*, vel ex *ſerpillo, origano, ſalvia, baccis juniperi, rad. angelic.* cum aqua *anhaltin.* irrigati imponantur.

Praeterea vitetur aër frigidus, ac is ſuffitu corrigatur, qui tantum praeſtat quam deſtillatum aliquod. Vinum item vitetur ac alvus libera ſemper ſit.

C A S U S III.
Epilepſia.

Vir nobilis aetatis conſiſtentis, ante biennium vexatus malo hypochondriaco, incidit in dolorem colicum, ſuccedente ictero nigro, quem nunc motus convulſivi cum ſenſuum ablatione, per intervalla excipiunt: ad ſe rediens, quaeritur de articulorum doloribus, manuumque & pedum dolorifica reſolutione.

Affectus hic eſt complicatus, ob ſymptomatum congeriem, epilepſiam vero vocamus a ſymptomate magis urgente, & quidem conjuncta ea hic eſt cum paralyſi notha & arthritide: & in caſu ſub nomine motus convulſivi comprehenditur. Differunt enim hi a convulſionibus ſimplicibus. Sic convulſivos motus adeſſe dicimus, quando partes mox contrahuntur, mox iterum extenduntur. Convulſio vero ſimplex ſaltem ſpaſmus eſt.

Quod hypochondriaci colica facile corripiantur, non ex alia eſt cauſſa, niſi ob lympham viſcidam & acrem, ac bilis inertiam, unde alvus eis eſt ſiccior & ſegnior.

Icterus vero niger non eſt ab obſtructione lienis, ſed ab obſtructione vaſorum capillarium, & impedita per vaſa haec circulatione: haec vero praeſupponit intemperiem ſanguinis viſcidam, & coagulationi leviter obnoxiam, unde ſpiritus animales etiam craſſiores & male diſpoſiti ſegregantur, qui tum circa certas lunae phaſes epilepſiam, cum reliquis phoenomenis inducunt, & quidem ob peculiarem nervorum ad artus tendentium obſtructionem, reſolutionem pedum & manuum inferunt.

Cauſſa ergo eſt acidum quoddam nervis admodum infeſtum & ſpiritibus animalibus, ſive ſucco nerveo legitime ſegregando, vel perficiendo, inimicum: unde & malo hoc correpti ſubito cadere ſolent, ob nervorum flacciditatem, quando hi a ſpiritibus animalibus non amplius tenduntur & expanduntur.

Recidivare vero ſolet hoc malum, quando nunc pori & tubuli cerebri ita diſpoſiti ſunt redditi, ut nullus amplius laudabilis ſuccus nerveus ſegregari queat, ſed is vel acris nimium, vel craſſus, & obſtructionibus aptus ſegregatur, atque tum non tantum motu, ſed & quantitate, acrimonia &c. vitioſas perficiat functiones.

Videtur vero malum hoc, in propoſito ſubjecto ſatis periculoſum, non ob ſymptomatum congeriem ſaltem, ſed & quod ante pubertatem ſaltem illud curabile obſervatum ſit, poſtea raro vel non.

Digitized by Google

Curationi tamen inſiſtatur & in & extra paroxyſmum.

In paroxyſmo ad excitandum vel in ordinem redigendum ſubtilium agentium motum, naribus offerantur *Spir.ſalis armoniaci, aqua epilept. Lang.caſtoreum*,&c.

Spinae dorſi infricetur *Spir.convulſivus lumbricor. aqua hyſter.cum caſtor.* &c.

Et aeger ſi in loco tenebricoſo verſetur, in magis lucidum feratur,ut eo citius excitetur & ad ſe redeat.

Extra paroxyſmum reſpectus habeatur cauſae, quae cum in viſciditate & acrimonia circulantium humorum originaliter conſiſtere ſoleat, quovismodo ad ſtatum naturalem reduci tenetur; & quidem ſi humore quantitate excedere hariolentur, plethora videlicet adeſſe praeſumatur. V. Sectione ea paulisper minuatur. Poſtea primarum viarum ſaburra acida eliminetur, modo per praeparantia, modo per evacuantia. Scopos vero hos duos unico ſequenti remedio aſſequi poterimus, v.g.

℞. *Radic.5. aperient. angelic. poeon.* aa. drach.j.
Herb. betonic. ſalviae aa. m. j.
Flor. tiliae. Stoechad. Lilior.convall. aa. p.j.
*Fol.ſenn.*unc.j.ſem. *Agaric.* unc.ſem.*ſem.carthami.* unc.j. *crem.tartari*.ſcrup.ij. *cinamomi. Zingib. macis* aa. ſcrup.j. Incisa groſsè dentur ad nodulum. D.S.

De hinc ad ſpecifica acceſſus fiat, utpote acido acri minus volatili corrigendo in ſpecie dicata. Sic a Cratone cinnabarina praedicantur, ut *Magnes Epileſiae*, *Riverius* commendat pulverem *Valerianae* ad cochlear j. *Barbette* potionem *ex ſapone Hiſpanico* &c.

Laudant alii *Corvum* in olla ad nigredinem combuſtum, vel *ſecundinam humanam* ad drach.j.

D.Ludovici ſuum pulverem Epilepticum aliis praeſert. v.g.

℞. *Pulv. bezoard. alb.* (qui paratur ex C. C. *philoſ. terra ſigill.* & *unicornu foſſ.* aa. unc.ſem.) *ſuccini albi* pp.drach.iij. *cinnab.nativ.* ſcrup. iv. *laud.opiat.* ſcrup.j. Miſc. f. pulvis.

Infanti unius menſis exhibet quartam grani partem, trimeſtri gr.j. &c.

Nos laudamus *Tinct. Opii Dn. Maets cum ſpir. noſtro Cephalico* ſpir. C. C. compoſ. paratam.

Potus theae etiam largius dari debet, ac quidem in primo cyatu *liquoris C. C. ſuccinat.* gtt.xx.

Salis vol. etiam C. C. ſingulis diebus ſemel detur a drach.j. ad drach. ij. cum cereviſia tenui calida.

Sudores quoque ſingulis diebus mane in lecto eliciantur, praemiſſo *potus theae* ad gratiam, interpoſitis *pillulis purgantibus cum caſtoreo*, quales habent *Barbette* & *Decker*.

Variis irritis ſetaceum Epileptico ſuaderi poterit.

Ad artuum vero reſolutionem praeter ſudoriſera etiam *Thermae* & *Balnea* conſulantur.

In diaeta vitentur omnia acida & viſcida, & terror, ira &c. Pro potu concedantur cereviſia vel *vinum ſalviatum, enulatum* &c.

CASUS IV.

Apoplexia.

Judaeus ſenex, facie rubicundus, poſt mediam noctem ſtertere incipit, uxor inſoliti quid obſervans, eum excitare conatur, rata, eum in ſomniis vexari, quod aliàs ipſi non erat inſolitum, verum fruſtra, jacet inſtar mortui, ſine ſenſu & motu, excepta reſpiratione & pulſu.

AFfectus eſt apoplexia fortis ob reſpirationem admodum imminutam, ex hac etenim vel imminuta admodum vel ſubinde remittente fortitudo hujus affectus patet.

Differt vero affectus hic a caro in hoc, quod in caro reſpiratio ſit liberior,& a paſſione hyſterica, quod in hac non omnes ſenſus tollantur, & a ſyncope, in qua partes ſentiuntur rigidae, ubi econtra hic laxae & flaccidae.

Malo vero huic obnoxii facile fiunt ſanguinei, cum eorum ſanguis a centro verſus ſuperficiem impetuoſius moveatur, ſegnius vero a ſuperficie ad centrum.

Dari verò Apoplexiam a ſanguinis reſtagnatione, morbus Hungaricus indigitat, ubi aegri nonnulli paulo ante mortem, in profundiſſimum labuntur ſomnum.

Poſt mediam noctem vero aegrum hoc malo correptum eſſe, cauſa potuit eſſe, vel quia tum minor humorum agitatio, vel quia peracta tunc chylificatione, novus chylus ſanguini infuſus, ſingularem potuit inducere alterationem & diſpoſitionem ad ſubitam talem ſtagnationem circulantium humorum.

Stertor exoriri videtur a lymphae in aſpera arteria reſtagnatione, haec enim ſpirituum animalium influxu ſublato, ſtatim aëri viam intercludit, non aliter ferè ac fit in ſtrangulatis.

Inſomnia de vertigine, de caſu ab alto, in Senibus Apoplexiae, in Infantibus Epilepſiae ſolent eſſe prodromi.

Senſus & motus pereunt ab impedita ſpirituum animalium ſegregatione & influxu, a ſanguine enim ſtagnante & vi in cerebrum adacto, quaſi comprimuntur orificia nervorum. Pulſus vero ad tempus adhuc durat venis & arteriis non omni ex parte, & quaſi uno momento obſtructis, ſed pro parte adhuc circulum permittentibus.

Dividit *van Helmont* Apoplexiam in poſitivam & privativam. Poſitivam eam credit ubi ſpiritus quidem adſunt, ſed tranſitus negatur: Privativam vero ubi ſpiritus deficiunt, neque ex qua neceſſum eſt adſunt copia.

Alii diſtinguunt in ſanguineam & pituitoſam. Sanguineam ab immediata ſanguinis ſtagnatione, & ſuſflaminata circulatione: Pituitoſam vero ab obſtructis variis cerebri ſaltem tubulis a lympha viſcida originem trahere ſtatuunt: atque hinc curam maxime diſtinctam oportere eſſe contendunt. Sic in ſanguinea commendant V.ſect. non item in pituitoſa, in hac vero purgantia fortiora, in illa non. Sic item in pituitoſa volatilia praeſcribunt, Temperata vero in ſanguinea: clyſteres etiam in hac volunt eſſe emollientes in illa vero acriores. Diaetam quoque obſervari deberi notant, ubi in pituitoſa aromatica laudant, in ſanguinea vero mucilaginoſa ſive juſcula ex animalium extremitatibus, & lacticinia.

Curatio interim & in & extra paroxyſmum inſtituatur.

In paroxyſmo primarius ſcopus eo collimet, ut omnimodo excitetur aeger, in hunc finem *Spir. ſal. armoniaci fortis* naribus adorandus admoveatur, vel *Sale vol. Cc.* ad aliquot grana eis inflertur, ac ori indatur.

Et ſi certi ſimus aegrum Apoplexia pituitoſa eſſe correptum, tum ſtatim vomitorium ſat potens infundatur. v.g.

℞. Sir. emetici unc. ſem. vel drach. vj. S.

In-

Infuſio vero aegrè & non niſi cum moleſtia magna fiet, interim tentetur quovis modo, vel etiam talis clyſter injiciatur. v. g.

℞. *Radic. Angelic. Enulae* aa. drach. iij.
Herb. Salv. majoran. Origani aa. m. j.
Flor. Stoechad. Anthos. Lilior. convall. aa. p. j.
Colocynth. in petia ligat. drach. ſem.

Coque in ſ. q. aquae tonitrualis (ob copiam nitri) Colaturae ℞. libram j. adde.
Aq. benedict. Rulandi, ſive *croci metall.* unc. iv. vel vj.
Sal. gemmae drach. j. Miſc. fiat clyſter ſtatim injiciendus.

Ori etiam infundatur hoc vel ſimile. v. gr.
℞. *Aqu. Epilept. L. hirundin. cum caſtor. Lilior. convall.* aa. unc. j. ſem.
Spir. Ce. compoſ. cephalici aa. drach. j. ſem. Miſc. S. Miſtur.
℞. *Aq. hyſter. cum Caſtor.*
Spir. ceraſ. nigr. Lilior. convall. aa. ſem. Miſc.
S. Spiritus pro ſpina dorſi & plantis pedum.

Pro praeſervatione detur *Sal volatile ce.* ad drach. j. bis vel ter in hebdomade inter prandium vel coenam: *Potus item Theae* bibatur cum ſalvia vel rore marino, ac ſingulis menſibus bis propinentur ſeqq. pilulae laxativae numero 5. vel 7. v. g.
℞. *Gummi ammon.* drach. j. *myrrhae. reſin. jalapp. diagrid.* aa. ſcrup. ij. *croci* ſcrup. j. *Sal vol. ſuccini* drach. ſem. *olei ſuccini* gtt. xij. MS.
Fiant pillulae numero LXXX. quae involvantur pulv. diambrae.

Praeterea *fonticulus excitetur*, & ad haemorrhoides reſpiciatur, quia horum fluxus admodum foret conveniens.

Si a percuſſione originem videatur trahere, videndum num Trepanatio inſtitui queat.

Extra Paroxiſmum alias conveniens eadem quae in Paralyſi.

CASUS V.
Paralyſis.

Quamvis autem praedictus Judaeus elapſis 24. horis extingueretur, & paulo ante mortem febricitaret: Alium tamen vidimus Apoplecticum, qui excitatus dextri lateris reſolutionem patiebatur, ablato omni motu & ſenſu, in eodem latere, manus & pes affecti lateris intumuiſſe videbantur, ſed tandem penitus flacceſcebant.

LAborabat hic Judaeus Hemiplegia ſeu Paralyſi unius lateris.

Manus & pes intumeſcebant, ob Spirituum defectum, & humorum ſtagnationem: *& flacceſcebant* ob impeditum Spir. animal. influxum.

In curatione (quae aliquando aegre obtinetur & quidem difficilius in ſenibus, quam juvenibus, difficilius item hyeme quam aeſtate, &c.) eo allaborandum, ut obſtructio nervoſarum partium tollatur, viſciditas circulantium humorum incidatur: & denique debilitatae partes roborentur.

Primo ſcopo inſervire poterunt purgantia & quidem fortiora.

℞. *Extracti diacarthami* ſcrup. iv. ſolve cum *Aq. cinamomi*, adde *caſtorei pulveriſati* gr. iv. *Tartari vitriolat.* gr. xxv. *Sir. diaſer. Andernac.* unc. j. Miſc.

Vel ℞. *Extract. cephal. Mynſ.* ſcrup. j. *Merc. dulcis* gr. viij. *Scammon. correct.* gr. iij. *Olei ſuccini* gtt. j. Miſc.

Fiant pillulae numero xv. deauratae dentur. Omnibus remediis in Paralyſi debet addi caſtoreum.

Si in infuſo purgans deſideretur, infuſio fiat *cum decocto lignorum*, non enim hujus mali cura a curatione Luis venereae abludit multum. Prae-

Praemiſſis ſi opus purgantibus, vel iis omiſſis ad ſudorifera fiat acceſſus, quoniam vero ſudor difficulter hic obtinetur propter pororum nimiam anguſtationem ex obſtructione, hinc valida ſint ſudorifera, vel inſuper in Laconico ſudores exprimantur.

℞. vero. *Theriacae rec.* drach.j. ſolve cum *Aq. Flor. ſambuci*, adde *Spir. Tartari compoſ. Tinct. Antimonii ex ſcoriis.* aa. drach.j. Miſc. pro doſi.

Theriacam commendamus, quia ob diverſitatem aetheris, in fluidis corporis noſtri, inſuetas producat fermentationes, in ſtagnantibus partibus.

Vel ℞. *Antimonii diaphoret. cinnab. nativ.* aa. ſcrup. ſem. *Salis vol. viperar.* gr. iij.

Fiat pulvis, cui ſuperbibatur hauſtus Decocti Lignorum.

Bezoardicum minerale hic etiam praeſtantiſſimum praebet deobſtruens pro debilitatarum nervoſarum partium, vel ſpirituoſarum earundem, incolarum roboratione.

Rec. *Spir. cephalici. Cc. compoſiti.*
Salis vol. oleoſ. cephalic. aa. ſcrup. ij. Miſc. S. Eſſentz *ju* xv.
Rec. *Tinct. antiſcorbuticae Bontekoei* unc. iij. S. Spiritus *jur* Eſſentz.

Externè inſtituantur inunctiones per ſpirituoſa & penetrantia, non vero in parte affecta, ſed in ſpina dorſi, cum obſtructionis initium & principium ibi ſubſiſtat.

Rec. vero *Spir. vini rectificatiſſimi, convulſivi* aa. unc. j.
Olei philoſophor. drach. ij. *Iuniperi* ſcrup. ij.
Aq. hyſter. cum caſtor. unc. j. Miſc. S. miſtur.
Rec. *Olei circulati Fauſii.* unc. ij. S.

Aqua hyſterica additur praemiſſae miſturae ut Spir. vini paulum temperetur.

Conveniunt etiam unguenta, ſed ſint ſubtilia & cum oleis deſtillatis remixta v. g.

Rec. *Unguent. Nervin. martiati* aa. unc. j. *olei thereb. lucid.* drach. j. *C. Cervi* drach. ſem. *Salis vol. cc. in ſpir. propr. ſol.* ſcrup. ij. Miſc. Fiat linimentum.

Poſt inunctionem pars affecta Paralytica tegatur linteis calidis, vel panis calidus imponatur lateri affecto.

Maximo cum emolumento etiam ſpinae dorſi imponitur Empl. de ranis cum mercur., utpote ad omnes viſcerum obſtructiones pituitoſas efficax.

Rec. vero *Empl. de ranis cum quadruplo* mercur. unc. j. *Camphorae* drach. ſem. malaxetur cum *olei ſuccini*, & detur.

Thermae cum aliquando juviſſe aliquando nocuiſſe deprehenſae ſint, hinc earum uſus cautè inſtituatur.

Pro praeſervatione convenit Fonticulus, & creber uſus *Tinct. ſuccini. Liquor. cc. ſuccin. Aq. Anhalt.* &c.

CASUS VI.

Vertigo cum conſumptione totius.

Puer undecim annorum plerumque poſt ſomnum de capitis imbecillitate conqueritur, a prandio ſubita virium dejectione cum ſcotomia corripitur, corpus contabeſcit, & ſaepius alvi torminibus vexatur: quaeritur quis morbus, & quae remedia ſint adhibenda?

QUum nonnulla hic concurrant ſymptomata, quae alias non accidunt vertiginoſis, hinc affectus hic propriè loquendo non eſt vertigo, ſed eſt congeries morborum a ſpirituum animalium depravata, & craſſa diſpoſitione non tantum, ſed & circulantium reliquorum humorum viſciditate, vel & vaſorum lacteorum obſtructione dependens.

Vertiginem induci a ſpirituum craſſitie, probatur exemplo ebriorum, ebrii namque

que ſunt vertiginoſi, quia ſpiritus volatiles vini ſunt craſſiores, ac adeo brevi tempore ſpiritibus animalibus aſſimilari haud queunt, hinc ob miſtionem perturbatam, & motum inaequalem, vertiginis phaenomenon exoritur.

Si per conſenſum eſt, facilè cognoſcitur, quia invadit cum praecordiorum anxietate, vel etiam nauſea aut vomitu.

Vertigines hyſtericarum vel hypochondriaearum mulierum, ex complicato malo patent.

Capitis imbecillitas poſt ſomnum adeſt, quoniam humores circulantes per meningum tubulos ſegnius moventur.

Somnus etiam in vertiginoſis ſaepe ſolet eſſe turbulentus, quia ſpiritus a particulis heterogeneis comitantur, quae ſi ſunt craſſiores ſomnum, ſi vero ſubtiliores vigilias inducunt.

Virium proſtratio ſe jungit, quia pauci & craſſi quidem ſpiritus generantur, vel quod ſanguis nimium moveatur, id quod a bile, ab humore aliquo calido, & forte vinoſo fieri poteſt: Vel etiam ab inordinata fermentatione, & quod tunc particulae exhalent, quae ſanguini commiſtae ejus rarefactioni in corde reſiſtunt.

Corpus contabeſcit ab acrimonia humorum ſalina & craſſa, unde ſpiritus ſimiles generantur, qui tum cum ipſi ſint craſſiores vel ſalini, dulcificationem ſucci nutritii perficere haud queunt.

Tormina etiam ſentiuntur, vel quia pori inteſtinales ſunt obſtructi, vel quia fortè lumbrici domicilium ſibi in inteſtinis conſtituerunt, quoties etenim tormina ſentimus, toties ſuſpicio de lumbricis capi poteſt.

Morbus interim hic non eſt contemnendus, ſolet enim vertigo ſaepius eſſe prodromus Apoplexiae in ſene, vel Epilepſiae in juvene.

Videntur vero objecta moveri in circulum, quoniam ſpiritus a particulis heterogeneis in talem motum rapiuntur, & tum mens concipit ideam motus circularis.

Sic qui ab alto deſpiciunt, ſaepe fiunt vertiginoſi ob motum.

Eſt verò Vertigo triplex: 1. Quando objecta videntur in gyrum agi, 2. quando videntur nigra, 3. quando aegrum projicit ad terram.

In curatione ratio habeatur craſſitiei humorum corrigendae: Obſtructionis factae in profundis, reſerandae, & capitis cum ventriculo roborandi.

Ubi per conſenſum ex ventriculo exoriri videtur vertigo, citam feret opem vomitorium oblatum v. g.

℞. *Tart. emet.* gr.j. vel 2. *Pulveriſ. rad. jalapp.* gr.v. Miſc. f. pulv.

Si vero ex viſciditate circulantium etiam humorum, tum inſtituatur praeparatio, & denique ejuſdem eliminatio vel per Purgantia vel Sudorifera.

Inter praeparantia poni merentur praeter ſalina varia, & omnia ex Tartaro parata, etiam *balſamica Tinct. Propr. Mynſ. Elixir Propr.* ſ. acido, *Eſſ. carminativa, ſpir. ſalis ammoniaci ſimpl. & arom. Liquor. c. c. ſuccin.* &c. Si purgandum.

℞. *Mannae el.* unc.j. ſolve in ſ. q. *Aq. fl. acatiar.* adde *crem. tartari.* ſcrup.j. Miſc.

Vel ℞. *Extract. panchymag.* ſcrup.ſem. *reſin. jalapp.* gr.iv. cum *Tinct. purgante* fiant pill. no. 11.

Vel ℞. *Extract. diacarth.* drach.j. fiat potiuncula purg. prout de Paralyſi praeſcripta extat.

Pro obſtructione vero in profundis tollenda, ac ſic conſequenter capite roborando, utpote quae roboratio eadem eſt, ac reſeratio.

℞. *Liquoris c. c. ſuccinat.* ſcrup.ij. *ſpir. c. c. compoſ.* drach.j. *cephalic.* drach.ſem. *Eſſ. caſt.* ſcrup.j. Miſc. S. Eſſentz *ju* xv.

Vel ℞. *Spir. lilior. convall.* drach.ij. *Aq. Anhaltin.* drach.j. ſem. *Spir. c. c. compoſ.* drach.ſem. Miſc. S. ut ante.

Vel ℞. *Aq. cinnam. Lilior. convall.* aa. unc.j. *aperitiv. Schrod.* unc.ij. *Liquoris c. c. ſuccin.* ſcrup.j.

ſcrup.j. *Eſſ. caſtor.* ſcrup. ſem. *Syr. flor. pæon.* drach. ij. Miſc. S. miſtur.

Pro corrigendis ſtomachi depravatis contentis egregiè proſunt amara v.g. Eſſentia abſynth. compoſ. cum Spir. cephalico miſta. Multum quoque praeſtant pulveres abſorbentes horis veſpertinis exhibiti cum uno vel altero grano ſalis armoniaci, vel C.C. volat.

Nec etiam negligantur pulveres ſtomachales aromatici cum ſpecif.cephal.combinati. Si ſpecifica alia quis expetat, ei commendatur ſtercus pavonis vel in pulvere, vel electuario, ob ſal etenim volatile copioſum effectum ſuum edit, hinc

℞. *Stercoris pavon. q. lubet*, cum *conſerva betonic.* fiat Elect.

CASUS VII.

Mania.

Studioſus ab aliquot annis Epilepticus, ante Plenilunium furere cepit, loquebatur plura abſurda, vim adſtantibus inferre conabatur, altero die oculi rubeſcebant, furor erat acutus, lingua ſicca & arida, vigiliae continuae.

MAnia ſpecies melancholiae eſt cum furore, & quidem non differunt melancholia, mania, phrenitis & delirium niſi gradu: cum epilepſia vero convenit Mania, quia cauſa amborum conſiſtit in humoribus circulantibus ab acido ſingulari acre fermenteſcibili depravatis: vel nervorum tubulis ſingulari modo dilatatis, & ſic etiam craſſiores particulas tranſmittentibus: hinc frigus perferre poſſunt, quia humores etiam craſſi in nervos admiſſi, fibrillarum motum maximè intendunt.

Occaſio eſt a fermento intus in corpore genito, vel a fermenteſcibili craſſo foras adveniente, ut vino, vel aethere, aut ſpiritibus animalibus ſic ſenſim depravatis.

Pulſus in hoc malo quidem eſt magnus non tamen frequens, propterea non febrilis, quia, etſi ſanguis impurus, tamen miſtio ejus nondum turbata exiſtit.

Servat verò Mania ſua tempora inſtar febris intermittentis ferè, hinc plenilunium eligit.

In curatione ad inteſtinum motum praeternaturalem reſpiciendum: dehinc acidum peregrinum eliminandum, & denique urgentiori ſymptomati occurrendum; quod hic ſolent eſſe vigiliae nimiae, ob pororum vero ſive tubulorum nerveorum nimiam dilatationem, ac ſic nimis copioſam admiſſionem particularum etiam craſſiorum, nulla quies datur.

Primum ſcopum quod attinet ſiſti ſæpe ſolet inteſtinus circulantium humorum motus per V. ſectionem in brachio vel pede, & quidem ſatis largiter inſtitutam ad unc.x.& ij.

Poſt V. Sectionem motum etiam ſiſtunt frigida, ſed quia haec ſimul obſtruunt, hinc cautè propinentur. Nitrum vero convenit & camphora &c.& nitrum quidem etſi frigidum cenſeatur, non tamen obſtruit, ſed reſolvit, hinc infunditur potui ordinario. Vel.

℞. *Liquoris Nitri alcaliſati* unc. ſem. D.S.

Vel loco hujus ſumatur *liquor Tartari* vel *ſpleneticus Schroederi*.

Proſunt etiam chalybeata, ſic v.g. continuetur uſus *Tincturae Martis Ludovicianae* bis de die ad gtt. 25. ad 40. interpoſito ſubinde cathartico quale hoc eſſe poteſt v. g.

℞. *Reſin.jalapp.* gr.xv. *vitelii ovi tantill.* ſolve exactè & adde *aqua epilept. Lang.* drach.j. ſem. Miſc. S. a.t.m.

Purgantia oportet eſſe fortiora, alias vix ſaburram acidam commovebunt. Hinc & emetica magnae hic ſunt efficaciae.

Potius tamen extra paroxyſmum, quam in illo, purgantia offerantur, quia ſanguinem magis ſolent movere. Clyſteres vero ſi admittat aeger, ſaepius injici debent fortiores.

Denique vigiliae quovis modo demulceantur tam per externa quam interna: Inter interna omnibus praeferuntur emulſiones, & ſi vires ſint fortes etiam opiata dentur, praeprimis ſi ab ira malum ſumſerit initium: Si vero epilepſia praeceſſit, cautè dentur opiata quia nimis figunt ſubtiles ſpiritus, craſſioribus relictis.

CASUS VIII.

Phrenitis.

Juvenis ebrietati deditus, cum per aliquot dies mero incaluiſſet vehementiſſimè febricitavit, deliravit & in adſtantes involare conatus eſt.

Videtur affectum hunc ab eryſipilate in ipſo cerebro enatum fuiſſe, vinum enim inflammatoriam obſtructionem leviter inducere poteſt, quia ſanguinem coagulat: quod enim eſt eryſipelas in parte alia membranoſa, illud eſt phrenitis in meningibus.

Aequilibrium ſpirituum eſt ſublatum ob meningum ſive partium nervoſarum inflammationem ſive obſtructionem, unde floccos legunt, & alia abſurda peragunt. In curatione ergo non horum ſaltem, & turbatae ſanguinis miſturae reſpectus habeatur.

Inflammatoria obſtructio tollatur per V. Sectionem ſaepius repetitam, tum per deobſtruentia v.g.

℞. *Cinnab. nativ.* gr. v. *Nitri alcaliſati* gr. iv. *Pulv. Bezoard. vel antim. diaph.* gr. xij. miſc. f. pulv.

Vel ℞. *Lapidis Bezoar. cancror.* aa. gr. v. *Camphorae* gr. iv. miſc. f. pulv. pro doſi.

Tinctura Bezoardica ſaepius item detur, ac nitrum in potu ordinario copioſè propinetur.

Opiata quemadmodum in nulla inflammatione, ita nec hic conveniunt, niſi maritentur cum diaphoreticis v.g. cum ſale vol. c. c. vel cum tinct. bezoard. &c.

Inter externa conveniunt ea quae poros penetrant ac inflammationem demulcent, atque inter haec laudantur columbae vivae diſſectae & applicatae, &c.

CASUS IX.

Ophthalmia.

Vir conſiſtentis aetatis ſtudiis deditus ſtante borea prodiit in publicum, ſtatim ſenſit mordacitatem in oculo cum lachrymis involuntariè profluentibus, noctu ſupervenit ardor cum rubedine oculorum, multa vaſa ſanguine turgeſcentia in albo oculi conſpiciuntur, ac lucem ferre nequit.

Affectus eſt inflammatio oculorum ſive Ophthalmia: Eſt verò inflammatio humida ob vaſorum lymphaticorum copiam. *Barbette* diſtinguit inter ophthalmiam ex lympha craſſa, vel acri: in illa commendat *Tinct. Veneris & vitriolum album*, in hâc verò ſedativa utpote *Saccharum Saturn. tutiam*, &c.

Literati quando ſaepius hoc malo corripiuntur, id habent a continuis vel nimiis lectionibus, quia ſic ſpiritus depauperantur: & tum quod per vitam ſedentariam ſaepe concoctionem turbatam experiantur.

Lucem verò affecti *ferre nequeunt*, quia ob motum luminis, in quo ſolo ſubſiſt. lumen, ardor augetur.

Cu-

Curatio eo collimet ut obſtructio inflammatoria tollatur, ſeri acrimonia temperetur, affluxus praecaveatur, & oculus denique roboretur.

Quoniam verò huc multum contribuit depravata primarum viarum diſpoſitio, hinc ſi malum propterea contumax. ſit curationis gratia non tantum vomitorium commendatur, ſed & praeſervationis gratia etiam multum valet.

Diaeta etiam hic plus ſaepè praeſtat quam medicamenta.

Sic & Hippocrates notavit alvi profluvium lippientibus ſolatio eſſe. Purgantia ergo propterea non erunt hic extra uſum v. g.

℞. *Elect. de Tamarindis cum fol. ſenn.* drach. x. *cum aqua flor. acatiar. ſolutis* adde *Ialapp. pulv.* gr. xij. *Syr. roſar. ſolutiv.* drach. vj. miſc. S. *a.* 1. *m.*

Vel ℞. *M. P. Lucis maj. ex aloe roſat. extract. cochiar.* aa. ſcrup. ſem. *diagrid. pulver. troch. alband.* aa. gr. j. miſc. fiant pill. numero xxj. D. S.

Vel ℞. *M. P. de ſuccino Cr.* ſcrup. j. Fiant pill. num. xv. D. *a.* 1. *m.*

Poſt haec V. Sectio praeſentaneum hic erit remedium, vel hirundines retro aures vel tempora ponantur. Vel veſicatoria aut ſetaceum applicentur. Nec ſudorifera omittantur.

Externè pro Collyrio

℞. *Olei Saturn. dulcis* gtt. 20. *Tinct. Veneris* gtt. 10. *Sp. vini camphorat.* gtt. xx. *aqu. roſar. ſambuci* aa. unc. j. ſem. miſc. fiat Collyrium.

Vel ℞. *Album ovi optime conquaſſat.* cum *aqu. foeniculi, euphraſ. roſar.* aa. unc. ij. adde *Sachar. ſaturn.* ſcrup. ſem. *vitrioli albi* gr. vj. *Tinct. Veneris* q. ſ. ut coeruleo colore tingantur. Miſc.

Vel ℞. *Aq. chelidon. maj.* unc. ij. *Spir. flor. Sambuci* drach. ſem. *croci metall.* ſcrup. j. ſem. *Margarit. ppt.* ſcrup. j. *Sal. viperar. nicotian.* aa. gr. ij. Mixta ſtent per 24. horas, poſtea filtrentur, pro collyrio.

Albumen ovi in collyriis prodeſt non quod repellat, ſed quod acidum abſorbeat. Sic vitriolum album non repellit, ſed ob particulas metallicas abſorbet. Lac verò proterea non convenit, quia ab acido ſtatim coagulationem incurrit. Reſolventia ergo omnem hic abſolvunt paginam.

CASUS X.

Suffuſio.

Foemina 30. annorum ſcorbutica ante aliquot menſes advertit culices parvos, & caliginoſa quaedam corpuſcula in oculo dextro apparere, nunc eadem oculo ſiniſtro obvolitare.

AFfectus hic vocatur ſuffuſio, & eſt morbus humoris aquei, & quidem ab ejus craſſitie originem trahens.

Eſt vero ſuffuſio vel vera vel notha, notha utroſque occupat oculos, & eſt primus catharactae gradus. Vera verò primo unum, dehinc alterum occupat oculum.

Dantur verò diverſi gradus, ſic objecta vel planè, non videntur, vel pro parte, dum aliqua ſaltem pupillae pars tegitur a pellicula.

Differt etiam ſuffuſio cornea a nigricante &c.

In curatione, reſpectus habeatur cacochymiae ſcorbuticae, quae tollatur, dehinc oculus roboretur aperientibus & diſcutientibus.

Ad tollendos depravatos humores craſſos &c. conducunt. v. g.

℞. *Aloes opt.* gr. vj. *Troch. alband.* gr. j. *merc. dulcis* gr. iv. vel v. miſc. fiant pill. num. xv. pro doſi.

Hae pillulae ad minimum bis ſumantur in ſeptimana. Interpoſitis tamen alterantibus, utpote tinct. antim. ſpir. cephalico, ſale vol. oleoſ. &c.

Digitized by Google

Tum pro roboratione partis affectae ſumatur elect. Timaei vel

℞. *Spec.diambr.cum ambr.diarrhod.abbat.*aa.ſcrup.ij. *coriandr. ppt.* drach.j.*ſem. aniſi.foeniculi.* aa.drach.j.ſem. *N. moſc.* drach.j.*cardamom. minor.cubebar.*aa.ſcrup.j. *Sachar.roſ.tabulat.*unc.ſem. miſc.fiat pulvis D.S.

Praeter haec diaeta tenuiſſima ſit,qualis debet eſſe aliàs in morbis acutis. Poſt haec curatio abſolvatur externis diſcutientibus.

Ex his ſpir.vini aliquando ſatisfacit, vel aqua Hungariae tanquam ſpir. penetrantiſſ. roriſmarini.

Conducit verò efficaciſſ. *Sale vol.viperar.* ſi gr.j.vel ij. aqua roſar.ſolvantur & oculis inſtillentur.

Vel ℞. *Spir.panis ſecalin.* unc.iij. *croci metall.* ſcrup.j. Stent per 24. horas, tum filtrentur exactè per chartam, adde parum *vitrioli cypr.*

In officinis etiam proſtat *Aq.ophthalmica Quercetani*, vel *Hartmanni*,quae inſtillari poſſunt mane & veſperi, aeger verò detineatur in tergo.

His irritis veſicatoria, fonticuli, ac ſetacea in uſum vocentur, nec. V.S. negligatur precipuè ſub lingua.

Camphora quae alias in inflammatis oculis optimè prodeſt, hic nocet, quia humores ſubtiliores abripit, craſſiores verò relinquit ac incraſſat.

Si fruſtra omnia adhibeantur, ad manualem operationem acceſſus fiat. Ubi tamen notandum, ut catharacta ſit matura, ſcil. ut pellicula talis ſit conſiſtentiae ut detrahi queat abſque ruptura.

Prae aliis huic malo obnoxii dicuntur, oculis prominentibus gaudentes,quod aëris injuriae ſic magis expoſiti coagulationem lymphae facilius admittant.

CASUS XI.

Catarrhus ad Nares.

Vir generoſus plethoricus,vinoſus iter faciens intempeſta nocte incidit in narium obſtructionem, quandoque multa mucoſa tum per nares tum per os rejicit, accedit raucedo cum tuſſi.

AFfectus hic aliàs vocatur coryza, & hic quidem cum raucedine.

Cauſa immediata eſt coagulatio lymphae & mediante hac inducta obſtructio a frigore contracta. Occaſionalis cauſa erat intempeſta nox: Antecedens verò plethora.

In curatione reſpectus habeatur coagulatae lymphae, quae fluida rurſus reddatur, & quidem ſudoriferis mediantibus, inter quae prodeſt theriaca, vel rob ſambuci cum Aq. flor.ſambuci, vel item antim. diaphoret. Vel.

℞. *Aq.flor.ſambuci. card.bened.*aa.unc.j.ſem. *Spir. theriacal. camphorat.* drach.j. *Tinct. opii* gtt. xv. *Syr. card. bened.* drach. ij. miſc. Si alvus ſit tardior praemittatur enema.

Praeterea etiam lympha attenuationem recipit a ſuffumigiis; ſic *Barbette* commendat vaporem aceti ferro ignito aſperſi, ut & ſimplex ſuffumigium ex maſtiche ſexies de die adhibitum, &c.

Contra raucedinem conducunt cereviſia calida cum butyro, vel potus theae, nec non Syr.violar.de liquirit. diacodium liquidum &c.

CA-

Digitized by Google

CASUS XII.

Auditus difficultas.

Puer 12. annorum laboravit ante triennium morbo Hungarico, hunc excepit auditus difficultas in hunc uſque diem durans, ut ea etiam quae proferuntur a praeceptoribus vix audiat.

SOlent febres malignae judicari per ſurditatem, dum pori a fermento peregrino maligno obſtruuntur. Et hic quidem non eſt abſque periculo quoniam non tantum diu duravit, ſed & obſtructio fortis eſt, & totalis ferè.

Conveniunt verò 1. purgantia v.g.

℞. *Extract. diacarthami* ſcrup. ij. ſolve cum *Aq. ſerpill.* adde. *Rhabarb. pulv.* gr. vij. *Sir diaſer andern.* unc. ſem. miſc. pro doſi.

Dehinc ſudorifera non negligantur, inter quae conducunt decoctum lignorum, &c.

Pro corroboratione detur *Spir. cephalicus Tinct. ſuccini, Sp. formic. Aq. anhalt.* internè, ad gtt. 12. vel 15.

Externa non ſint nimis acria, neque craſſa, nec frigida aut calida, ſed temperata. Commendantur verò *Aq. Reg. Hungar. Aq. card. bened.* de recenti herba ter vel plus deſtillata, cum goſſypio auribus indita, vel item *Spir. Tartari ſaſſafratus.* Vel & *panis recens* ex fornace extractus & *cum aqua anhaltina* aſperſus & applicatus.

Moſchata quoque non ſunt infimae fortis auribus immiſſa. Vel. *Aq. acoriſlita Mynſ. aut formicar.* ob Sal. eorum volatile quod magnanimitat. efficit. Crato commendat *axungiam ſerpentis, cum aqua card. bened. deſtill.* & immiſſam. *Pediluvia* item non negligantur, & *Potus caffe* diligenti ſit in uſu.

Si omnis cura fruſtra adhibetur, videndum an mediante cornu audire patiens queat, quia per id propter flexuoſum aëris motum ſurdaſtri ſaepe optimè audiunt.

CASUS XIII.

Tinnitus Aurium.

Hypochondriacus conqueritur de tinnitu aurium, putat ſe audire ſonitum campanae, vel ſtrepitum aquae, quandoque ceſſat hoc malum ſed ſubitò recurrit.

HYpochondriacus conqueritur de tinnitu aurium, putat ſe audire ſonitum campanae ab humorum inordinata fermentatione, hypochondriaci etenim ſanguine gaudent fermenteſcibili.

Cauſa eſt viſciditas flatibus generandis apta, & variis obſtructionibus conficiendis idonea.

Hinc conveniunt ſtomachica acidum abſorbentia qualia ſunt omnia anti-hypochondriaca.

Sal volatile c.c. bis vel ter ſumi poteſt in ſeptimana in prandio. Sic ſudorifera hic erunt inſignis effectus.

Enemata etiam poſſunt applicari cum emolumento.

Externè Sal toſtus auribus applicetur. Scarificatio aurium ſingulis menſibus inſtituatur, & V. Sect. in pollice pedis, vel manus, ac veſicatorium item nuchae applicetur.

Digitized by Google

C A S U S XIV.

Dentium dolor.

Puella quindecim annorum graviſſimos patitur dentium dolores qui noctu exacerbantur, malae tument, pulſus ſolito eſt celerior, & ſitis intenſior.

SUbjectum hujus mali vel eſt univerſale, maſſa ſang. videlicet circulans, vel particulare nervoſa ſcil. dentis pars, ob nervum enim quo quilibet dens gaudet, exquiſitiſſimo ſenſu pollent.

Deportatur vero materia illa acris ad dentes per arterias, ubi tum ſtagnans tumore malas afficit.

Pulſus ſentitur celerior ob turbatam ſanguinis miſturam, & hinc inordinatum motum ſpirituum.

Sitis ſimul adeſt intenſa ob lympham incraſſatam & viſcidam redditam.

Nonnunquam a vermibus originem ſumit dentium dolor, & cognoſcitur inde quando per intervalla cedit & redit. Enaſcuntur verò vermes ab inſectorum ovulis, quae cum aſſumtis ſaepius mixta ſunt, & tum in calido quodam loco depoſita excluduntur.

In curatione reſpectus habeatur acidi acrioris ad dentes deportati, corrigatur verò vel per alterantia aut ſudorifera, & inter ea principem obtinet locum Tr. opii, Spir. theriacalis &c.

Eadem etiam aromatica volatilia, utpote *Aq. aſthmat. Anhaltin. ſpir. convulſivus, ſal. armoniac. ſal. vol. oleoſ. Sylv. Elixir. vitae Matth.* omniaque theriacalia &c. in ore detenta juvant.

Sic egregium eſt *Elixir camphorae* cum ſpir. frumenti paratum: v. g.

℞. *Spir. frumenti* unc. xij. *camphor.* unc. iij. *ſalis Tartari opt. calcinati* unc. ij.

Deſtillentur per B. M. Spiritum deſtillatum denuo affunde camphorae, idque repete ſepties: De hoc aliquot gutt. induntur denti cavo, vel aquae aſthmaticae inſtillatae in ore detineantur.

Si Dentis cavitas in cauſa nunc eſt doloris, immittatur *olei caryophyll. camphor. Balſ. odontalg. Mynſ. Theriac. coeleſt. opium* &c.

Si vero plurimae adſint cavitates, tum in uſum veniat *Decoctum Sabinae* &c. quo os eluatur.

Si cavitas adeſt magna, tum imponitur plumbum quo cervus trajectus fuit, ut vel pondere tali ſtupor inducatur, vel aër arceatur.

Si vermes adſunt cinnabaris & hyoſcyamus prunis injiciuntur & fumus ore excipitur.

Externè temporibus applicantur adſtringentia v. g. *Empl. de maſtich., de Tacamahaca caranna, gummi elemi*, vel & *contra rupturam* quod egregium hic eſt.

In contumaci dolore ad veſicatoria, vel *V. Sectionem* recurrendum tamquam inſignia praeſidia.

Si rigedine ſimul deturbantur dentes, utpote quae vel ab aëre, vel a cibo & potu, frigidus & acribus, ſuperficiem inaequalem reddentibus, originem ſumit, tum vel inſtrumentis idoneis adpoſitus tartarus removeatur, vel pulveribus aſperioribus deteratur rurſus, v. g.

℞. *Crem. Tartari* drach. ij. ſem. *Irid. Flor.* drach. ſem. *alum. uſti* drach. ſem. *pulv. nuc. M.* drach. ij. miſc. S.

Si gingivae laxae ſint, in uſum veniant vulneraria & antiſcorbutica: vel & mel roſar. cum Spir. vitrioli temperatum illinatur.

CA-

CASUS XV.

Angina.

Judaeus mediae aetatis, primo de faucium dolore, mox difficili reſpiratione & deglutitione conqueritur, ita ut nec cibum nec potum admittere poſſit: Exterius nullus fere tumor, intus autem circa radicem linguae, fauces tument & rubent, ob anguſtiam loqui neſcit, ſed adſtantibus voluntatem indicat ſcriptis, pulſus adeſt frequens, & corpus ad contactum calidum.

QUatuor vulgo recenſeri ſolent gradus, qui tamen ſub una communi cauſa comprehenduntur. Dependent enim ab inflammatoria tubulorum & glandularum & muſculorum obſtructione, & quidem ab humore vel magis acri ſalino, vel viſcido magis. Ubi tamen plus periculi ſi ab acri ſalino, quam ſi à viſcido humore initium cepit.

Diſtinctio verò haec de ſanguinea vel humorali intelligenda erit. Periculoſus verò eſt hic affectus, quia tumor internus magis eſt, & aegrum, qui vix loqui poteſt, fortè ſuffocare poteſt.

Hinc *circa curationem* non cunctandum, & cum inflammatio indicet deobſtruentia, non verò adſtringentia frigida vel repellentia, hinc illa & interna & externa diligenti ſint in uſu.

℞. *Aq. card. bened. flor. ſambuc.* aa. unc. iij *Spir. theriacal. camphorat.* drach. ij. *ocul. cancr.* drach. j. ſem. *Syr. violar.* drach. ſem. miſc. detur ſaepius ad aliquot cochlearia.

Vel ℞. *Antim. diaphoret. ſanguin. hirci ppt.* aa. gr. xij. Miſ. f. pulv. pro una doſi.

℞. *Radic. leviſtic. raſur. c. c. alb. graeci* aa. drach. j. ſem. *Sal. alcaliſati* drach. ſem. inciſa incid. dentur. S. Species. Pro gargariſmo.

℞. *Aq. fol. quercus. flor. liguſtr. plantag. roſar.* aa. unc ij. *Spir. vini vel frument.* unc. j. *mellis roſar.* drach. iij. Miſc. S.

Collo applicetur cataplaſma ex nido hirundinum, vel *Empl. de meliloto*. Vel in vehementiori inflammatione.

℞. *Litbargyr. aur.* unc. j. ſem. *aceti & vini* aa. drach. vj. *Flor. roſar. pallidar. ſambuci* aa. m. j. Coque & filtra, ac adde *Spir. vini camphorat.* unc. j. Miſc. fiat epithema calidè collo applicandum.

Vel ℞. *Litbargyr. ceruſſ.* aa. unc. j. *Olibani. maſtich.* aa. drach. j. ſem. *Flor. ſambuci. roſar. Flor. tuſſilag.* aa. m. j. *Vini albi* unc. vj. *aceti vini* unc. iv. *aqu. flor. ſambuc.* unc. ij.

Coque omnia ad quartae partis conſumpt. Colaturae adde.

Spir. vini unc. ij. in quo ſolutus ſit. *camphorae* ſcrup. j. Miſc. S.

Multum etiam praeſtare queunt ab initio ſuffumigia ex ſuccino, oliſbano &c. Olea vero & unctuoſa vitentur ad extra.

CA-

C A S U S XVI.

Orthopnoea.

Vir 50. annorum parvae ſtaturae, diu de difficili reſpiratione conqueſtus, nocte ſubitò incidit ſuffocationis periculum cum crebra & ſonante anhelatione. Datur miſtura pectoralis, a cujus uſu liberius ſpirat, & jam omnia pacata videntur, utitur per triduum vino medicato, die quarto circa mediam noctem, graviſſimo iterum paroxyſmo corripitur, & intra horam ſuffocatus perit.

AFfectus fuit aſthma vel orthopnoea. Staturam vero aegri multum huc contribuiſſe credibile eſt, cum hi aliàs anguſtioris pectoris, ſuffocationis periculo plus ſint expoſiti.

Cauſa verò cum viſciditati humorum debeat ortum, ſubitò aggredienda per ſalia volatilia, *Spir. c. c. compoſ. Spir. ſal. armoniac. aniſat. Balſ. ſulph. aniſat. ſal. volat. oleoſ. Sylvii* &c.

Enema injiciendum, & fortè V. Sectio poterit habere locum, quo pulmones minus graventur, & ne videamur quid praetermiſiſſe:

Laudatur quoque potiuncula *Bruneri v. g.*

℞. *Gummi ammon.* drach. j. ſem. *aq. hyſſopi* unc. iv. *Vini rhenan.* unc. iij. Miſc. S.

Extra paroxyſmum conducunt rad. Aron. ppt.

C A S U S XVII.

Aſthma Stomachale.

Adoleſcens obeſus hypochondriacus creſcente luna ſumma afficitur reſpirandi difficultate, cum tuſſi, & materiae viſcidae rejectione, appetitus tunc languet, antea nimium auctus, venter eſt inflatus anxietas adeſt circa praecordia, & alvus ſiccior.

AFfectus eſt aſthma ſtomachale, vel hypochondriacum.

AEger namque erat Spleneticus, vel laborabat cruditate acida ventriculi.

Tuſſis dependebat a lympha ſalſa. Appetitus erat languidus, & venter inflatus, quia pori tum inteſtinorum tum abdominis obſtructi erant, unde vapores tranſpirare haud valebant. Alvus verò ſiccior ob auſteritatem & ſiccitatem humorum.

Malum curatu videtur difficile, cum plures partes affligantur, ac circulantium omnium liquorum intemperies cauſam ſuppeditet.

Interim *cura inſtituatur* per materiae in primis viis hoſpitantis evacuationem, ac lymphae viſcidae correctionem.

Illa obtinebitur *exhibito vomitorio* vel *extracto diacarthami* ad drach. j. aut *vino paſſulato.*

Poſthaec ſudores aliquoties eliciendi pulvere *ex cinnab. & c. c. ſ.* igne vel *miſtura ſudorifera* aut *decocto theae.*

Haec verò *Decocto pectorali Spir. ſal. armoniaci aniſato, liquore c. c. ſuccinato* &c. vel ſtatim exhibendum *ſperma ceti* a drach. ſem. ad ſcrup. ij. vel drach. j. Admodum etiam laudatur *aqua rubra pector. Horſtii.*

℞. *Flor. roſ. rubr.* p. j. *aqu. veron.* unc. vj. extrahe, ſ. a. Tinct. adde *aqu. aſthmat.* unc. j. *elixir. vitae Matthiol.* drach. ij. Miſc.

Vel ℞. *Aq. veronic. cum vino* unc. ij. *aſthmatic.* unc. j. *Zedoar. aniſat.* unc. ſem. *Eſſent.* *enu-*

enulae drach.j ſem. *elixir. vitae Matth.* unc.ij. *olei balſ. Indici* gt.iij. miſc. Sumatur cochleatim.

℞. *Eſſent.enulae* drach.iij.

Vel ℞. *Sacchari cand.*q.pl.inſtilla guttatim *ſpir. ſal. armoniac.* vol. ut fiat electuar, adde *olei aniſi* gt.vj. miſc. Vel fiat *elixirium mellis* hoc modo:

℞. *Mellis opt.* unc.iv. *Spir.vini* unc.xx. circulentur per 7.dies, colaturae adde *ſpir.ſal.armoniac.vol.*unc.ij.circula per duos dies.ſum.elixir ad gt.20.& plures.

In aſthmate ſicco,ſive caduco laudantur *opiata cum eſſent.caſtor. tinct. ſuccini,* & *ſpir.ſal.armoniac.aniſato.*

CASUS XVIII.
Pleuritis.

Vir 30. annorum ex itinere redux quum mero incaluiſſet, inſigni corripitur rigore horario, ſubſequitur calor cum ſiti & intenſo lateris dextri punctorio dolore, qui ex decubitu in latus oppoſitum augetur. Tuſſis primo ſicca, dein fit humida ſputum nunc cruore tinctum eſt, reſpirandi ſumma difficultas adeſt, gena dextra rubet, appetitus admodum eſt proſtratus cum ſumma virium dejectione. Urina intenſe rubet, clara eſt, quinto die alvus eſt laxior, & omnia in pejus ruunt.

HIc affectus eſt pleuritis, cauſſa eſt obſtructio inflammatoria a ſanguine extravaſato.

In hoc caſu turbata ſanguinis miſtio praeceſſit inflammationem, qui ex rigore horario colligitur.

Dolor ex decubitu in latus oppoſitum augetur. Quia materia inter muſculos coſtales,& pleuram latens premit pleuram, ſicque dolorem inducit. *Tuſſis* eſt ex irritatione, *ſputum* cruore tinctum a rupto vaſe.

Reſpiratio difficilis ob metum doloris.

Gena dextra rubet, quia in hac parte humores plus agitantur.

Appetitus proſtratus ob turbatam ſanguinis miſtionem.

Alvus laxior eſt ſymptoma, quia non cum levamine.

Pleuritis diſtinguitur a diaphragmatis inflammatione, quia in hac dolor eſt circa finem coſtarum; in illa vero dolor magis urget verſus ſuperiora.

Prognoſis. Malum eſſe periculoſum indicat, quia eſt acutum, & quia pars affecta cordi eſt vicina.

In curatione 1.Motus ſanguinis eſt ſiſtendus per veneae-ſectionem per papaverina, ut aqua & ſirup. papav.errhat.fl.papav.errhat. in ſubſtantia. Opiata hic non conveniunt, quia obſtructiones augent. 2. Sanguis extravaſatus diſcutiendus per diaphoretica fixa.

Volatilia ſunt ſuſpecta recentioribus, quia ſanguinem magis movent.

Conveniunt *antim.diaph.antihect. Poterii. lap.cancr.c.c.ſ.igne bezoar. mineral. aq. card.bened.fumariae,lil.alborum,fl.acaciarum, hyſopi, veronic.* Timaeus habet quaedam decocta, quae videri poſſunt: ut & tincturam antipleuriticam vel,

℞. *Pulv.antipleur.Mynſ.*ſcrup.j. vel drach.ſem. pro una doſi.

℞. *Aq.papav.errhat* unc.j ſem.*ſirup.ejuſd.* drach.ij.miſc.S.

℞. *tinct.antipleurit.* unc.vj. S.Tinctur.

Externe conveniunt *emplaſtrum de cumino. Sacculus arena plenus. Unguentum de althaea, unguentum marciatum, nervinum cum oleo philoſophorum, cerae, chamomill. empl. diach.ſimpl.de minio, de ſperm.ceti. Catapl.ex pane albo cum croci tantillo,& lacte.*

Superveniente *diarrhoea* mutanda ſunt remedia, conveniunt tunc *terrae ſigillatae*

P

Digitized by Google

tae cum gr.j.*camphorae. diaſcord*, *theriac.* aliaque bezoardica miſta cum ſtypticis.

Pro potu ordinario laudatur decoctum hordei cum radice liquiritiae, decoctum c.c. cum radice ſcorzonerae. ſpir.nitri dulcis. lap.prunell.ſirup.papav.errhat. in decoctis & julapiis, vinum & acidulae nocent, diaeta ſit excarnis.

CASUS XIX.

Peripneumonia.

Hic pleuriticus jam curatus videbatur, expoſuit ſe aëri frigido veſpertino juxta feneſtram, eadem die, corripitur ſublimi reſpirandi difficultate cum pectoris dolore gravativo ad ſcapulam vergente, praeceſſit levis horror, adeſt magna anxietas & inquietudo, tuſſis, leve delirium, calor totius, frequens pulſus ſed debilis, urina intenſe iterum rubet.

AFfectus eſt peripneumonia, cujus tria haec ſunt ſigna pathognomonica, febris acuta, tuſſis vehementior, reſpiratio difficilior.

Ex injuria aëris facile fit pleuritis & peripneumonia. Plus in hoc caſu periculi, quam doloris, nam juxta Hippocratem pauci evadunt, ſed brevi moriuntur.

Eadem hic eſt medendi methodus, quae in pleuritide. Veteres praeſcripſerunt purgantia, ſed male.

Saepius aliquoties repeti debet venae-ſectio & alvus lubrica ſervari enemate blandiori vel domeſtico.

℞. *Bezoar.Orient.*gr.v.*antim.diaphoret.*gr.xij. S.

℞. *Aq. Card.bened.flor. acaciar.* āā.unc.ij.ſem. *cordial.ſaxon.frig.cum campbor.* unc.j ſem. *ſirup. liberant.incompl.*unc.ſem. miſc. S.

℞. *Tinct. bezoard.*drach.iij.edulcoretur parum *ſirup.papav.errhat.* D.S. tinctur.

Sed potus debet eſſe tepidus.

Vellem etiam ut aeger ſaepius biberet *infuſum theae.*

Dulcia temperant acrimoniam lymphae, praeterea nihil praeſtant.

CASUS XX.

Phthiſis.

Muſicus 16. annorum vexatur tuſſi, praeſertim noctu, cum ſputo ut plurimum purulento, reſpiratio eſt difficilis, a paſtu incaleſcit, rubent genae, totum corpus conſumitur, pili defluunt, noctu ſudat.

AFfectus hic eſt phthiſis. Subjecti conditio ad diagnoſin hic aliquid facit, quia cantores amant humores, & quia inflando trompetas, ex nimia pulmonum diſtenſione facile vas ſanguiferum laedi poteſt, unde exulceratio oritur.

Tuſſis eſt ab irritatione, haec a lympha acri.

Sputum quandoque albicans a lympha, quandoque purulentum a ſanguine admiſto.

Reſpiratio difficilis. Quia ob ulcus, pulmones non poſſunt libere moveri.

Noctu ſudat. Quia ſanguis, cui pus admiſtum a calore lecti agitatur, vel quia tempore nocturno ſanguis tardius refluit verſus cor quam diurno, glandulae ergo ſubcutaneae magis repletae ſunt, & lacrymas illas fundunt.

Cauſa phthiſeos *remota*, eſt acrimonia lymphae.

Sal acido-auſterum, eſt quoque cauſſa phthiſeos. Febris eſt lenta, quia pori puris a ſanguinis poris non admodum abludunt, & quia pus ſanguinem incraſſat.

Eſt affectus periculoſus curatu difficilis 1. quia pulmones ſunt in continuo motu 2. quia pulmones longe diſtant a prima coctione.

Phthi-

Digitized by Google

Phthiſis in principio difficillime cognoſcitur,facile curatur, in progreſſu facile cognoſcitur, rarius aut nunquam curatur.

In principio morbi detur infuſum fol.ſennae cum manna.

Pro lymphae correctione exhibeatur ſalinum ex ſale armoniaco,& pulvere anonymo. v. g.

℞. *Pulv.anonym.*drach.ſem. Fiat pulvis. Sum.

℞. *Aq.veronic.*unc.vj.D.S.

Eo enim nitendum ut ſalia corroſiva tum in pulmonibus, tum in tota maſſa ſanguinis invertantur,obtundantur,& vel correcta,vel diluta,vel per alvum,vel per ſudores evacuentur. Sanguis in debita miſtura & craſi conſervetur, id quod omnium optime praeſtant ſudorifera metallica cum blandis anodynis, v.gr.*antim.diaph.cum tinct.opii, febrifugum Craanenii*, cum tantillo opii, & omnia remedia, quibus in catarrhis,& ſcorbuto utimur in principio conveniunt.

In progreſſu ſcopus primarius eſt,ut expectoratio promoveatur per vulneraria,incidentia & reſolventia; ſiquidem tamdiu vivunt quam diu ſpuunt.

Conveniunt hic *pulvis anonym. Haly. rad.aronis.* Operantur haec quatenus abundant ſal.volat.it.ſperm.ceti.

Tr.antiphthiſica decoct.vulnerar.ſuccus bellid. numular.in juſculo cum tantillo *mellis* eſt inſtar omnium.

Vel ℞. *antihect.Poter.*drach.j. *ocul.cancr.ppt.*drach.ij.*pulv.Haly.*drach j ſem.D.S.

℞. *Eſſent.traumatic.Hagendorn.*drach.iij. Sum.

℞. *Tinct.antiphthiſic.* drach.iij. S.Tinctur. cum aqua farfarae, vel in potu ordinario.

Omne hic fert punctum *potus theae* cum aqua, vel cum aqua & lacte.

Inter arcana ſequens habendum.

℞. *Succi bellidis pratenſis, numulariae rec. expreſſ.*āā.unc.iv.Sum.*cum juſculo avenaceo*, in quo tantillum mellis eſt ſolutum.

Horis veſpertinis ſemper in morbi principio exhibere debemus opiatum. *theriac.coeleſtem,tinct.opii,vel diacod. liquid.* Ante decubitum ſic:

℞. *Eſſent.anodyn.Zuvoelffer.* drach.j ſem. *aq.veronic.menth.*āā.unc.ij. miſc.Sum.

CASUS XXI.

Haemopthiſis.

Officialis quidam 35.annorum iter faciens in intenſiſſimo frigore ex improviſo tuſſi corripitur,& non ſine terrore magnam ſanguinis floridi copiam cum impetu rejecit; & quoties poſtmodum tuſſi urgetur, toties ſputum cruore tinctum apparet.

CAuſſa immediata hujus affectus eſt apertio vaſorum ſanguiferorum. Cauſſa antecedens eſt frigus, quod hic operatur motum ſanguinis imminuendo,& coagulando.

Prognoſis habet, malum eſſe periculoſum, etenim vel brevi terminatur, vel degenerat in phthiſin.

In curatione ſanguis motu peccans eſt revellendus per venae-ſectionem grumoſus vero reſolvendus & evacuandus, vas apertum conſolidandum.

Venae-ſectio convenit ſaltem ipſo fluxus tempore: ubi ad unc. viij. ex mediana vel baſilica eſt extrahendus. Extra hoc tempus aut nocebit, aut non erit neceſſaria.

Sanguis evacuandus non per purgantia ſed blandiora ſudorifera v. gr. *oc. cancr. corall.mum.ſperm.ceti, aqu.chaereſol.portulac.* item medicamenta a *Timaeo* deſcripta *decoctum,& electuarium.*

℞. *Aq. portulac. papav. errhat.* aa. unc. ij. *chaereſol.* unc. j ſem. *tinct. roſar.* unc. j. *ſirup. papav. errhat.* unc. ſem. Sum.

℞. *Conſerv. roſar. antiq.* unc. iij ſem. *pulv. radic. conſol. utriuſque. ſem. portulac. maſtich. bol. Armen. tragacanth.* āā. drach. ſem. cum *ſirup. de ſymphyt.* fiat elect. molle. Sum.

℞. *Radic. ſymphyt. major.* unc. j ſem. *plantag. pimpinell.* āā. drach. iij. *tormentill.* unc. ſem. *altheae. liquirit.* aa. drach. iij. *herb. burſae paſt. prunell. polygon. chaereſol. conſolid. maj. ſaniculae* āā. m. j. *flor. roſar. hyperic. bellidis cum toto* aa. m. ſem. *ſem. hyperici* drach. iij.

Inciſa groſse infunde per noctem in aqua fontana, colatura cum albumine ovi clarificetur, cujus

℞. *Lib.* ij ſem. *ſirup. de ſymphyt.* unc. iij. *altheae* unc. ij. *oxymell. ſimpl.* unc. j ſem. Fiat decoct. Sum.

Nimium adſtringentia non tuto dantur, quia ſanguinem magis coagulant & hic ad phthiſin diſponunt.

Vinum debet exulare.

Victus ſit tenuis.

Diaeta excarnis, quia facile fermentationem promovet.

CASUS XXII.

Palpitatio Cordis.

Iuvencula ſaepius palpitatione cordis immani corripitur ſumma cum anxietate, animi deliquio, laboravit aliquoties arthritide vaga, ſemper de calore in volis manuum conqueritur. Scire vult, quae hujus mali cauſſa, & quomodo curari debeat.

Affectus eſt motus inordinatus, dum, ſyſtole & diaſtole depravantur.

Cauſſa immediata hujus affectus eſt irritatio, haec fit vel a ſale acri corroſivo, qui per arterias coronarias deponitur in parenchyma cordis, vel fit etiam a ſanguinis viſciditate & ſpirituoſitate. Haec ſimul ſtare poſſunt vid. *Craan.*

Hic fit a ſale acri, quia arthitide laboravit.

Per intervalla (malum urget.) Quia ſanguis non ſemper eodem modo diſpoſitus exiſtit.

Prognoſis affectum periculoſum pronunciat, quia aeger ſuffocatione facile exſtingui poteſt.

In curatione ſal acre corroſivum cum humorum viſciditate temperandum per medicamenta, quae blando ſale & oleo conſtant: v. gr.

In ipſo paroxyſmo detur ſequens antiepilepticum.

℞. *Aq. epilept. L. hyſteric. cum caſtor.* āā. unc. j ſem. *meliſſ.* unc. ij. *mirabil.* drach. iij. *Spir. cc. compoſ.* ſcrup. j. *eſſent. anodyn.* drach j. *ſacchar. perlat.* drach. ij ſem. miſc.

℞. *Specif. cephalic. pulv. cordial. precioſ.* āā. gr. vj. *arcan. duplicat.* gr. ij. miſc. Sum. Extra paroxyſmum conveniunt martialia.

℞. *Tinct. martis cum ſpir. vin. parat.* unc. ſem. Sum.

℞. *Aq. aperitiv.* Schrod. *ſplenetic. ejuſdem* āā. unc. iv. Sum.

Potus theae quoque commendatur, in cujus hauſtu primo ſumatur *eſſentia ambrae* ad gtt. ix. vel ſi hanc non ferat aegrotans *tinct. ſuccin.* cum ſale armon. parata ad guttulas xv. inſtilletur. Item

℞. *Diaſcord.* drach. j. *antim. diaphoret.* ſcrup. j. *croci* gr. viij. *laud. opiat.* gr. j. *aqu. card. bened.* q. ſ. miſc. pro ſudoriſero. Ubi judicas peccare ſalia muriatica.

℞. *Theriac.* drach. j. *lap. cancr. ſal. abſinth.* aa. ſcrup. j. *febriſug. Craanenii* ſcrup. ſem. *Aq. card. bened.* unc j. ſem. *olei cinamomi* gtt. j. miſc. Sum. ut ante.

Con-

Digitized by Google

Convenit etiam *decoctum ex ligno ſaſſafras, ſantal.citrin. rad.acori. foenic. enul.campan. herb. meliſſae, betonicae, chamaedrios, ſummitatum pini, corticum citri*: coque cum aqua, ſub finem adde tantillum vini ſp. ſal. armon. Praeter haec conveniunt *camphora, lapis prunellae, aqu. theriacal. camphorata, omnia theriacalia* erunt proficua.

Externe *theriaca, card.bened. crocus, balſamus Peruvianus* laudantur. Item epithema, quod habet *Craanen. crocus cum aqu. carbunculi* juvat.

Venae-ſectio multum confert. Vide monita medica.

CASUS XXIII.
Tuſſis Stomachalis.

Infans unius anni vehementi per intervalla corripitur tuſſi, tanto cum impetu, ut ſuffocationis adſit periculum, donec vomitus ſuperveniat, reſpiratio fit cum ſonitu profundo, ſed ſine febre.

MAlum tuſſis eſt, qua idquod moleſtum eſt ejicitur.

Et quidem eſt motus convulſivus, & tuſſis ſtomachalis, quia vomitus adeſt.

In infantibus ſemper eſt ſtomachalis, eaque eſt ſine febre.

Irritatio eſt cauſſa immediata tuſſis, haec fit a lympha acri, vel in ventriculo generata, vel ex glandulis exſtillata.

Tuſſis oritur ob viciniam diaphragmatis, hinc ventriculus non poteſt convelli, niſi ſimul convellatur diaphragma.

Prognoſis nos docet eſſe malum non carens periculo, quia adeſt periculum ſuffocationis, & herniae metus in infantibus, in gravidis abortus, in adultis phthiſeos.

Curatio. lympham acrem & viſcidam eſſe evacuandam praecipit per tart. emet. tertiam partem grani vel dimid. cum tantillo ſacchar. miſcendo.

Purgantia in tuſſi pulmonali nil juvant ſed potius nocent. In ſtomachali conveniunt. Ut *ſirup. roſar. ſolut. Sirup. fl. perſicorum* cum gr. j. *rad. jalapae.*

Ventriculus roborandus, hoc eſt, [illegible] malum regeneretur. Conveniunt hic *elixir. propriet. tinct* [illegible]*m. lap. cancr. liq. c. c. ſuccinatus, ſperma ceti, ſpec. diaireos, antiheſt.* [illegible] *ſuccinum pptum, antim. diaph. theriaca recens*, vel *coeleſtis*, *pulv. contra tuſſim infantum Mynſ.* Sed ob crocum ingrati eſt ſaporis: a recentioribus commendatur liq. limacum ad gtt. x.

Tuſſis *convulſiva* eſt ab acido, qualis eſt hypochondriacorum & hyſtericarum.

In tuſſi praeſertim pectorali videndum 1. ut ſanguinis compages & miſtio conſervetur 2. ut lymphae acrimonia temperetur.

Priori ſcopo ſatisfaciunt oculi cancr. antim. diaphoret. antiheſt. Poter. & ſudorifera quaevis temperata.

Poſteriori ſcopo inſerviunt ſirup. de alth. liquirit. papav. errhat. Decocta pectoralia, & anodyna blandiora. *Sic*

℞. *Aq. aſthmatic.* unc. j. *menth.* unc. j ſem. *fl. acaciar.* unc. iv. *elixir. mellis* drach. ij. miſc. *Sum.*

℞. *Antiheſt. Poter.* gr. v. *fl. ſulphur.* gr. j. *ſpec. diair.* gr. iij. miſc. Fiat pulvis pro una doſi.

℞. *M. pil. de ſtyrac.* gr. vj. *theriac. coeleſt.* gr. iij. Fiant pilulae grani pondere. D. S.

℞. *Rotul. diaireos* vel *tragacanth.* vel *diacodium in rotulis* unc. j. *D. S.*

*S*umatur etiam frequenter potus theae cum ſaccharo cand.

CA-

CASUS XXIV.

Cruditas acida.

Vir conſtitutione phlegmaticus de incipiente tumore ventris praeſertim poſt paſtum, pectoris compreſſione & cardialgia ſive dolore cordis conqueritur, appetitus dejectus quidem eſt, ſed inter comedendum augeri videtur, urina eſt cruda, aquoſa & ſpumoſa.

Hic de temperamento quaedam dici poſſent, utpote quod nil eſt niſi certa qualitas, orta ex ſanguinis miſtione.

Veteres dixere temperamentum vel eſſe ad pondus vel ad juſtitiam, ſed omne temperamentum eſt ad juſtitiam.

Objectum temperamenti primarium eſt ſanguis, ſecundarium partes ſolidae.

In hoc affectu *tumor adeſt poſt paſtum*. Quia ubi fermentatio, ibi halitus, quoniam vero pori ventriculi & inteſtinorum ſunt obſtructi, hinc halitus non poſſunt libere tranſire eorum latera.

Pectus comprimitur. Quia diaphragma non poteſt libere moveri.

Motus diaphragmatis fit modo duplici, nempe per ſyſtolen & diaſtolen.

Cardialgia. Haec ſedem habet in ſuperiori orificio ventriculi: quidam putant cor affici, ſed minus recte, quia tantum fit a communitate nervorum cum corde.

Appetitus dejectus & debilitatus, quia fermentum ventriculi vitiatum eſt, hoc eſt, fermentum nimis viſcidum, & muco involutum exiſtit.

Redit vero inter comedendum. Quia viſciditas parum diluitur.

Hypochondriacis hic affectus eſt familiaris.

Multi edere nequeunt, niſi prius biberint, quia fermentum quod antea erat fixum, ſic parum diluitur.

Sed non prius licet bibere vinum, ſi fermentum nimis volatile, quia ſic adhuc volatilius redditur.

Urina cruda, aquoſa, tenuis & ſpumoſa, a defectu ſalium exiſtit.

Color urinae eſt a ſalibus: putant quidem nonnulli colorem urinae a bile eſſe, ſed contrarium probare conantur, quia urina non eſt amara, item lixivio, quo major copia ſalium additur, eo magis tingitur.

Spumoſa eſt; quod ſpiritus quidem adſint, ſed obruti a viſciditate.

Flatulenta, quia ſalia volatilia ingrediuntur poros particularum viſcidarum.

Ex tali urina in morbis capitis catarrhum, tinnitum aurium, vertiginem, diſpoſitionem ad apoplexiam, in morbis thoracis, aſthma, infimi ventris malum hypochondriacum praedicimus.

Cauſſam quod concernit, notandum, in affectu ventriculi praeprimis attendendum eſſe ad ingeſta, vel tranſmiſſa.

Pars affecta eſt ventriculus, qui triplici tunicarum genere conſtat.

Ventriculus nihil aliud eſt, quam caput inteſtinorum, vel continuatio gulae.

In cauſſa etiam ſunt ſex res non-naturales, & Medicus inquirat in antecedentia.

Cruditas acida ut plurimum ortum trahit ab aſſumtis, ut cibo & potu.

Cibus ſi peccat *quantitate*, non poteſt rite volatiliſari.

Si qualitate. Si cibi nimis viſcidi vel acidi, vel ſale muriatico praediti, idem accidit.

Prognoſis notat eſſe affectum hunc chronicum & matrem morborum chronicorũ.

In curatione omnem paginam abſolvunt *digeſtiva*, & *evacuantia*.

Digeſtiva ſunt omnia ex tart. *chalybe*, item balſamica ut *aloë*, *myrrha*, *ſalia volatilia*, *crocus ſal armoniac. ſal. c. c. ſal. ſuccini.*

Eva-

Evacuantia ſunt *aloëtica ex hierapycra* cum *agarico*, *extractum aloës.*

Primo praemittendum emeticum v.gr.

℞. *Tart.emet.* gr.j ſem. *tart.vitriolat.* gr.iij.*pulv.rad.jalap.*gr.vj.f.p.pro doſi ſumatur horis matutinis.

Dehinc

℞. *Elix.propriet.ſ.acido* drach.ij.*ſal volat.* oleoſ. drach.j. miſ.Sum.

Si ſal volat. non praeſtat, ſumatur liq.*c.c.ſuccinatus.* Vel

℞. *Elixir.propriet.dulcis* drach.ij. *eſſent. abſinth.* ſcrup.ij. *olei macis* gt. vj. miſc. Sum. elixir.

℞. *Elixir.propriet.*drach.j ſem. *ſpir.noſtr.cephalic.*drach.j.miſc.Sum.ut ante.

℞. *Elixir. propriet.* drach.j ſem. *eſſent. macis* ſcrup.ij.*ſpir.ſalis armon.* ſcrup.j. miſc.Sum.ut ante. Poſt paſtum.

℞. *Pulv. ſtomach.Birckmanni* unc.ſem. Sum.

℞. *Aq.menthae ſpirituoſae. carminat. cortic. citri* aa. drach. j.*ſal volat. oleoſi* gt. xxv.*ſirup. cortic. aurantiorum* drach.ij. miſc.Sum.

℞. *Aq.menth.puleg.*aa.unc.j ſem.*ligni ſaſſafr. cum vino* drach. j.*ol. menth. macis* aa.gt.ij. *tinct.croci* gtt.xv.*ſacchari perlati* drach.ij. Sum.ut ante.

C A S U S XXV.

Cruditas nidoroſa.

Alius 30.annorum conqueritur de calore, ſiti nauſea, ructibus bilioſis, ſubinde vomitus bilioſi superveniunt, appetitus dejectus, alvus inclinat ad obſtructionem, urina ſaepius tincta apparet.

JUxta veterum principia affectus hic eſt intemperies ventriculi calida, in qua omnia aſſumta mutantur in bilem.

Sed cauſſa eſt fermenti inertia, unde omnia in humorem putrilaginoſum mutantur.

Oleum obtundit lympham gaſtricam, hinc oritur ſal rancidum, ſicuti lardum, butyrum,& aliaranceſcunt.

Qui comedit mel facile bilem evomit, quia habet ſal corroſivum acre.

Signa ſunt: ſapor putridus in ore,incipiente, vel peracta chylificatione.

Haec cruditas procreare poteſt febres malignas.

Alvus poteſt eſſe adſtricta, ſi bilis nimis viſcida, & ſi ſal nimis auſterum exiſtit.

Curatio reſpicit humores acres citra turbam evacuandos, tum fermentum ventriculi reſtituendum.

Pro *primo ſcopo*

℞. *Decoct. tamarind.* unc. iv. infunde per noctem *fol. ſenn.* unc.j. ſem. *rhabarb.* ſcrup.ij. *terrae foliat.* (paratur ex tartaro) gr. iv. Stent in loco tepido, mane detur colatura, quae egregie abſtergit, hinc & in dyſenteria dari poteſt.

Pro *ſecundo ſcopo* nempe fermenti *correctione.*

Omnia acida blandiora cum ſulphureis maritata conveniunt v.gr.

℞. *Spir.nitr.dulcif.* drach.ij ſem.Sum.15.gt.in potu ordinario. Vel

℞. *Miſt.ſimpl.* drach.ſem.Sum.ut ante.

℞. *Aq.fl. tiliae recent.* unc.viij.

℞. *Sal. abſinth. tartari vitriolat. ocul.cancr.ppt.* aa. gr.v.f.p.

℞. *Elixir.vitrioli Mynſ.*drach.j.Sum.elixir.

℞. *Tinct.bezoard.* drach.ij. Sum.tinctur.

Cōveniunt quoque pulveres bezoardici cum ſalinis vel fixis vel volatilibus miſti.

Quia potus theae ſalia admodum diluit, poteſt & in hoc affectu tuto dari.

CASUS XXVI.

Vomitus cruentus.

Mulier 50. annorum cui ſolito maturius menſes ſteterant, corripitur anxietate circa praecordia, ſequitur vomitus cruentus, & nigrae per alvum dejectiones cum animi deliquio, & ſumma virium proſtratione, totiuſque corporis frigore cadaveroſo.

A*Nxietas adeſt circa praecordia.* Quia ſanguis extravaſatus eadem efficit, quod venenum.

Nigrae dejectiones. Quia deſcendit per alvum.

Animi deliquium. Quia corrugatio in ventriculo, & ſic quoque in corde accidit.

Prognoſis nobis ſiſtit malum periculoſum; quum enim ſanguis ſit extravaſatus, aegra potuiſſet ſuffocari. Eſt vero malum chronicum ſaepius recurrens, quia eſt a menſium ſuppreſſione.

Utrumque hic peccat quantitas, & qualitas ſanguinis.

Curatio ergo dirigenda ad totam maſſam ſanguini, hinc *chalybeatis* per plures ſeptimanas inſiſtendum.

In paroxyſmo.

℞. *Aq. chaereſol. portulac. cordial. Saxon. frig. cum camph.* āā. unc. j. *tinct. corall. cum cera parat.* drach. j. *ſacchari perlati* drach. j ſem. miſc. Sum.

℞. *Pulv. cordial. precioſ.* gr. v. *ocul. cancr.* ſcup. ſem. *arcani duplicat. myrrhae rubr.* āā. gr. ij. miſc. Fiat pulv. pro una doſi.

Clyſter etiam *ex decoct. rub. tinct. & chaereſol. cum ſaccharo rubro* injiciatur,

Extra paroxyſmum.

℞. *tinct. martis cum ſpir. vin. parat.* drach. j ſem. Sum.

℞. *Aq. matris ſylvae* unc. viii. *ſirup. de ſymphyt.* unc. i. miſc. Sum.

CASUS XXVII.

Cholera.

Officialis bibens cereviſiam recentem & tabacum, incidit in vomitiones bilioſas aqueas, cum dejectionibus faetorem & nidorem ſpirantibus, adeſt dolor & punctura ventris, quandoque imminet animi deliquium, ſitis valde urget, urina pauca redditur.

PRaeſens affectus eſt cholera, in qua humores corrupti ἄνω καὶ κάτω reiiciuntur. Cereviſia recens habet vim facile fermenteſcibilem.

Vomitiones incurrit bilioſas, & aqueas ab humorum turgeſcentia.

NB. Impoſſibile tamen eſt ut a cereviſia humorum copia eſſe poſſit, ſed oritur a tota maſſa ſanguinis infecta, igitur confluunt humores, quia glandulae irritantur.

Dolor ab humoribus acrioribus a ſale corroſivo fibras inteſtinales corrodente.

Eodem modo ſal ſe habet, quam ſpiculae, has ſine ullo doloris ſenſu in manu tenere poſſumus, quamdiu non intra cutim ſe contulerint, quam primum autem hoc factum, enormes patimur dolores.

Sic etiam ſal quamdiu per corpus tranſit, nullum percipimus dolorem; ſi autem intra poros reſtagnat, iis maxime affligimur.

Animi deliquium ſe iungit. Quia ſpiritus pleno agmine ad inteſtina ſe conferunt, & quia fluida maximum inter ſe habent conſenſum.

Sitis ab obſtructione glandularum faucium, dein etiam a ſale; ſal enim obſtruit, motum tremulum auget, hinc calor, ſitis.

In quavis diarrhoea ſerum paucius ejicitur, quia defertur ad glandulas inteſtinales.

Prognoſis ſiſtit affectum ex numero acutorum, facile enim degenerat in iliacam paſſionem: intra ſpatium 24. horarum aeger exſtinguitur, quia pars nobilis afficitur, ventriculus & inteſtina, & quia ſpiritus diſſipantur.

Curatio 1. reſpicit humores acres corrigendos.
2. Evacuandos.
3. Tubulos conſtringendos.

Pro primo ſcopo convenit clyſter ex juſculo & ſaccharo, juſculum egregie diluit, ſaccharum autem abſtergit.

℞. *Juris hordeati* lib.j. adde *ſacchari* unc.j ſem. miſc. fiat enema.

Ad ferociam ſiſtendam convenit theriaca coeleſtis, diaſcordium, cryſtallus ppta. &c. Sic

℞. *Theriac.* drach.ſem. *vini calidi* q.ſ. adde *croci* gr.iv. miſc. Sum.

℞. *Theriac. coeleſtis* gr.iij. Fiant pilulae numero iij. Sum.

℞. *Diaſcord. theriac. recent.* āā. drach.ij. *olei nuc. moſch. expr.* ſcrup.ij. *ſtill. menth.* ſcrup.ſem. miſc.

℞. *Decoct. c.c. cum rad. ſcorzon. parat.* lib.ij ſem. *ſirup. coralllior.* unc.ij. *tinct. roſar.* unc. j ſem. miſc. Sum.

℞. *Decoct. galang.* lib.ij ſem. Sum. ut ante.

℞. *Tinct. corall. cum cera* drach.j ſem. *ſpir. c.c. compoſ.* drach.ſem. miſc. Sum. tinct. cum aqua prophylactica Sylvii.

℞. *Criſtall. ppt.* gr.xv. *bezoar. Oriental.* gr.vj. *theriacae coeleſt.* gr.iij. *c.c. ſ. igne* ſcrup. j. *olei nuc. moſch.* expreſſ. gr.ij miſc. exacte. fiat pulv. Sum. cum aqua papav. vel aqua c.c. citata. *Pro infante unius anni*

℞. Pulv. cord. precioſ. gr.iij. theriac. coeleſt. gr.j. f. pulv. pro 1. doſi.

Quia ſitis valde urget, cereviſia vero eſt flatulenta, & vinum magis exagitat, hinc magis praeter modum praeſcriptum decoctum galangae, convenit decoctum c.c. vel etiam ſequens:

℞. *Amygd. dulc. recent. excorticat.* unc.ij. *decoct. c.c. uſt.* cum ligno ſaſſafr. parat. lib.j ſem. f.l.a. emulſio, edulcoretur ſaccharo perlato. Sum.

Externe theriaca vel diaſcordium in forma emplaſtri, ut & empl. de cruſta panis.

CASUS XXVIII.

Colica biliosa.

Studioſus cholericae conſtitutionis nocturnis aſſuetus potationibus, vehementiſſimos ventris patitur dolores cum vigiliis, aeſtu corporis, ſiti, nauſea & vomitu birioſo, urina rubet, alvuſque eſt adſtricta.

INteſtinum colon eſt affectus hujus ſubjectum, quia multas habet cellulas. Periculum quod metuimus eſt inflammatio.

℞. olei amygd. d. recent. expreſſ. unc.j ſem. Detur cum juſculo pro 1. doſi.

Clyſter injiciendus ex fl. ſambuci, meliloti, chamomill. cum lacte paratus.

In colica melius ſi ſtatim purgans exhibetur, ſed ſatis validum, hic neceſſario convenit, quia eſt a ſaburra.

℞. Infuſ. fol. ſenn. cum manna, vel extractum diacitri ad drach.j.

Si vomitus adeſt, is primo ſiſtendus v.g.

℞. *Tinct. corall. cum cera parat.* drach.j. *eſſent. macis* ſcrup.ij. *ſpir. ſal. armoniac. aniſati* ſcrup.j miſc. Sum.

℞. *Corall. rub. ppt.* gr.xv. *theriac. coeleſt.* gr.j miſc. Fiat pulv. pro doſi. Deinde pur-

ganis exhibendum. His peractis ſi dolor valde urget.

℞. *Eſſent anodyn.*drach.j.*aq.aurantior.cum vino malvat.*drach.vj.*tinct.tartari* gt. vij.miſc.pro doſi: vel.

℞. *Aq.menth.aedhar.aniſat.*ãã.unc.j ſem.*tinct.opii* gt.xx.miſc.Sum.

Si ſudores poſſumus evocare optimum:

℞. Theriacae drach.j. cum vino calido.

Externe avena calida in ſacculo regioni ventriculi imponatur, habet enim vim reſolvendi, & diſcutiendi.Lap.ſerpentinus etiam convenit,ut & unguentum carminativum v.g.

℞. *Unguent.ſpaſmatic.Mynſ.*drach.vj.*axung.cati ſylveſtr.*drach.j ſem.*ſapon.Venet.* drach.ij. *ol.nuc.moſch.expreſſ.*drach.ſem.*ſpir.vini camphorat.* ãã.q.ſ.ut fiat liniment.

C A S U S XXIX.

Colica pituitoſa ex febre male curata.

Tertianarius curatus ſolis teſtaceis cum opiatis, de ſputo copioſo, periodico capitis dolore, pectoris compreſſione, ventriculique dolore, diu conqueſtus, nunc vehementiſſimum alvi experitur dolorem, urina cruda & aquea, alvus vero adſtricta exiſtunt.

Poteſt vocari colica pituitoſa.

Sputum in ipſis febribus bonum, poſt vero malum.

Prognoſi nota aegrum hunc facile incidere poſſe in febrem, vel paſſionem iliacam & inflammationem.

In curatione ſtatim fortius purgans exhibendum, vel clyſter injiciendus. Sic

℞. *Extract.diacarthami* ſcrup.iv.ſolve cum *aq.menthae*, adde *crem.tartar.*ſcrup. j.*tinct.tartar.*ſcrup.ſem.*ſirup.diaſereos Andernaci* unc.j. miſc.

Vel praemitti poteſt enema. v.g.

℞. *Decoct.fl.chamomill.*unc.x.vel lib.j.adde *elect.hierae picrae* unc.j.*ſacchari* unc. ij.*vitelli ovi* num.j.miſc.

Si alvus eſt libera, egregium aperitivum,& carminativum exhibendum.

℞. Eſſent.carminat.Wed.drach.j ſem.tinct.aperitiv.Penoti,drach.j miſc. Det.ſimul.

℞. Aq.ſplen.et Schrod.aperitiv.ejuſdem ãã.drach.ij ſem.miſc.Sum: vel.

℞. *Spir.cephalici* drach.ij. *eſſent.nucis.* drach.j miſc.

Vel adde cuilibet doſi guttulas ſeptem *tincturae opii*: vel.

℞. *Aq.menth.cortic.citri* ãã.unc.j *mirabilis* unc.ſem.*ſpir.ſal.armon.*gt.xxx. miſc. Sum.

℞. *Tinct.propr.mynſ.*drach.j. *opii* gt.xv.*aq.menth.*drach.ij miſc.Sum.

Deckerus ſequentem commendat mixturam.

℞. *Aq.menth.cortic.citri* ãã. unc.j ſem.*elixir.vitae Matth*,unc.j *laud. opiat* gr.iij. *ſperm.ceti* ſcrup.ſem.*ol.cortic.aurant.nucis ſtill.*ãã.gt.iij. *ſpir.nitri dulcis* gt.xv.*ſirup. foenicul.* unc.j miſc. Sum. miſtur.uſque dum dolor ceſſarit.

Sunt vero in hac formula nonnulla,quae cenſuram merentur 1. quia ſperma ceti, & ſpir.nitri dulcis ſibi contrariantur, quod etiam de oleis & ſpir.nitri dicendum 2.doſis laudani opiati videtur nimia, cui vel unum granum ſubtrahendum, vel aquae in largiori doſi admiſcendae.Loco ſpiritus nitri addi poteſt ſpir.cephalicus ad drach.ij.

Externe imponatur ſacculus avena calida,vel arena calida repletus.

Vel ℞. *Unguent.martiat.*drach.vj.*carminativ.mynſ.*drach.ij. *olei philoſoph.*drach.j. *ſuccini* gt.vij.miſc.

Sed quoniam malum hoc ſaepius eſt contumax, & alvus ſemper durior, hinc ſingulis vel alternis diebus dari poteſt vinum paſſulatum v.g. ℞.*Paſ-*

℞. *Paſſular. major. exacinat.* drach. iv. *cremor. tartari* unc. ſem.

Contundantur haec ut fiat quaſi paſta, affunde aquae fontan. lib. iv. coque, tunc colaturae adde.

Fol. ſennae unc. j. *cinamomi* drach. j ſem.

Stent per noctem, mane filtrentur. Vel. quod inſtar omnium deobſtruens, & ſimul laxans in tali caſu vinum medicatum.

℞. *Summitat. abſinth.* m. j. *fol. card. bened.* m. j ſem. *fl. centaur. minor.* p. j. *rad. taraxaci, enulae. polipod.* āā. drach. j. *fol. ſennae* unc. j ſem. *agarici* unc. ſem. *rhabarb. mechoacannae* āā. drach. ij. *ſem. cardamom. min.* drach. iv. *corticum aurantiorum* drach. ſem. *paſſularum minorum* unc. j ſem. Inciſa adſpergantur tinct. tart. D. ad nodul. Sum.

CASUS XXX.

Hernia, & paſſio Iliaca.

Vir rupturam inteſtinalem patiens, cum exſpatiaretur cingulo conſueto non munitus, poſt hauſtum pleniorem cereviſiae ſubito deprehendit inteſtinorum ad ſcrotum deſcenſum. Domum ſe conferens tumorem admodum durum in ſcroto animadvertit, vomit ſaepius, alvus adſtricta eſt, dolor circa umbilicum vehemens, pulſus frequens, calor totius cum ſiti, & vigiliis.

Hic videmus duos affectus complicatos, herniam & paſſionem iliacam.

Fit illa dum peritonaeum relaxatur vel disrumpitur, & ſic inteſtina delabuntur in ſcrotum.

Eſt vero hernia, vel ſcrotalis, vel inguinalis, vel umbilicalis.

Paſſio iliaca vocatur alter affectus, quia dolor praeprimis in inteſtino ilio.

Percipitur in quo motus periſtalticus admodum eſt inverſus.

Qui fit quando ſpiritus animales ita influunt in fibras inteſtinales, ut pars inferior ſtringatur ad ſuperiorem.

Beneficio hujus motus foeces ſurſum eliminantur.

Eſt vero paſſio iliaca inflammatio inteſtinorum: cujus

Cauſſa obſtructio pororum, & tubulorum inteſtinalium exiſtit.

Ab *ira* etiam hic affectus oriri ſolet, ubi bonum eſt ſi poſt iram alvus libera eſt, & urina excernitur.

Idem hic contingit, quod in repletis farciminibus.

Prognoſis nobis hic ſiſtit morbum, qui eſt peracutus, & ut plurimum lethalis, quod Hippocr. jam dudum docuit.

Non vero ſemper eſt cum inflammatione, nam aliquando eſt a flatibus, vel infarctu foecum.

In curatione obſtructio ante omnia tollenda, & vomitus quantum poſſibile ſiſtendus.

Tollitur obſtructio per crebriorem injectionem enematum ex emollientibus, & lenientibus v. g. ex lacte cum ſaccharo, ex aqu. foecibus vini, & butyro recenti.

Ipſi abdomini imponitur ſpir. vini vel. catapl. aliquod diſcutiens, & reſolvens, item omentum vervecinum calidum, &c.

Interne datur ol. amygd. dulc deglutitur globus bombardae, mercur. vivus exhibetur, antim. diaphoreticum laudatur: vel

℞. *ol. amygd.* unc. j. *manna liquid.* unc. ij ſem. *vini malvat.* unc. j miſc. Sum.

Si propter vomitum liceat, ſingulis horis detur hauſtus vini paſſulati in praecedenti caſu deſcripti, vel loco hujus decoctum laxativum D. Spinae, vel ſequens ex Barbette.

Q 2 ℞. Rad.

℞. *Rad.alth.* unc.j. *fol. malv.* m.j. *ſennae* drach.x. *agaric.rhei electi* āā. unc.ſem. *tamarindor.tart.crudi* āā.drach.vj. *ſem.lini* drach.ij. Coque ex aqua hordei.

℞. *Colaturae* unc.xxv.adde. *ſirup.diacnicu* unc.j ſem. *elect.e ſucco roſar.* drach.vj. miſc.fiat apozema.

Sudorifera etiam conveniunt. Hinc *ſal volatile corn. cerv.* ad drach.ij. ac combinetur huic vel aliis ſudoriferis *opium*; abſque illis enim hoc non juvat hic. Sic & purgantia non volunt exhibere plures, niſi cum ſudoriferis combinentur. Sic poteſt theriacae drach.j ſem. dari cum aq.fl.ſambuci; haec enim ſaepius alvum laxat, quia auſterum, quod nimis tendit fibras, corrigit.

Pro ſecundo ſcopo nempe vomitu convenit aq. menthae D. Craan. commendat ol. nuciſtae ad gr.xij. cum duobus gr.opii, quae in eadem formula continentur.

CASUS XXXI.

Catarrhus inteſtinalis.

Iuvencula ſitibunda, cerevisiam frigidam affatim hauſit, eadem nocte corripitur alvi fluxu aquoſo in diem aucto, graviſſimos ſubinde patitur dolores circa regionem epigaſtricam, putat ſe gravidam eſſe, & propterea conſilium anxie expetit.

AFfectum vocamus catarrhum inteſtinalem, eſt enim affectus lymphaticus a frigida cereviſia introductus, quae poros tum ſtomachales, tum inteſtinales obſtruxit, & lympham acriorem reddidit.

Glandulae inteſtinales irritatae a ſale, continuo lachrymantur; & humores in tubulis ventriculi reſtagnantes dolorem diſtenſivum quandoque punctorium excitant.

Prognoſis indicat huic malo mature ſuccurrendum eſſe, ne vel abortum patiatur aegra, vel dyſenterica fiat.

Sequentes autem ſcopi obſervandi ſunt: obſtructio glandularum tollenda, acrimonia lymphae temperanda; tonus ventriculi & inteſtinorum roborandus. Eum in finem datur ſtatim ſudoriferum ex c. c. antim. diaphoretico, & unicornu, quod alias in colica pro ſpecifico habetur: vel.

℞. *Theriac.rec.* drach.j. D.ſ.

℞. *Theriac.coeleſt.* gr.iv. Fiant pil.num.iij. D. ſ.

℞ *Tinct.coralliorum cum cera parat.* drach.j ſem. Sum. tinctur., eſt enim diaphoreticum egregium.

Deinde exhibetur cochleatim miſtura carminativa, & mitigativa ex aq. menth. cort.citri, zedoariae aniſatae, card.bened. tinct.roſarum, opii, ſirup. cydoniorum.

Externe linimentum ex unguento ſtomachali carminativo, anodyno commendatur, vel

Aqua maſtichina cum ſpir. vini camphorato, aut theriaca pro emplaſtro imponatur.

Inter tonum roborantia proderit vinum cydoniorum, aqua nuc.moſch. fl.aurantiorum, quae ſimul ab abortu praecavere poſſunt.

Quod purgantia omiſerim, eſt. 1. quod non ex infarctu, ſed ex alteratione diarrhoea introducta: 2. quia aegra gravida, gravidae enim melius ferunt ſudorifera, quam purgantia. 3. Febrem metuit, febres enim melius ſudoriferis, quam purgantibus tolluntur. Si tamen in diarrhoea purgare velis.

℞. *Pulv.rhei* ſcrup.j.nuc.moſch. gr.iv.miſc.fiat pulvis.

Vel ℞. Decoct. tamarind. q. ſ. infunde per noctem rhei ſcrup. ij. mane ebulliant ſ tunc.

℞. *Colatur* unc.ij. *ſirup. de cichor. cum rheo* drach.vj.miſc.Sum. CA-

C A S U S XXXII.

Dyſenteria.

Studioſus circa autumnum pruna largiter comedit, incidit in alvi fluxum cruentum, adſunt ventris tormina, praeſertim paullo ante excernendi tempus, pulſus juſto celerior, calor totius acris & febrilis, cibi faſtidium, ſitis vehemens, anxietas & per-vigilia excruciant.

AFfectus vocatur *dyſenteria*, quae eſt excretio varii generis humorum plus minus cruore tinctorum, cum alvi torminibus.

Vel eſt intemperies acris lymphae inteſtinalis, cum turbata ſanguinis miſtione.

Cauſſa eſt humor acris rodens ſubſtantiam inteſtinalem, praeſertim glandulas, & tunicam. Vel eſt ſal acre corroſivum, quod nunc foris advenit, nunc generatur in ſanguine.

Hic eſt e cauſſa externa, pruna enim aſſumſit, quae multo ſale ſcatent, quod caput in fermentatione extollit.

Nonnunquam etiam dyſenteria eſt ſymptoma, ut in febribus.

Subjectum miniſtrant 1. inteſtina nunc tenuia, nunc craſſa, nunc utraque 2. Ex partibus fluidis tota maſſ. ſangv.

Cruor, qui excernitur eſt ex vaſis ſanguiferis.

Ulcera inteſtinorum nunquam vel difficillime curantur, exinde non putamus adeſſe exulcerationem in dyſenteria benigna, ſed in omni maligna adeſt, quae ſecum fert exitum funeſtum.

Febris oritur, quando ſal acre corroſivum communicatur ſanguini, unde ejus miſtio turbatur, & pulſus celerior redditur.

Cibi faſtidium advenit, quia ab aſſumtis fermentum ventriculi depravatum eſt.

Quia vero ſanguis eſt turbatus miſtione, hinc gradu differunt dyſenteria benigna & maligna prout 1. inteſtina tenuia vel craſſa laeſa. 2. prout ſal acre magis exiſtit.

Prognoſis nos docet, quod quo febris, cibi faſtidium, ſitis & anxietates intenſiores, eo malum magis periculoſum eſſe.

Et quidem eſt affectus periculoſiſſimus ſi a cauſſa interna originem ſibi ſumſit.

Si adeſt linguae inflammatio, & deglutiendi difficultas, abſolute malum lethale eſt.

Scire poſſumus inteſtina tenuia eſſe laeſa, ſi non ſtatim poſt dolorem excretio fiat, etiamſi ſummus adeſt dolor.

Febris haec poteſt etiam eſſe a dolore, ubi enim dolor, ibi ſpiritus magna in copia confluunt, & ſic turbantur, & per conſequens ſanguinis miſtio laudabilis perit, vigiliae etiam inferre poſſunt febrem.

In curatione ſal acre mitigandum & eliminandum, ſed ſalia non auſcultant purgantibus.

Niſi diarrhoea ab aſſumtis ortum traxerit, tunc in principio lene evacuans dari poteſt, hoc autem ſtatim excipiat ſudoriferum, quod aliquoties repetendum, interpoſitio tamen abſorbente aliquo, & acrimoniam ſalinam temperante, quo clyſteres abſtergentes & anodyni etiam referuntur. Sic

℞. *Extracti rhabarb.* gr. xv. *aq. meliſſae* drach. vj. *ſirup. de cichor. cum rhabarb.* unc. j. miſc. D. ſ. pro 1. doſi.

℞. *Rhabarb. recent. contuſi* gr. xx. Sum. pulv. pro 1. doſi.

Elapſis ſex horis.

℞. *Theriac. vel diaſcord.* drach. ij. vel drach. iij. ſolve cum aq. bardan. majoris q. ſ. adde *ſpir. theriacal. campb.* ſcrup. j *corn. cervi comp.* ſcrup. ſem. miſc. Sum.

℞. Pulv.

℞. *Pulv. cordial. precioſ. pannon rubr.* ãã ſcrup. ſem. *bezoard. Occident. unicorn. veri* ãã gr. v. *ther. ac. coeleſt.* gr. ij. Fiat pulv. D. ſ.: vel

℞. *Theriacae* drach. j. *aq. card. bened.* unc. j ſem. *tinct. corall.* cum cera paratae gt. 12. miſc. Sum. 1. doſi.

℞. *Lap. bezoar. Orient.* gr. vij. Si dives. *antim. diaphoret.* gr. xv. *camphorae* gr. j. fiat pulv. Sum. pro 1. doſi.

℞. *Terrae ſigillat.* drach. j. *laud. opiati* gr. ſem. f. pulv. Sum. ut ante.

℞. *Diaſcord.* ſcrup. ij. *aq. c. c. citrat.* drach. x. *menthae* drach. ij. *tinct. opii.* gt. vij. miſc. D. ſ. pro 1. doſi.

Si dolor vel fluxus alvi admodum urgeant, dantur horis veſpertinis pilulae.

℞. *Extr. tormentill.* drach. ſem. *theriac. coeleſt* ſcrup. ſem. *laud. opiati* gr. v. Fiant pil. n. xxxv. D. ſ.

Ad temperandum, & abſorbendum.

℞. *Aq. menth.* unc. j ſem. *panis cum nuc. moſch. deſtillat.* unc. ij. *c. c. citrat.* unc. iij. *elixir. vitae matthioli* drach. j miſc. Sum.

℞. *Aq. panis cum nuc. moſch. menthae* ãã unc. j. *carminativ.* unc. ſem. *cinamomi* drach. j. *decoct. c. c. uſti* unc. iv. *lap. haematites. coralliorum ppt.* ãã ſcrup. ij. *lap. cancr.* drach. j. *tinct. opii* drach. ii. *ſachari perlati* drach. iii. miſc. *D. ſ.* ſumatur. prius bene agitata.

Clyſter abſtergens etiam non negligatur v. g.

℞. *Iuris capitis vervecin* unc. vi. *mellis roſarum* unc. ſem. miſc. fiat. enema.

Vel fiat *anodynus*, v. g.

℞. *Lactis chalybeati* unc. vi. *terebinth. vitello ovi ſolut.* drach. ii. *theriacae* drach. i. ſem. miſc. f. enema.

E re etiam erit, ut externe antifebrilia exhibeantur, & veſicatorium carpis manuum applicetur.

In diaeta commendatur hordeum excorticatum: pro potu decoctum cydoniorum, cui vinum cydoniorum addi poteſt.

Vel decoctum galangae aut c. c. uſti propinetur, nec non tinctura roſar. largiter detur in potu ordinario, vel tinct. bezoardica crebrius inſtilletur potui ordinario ad plures guttas.

Abdominis inunctio fiat cum ſpirituoſis, ut aqua carminativa, atq. theriacal. camphorata.

Datur ſpecies, quae vocatur fluxus hepaticus, ſed male ita vocatur; eſt enim fluxus haemorrhoidum, & curatur martialibus acidum abſorbentibus.

CASUS XXXIII.

Lienteria Coeliaca.

Infans 7. annorum, qui poſt ablactationem conſuevit noctu ſaepius bibere, aſſumta vel plane non immutata per alvum egerit, quandoque immutata in tantum, ut vix ampIius cognoſci poſſint excernit, facies tumida, alvus & abdomen durum apparent.

PAtet hunc affectum eſſe miſtum, mox enim aſſumta non cocta egeruntur ut in lienteria, deinde non nihil mutata excernuntur & ſic referri poteſt ad coeliacam, vel alvi fluxum chyloſum.

Cauſſa merito reiicitur in potationes nocturnas, quibus digeſtio, & chylificatio admodum fuere laeſae.

Hinc accuſamus fermenti gaſtrici inertiam, nec non bilis inertiam aquoſitatem, vel etiam craſſitiem, & viſciditatem.

Videmus in febribus malignis lienteriam ſymptomaticam facile ſupervenire; nem-

nempe quia ſal eiuſmodi acre ad glandulas circa pilorum ſitas defertur, eaſque irritando citiorem, quam par erat deſcenſum alimentorum ex ventriculo producit.

Quod ſi videamus aſſumta eſſe quidem concocta, ſed non ſeparata ab excrementis, tunc accuſamus obſtructionem vaſorum lacteorum &c. & ſanguis quia non poteſt rite volatiliſari, hinc mirum non eſt, quod abdomen durum, facieſque pallida exiſtat.

Hi affectus deſinunt vel in cachexiam, vel atrophiam.

In curatione conveniunt omnia, quae ventriculo grata ſunt, quae bilem acuant; praemiſſo leniter evacuante ex *rhabarbaro*, vel lenitivo aliquo aloëtico, e.gr.

℞. Tinct. tartar. cum eſſent. *abſinth.* vel tinct. *terrae Japonicae*, *ſal. armoniacū* cum *ſal. abſinth.* ſal. volatil. *oleoſum ſtomachale*, *elixir vitriol. mynſicht.* eſſent. amara, zingib. conditum, *tinct. coralliorum c. elixir. propriet.* ſine *acido*, *tinct. antim. ſpir. convulſ. c. eſſen. carmin. Wed.* vel eſſent. abſinth.

℞. *Spir. nitri vel ſalis* optime *dulcificati* drach. ij. D. ſ. ſpiritus.

Blandiora illa acida conveniunt, ubi ſal muriaticum peccat, vel lienteriae auctor exiſtit.

℞. *Elixir. propr. ſine acido* drach. j ſem. *tinct. coralliorum* ſcrup. ij. *olei balſ. Indici* ſcrup. ſem miſc. Sum.

Conducunt etiam poſt paſtum *ſuccolada*, vel *zingiber conditum*.

CASUS XXXIV.

Haemorrhoïs coeca.

Vir 50. annorum conqueritur de lumborum dolore, nullum hactenus in urina apparuit nephritidis ſignum, circa anum, tuberculum plus minus dolens, & cum aliquali calore ſentit, alvus plerumque ſiccior eſt cum flatibus, ſaepius noctes habet inquietas cum laſſitudine totius.

Quoties audimus aegrum conqueri de lumborum dolore, toties ſuſpicio occurrit de calculo, ſed fallimur.

Veſtigium nephritidis eſt, ſi in fundo matulae arenulae duriores, & aſperae reperiantur, vel quando urina ſaepius excernitur cum ardore, vel quando quis habuit parentes nephriticos.

Quod ſi haec ſigna non adſint, videndum an ſanguinis forte reſtagnatio ſit in cauſſa, qualem cauſſam hic adfuiſſe dicimus ex ſignis.

Sanguis facile reſtagnat in vaſis ſedalibus circa anum, quia per conatum egerendi ſanguis praepeditur in motu circulari, hinc qui alvum ſemper obſtructam habent, illis a preſſione tali ſanguis reſtagnat in his vaſis. In partu difficili idem fit.

Adjuvat continua ſeſſio, hinc qui ſedentariam vitam agunt huic malo ſunt obnoxii.

Si aër hic frigidior admittatur, vel partes ani magis aëri exponantur circa egerendi tempus, idem eveniet.

Tuberculum adeſt, quia ſanguis reſtagnavit.

Dolor &c. quia adeſt intemperies ſanguinis viſcida, & acris.

Haemorrhoides dividuntur in coecas, & fluentes.

Coecas has eſſe ex relatione patet.

In prognoſi affectus hic eſt chronicus, plus moleſtiae, quam periculi habens; ſi enim non fluant ex dolore continuo incidit aeger in febrem, vel inflammatio & ſuppuratio ſupervenit, unde abſceſſus & fiſtulae ani ſi fluant facile modum excedunt, & cachexiam, vel hydropem poſt ſe trahunt.

In curatione intemperies ſanguinis viſcida eſt corrigenda, acris temperanda, obſtructio tollenda, dolor ſiſtendus.

His.

Digitized by Google

His ſcopis ſatisfaciunt praemiſſis praemittendis, quae omne ferunt punctum infuſ. laxat. ex fol. ſenn. & rhabarb. item vinum paſſulatum: poſtea, elixir. amar. ſpir. aperit. Penot. tinct. martis liq. ſal. armoniac. cum marte aliaque chalybeata exhibeantur.

Convenit quoque elix. propr. ſ. acido largiter aſſumtum, pilul. Francoſ. ſaepius exhibitae.

℞. *Balſam. Italici vulnerar.* drach. ij ſem. D. ſ.

℞. *Martis ſulphurat. antim. cachect. Ludovici* āā. gr. iv. *ſalis armoniaci* gr. ij miſc.

Fiat pulv. D. ſ. dentur 9. doſes pro novem diebus: Superbibatur potus theae, vel coffae, vel vini abſinthitis hauſtus.

Vel ℞. *Spir. corn. c. comp.* drach. j ſem. D. ſ. ſpiritus.

Externe ℞. *Boli. album. ovor.* q. ſ.

Fiat cataplaſma, applicetur calide, addi poteſt tantillum ſpir. vini camphorati, vel fiat fotus ex *ſem. lini fol. lauri, momord. fl. chamomill. melilot, verbaſc*, vel famoſum illud *unguentum de linaria*, vel aliud *ex mucilag. ſem. cydonior.* cum pulv. *rad. ſcrophular. ſymphit. fl. verbaſci* applicetur.

℞. *Unguent. rubri camphorat.* unc. j. *pulv. radic. ſcrophular.* unc. ij. *pulv. de verbaſco Mynſ.* drach. ji. *ol. ovor.* drach. j ſem. *cerae* ſcrup. j miſc. D. ſ.

C A S U S XXXV.

Affectio hypochondriaca.

Vidua quum in vehementi aeſtu peregrinaſſet, ſiti vexata frigidam hauſit, poſt incidit inflammationem ſiniſtri hypochondrii, jejuno ventriculo ſingultit cum crebrioribus ſuſpiriis, poſt cibum dolorifica adeſt compreſſio, interdum anxietas ſubitanea illam invadit, per intervalla capitis adeſt gravitas, alvus difficilis, ſomnus perturbatus. Urina tenuis, alba, menſes difficulter fluunt.

Affectio hypochondriaca, nihil aliud eſt, quam congeries multorum ſymptomatum, ſuoſque natales habet in ventriculo.

Male itaque accuſatur lien, quum aeque pars patiens ſit ac reliqua viſcera.

Inflatio ſiniſtri hypochondrii. Eſt a frigida, quatenus poros obſtruxit, & quum vapores ſemper oberrent in corpore noſtro, a praecluſis flatibus hic oritur inflatio inteſtini cujuſdam non lienis, quia impoſſibile eſt ut lien tam breviter intumeſcat.

Veteres practici plus reſpiciunt ad viſcida, quam ad fluida, rectiori ſed contrario modo procedunt moderni.

Jejuno ſtomacho ſinguitit. Alias oritur ſingultus, quam primum cibi ſunt aſſumti, ſed hic a reliquiis aſſumtorum eorumque acrimonia, quae agitantur in ventriculo, & ſic ſpaſmum excitant, ille exoritur.

Suſpiria crebriora. Sunt a ſanguinis particulis craſſioribus, diaphragma vel etiam pulmones trajicientibus.

Poſt cibum dolorifica compreſſio adeſt a nimia diſtenſione ventriculi, vel viſciditate fermenti.

Anxietas ſubitanea excruciat, quia ſanguis non ſibi ſemper eſt aequalis, a diverſi generis particulis; hinc eſt, quod quaedam guttulae alacrius, quaedam vero ſegnius rareſiant: hinc anxietas ſubitanea, poteſt etiam eſſe a ſpaſmo, ſed prima ratio magis placet.

Capitis gravitas. Eſt ab obſtructione tubulorum meningum cerebri.

Alvus difficilis ab adſtringente humore acido auſtero.

Som-

Somnus perturbatus ab inaequalitate ſpirituum animalium.

Urina tenuis, alba, a deficiente attenuatione & debita miſtione ſallum.

Menſes difficulter fluunt ob ſanguinis viſciditatem.

Cauſſa hujus mali *proxima* eſt acidum auſterum in primis viis, cui accedit intemperies ſanguinis viſcida.

Prognoſis nobis ſiſtit hic malum chronicum degenerans in ſcorbutum confirmatum, hydropem vel febrem aliquam chronicam. Non raro etiam hypochondriaci fiunt apoplectici, icterici, ſcabioſi, quartanarii.

Curatio dirigenda ad viſciditatem, & aciditatem humorum.

Viſciditas corrigitur aperientibus, diluentibus & reſolventibus.

Aciditas corrigitur abſorbentibus, & invertentibus.

Vomitoria juvant hypochondriacos citius, quam purgantia, quae ſymptomata leniunt, ſed cauſſam morbi ſaepius non attingunt: interea in hoc affectu ſaepius cogitur Medicus aliquid admittere, quod jubet conſuetudo, opinio vulgi, ſuperſtitio praejudiciaria, quod ſana ratio e contra vetat.

Purgantia interim hic debent eſſe liquida, ſed modo admodum ſimplici parata, hoc eſt per ſolam infuſionem, ſic

℞. *Fol. ſenn. agaric.* ā ā. drach. ij. *rhabarb.* gr. xxv. *crem. tart.* gr. xij. *rad. polypod.* gr. xv.

Infunde in aqua calida per noctem, mane colet. D. ad unc. iij. vel unc. iv.

Nec negligantur pilulae hypochondriacae.

℞. *Gummi-ammon. cum aceto ppt.* drach. ſem. *maſtich. el. carabes albiſſ. limatur. mart. in alcohol. contrit.* ā ā. ſcrup. j. *myrrh. rubr.* ſcrup. ſem. *trochiſc. alhand.* ſcrup. j. *reſin. jalap. ſcammon.* ā ā. gr. xv. *ol. macis ſtill.* gt. viij. miſc. Fiant pil. num. xxx. deaurentur.

Superbibatur eis potus theae largiter.

Ad deobſtruendum convenit ſpir. cephal. ad gt. xv. bis de die. tinct. tart. eſſent. carminativ. Wedel. miſtur. hypochond. cum aq. aperitiv. Schrod. vel aq. ſplenet. ejuſdem Schroderi. Sic

℞. *Liquoris tartari* unc. ſem. D. liquor. cum aq. ſplenet. vel potu ordinario.

℞. *Miſturae hypochondr.* drach. iij. Sum. liquor.

℞. *Tinct. aperitiv. Moebii* unc. ſem. tingatur *ſirup. papav. errhat.* D. ſ.

℞. *Tinct. ſolaris. vel terr. Haſſiac.* drach. ij ſem. D. ſ.

Potenter reſolvunt decocta lignorum pro eliciendis ſudoribus.

℞. *Arcan. duplicati* gr. viij. *corallior. ppt.* gr. xij. miſc. Fiat pulv. D. ſ.

Dentur 9. doſes pro novem diebus. Haec miſtura optime profuit.

℞. *Aq. carminativ. cortic. citri. aq. ſplenetic.* ā ā. unc. j. *tinct. jalap.* drach. ij. *julep. roſar.* unc. ſem. miſc. D. miſtur.

Infuſum antea laudatum laxans repeti poteſt aliquoties.

In prandio & coena, convenit hauſtus vini abſinthites: vel ſpir. ſal. armoniac. vel ſpir. ſalis refractus in potu ordinario.

Hypochondrio ſiniſtro imponatur *empl. carminativ.* vel *de ammoniaco*, quod ſpir. multos exhalat.

Clyſteres hic admodum etiam ſunt proficui, e. gr.

℞. *Aq. pluvial.* unc. xij. *foecum cereviſiae* unc. ij. *ſapon. Venet.* drach. ij. miſc. f. enema.

Sed quum morbus diuturnus eſſe ſoleat, ablegamus hanc viduam ad acidulas, commune hypochondriacorum ſolamen.

CASUS XXXVI.

Obſtructio Hepatis.

Civis conqueritur de gravativo dolore lateris dextri, appetitus eſt proſtratus, faſtidium adeſt, & nauſea carnium, quarum odorem vix ferre poteſt, reſpiratio a motu eſt difficilior, calor excedit circa veſperam, urina eſt cruda, alvus ad obſtructionem inclinat.

VOcamus hunc affectum obſtructionem hepatis ob gravativum dextri dolorem. Morbus hic uſque adeo frequens, ut ab omnibus balneatoribus, empiricis, ac agyrtis accuſetur obſtructio, ſi non hepatis, ſaltem meſenterii, lienis aliorumque viſcerum.

Nemo melius de obſtructione ſcripſit, quam Etmullerus, cujus paginae merentur ut legantur, & relegantur.

Viſcera dicuntur obſtrui. 1. ſecundum vaſa qualiacunque illa ſint vel ſanguifera, vel lymphatica, vel nervina. 2. ſecundum poros & meatus. Verum cum corpus noſtrum tantum conſiſtat ex fluidis & vaſis fluida continentibus, non opus habemus, ut de viarum diverſitate ſic ſimus nimis ſolliciti; fluida enim non obſtruuntur, ſed obſtruunt, hinc omnis obſtructio fit in vaſis, ſive quod idem eſt in tubulis, poris, vel canaliculis.

Videtur veroſimilius vaſa ſanguifera, praeſertim majora non tam facile obſtrui, quum ex illorum obſtructione ſanguinis circulus magis deberet laedi.

Hic affectus poſſet etiam vocari cruditas acida, quia recte dicit Etmullerus obſtructiones viſcerum eſſe ex depravatione chyli, ejuſque vitioſa diſtributione.

Obſtructiones utplurimum oriuntur, vel culpa aſſumtorum, vel ex animi paſſionibus; ſicque ſemper magis habent rationem effectus, vel producti morboſi, quam cauſſae morbificae.

Gravativus dolor est a lympha craſſa, & viſcida hepar obſtruente.

Appetitus eſt proſtratus a vitiato fermento ventriculi, idem *de nauſea carnium.*

Gravidae etiam nauſea corripiuntur, quia menſes non fluunt, vaſa obſtruuntur, & ſic ventriculi fermentum alteratur.

Reſpiratio difficilior. 1. quia diaphragma libere moveri nequit ob ſubjacens hepar obſtructum, & aliquo modo tumidius factum. 2. quia totus ſanguis intemperatus eſt, & ad viſciditatem inclinat.

Calor circa veſperam excedit. 1. quia tunc humores ſegnius agitantur, hinc fibrillae celerius moventur, quae in motu tremulo eſſe debebant. 2. quia tunc chylus crudus defertur ad cor unde ſanguinis turbatio.

Urina cruda exiſtit. ob deficientem reſolutionem ſalium, & particularum oleoſarum.

Alvus ſiccior ob bilis, & ſucci pancreatici viſciditatem, & quia interiora inteſtinorum muco nimium oblucta ſunt.

Obſtructiones viſcerum ſaepius ſunt affectus inteſtinorum, quibus probe repurgatis a flatibus, foecibus & muco viſcido, bene ſe habent viſcera.

Hic affectus in omnibus conveniunt cum intemperie ſanguinis frigida, & eodem modo curatur etiam obſtructio lienis, meſenterii, uteri, chloroſis, & cachexia mulierum.

Ratione *prognoſeos* eſt morbus chronicus, qui facile degenerat in morbum complicatum, hydropem, cachexiam, ſcirrhum, quartanam, aſthma pituitoſum, &c.

Curatio difficilis eſt, partim ob humorum viſciditatem, quod in illis corporibus contrariantes ſibi fermentationes facile a medicamentis agitatoria vi praeditis excitentur.

Con-

Conſiſtit autem curatio in humoris viſcidi attenuatione, acidi correctione, ejuſdemque evacuatione, quod in praecedenti caſu obſervavimus idem, & hic notandu.

Purgantia primo ſint in forma liquida, poſt in forma pilulari. Conveniunt itaque omnia eſt *tart. pilulae tartareae Quercetan. pilulae ex ammoniaco* ejuſdem, *pilul. aloëtic. pilul. de galbano Sylvii*, quibus *mercur. dulc.* addatur, hinc placent *pilul. ex ammoniaco*, & *mercur. dulc.* quas *Craan.* habet.

Interponi debent chalybeata, niſi jam ſcirrhus viſceris adſit, in tali enim duritie chalybeata plus nocent, quia nimis exſiccant; hinc in macilentis, & tempore aeſtivo chalybeata non ſemper tuto exhibentur.

Praemiſſis his, ſudorifera in uſum vocanda, nec non ſerum lactis. cum tinct. antim. vel miſt. ſimpl. vel. cum ſucco chaereſol. cochlear. beccabung. vel

℞. *Tinct. aperitiv. Penoti* drach. ij. D. ſ.

℞. *Spir. ſal. armoniac.* drach. ij. D. ſ. ut ante.

℞. *Spir. tartari compoſ.* drach. ij. D. ſ. ut ante.

℞. *Aq. aperitiv. Schrod. petroſelin.* āā. unc. iv. *tinct. mart. cum vin. malo.* parat. vel cum *aq. pluviali* unc. iij. *malvatic. juniperin.* drach. j ſem. *ſirup. aperitiv. vel de 5. radicibus* unc. j. m. D. ſ.

℞. *Antim. cachect. Ludovici* gr. vj. *arcani duplicati* gr. iv. miſc Fiat pulv. dentur 9. doſes.

Externe conveniunt aperitiva, carminativa, empl. de cicuta, ammoniaco, vel ſolutio *ſal. armoniaci* in aqua deſtillata inſtar epithematis, hepati parti obſtructae applicetur.

CASUS XXXVII.

Aſcites.

Juvenis a tertiana vix liberatus incidit in tumorem ventris, & pedum cum virium imbecillitate, appetitu dejecto, pectoris anguſtia, urina pauca, ſed rubicunda, & tartarea.

Hic affectus eſt hydrops, aſcites.

Cauſſa proxima eſt extravaſatio ſeri vel lymphae in cavitatem abdominis, & habitum muſculoſum pedum.

Febris tertiana poteſt exſiſtere cauſſa hydropis 1. ob culpam regiminis in dioeta, quando aeger nimium appetitui indulget vel etiam ſiti, unde non raro pori inteſtinorum, & ventriculi obſtruuntur, vapores detinentur, lympha viſcida obſtructiones parit, & tandem in cavitatem abdominis exſtillat.

2. Culpa medicamentorum, quando nempe ſtyptica, incraſſantia, opiataque nimium adhibentur, unde contumaces viſcerum obſtructiones oriuntur, & conſequenter lymphae reſtagnatio.

Virium imbecillitas eſt a defectu ſpirituum, ſanguis enim laborat intemperie craſſa.

Appetitus dejectus adeſt ob fermentum non ſatis volatile vel meteoriſatum.

Pectoris anguſtia a compreſſione diaphragmatis.

Urina rubicunda a copia ſalium.

Tartarea a copia ſalis fixi impuri.

In prognoſi. eſt affectus chronicus, ſed ſi nulla tuſſis adſit, ſitis non adeo urgeat, poſt febres aſcites ſuperveniens ſaepius curatur. Et quoniam hic nulla adeſt corruptio vaſorum, ſpem promittimus reconvaleſcentiae, praeſertim quũ forſan hic hydrops a potus ingurgitatione nimia, unde videmus meſſores facile curari. Signa autem periculoſa ſunt tuſſis, ſitis, ſumma reſpirandi difficultas, labia decolorata, &c.

In curatione ſerum praeparandum, & foras eliminandum, obſtructio tollenda, &

Digitized by Google

ante omnia bilis, & fermenti ventriculi habenda eſt ratio.

Interim ſtatim purgans exhiberi poteſt, quamvis enim purgantia alias ſuſpecta, tamen hic ubi a digeſtione vitium eſt, auſpicari poſſumus curationem a purgante, de his purgantibus optime ſcripſit *Sydenham* in tract.de hydrope.

℞.*Electuar.hydragog.Sylv.*unc.ſem.ſolve *cum aqua cichor.*D.ſ.

℞.*Elect.hydragog. Sylv.* drach.ij ſem. *aq.flor.acaciar.*q.ſ.adde *ſirup.de ſpina cervina,vel de ſpina infectoria* unc.j.*aq.cinamom.*drach.j.miſc.Sum ut ante.

℞.*Reſin.jalap.* gr.xv. ſolve *cum vitello ovi*, adde *aq.meliſſ.*drach.vj.*ſirup.de ſpina cervin.*unc.ſem.tinct.*tartar.*gt.xv.*aq.mirabil.*drach.ſem.miſc.Sum.ut ante.

Non inconveniens etiam erit, ſi *abſinth.* & *fol.ſenn.* ā ā.m.j.vino infunduntur, & mane forti expreſſione facta in uſum veniunt.

De purgantibus obſervandum, ſi pro voto operantur, Medicus audacter pergere poteſt, ſin aeger non bene ferat ſatius erit inhaerere praeparantibus aperientibus.

Ex veterum formulis non contemnendae ſunt ſequentes.

℞.*Electuar.de tamarind.cum.fol ſennae* unc.ſem.*electuar.Caryocoſt.*drach.ij ſem. *crem.tartar.*ſcrup.ſem.cum ſaccharo f.bolus. Sum.

℞. *Rad.iria.florent.foenicul.liquirit.*ā ā.drach.iij.*ſummitat.abſinth.*m.j.*herb.agrimon.ceterach.marrub* ā ā.m.ſem. *fol ſen.*ſ.ſ.unc.j ſem.*ſoldanell.*drach.vj.*ſem.carthann.* unc.j. *cortic.med.ſambuc.rad.frangul.* ā ā. drach.iij. *maceris* ſcrup.j. *paſſul.minor.* drach.x.

Inciſa infundantur per 24.horas menſura j. vini, dein exprimantur,& filtrentur. Doſis lib.ſem.ſingulis diebus.

Ad incidendum, & aperiendum commendantur decocta ex *rad.quinque aperient. rad.ireos cortic.ſambuc.marrubio,ſem.petroſelin.foenicul.*cum *ſero lactis* parata,ita tamen,ut evacuationes intermediae nunquam omittantur.

Secundae indicationi ſatisfaciunt ſudorifera ex rob.ebuli, *aq.veronic.*& *aq.ſambuci*. Sed aeger debet deduci ad laconicum ſubtus accenſo ſpir. vini vel injectis ſilicibus in decoctum aliquod ſudoriferum.

℞.*Tinct.tartari.ſpir.juniperi* ā ā.drach.ij.D.ſ.

℞.*Spir.tart.compoſ.*drach.ij.*c.c.compoſ.*drach.j.miſc.D.ſ.

℞.*Eſſent.abſinth.*drach.j ſem.*ſpir.ſal.armon.*ſcrup.ij.*eſſent.macis* drach.j.D.ſ.

Pro conſortatione.

℞.*Malvat.juniper.cum ſpir.junip.par.*unc.j.ſem.*aq.menth.foeniculi. lignorum* ā ā. unc.ij.*tinct.tartari* drach.j.miſc.Sum.

℞.*Succi chaerefol.rec.*unc.j ſem.continuetur per integrum menſem.

℞.*Elect.noſtr.antihypochondr.*unc.vj.D.ſ. Cui *ſuperbibatur aqua leviſtici.*

Ratione fermenti ventriculi, & bilis conveniunt omnia amara v.gr. omnia ex *abſinth.elixir.febril.Myns.*potui ordinario injici debet rad.enul. herb.cardui bened. addita rad.ireos.

Haec autem cura continuari debet ad minimum per 7. ſeptimanas, ita, ut nunc purgetur, nunc ſudoriferum exhibeatur, nunc amara, & aperientia immiſceantur, & ſic curatur hydrops, niſi ſubſtantia viſcerum exulcerata jam ſit.

NB. Poſt omnes febres exhibenda amara, plura videantur apud Sydenham, hac cum cautela, ut ejus purgantia ex vitro antim. ſumma prudentia in uſum vocentur, vel fugiantur.

C A S U S XXXVIII.

Icterus.

Vir triginta annorum ſpontanea laſſitudine, & incipiente lipothymia ſubito prehenditur, urina intenſe flaveſcit, alvus eſt adſtricta, qui ſi excrementa egerat ſunt cinericei coloris, totiuſque corporis ambitus flavo colore tinctus eſt.

AFfectus vocatur icterus. Cauſſa eſt intemperies ſanguinis viſcida; hujus vero cauſſae poſſunt eſſe variae v.gr.febres,acida,& alia alimenta vitioſa.

Praedominium hic obtinent in ſanguine flavae, viſcidae, & amarae partes.

Lipothymia, eſt a ſanguinis viſciditate, unde in corde rite rarefieri non potuit, partim etiam,quod pauci generentur ſpiritus.

Excrementa albicantia. ob viſciditatem ſanguinis omnia viſcera languent, hinc nulla in ventriculo, & inteſtinis digeſtio.

Prognoſeos ratione ſaepius eſt morbus chronicus,& quo ſanguis magis viſcidior,eo majus ad curationem requiritur tempus.

Tutior eſt icterus, ſi ſine febre, inflammatione,calculoque in veſica fellea exiſtit,

Si cum calculo,tunc dicimus magnam adeſſe coagulationem terreſtrem.

Curatio perficitur incidentibus, attenuantibus, & deobſtruentibus. Sic

℞.*Spir.ſal.armoniac.fortiſſ.*drach.ij. D.ſ. ſpiritus.

℞.*Elixir.propr.*drach.ij.*tinct.tartari* drach.j. miſc.D.ſ.Elixir.

℞.*Aq.contra icterum Timaei* unc.vj.*miſtur.ſimpl.*drach.ſem.*ſirup. de* 5. *radicibus* unc.j ſem.miſc.Sum.

Purgantia uſum habuiſſe raro obſervatum eſt.

Decocta,& deſtillata plus hic praeſtant,quam elixiria,& tinct.quia in majori copia aſſumuntur. Laudatur ſequens.

℞.*Rad.rub.tinctor.ſucciſae.urtic.*ãã.drach.iij.*fol.chelidon.maj.*m.j.*ſummitat. abſinth.centaur.minor.*ãã.p.j.*raſur.eboris* drach.ij.*ſtercor. anſerin. Vere collect.* drach.iij. *cinnamom.*drach.j ſem.*croci* ſcrup.ſem. Coque in unc.x.vini, & aquae colat.detur.

Timaeus a Guldenklee habet egregium deſtillatum,de quo ter de die ſumi debent 4.cochlearia. Commendatur etiam elix.propr.ſ.acido,tinct.tart.tinct.antim.ſpir.ſal. armoniac.&c.

Externe *empl.de cicuta,de cumino. ungu. aperitiv. vel martiatum* cum ſucceſſu imponentur.

C A S U S XXXIX.

Scorbutus.

Matrona triginta, & quot excurrit annorum, plenioris corporis habitus, conqueritur de diuturna cephalaea, artuum laſſitudine, difficili reſpiratione, cordis palpitatione, maculis rubris circa humeros, & crura, appetitu nunc ſubito aucto, nunc iterum imminuto.

HIc affectus vocari poteſt diſpoſitio ad ſcorbutum. Notandum eſt, quod quando multa ſymptomata numerantur, tunc eſſe cogitandum de nomine congeriem morborum indicante.

Subjectum eſt e ſexu ſequiori, mulieres enim facilius corripiuntur ſcorbuto,quam viri, ſed facilius ferunt ſcorbutum,& minus periclitantur,quam viri, quia per menſtruas purgationes, & puerperium magna ſanguinis ſalis fixi, & viſcidi copia abſumitur.

Google

AEgra pleniori habitu corporis praedita. Ergo jam exiſtit diſpoſita ad cacochymiam, quia corpora ſucci plena facile cacochymiam contrahunt: et dubio procul inclinavit ad catarrhum, & defluxiones, quia in ejuſmodi corporibus ſucci plenis plus infertur partibus nutriendis, quam diſſlatur, vel per nutritionem conſumitur.

Cauſſa eſt hic ſal acidum fixum, & prout illud plus minus corroſivum, eo major gradus aderit malignitatis ſcorbuticae.

Colligitur ſal illud acidum fixum, vel culpa aſſumtorum, vel culpa aëris inſpirati. Hinc eſt quare incolae maris ſint ſcorbutici, hinc eſt quare in obſidione civitatis alicujus epidemice graſſetur ſcorbutus.

Cephalaea diuturna excruciat, quia catarrhis fuit obnoxia, ubi facilius partes ſalinae, & viſcidiores rapiuntur ad cerebrum, quia plures ſubtiliores partes eo deferuntur, quae priores ſecum abripiunt, & quum tubuli meningum admodum anguſti ſunt, hic partes craſſiores, & fixae facile ibidem deponuntur.

Artuum laſſitudo adeſt, ob inopiam ſpirituum animalium, & humorum per partes ſolidas circulantium viſciditatem.

Reſpiratio difficilis, quia pulmones ſuccumbunt ſub onere ſanguinis viſcidi illos tranſeuntis.

Cordis palpitatio. 1. ab acrimonia lymphae cor tranſeuntis, illudque nutrientis 2. a ſpirituum diſcraſia, 3. a ſanguinis inaequalitate.

Maculae oriuntur a ſanguine ſalino extravaſato guttatim ſubter cutem hoſpitante.

Appetitus nunc auctus, &c. prout partes plus minus fixae, vel volatiles in glandulis ventriculi ſequeſtrantur.

Prognoſis morbum hunc eſſe pronunciat chronicum, & niſi inveteratus admodum ſit, plus alit moleſtiae, & terroris, quam periculi.

In curatione humores acidi ſunt temperandi, viſcidi volatiliſandi.

Praemitti vero ſemper debet venae-ſectio in ſcorbuto incipiente, quia demta viſciditatis portione, reliquum facilius medicamentis attenuari poteſt.

Purgantia, hic nunquam pro voto ſuccedũt ſi ſanguinem attingunt, hinc ſi eorum terminatur operatio tantum intra primas vias, concedi poſſunt: v.g. omnia aloëtica, pilul. Francof. ad ſcrup. ſem. *pilul. de galbano Sylv.* num. v. *pilul. de ammoniac.* tart. pilul. *Wedelii* a ſcrup. j. ad drach. ſem.

Conducunt quoque optime potiones laxativae v.g.

℞. *Decoct. laxat. D. Spin. apud Schrod.* ad cochlearia 4. 5. 6. ſingulis diebus.

Diebus intermediis danda ſudorifera v. g. tinct. antim. *elixir. ſcorbuticum ſpir. diaphoret. Mynſ.* a drach. ſem. ad drach. j.

Inter attenuantia ſunt ſpir. ſal. armoniacus ſal. vol. oleoſum aqua *antiſcorb. Dornrel. eſſent. viperin. Zuvoelff.* ſpectant huc, ſalia, *arc. dupl.* ſalia nitroſa ſal volatil. cc. ſecundum Bontekoe paratum.

Infuſa antiſcorbutica cum *ſero lactis ex anagallid. aquatic. naſturt. raph. ſylv.* ſedo minori, *eſſent. abſinth.* cum ſpir. *naſturt. elix. propr.* cum ſpir. ſal. armon. vel ſal. volat. oleoſo.

CASUS XL.

Scorbutus confirmatus.

Literatus ab annis aliquot laſſitudine totius, & reſpirandi difficultate laboravit fruſtra adbibitis p. ſloratibus, ſucceſſit inflatio ventriculi cum quotidianis ructibus, adeſt cachexia, totius oris graveolentia, dentium mobilitas, catarrhus cum expectoratione materiae viſcidae graviter olentis. In cruribus maculae ſubrubrae, vel etiam lividae apparent. Urina admodum rubra eſt, ſed ſine calore febrili totius corporis.

TOt, & tanta recenſentur ſymptomata, ut facile colligi poſſit multa viſcera huic malo eſſe obnoxia. Cerebrum enim, thorax, & abdomen cum artubus hoc malo corripiuntur.

Obſervandum duo eſſe ſanguinis, & lymphae principia activa, ſal nempe volat. & oleum ſive partes balſamicae, ſiquidem ab horum legitima diſpoſitione craſis ſanguinis, & lymphae dependet.

Videmus hoc in urina, ſi partes ſalinae, & oleoſae ſint rite combinatae, urina eſt bona, verum ſi vel ſal vel oleum qualitate, vel quantitate excedant varia urinae eſt conſiſtentia, odor, ſapor, color varius una cum contentis vario modo praecipitatis.

Ita etiam ſal in ſanguine, vel lympha peccat quantitate vel qualitate: quantitate ſi peccet, lympha erit nimis ſeroſa, et ad nimium motum, vel erraticam effervescentiam apta: ſin qualitate peccet craſſitie, nempe, ſanguis, et lympha erunt plus minus acres, acidae auſterae.

E contra ſi partes oleoſae peccent, vel quantitate, vel qualitate, humores erunt inflammabiles, vel facile rancorem contrahent.

Scorbutus maximam habet affinitatem cum lue venerea, ut qui unius probe cognoverit naturam, et indolem, de alterius quoque cauſſis facile differere poſſit.

Oritur vero ſcorbutus vel ab aſſumtis, vel ab aëre.

Quod cauſſam proximam attinet dicimus eſſe lympham acriorem, deinde enim ſanguis, et ſpiritus animales inficiuntur.

Quaeſtio. An humor ſcorbuticus ſit viſcidus?

℞. Omnes humores in ſcorbuticis ad coagulationem quidem eſſe pronos, verum diſtinguendum inter cauſſam efficientem, et productum. Cauſſa efficiens conſiſtit in halitu vel miaſmate vaporoſo plus minus acri vel auſtero. Qui halitus vel vapores referant poros aliarum partium, ut lympha eos facile ingredi poſſit, hinc lympha redditur mucilaginoſa, et viſcida. Si ſpiritus ſal. affunditur ſpirit. citri, tum amittit fluiditatem, et mucilaginoſam acquirit conſiſtentiam.

Putamus acidam cruditatem eſſe ſcorbuti cauſſam, quum nunquam ventriculus inſons in hoc malo reperiatur.

Non male ſcorbutus comparari poteſt cum ſenio: in ſenibus ſal. volat. depreſſum eſt, pauci ſpiritus generantur, lympha acris caput extollit, unde multa ſymptomata.

Laſſitudo adeſt. quia lympha inclinat ad reſtagnationem.

Reſpirandi difficultas. partim culpa ſanguinis, partim ſpirituum animalium.

Inflatio moleſtat ob obſtructionem pororum intus foras ſpectantium: in omni fermentatione halitus reperiuntur, qui per poros in auram abire debebant ſed ſunt obſtructi.

Cachexia exoritur a lympha.

Oris graveolentia a gingivarum putredine.

Dentium mobilitas ab acredine lymphae.

Digitized by Google

Calculus, &c. a vitio lymphae, et ranciditate humorum circulantium.

Urina rubra ſed ſine calore febrili. eſt a copia ſalium, non autem eſt ex turbata ſanguinis miſtione.

Erit igitur hic affectus ſcorbutus confirmatus ob ſedentarium vitae genus non parum exaſperatus, & propterea curatu erit difficillimus, praeſertim in aetate ſenili, quum omnes qui ex ſenio moriuntur, moriantur etiam ex ſcorbuto.

Pro curatione, commendantur illa, quae blandiori ſal. volatil. abundant, & quum paucae guttulae non ſatisfaciunt, praeſtant deſtillata, infuſa, electuaria.

Inter evacuantia primatum obtinent ſudorifera blandiora atque

℞. *Rad. ari. trifol. fibrin. raphan. ſylv. acetoſae* āā. drach. vj. *herb. fumar. nummular. naſturt. aquatic. ſedi minoris* āā. m. ſem. *ſummitat. pini* m. j. *corticum capparum. tamariſc.* āā. drach. iij. *maceris cinamom.* āā. drach. ſem. infunde per noctem in *ſero lactis* calido, mane facta expreſſione colentur. Colat. ℞. lib. ii. ſem. adde ſpiritus *naſturtii* drach. iij.

℞. Sal volatil. c. c. drach. j. Sum. prandio, & coena. Vel per diem ſumatur drach. j. Neque etiam minoris effectus erit infuſum theae cum radice armorac. & cochlear. vel ruta murar. naſturt. hortenſ. aut trifol. fibrino, factum. Vel

℞. *Succi naſturt. beccabung. cochlear.* āā. unc. ij. *ſeri lactis cum tantillo ſeminis aniſi correct.* lib. ij. m. exacte. Sum.

℞. *Aq. antiſcorb. ſplenet. Schrod.* āā. unc. iij. *eſſent. pini* drach. iij. *elixir. antiſcorb.* drach. j. miſc. Sum. miſtura antiſcorbutica, quae eſt egregia.

Reliquae formulae peti poſſunt ex doctrina de hydrope, ictero, & obſtructione hepatis.

C A S U S XLI.

Mictio cruenta.

Puer facie pallidus valetudinarius duodecim annorum dejectum patitur appetitum, urget ſitis, urina quam reddit cruenta eſt, nullus tamen lumborum percipitur dolor.

A*ppetitus dejectus* adeſt. ob nimiam lymphae ſtomachalis aquoſitatem, ſalia enim haerent in glandulis ventriculi obſtructis.

Sitis urget. quia tubuli faucium ſunt obſtructi, & lympha ad ambitum corporis potius defertur.

Urina eſt cruenta. quia ſalia remoram paſſa in renibus tenellula vaſa ſanguifera erodunt, ut ſanguis ſub forma ſanguinis deveniat ad pelvim & ureterem. Ob hanc cauſſam cachectici ſunt haemorrhagiae narium obnoxii.

Omnis hic de calculo ſuſpicio eximitur, quia nullus adeſt circa lumbos dolor.

Affectus ergo recte nominabitur mictio cruenta.

Mictio peaeternaturalis eſt triplex, vel eſt cruenta, vel purulenta, vel pilaris.

Prognoſis notat morbum hunc curatu eſſe difficilem, & ſatis periculoſum; ſi enim ſanguis in via a renibus ad ureterem grumeſcat, urinae ſuppreſſionem producet.

Curationis ſcopi ſunto.

1. Ut ſanguinis ſpirituaſcentia juvetur, id quod temperatis ſtomachicis, et ſudoriferis obtinebimus.

2. Ut acrimonia ſalium obtundatur per mucilaginoſa, balſamica, et oleoſa.

Ergo pro his ſcopis adimplendis commendamus *decoctum contra mictionem Mynſichti* bis de die ſumtum. Vel aliud *decoctum vulnerarium*, ex *iva artetica*, *agrimoniae, mille fol. rad. conſolid. major.* ſubſtitui poteſt.

Porro nihil obſtabit quo minus *elixir. propriet. ſ. acido c. eſſent. abſinthii, & olibanacis*

in

in uſum vocemus, quae enim de vi aperiendi oſcula vaſorum dicuntur, nugae ſunt. Aliquando inſequi poteſt haemorrhagia, quia aloëtica ſanguinis intemperiem viſcidam corrigunt.

℞. *Tinct. corall. cum cera parat.* drach. ij. *terrae Japonicae, eſſent. hyperic.* āā. drach. j. miſc. Sum.

℞. *Aq. portulac. plantag. agrimon.* āā. unc. ij. *tinct. corall. cum cera* drach. j ſem. *ſirup. de ſymphyto* unc. ſem. miſc.

Horſtius ſequentem commendat pulverem.

℞. *Rad. liquirit. raſ.* drach. ij. *glandium* drach. j ſem. *ſem. 4. frigid. maj.* āā. drach. j. *portulac. lactuc.* āā. ſcrup. ij. *fl. roſar. rubr.* m. j. *ſuccin. alb. ppt.* drach. ſem. *c. c. uſt. ppt.* ſcrup. j. *ſacch. cand.* unc. ſem. f. pulv. doſis drach. j. cum aqua malvae, in qua ſemen cydoniorum aliquando fuerit infuſum.

In diaeta nocent acida, frigida, flatulenta, motus nimius &c.

Jam ſi a Galenico cauſſam petimus, dicet, eſt intemperies hepatis, accedit labefactata facultas retentrix, & ante omnia facultas retentrix roboranda per adſtringentia v.g.

℞. *Sacchari roſat. antiq.* unc. ſem. *diacydon. ſimpl.* unc. j ſem. paratur ſine aromaticis. *corall. ppt. c. c. uſt. ppt.* āā. drach. j ſem. cum *ſirup. de roſis ſiccis* f. electuarium.

℞. *Ungu. Comitiſſ.* unc. j ſem.

CASUS XLII.

Atrophia ſcorbutica.

Vir ſcorbuticus hactenus ſtranguriam ſaepius paſſus, coeteroquin plethoricus, propter inflationem hypochondrii ſiniſtri utitur acidulis Wildungenſibus, paulo poſt incidit in mictionem cruentam, & purulentam cum atrophia totius, haec duravit per biennium, donec exhauſtis viribus diem ſuum obierit.

MEdici fuere ſolliciti de vera hujus affectus appellatione, credimus tamen hunc virum obiiſſe ex atrophia ſcorbutica: nec forte errabimus ſi dicamus ſubfuiſſe inveteratam luem veneream; omnes ſenes, qui ſaepius patiuntur ſtranguriam, contraxerunt in juventute exulcerationem, vel ſaltem texturae laeſionem proſtatarum, (ſunt glandulae ſeminales) hinc quum ſcorbutus maximam habebat affinitatem cum lue venerea, facile etiam hi duo affectus in ſe invicem commutantur.

Saepius ſtranguriam paſſus eſt. In quavis enim urina eſt ſal, ſed temperatur ab oleo, ſi partes oleoſae deficiant ſal rodit, & mingendi infert deſiderium, qui dolor eo diutius durabit, quo magis glandulae proſtatae, vel ipſa urethra exulceratione contaminata exiſtit.

Stranguriam hanc eſſe veram patet ex curatione, omnia enim quae particulis oleoſis praedita ſunt, conveniunt in ſtranguria v.g. *oleum macis, nuciſtae, carvi, foeniculi. cortic. aurantiorum*, ſi una vel altera guttula exhibeantur; hinc etiam laudantur aqua *Pkyſagona. menth. cortic. aurantiorum, vinum malvaticum juniperinum, oleum juniperi, aqua anhaltina, &c.*

AEger habitus fuit pro ſplenetico, & eum in finem conſuluerunt uſum acidularum. Sed dicimus inflationem non ex liene eſſe, ſed ex inteſtino colon dicto, quod inflatum molam mentitur in hypochondrio ſiniſtro, id quod ſaepius contingit in ſexu ſequiori: quum enim digeſtio in hoc viro, quae contingit in inteſtinis tenuibus laeſa admodum eſſet, quippe ſtranguria radicaliter ex ea, hinc mirum non eſt, quod inteſtina flatibus, ſuccis fermenteſcibilibus turguerint.

Acidulae in atrophia quandoque plus nocent ſerum, vel ſanguinem plus di-

leendo, nimium per vias urinarias deturbando.

Credimus tamen acidulas non induxiſſe mictionem cruentam, ſed illam ortum traxiſſe ab exulceratione proſtatarum, quae forte longo tempore pus quoddam foetidum in ſe continuerunt, cui januam laxavit acidularum uſus. Coeterum quoque poteſt ab aliis etiam partibus ad renes demandari, id quod in pleuriticis non raro contingit, hinc meliori cum ſucceſſu uti potuiſſet lacte, quam acidulis, vel *potu coffae*, qui ſenibus admodum proficuus eſt, ſuaſiſſem etiam *eſſentiam caſtitatis* cum ſpir. *lignorum*, & externe per catheterem inſtituenda fuiſſet injectio. v.g.

℞. *Aq. roſarum plantag.* āā. unc. iii. *trochiſc. alkekeng. ſ. opio ſubtiliſſime pulveriſati. ſuccini pulveriſat.* āā. drach. j. *bol. Armen.* drach. ſem.

Nomen huic medicamento non imponimus, ne in officina ſciant, quo morbo aeger correptus degat.

C A S U S XLIII.

Calculus renum.

Foemina hyemali tempore incidit in vehementiſſimos lateris ſiniſtri circa lumbos praeſertim dolores: accedit per intervalla dolor colicus, nauſea, vomitus, alvi obſtructio. Vrina aquea eſt, cruda & ad mictionem ſaepius ſtimulat, noctesque ob dolores ſunt inſomnes.

QUamvis paſſio hyſterica plurima phoenomena communia habet cum calculo renum, ut vel propterea difficile ſit in ſexu foeminino pronunciare ſubeſſe calculum renum, tamen ex urina aquea, ex ſtimulo ad mingendum, ex dolore lateris ſiniſtri vergente circa lumbos, hic recte concludimus foeminam hanc laborare calculo renum.

Hyemali tempore quidem, nam quia tranſpiratio minor, hinc calculus magis augetur.

Adſunt *lateris ſiniſtri dolores, &c.* 1. quia calculus conabatur e ſiniſtro rene in ureterem ingredi, quia colon annexum renibus hinc in conſenſum trahitur latus ſiniſtrum, & ſupervenit dolor colicus, quia calculus ex acido auſtero, & in omnibus calculoſis digeſtio labefactata deprehenditur.

Nauſea exoritur, ob conſenſum.

Vomitus. ob dolorem renum ſpiritus copioſius fluunt ad ventriculum, cujus fibrae magis intumeſcunt, ſicque extrema contrahuntur, & contenta in ventriculo eructantur.

Alvus obſtructa. quoties nempe humores acido-auſteri praedominium obtinent in inteſtinis, id quod pro variatione diaetae fieri poteſt.

Vrina aquea. quia tubuli renum non ſatis patuli ſunt, premuntur enim a calculo.

Vrina ſtimulat. quia ſale abundat.

Noctes inſomnes. ob *ἀταξίαν* ſpir. animalium, vel quia calculus exitum ſibi parare intendit.

In cauſſam calculi ſi quis inquirit, quidam dicunt eum eſſe a ſpiritu quodam lapidifico, ſed nihil dicunt praeter terminum.

Quidam putant calculum oriri a calore, ſed ſi hoc verum, unde eſt quod ſenes eo corripiantur. Nos

Cauſſam calculi dicimus eſſe ſal volatile intricatum humoribus auſteris, viſcidis, ob particularum oleoſarum, vel balſamicarum defectum; falſum enim eſt calculos oriri ex tartaro quodam ſanguinis, quamvis illud plauſibiliter ſatis dicant multi Medici, quum in tartaro acidum praedominetur, in calculo vero ſal volatile.

Prognoſis indicat, affectum hunc in foeminis curatu eſſe faciliorem, quia viae adſunt magis patulae, ſolet tamen facillime recidivare. Cal-

Calculus renum cum ulcere renum curatu difficillimus eſt, quae enim calculum pellunt, exulcerationem augent.

Facultas tum animalis, tum vitalis admodum debilitantur in hoc morbo; hinc vires uſque adeo depreſſae ſunt, ac ſi per plures ſeptimanas aegri lecto fuerint affixi, interim quandoque plus terroris, quam periculi hic ſubeſt, quia quod facile fit, facile etiam tollitur.

Circa curationem

Quaer. an calculus veſicae poſſit exſcindi?

Reſp. affirmative. Videmus enim ſtupendos effectus in canibus, quibus renes ſine vitae diſcrimine exſcinduntur, puto tamen abſtinendum, & adhibenda temperata diuretica.

Quaer. an juvent medicamenta lithontriptica?

Reſp. juvant non quatenus frangunt. Neque juvat, quod calculus in certo aliquo menſtruo poſſit reſolvi; medicamentum enim non defertur ad renes ſalva manente vi calculum comminuendi. Sed.

Curationis ſcopus primarius eſt dolorem lenire, alter ſcopus vias reddere patulas, tam urinae, quam faecum. Mallem enim ut natura expellat calculum, quam Medicus, quia fortiora diuretica quandoque magis praecipitant ſanguinem, & renes magis infarciunt.

Pro his ſcopis obtinendis.

℞. *Herb. malv. violar.* ãã. m. j. *rad. althaeae, lil. alb.* ãã. drach. ij. *ſem. cumin. foenicul.* ãã. drach. ſem. coque in ſ. q. aq. communis. Colat. ℞. unc. x. adde *terebinth. vitell. ovi ſolut.* ab unc. ſem. ad unc. j. *nitr. antim. fixati* drach. ſem. ſ. enema.

℞. *Aq. menth. carminat.* ãã. unc. j ſem. *cordial. temperat.* unc. j. *tinct. opii* drach. ij. miſc.

℞. *Terebinth. lucid.* drach. ſem. *croci optim.* ſcrup. ſem. *balſ. Indic.* gr. xv. *ol. nuc. moſch. expreſſ.* gr. viij. *cãphor.* gr. v. f. pilulae pondere gran. unius, obvolv. pulvere liquirit.

Detur etiam ol. amygd. dulc. cum ſpir. nitri dulcificato.

℞. *Vnguent. de althaea. anodyn. nephrit. Mynſ.* ãã drach. iij. *ol. ſcorpion. ſimpl.* drach. j. *carminat. ſtillat.* drach. ſem. miſc. pro lumbis, & abdomine.

℞. *Herb. calaminth. puleg. parietar. matricar. fl. melilot. chamomill.* ãã. m. j. *bacc. juniperi* unc. iij. *ſem. lini foenugr.* ãã. unc. j. inciſa groſſe coque cum lacte, vel aqua, & alternatim imponantur abdomini.

Lumbis vel regioni lateris ſiniſtri imponatur avena in ſartagine caleſacta.

Si dolor valde urgeat

℞. *Tinct. opii Zuvoelff.* a ſcrup. j. ad drach. j. *aq. meliſſ. cum vino* drach. vj. *tinct. tart.* gr. v. *conſ. alkerm. incompl.* gr. v. miſc.

Extra paroxyſmum detur evacuans v. g. *Infuſ. foliorum ſenn. Mynſ.* vel

℞. *Extract. diacitri* drach. ſem. ſolv. in aqu. fl. *acaciarum.* Sum. pro 1. doſi.

NB. Mulieribus delicatiora, & blandiora ſunt exhibenda.

Potus theae commendetur, a veſperi *malvaticum juniperinum*, ad unum vel alterum cochlear, vel ſpir. ſal. armon. in potu ordinario propinetur.

C A S U S XLIV.

Dolor nephriticus.

Vir quidam in itinere hyberno occupatus, ſentit gravitatem circa renem dextrum cum urinae ſtillicidio, dexter teſticulus ſurſum trahitur, accedit alvi fluxus, nauſea cum vomitu, & totius laſſitudine.

QUamvis hic quaedam adſint ſigna calculi praeſentiam, quae ſuadeant, tamen accuratius re penſitata dicendum erit eſſe dolorem nephriticum humoralem ſive ab humoribus non a calculo, ſicuti enim in itinere ab equitatione, vel vectione viſcera quandoque e tubulis ſuis, humores acres, a natura ſanguinis, & lymphae abludentes, quos diu in ſinu foverunt, eructant, & vel in inteſtina, vel in renes, & vaſa urinaria deponunt, ita non raro dolorem colicum, alvi fluxum, mictionem frequentiorem, mingendi difficultatem ardorem, & ſtranguriam in itinere experimur.

Praeprimis autem his mutationibus obnoxii ſunt illi, qui cruditate acida, vel auſtera laborant. Adeſt etiam totius laſſitudo, quia humorum circulantium motus eſt ſegnior.

Vrinae ſtillicidium ab acrimonia.

Teſticulus ſurſum trahitur. a motu quodam ſpaſmodico, vel in ani, vel in veſicae ſphinctere.

Alvi fluxus moleſtat, quod ex inteſtinalibus glandulis fuerit ſerum excuſſum, ob eandem cauſſam adeſt nauſea cum vomitu.

Ab eventu dico nullum adfuiſſe calculum, (hic facile decipimur,) quia aeger fuit reſtitutus, nullum tamen calculum excrevit. Poteſt calculus deliteſcere in renibus, paroxyſmus nephriticus tamen equitatione poteſt induci.

Medicus vocatus jubet ſtatim injicere enema.

℞. *Spec. pro decoct. emollient. carminat.* ãã m. j. coque cum *aq. pluvial.* colat.

℞. Lib. j. adde *ſacchari* unc. ij. *ol. amygd.* unc. j ſem. miſc. f. enema. Porro

℞. *Aq. zedoar. aniſat. carminat. menth.* ãã. unc. j ſem. *tinct. propriet.* drach. j. Sum.

℞. *Vnguent. ſpaſmat. Mynſ.* unc. j.

Subſequentibus diebus praeſcripta ſunt ſequentia.

℞. *Eſſent. carminat. Wedel.* drach. ij. *tinct. tartari* drach. j. miſc. Sum. ad gt. 20. bis de die.

Tandem aliquoties *ſudoriferum* erit exhibendum, quum hic affectus a ſero acriori ortum traxiſſe merito videatur.

C A S U S XLV.

Urinae ſuppreſſio.

Senex per plures annos calculoſus urinae ſuppreſſione corripitur abſque omni dolore; & ad urinam reddendam ſtimulo, moritur circa diem undecimum.

SAEpius in praxi experimur, quod ſenes urinae ſuppreſſione corripiantur, quandoque cum alio graviori morbo, quandoque ſine eo, & talis urinae ſuppreſſio plerumque ſolet eſſe lethalis. Oritur enim a deficiente ſecretione tum ſpirituum in cerebro, tum fermentorum in viſceribus, ut & ſeri in renibus, ut recte totalem viſcerum obſtructionem, & lymphae coagulationem hic accuſemus: ſi enim eſſet a calculo tum dolor lumborum adeſſet, accederet nauſea cum vomitu, & ſtimulatio ad excretionem urinae.

Quia

Quia autem ſatius eſt anceps experiri remedium, quam nullum in caſu etiam deſperato, & medicina non tantum conducat ad vitae conſervationem, ſed etiam ad εὐθανασίαν Verulam.) ut tranquillius, & minori moleſtia moriantur: hinc commendamus cardiaca ſpirituoſa, volatilia, balſamica v.g. ut ſunt *elix. vit. Matthioli, aq. cinamomi, mirabilis, aq. diuretica ex nucleis*, quia fit cum vino malvatico, eſt etiam ſpirituoſa. *Liq. c. c. ſuccinatus*, ſpir. ſal. *armoniac. oleoſus*, *ſpir. cephalicus*, *ſpecificum cephalicum*, omnia *cinnabarina*, *ſuccinata pulv. cordial. precioſus*, *aurum* in pollinem redactum, quod egregie in hoc caſu convenit.

Quum hic ſermo ſit de calculoſo, dicenda pauca ſunt de medicamentis prophylacticis.

Inter prophylactica remedia calculi generationem impedientia primum obtinet locum *herb. thea*, praeſertim ſi cum lacte bibatur, obſervata accuratiſſima diaeta, ut videlicet exulent omnia acida, praeſertim autem vinum.

Porro quum potus coffae acidum quodvis, & auſterum egregie compeſcit, & corrigit, parem quoque inter prophylactica ſibi vendicat locum.

Secundo ut alvus quotidie ſuo reſpondeat officio.

3 Ut horis veſpertinis a ſeverioribus curis, & cogitationibus abſtineamus.

4. Ut quoties aliquam etiam percipiamus, vel laſſitudinem, vel incommodum circa primas vias, corpus ad ſudores componamus.

5. Quoad medicamenta paucioribus contenti eſſe poſſumus nempe *elixir. antinephritico* quod tale eſt.

℞. *Sal tartari* unc. j. ſolve in *aq. petroſelini* unc. xvj. digerantur cum *corticibus aurantiorum, citri* āā. unc. ſem. per tres dies, filtrentur per chartam: adde

Ol. cortic. aurantiorum.

Macis āā. gt. viij. digerentur iterum per aliquot dies & erit par. elixirium nephriticum. Detur ſubinde horis veſpertinis, vel etiam matutinis cochleare dimidium cum tantillo vini Moſellani dilutum. Vel

Ol. juniper. & terebinth. anat. part. ad guttulas xxv exhibitum.

Vel baccae juniperi numero impari ſingulis diebus jejuno ventriculo comedantur.

Alterum remedium prophylacticum eſt ſpiritus antinephriticus, qui bis vel ter in ſeptimana datur ad bonum cochleare prius cum aqua petroſelini temperatus. Deſcriptio haec eſt:

℞. *Rad. ſaxifrag. ononyd.* āā. unc. ſem. *ſang. hirc.* unc. iij. *nuc. moſch. cinamom.* āā. unc. ſem. *croc. optim.* drach. j ſem. *caryophillorum* drach. j. *terebinth.* unc. viij. *ſpir. vini malvat.* lib. ij ſem. ſtent. per 14. horas dein deſtillentur ex balneo mariae.

Hic ſpiritus etiam egregie convenit in gonorrhaea.

Tertium remedium prophylacticum eſt tartarus ſolubilis, vel *balſamus zamech* Paracelſi.

℞. Tart. crud. q. v. ſolve coquendo cum pluvia, & calide filtretur.

Sal tart. āā. ſolve quoque in pluvia, duas has ſolutiones confunde, & excitabitur magna ebullitio, atque in fundo tandem praecipitabitur tartar. ſolubilis ſic dictus, quia in vino totus liqueſcit.

CA-

Digitized by Google

CASUS XLVI.

Menſium paucitas.

Vidua 36. annorum dolorem mordicantem patitur circa cordis ſcrobiculum, hypochondrium ſiniſtrum eſt inflatum, reſpirat difficile inſtante menſium tempore qui parcius fluunt, conqueritur de capitis dolore quandoque lipothymiae imminent, urina alba eſt & ſpicea.

DE morbis mulierum videatur Ettmullerus, & Barbette praeſertim in formulis, & notis ad Deckerum, ſic ſatis inſtructi erimus in his morbis.

In genere ipſum conſideretur ſubjectum, ut in omnibus morbis viduarum, naturam habeamus uteri, nam viduae juvenculae magis ſunt expoſitae affectibus hyſtericis, & plerumque graviora patiuntur ſymptomata, quam virgines, vel etiam mulieres in conjugio viventes.

Dicitur *dolorem mordicantem paſſam eſſe circa cordis ſcrobiculum*. Medicus quoties querelam de dolore audit, ſemper debet in ſpeciem doloris inquirere, ſic enim cauſſam non ſolum, ſed & partis affectae conditionem eo facilius noverit, quia *dolor gravativus* eſt ab humore aliquo craſſo, *diſtenſivus* a flatibus, *pungitivus* a ſale pinguiori rarefacto, *pulſatorius* fit ſuper arteriam, *mordicans* circa cordis ſcrobiculum. Ergo adfuit cardialgia, vel roſio quaedam a ſale, ut ſenſibiliter loquamur vocari poteſt bilis, vel humor biliofus.

Hypochondrium ſiniſtrum eſt inflatum. a diſtenſione inteſtini colon.

Reſpirat difficulter, quia tubuli diaphragmatis ſunt obſtructi.

Inſtante menſium tempore conqueritur, &c. ob novam quandam ſanguinis, & humorum ſupervenientem turgeſcentiam, quippe hoc tempore mulierculae ſaepe patiuntur aliquid febrile, unde vel plures partes craſſiores in illa turbatione rapidiſſimo cum motu transferuntur ad partes capitis tam exteriores, quam interiores; non raro enim conqueruntur de dolore externo. Vel ſerum eo tempore majori in copia ad abdominis vaſa transfertur, unde humores ſubtiliores ad caput delati minus temperantur.

Imminent lipothymiae. partim ob conſenſum cordis cum ventriculo, partim quod ſpiritus animales in motibus naturalibus ciendis facile deflectant a ſuo officio, hinc eſt quare mulierculae eo tempore facile fiant epilepticae, vel hyſtericae.

Urina alba eſt, & ſpicea. Quod vitium primae coctionis nullibi corrigatur.

Jam ſi quaeratur, qualis ergo ſit morbus? dicendum eſt, eſſe morbum complicatum accedentem ad naturam morbi hypochondriaci, quia tamen in hoc ſexu in indagandis cauſſis morbificis Medicus ſemper inquirere debet in ſtatum ſanguinis, & menſium, atque hic audiamus hos parcius fluere, quum vulgo loquimur, & dicimus, eſſe affectum hyſtericum nempe paucitatem menſium, vel menſes parcius fluentes.

Prognoſis hunc affectum, utut chronicum minus tamen periculoſum eſſe pronunciat, itaque humores vitioſi ſunt educendi, ſanguinis intemperies tum viſcida tum acris eſt corrigenda, fluxus menſium, inſtante legitimo tempore eſt promovendus.

Primo ſcopo ut ſatisfiat obſervandum, in mulierculis ſemper a fortioribus catharticis eſſe abſtinendum, potius blandiores pilulae laxativae, vel infuſ. ſol. ſenn. vel aqua laxativa dari debet, vitatis ſcammoniatis, gummi gtae. trochiſc. alhand. immo ipſa etiam reſina, & magiſterio jalapae.

℞. *Rad. polypod. leviſt.* āā. gr. xv. *fl. cheir. violarum* āā. p. ſem. *fol. ſenn.* drach. ij ſem. *crem. tartar.* gr. vj. *paſſul. minor.* drach. iij. Infunde per noctem in loco tepido vel in *ſero lactis caudo*, vel in aqua fontan. vel in aqua fl. *acaciarum.* colat. fortit. expreſſ.

℞. unc.

℞. unc.iij.adde *pulv.rad. jalap.* gr.viij.*aq.carminat.cochlear.*ſem.miſc.Sum.
Debent autem purgantia extra menſium tempus exhiberi.

Pro reliquis ſcopis elixiria, eſſentiae, tincturae praeſcribi poſſunt. v.g.

℞. *Elixir.uterin.Mo bii* quod egregium eſt drach.ij ſem.

℞. *Eſſent.carminat.Wed.*drach.j ſem.*tinct.ſuccini* drach.j.miſc.

℞. *Aq.hyſteric.ſ.caſtor.*unc. ij.*pulegii* unc.iv.*Dominarum Mynſ.*unc.j.*ſaccbari perlat.*drach.ij.miſc. Bis de die dentur gt.xv.de tinctura, vel eſſentia inſtantibus menſibus detur ſpir.*ſalis armoniac.*vel *pulv.ſuccini cum uno*, vel altero grano *myrrhae*, vel ſalis armoniaci.

CASUS XLVII.
Menſium ſuppreſſio.

Virgo conqueritur de dolore circa verticem, & anteriorem capitis partem cum laſſitudine totius, ventriculi imbecillitate, & poſt motum reſpirandi difficultate, ſymptomata haec ſingulis menſibus praeſertim circa novilunium recrudeſcunt cum imi ventris, & lumborum doloribus, color naturalis mutatur in pallidum, urina valde cruda excernitur.

MEdici pro ſigno quodam pathognomico in affectibus uterinis habere ſolent dolorem circa verticem capitis cum ſenſu frigoris, quaſi glacies vertici capitis admoveretur, quamvis dolor ille non tam uteri, quam ſanguinis indicet intemperiem, & conſequenter obſtructionem menſium; ſi enim ſanguis viſcidus ſit, & vaſa capillaria uterina obſtruat, eundem quoque effectum exercet in aliarum partium vaſis capillaribus, unde mirum non eſt, ubi menſes ſunt obſtructi, dolor circa ſinciput vel capitis verticem percipiatur, non quod uterus aliquid conferat, ſed quod menſium ſuppreſſio & dolor capitis ab una eademque dependeant cauſſa.

Antequam autem ulterius progrediamur, advertendum eſt in hiſtoria morbi nullam fieri mentionem ſuppreſſionis menſium, id quod ſtudio factum eſt, ne Medicus in ſola aegri relatione acquieſcat, ſed ut ulterius etiam inſtet quaerendo.

In omnibus enim mulierum affectibus Medicus ſemper quaerere debet de ſtatu menſium, quamvis ipſa patiens alia ipſi referat ſymptomata, unde, ſi ex illa virgine quaeratur an menſes fluant, reſpondebit quod non, ſicque ſtatim Medicus ſuas cogitationes dirigere debet ad peculiarem hanc obſtructionem, cauſſam omnium ſymptomatum reliquorum, quae in hiſtoria morbi enarrantur. *Nam dicitur adfuiſſe totius laſſitudinem* culpa ſanguinis, & lymphae, culpa etiam ſpirituum animalium; ſiquidem, & a ſanguinis craſſitie, & lymphae tardiore motu, ut & ſpirituum animalium tum craſſitie, tum paucitate laſſitudo illa produci poteſt.

Queritur de ventriculi imbecillitate. Ventriculus ſemper compatitur in ſuppreſſione menſium, quia pluribus inſtructus eſt arteriis, quae ſanguinem crudum viſcidum ſpiritibus exhauſtum ſuſcipiunt, & glandulis ſtomachalibus lympham corruptam acrem chylificationi ineptam ſuppeditant.

Excruciatur item reſpirandi difficultate. Non quod pulmones officio ſuo non probe fungantur, ſed quod diaphragma libere moveri non poſſit, vel ob propriam obſtructionem, vel quod cavitas abdominis vaporibus craſſis nimium ſit repleta, & tubuli muſculorum pectoralium, & coſtalium infarcti ſint lympha glutinoſa.

Recrudeſcunt ſymptomata. quia illo tempore fluida magis exagitantur ob peculiarem Lunae phaſen.

Cum imi ventris, & lumborum doloribus. quia humores agitati diſtendunt vaſa, premunt partes vicinas, circa lumbos ubi arteria magna, circa imum ventrem ubi va-

Digitized by Google

vaſa gaſtrica. Hinc menſium ſuppreſſione correptae nonnunquam nephriticae accuſaneur.

Calor mutatur. Rarius enim illae, quibus catamenia non fluunt floridum habent fac ei colorem, quia non adeſt tanta ſpirituum efficacia: neque ſanguis adeo fermenteſcibilis ut minutiſſima faciei vaſa ingredi poſſit, & faciei rubicundum largiri colorem, nonnunquam tamen conſueto fluxus tempore facies rubet, quia tunc ſanguinis in motu ſuo novum impetum accepit ab influxu lunari.

Urina exiſtit cruda. quia chylificatio eſt turbata, & vaſa capillaria renum ſunt obſtructa, ut partes ſaltem flexiles, lubricae, hoc eſt, aquoſae ſaltem parenchyma renum tranſire poſſint, remanentibus particulis durioribus craſſis, quae tum in ſanguine, tum in partibus ſolidis varia ludunt dramata.

Morbus hic eſt ſuppreſſio menſium.

Cauſſa immediata eſt obſtructio vaſorum capillarium circa uterum.

Cauſſae remotiores ſunt ingeſta frigida concoctu difficillima: huc ſpectant etiam animi paſſiones, moeror, triſtitia, paucitas ſpirituum, & inſtantibus, & fluentibus menſibus terror aut frigus admiſſum.

Affectus hic inveteratus, vel radicatus curatu eſt difficillimus, & plerumque in hydropem, febrem quartanam, ſcabiem, phthiſin, melancholiam degenerat. Dicunt practici ſi ultra menſes ſex duravit, curatu eſſe impoſſibilem: id quod tamen experientiae refragatur.

Admirationem meretur, quod ſanguis menſtruus bene conſtitutus circa novilunium certam aliquam ſpiret fragrantiam, odorem florum calendulae aemulantem, maniſeſtiſſimo indicio inſoliti quid tunc ſanguini accidiſſe, quippe effluvia eo tempore uſque adeo copioſe per tranſpirationem egrediuntur, ut ſi menſtruata ingrediatur cellam ubi cereviſia recens recondita eſt, illa ſtatim aceſcat.

Curatio. convenit in omnibus cum intemperie ſanguinis pituitoſa, ſola excepta venae-ſectione, quae in hac minus conveniens, in menſium autem ſuppreſſione, quam maxime neceſſaria videtur.

In curatione duo potiſſimum ſunt, ad quae practico hic attendendum 1. ad primas vias, 2. ad ſtatum ſanguinis.

Ratione illius non improbamus uſum vomitorii, quũ non raro obſervemus illas quibus menſes ſunt ſuppreſſi ſaepius ſpontaneis vomitionibus vexari, praemitti autem poſſunt, ut bene judicat *Etmullerus* digeſtiva, h. e. aciditatem, & viſciditatem lymphae & chyli corrigentia. Hoc autem fieri debet extra conſuetum tempus, quo menſes antea fluxerunt. Hinc

℞. *Crem. tartari.* drach. j ſem. *ſal abſinth.* ſcrup. ij. miſc. f. pulv.

℞. *Tartari emet.* gr. ii ſem. *lap. cancr.* gr. iv. f. pulv. Sum. pro 1. doſi.

Ratione hujus nempe ſanguinis videndum etiam an conveniant purgantia, venae-ſectio ſudorifera, & ſpecifica: de ſingulis ordine.

Purgantia, quia ſanguinem attenuant, & incidunt, ipſique novum impetum inferunt ſaepius etiam movent menſes. Inter haec purgantia optima mihi videntur ſi in forma pilulari juxta mentem *Sylvii*, *Barbette*, & *Deckeri* in notis praeſcribantur, atque ſingulis ſeptimanis doſis aſſumatur: v. g.

℞. *MP. de galban. Sylv. ammon. Quercet.* ãã. gr. v. *aloës* gr. iij. *reſin. jalap.* gr. vij. *croci* gr. ſem. *ol. cinamomi.* gt. j. f. pilul. num. xv. adſpergantur foecula bryon.

℞. *Pulv. jalap.* ſcrup. j. *foecul. bryon.* gr. vj. *ſcammon. correct.* gr. iij. vel iv. *ol. caryophyll.* gt. j. f. pulv. Sum.

Solent tamen Medici vinum medicatum praeſcribere ad plures dies continuandum.

℞. *Rad. ariſtoloch. rotund. rub. Tinctor.* ãã. drach. iij. *herb. meliſſ.* m. ij. *fl. calendul. leucoi.* ãã. p. j. *fol. ſenn.* unc. j ſem. *rhabarbari* drach. iij. *agaric.* unc. ſem. *mechoacann.*

drach.

Digitized by Google

drach.iij.*fibrarum helleb. nigr.ppt.*drach.j ſem. (alii ſcribunt radicem ſed non eſt radix.) *cinamom. elect. caſiae lign. ver.* āā. drach.j.*ſal tart.* gr.xv. inciſa adſpergantur *tinct.tart.* vel ſpiritu vini tartariſato D. ad nodulum.

De his vero, vel aliis purgantibus notetur, omnibus vel ſalia, vel mercurium dulcem addi debere.

Circa venae-ſectionē notetur, quod quia adeſt ſumma artuum laſſitudo, & reſpirandi difficultas, admodum neceſſaria ſit phlebotomia; ſed in quo loco commode inſtitui poſſit, hoc opus hic labor eſt. Habet quidem *Etmullerus* quaedam de hoc negocio, ſed non ſatisfacit; dicit enim, quando menſes fluentes ſubito ſupprimantur debere venam incidi in talo, extra talem caſum autem ad menſes promovendos incidendam eſſe venam in brachio, ne ſanguinē per venae-ſectionē in talo inſtitutam magis faciamus ruere in vaſa majora uteri, unde ex plenitudine illa privata, fiet contumacior obſtructio. Itaque putem poſſe venae-ſectionē inſtitui in brachio novem, vel 14. diebus ante novilunium, duobus vel tribus diebus autem ante novilunium, & terminum fluxus, in pede, ſic enim evitamus omnes iſtas difficultates, quae alias circa venae-ſectionem inſtituuntur.

D. ſudoriferis certum eſt, haec eſſe magnae efficaciae, prout in omnibus morbis, ita & hic: ſic vidi puellam nondum menſtruatam ex hoc ſolo ſactam fuiſſe menſtruatam, quod ſingulis ſeptimanis ſemel ſudoribus provocandis incubuerit, dari poteſt *crocus cum vino calido*, vel *theriaca cum aqua pulegii* pro ſudoribus eliciendis.

Tandem de ſpecificis, quorum farrago apud practicos reperitur, obſervavi hactenus in praxi plus ſaepius effici communioribus vegetabilibus, & ſimplicibus, quam artificioſe compoſitis, v.g.

℞. *Herb. meliſſ. matricar. menthae* āā. m.j. *fol. anthoſ.* m. ſem. *caryophyll.* drach. ſem. *croci* ſcrup.j. *cinamom.* drach.ij. inciſ. f. decoctio.

Calida egregie hic proſunt.

℞. *Elix. propriet. ſ. acido* unc.ij. *ol. caryophyll. meliſſ. cinamom.* āā. gt.iij. miſc. Sum.

℞. *Elixir. uterin. Moebii*, vel ſi non proſtet, *Crollii* (*Moebii tamen melius*) drach.ij. Sum. ut ante.

℞. *Aq. pulegii* unc.iv. ſemper debet eſſe baſis in forma liquida, *hyſteric. cum caſtor.* unc.ij. *vit. mulierum* drach.iij. *ſpir. ſal. armoniaci* ſcrup.ij. *tinct. propriet. Mynſ.* drach.j ſem. *ſirup. de cinamomo* unc. ſem. ad unc.j uſque. quae admodum efficax.

Inſtante tempore

℞. *Sal. armoniac.* gr.iv. quod potentiſſimum hic. *myrrhae rubrae* gr. ij. *croci* gr.j. *cinab. nativ.* gr.iij. f. pulv. Sum. pro 1. doſi horis matutinis in juſculo. Dentur 3. doſes 3. dieb.

℞. *Spir. cephal. D. Wedel.* drach.iij. Sum. ſpiritus.

℞. *Aq. puleg.* unc.vj.

Si potentiora deſideres, dentur *chalybeata, decoctum martiatum Mynſ.*

Vel *limaturae martis* affundatur vinum.

Coſterus habet tragaeam, quam ſaepius expertus ſum ſalutarem.

℞. *Spec. dianthos. diarrhodon.* āā. drach.j. *pulv. aſari ireos cyclami. dictamn. alb. ariſtoloch. rotund. cyperi. gentian. zedoariae* āā. ſcrup.ij. *ſuccini albi. myrrh. cinamom.* āā. drach. ſem. *ſem. ſeſelios. dauci* āā. ſcrup.j. *Sacchari ad pondus omnium.* f. tragaea. Sum.

Proſunt quoque egregie clyſteres inſtantibus menſibus ex aromaticis parati.

Digitized by Google

C A S U S XLVIII.
Menſium difficultas.

Alia ventriculi imbecillitatem cum capitis doloribus , inſtante lunatico profluvio experitur, nunc cum vomitu, nunc cum alvi fluxu, ſubſequente dolorifico menſium fluxu.

SAnguis hic laborat intemperie melancholica ſive acida , quae radicaliter eſt ex vitio ſtomachi .

Si benevolentiam hic captare velimus, dicendum erit, lienis ſubeſſe vitium,quia mulierculae libenter audiunt,ſi Medicus lienem accuſet.

Vomitus eſt ex humorum turgeſcentia , ob quam etiam cauſſam glandulae inteſtinales lympham eructant, & alvi fluxum producunt.

Alvi , & menſium fluxus non bene conveniunt nec in una ſede morantur , pejus tamen eſt ſi menſium fluxus praecedat , & eum excipiat diarrhoea , vel dyſenteria, melius autem ſi dyſenteriam, & diarrhoeam excipiat menſium fluxus , quia ſaepius alvi fluxus cruentus mutatur in profluvium menſtruum.

Fluxus menſium eſt dolorificus , & quandoque parturientium adſunt cruciatus, quia ſpiritus animales fibras uteri copioſius inflant , ab acrimonia ſanguinis , vel lymphae irritati , qui motus ſpasmodicus inane excernendi deſiderium per muliebria producit.

Sanguis quandoque admodum grumoſus eſt , dum excernitur , quia in eo acidum abundat.

Si Medicus in ipſo paroxyſmo,& praeſenti dolorifica excretione conſulatur,praeſcribere debet carminativa, & ſtomachica, v.g. *eſſent.carminativ. cum tinct. ſuccin.* ad gt.xx.xxx. bis vel ter de die ſumendum, vel *tinct.propr. Mynſ.* cum *aq. carminat.* ut & miſturam in caſu praecedenti commendatam.

Venter inungatur *unguento de althaea* , vel *unguento carminativo* , & *ſpaſmodico Mynſ.* cum *ol. philoſophorũ*, vel *carminat.* inunctio etiam fieri poteſt *cum aq.anhaltina.*

Deinde inſtitui debent *fotus* cum ſacculis *pulegio.mentha* , *calamenth.ſerpillo,fl. chamomill.calendul.leucoi,baccis lauri,ſem.carvi, aniſi,foeniculi*, & aliis repletis.

Potus ſit vinum medicatum cum *enula, calamo aromatico, herb. card. bened. meliſſ. centaur.minor.ſcordio, &c.* praeparatum.

Sin vero prophylacticum a Medico expetatur remedium,detur primo digeſtivum vel abſorbens aliquod e.gr.

℞.*Eboris ſ.igne oc.cancr.ppt.c.c.ſ. igne cinnab.nativ.* ãã.ſcrup.ſem. *vitriol.martis* gr.vj. *laudan.opiat.* gr.j. ſ.pulv. divid.in 6.part.aeq. Sum.

Hoc adhibito in uſum vocetur *vinum medicatum laxativum* , vel aliud tutum cathrticum

Tandem commendari debet ſpiritus *cephal.elixir.uterin.* Moebii,vel Crollii,&c.

Omnia acida cane pejus ſunt fugienda.

C A S U S XLIX.
Fluxus menſium nimius.

Illuſtris foemina nimium fluxum menſium patitur , alvus eſt adſtricta , quandoque corripitur vertigine cum omnium artuum tremore,conqueritur de anxietatibus,& involuntariis ſuſpiriis , urina ſabuloſa redditur.

FLuxus nimius menſium utplurimum eſt a ſanguine acriore, & pororum nimia referatione, ab impetu ſanguinis facta , quando videlicet talis haemorrhagia a ter-

a terrore ortum ducit, vel etiam a vaſorum ruptura, ut in lapſu.

Practici accuſant ſerum crudum, quo ſanguis nimium diluatur, & uteri ſubſtantiam flaccidam, vel laxam; quod ſi intelligant nobiſcum lympham acriorem vitio primae coctionis adulteratam, & per laxam uteri ſubſtantiam vaſorum eorundemque pororum nimiam relaxationem, idem nobiſcum ſentiunt.

Sin autem per lympham aliquid a ſanguine plane diverſum, & imaginariam facultatis retentricis imbecillitatem, tum longe a veritatis ſemita aberrant.

Omnes quae hoc malo corripiuntur, vel habent ventriculum debiliorem, vel quamvis appetitus vigeat, plus tamen ventriculus appetit, quam concoquit.

Alvus eſt adſtricta, ob praedominium humoris acido auſteri in inteſtino, colon dicto.

Alvi tarditas alacriorem ſanguinis circulationem per vaſa uterina non parum retardat, hinc in omnibus haemorrhagiis bonum eſt ſi alvus ſit libera.

Affectus vertiginoſus &c. eſt a fermento uterino vel aura maligna, quae ſubinde cum ſanguine ad cerebrum transfertur, & ſpirituum ἀταξίαν inducit, unde levior quaedam epilepſiae, vel convulſionis ſpecies producitur. Practici dicunt fieri hoc per conſenſum uteri cum cerebro, & a vaporibus ex utero ad caput elevatis. Poteſt etiam fieri a paucitate ſpirituum, qui non ſatis promte poros cerebri aperire poſſunt, hinc reflexi in circulum aguntur, & vertiginem menti imponunt.

Conqueritur de ſuſpiriis, & anxietatibus involuntariis: haec ſymptomata oriuntur a ſpaſmo diaphragmatis, & ipſius etiam cordis cum vaſis ſuis majoribus.

Urina ſabuloſa redditur. quia humores acido auſteri hic in primis viis praedominium obtinent, qui partes oleoſas ſupprimunt, ſalia volatilia, & partes terreſtres combinant, unde arenulae in renibus generantur.

In prognoſi, malum hoc diuturnum eſt, & viam ſternit ad hydropem, vel atrophiam. Et quae ſemel morbo hoc graviter laborarunt, plerumque manent valetudinariae.

Hic affectus rarius accidit a plethora.

Purgantia ſunt ſuſpecta, quia ſanguinem magis turbant, laxativum autem blandum erit adhibendum.

Curatio prudenter eſt inſtituenda, ſi enim ſtypticis terreſtribus curationem perficere velimus, obſtructiones viſcerum augentur, & menſes quandoque copioſius fluunt ab horum uſu. Itaque pro unico ſcopo ponimus hunc ut ventriculi, & ſanguinis habeatur ratio.

Et quamvis purgantia, qua talia in hoc affectu non indicentur, neque approbare poſſimus veterum medendi methodum, qui ſolis hydragogis fortioribus ut & ſtypticis malum hoc curabant, eoque ipſo ſanguinis craſin magis evertebant, & humorum acrimoniam augebant, quia nihil ſciverunt de abſorbentibus, & praecipitantibus.

Hoc tamen non attento, quia alvus in noſtro ſubjecto eſt adſtricta, blandiora evacuantia praeſertim quum vires adhuc conſtent, propinanda erunt: v.g. *Infuſum paſſulatum, aqua laxativa, decoct. laxativum D. Spinae apud Schroderum*, quorum alternis diebus 4. vel 5. cochlearia propinari debent.

Interea merito praeferenda ſunt ſudorifera v.g.

℞. *Rob. ſambuc. juniperi* ā͞ā. drach. j ſem. miſc. cum *aq. veronic.*

Sumatur in ſeptimana bis, vel ter, vel

℞. *C.C. ſ. igne antim. diaph.* ā͞ā. gr. xv. *ſal. volat. viperar.* gr. iii. f. pulv. ſumatur *cum aq. fl. ſambuci.*

Verum ut ipſa vaſa in utero paullulum conſtringantur, mitioribus adſtringentibus incipiendum eſt, in quem finem electuariũ corroborans & adſtringens praeſcribi poteſt, ex *conſerva roſarum antiq. conſ. rad. cichor. theriac. recent. corall. ppt. terr. ſigill.* quibus *Etmull.* addit *alumen crudum cum opio.*

T 2 Po-

Digitized by Google

Potui ordinario injiciantur *rad.caryophyllat.enul.macis nuc.moſch.* quia intemperiem ſanguinis corrigunt, quamvis menſes magis movere videantur, in prandio,& coena conceditur hauſtus *vini ſaſſafrati.*

℞.*Saſſafr.chin.* ãã.unc.ſem.*ireos* drach. vj. *caryoph. galang.* ãã.drach.j. *herb.ſalviae.meliſſ.rorismarin.* ãã.p.j.*ſem.aniſi.foenicul.* ãã.drach.j. Inciſa includantur nodulo pro menſ.j ſem.vini.

Quod ſi vires admodum profternantur confugiendum erit ad *tinct.opii cum ſucco cydoniorum* extractam, *tinct.lap.haemat.*vel ſeq.

℞.*Aq.plantag.*unc.j ſem.*lap.haematit.*ſcrup.ij.*corall.rubr.ppt.*ſcrup.j. *laud.opiat.* gr.iij.*ſirup.myrtil.*unc.j. F.miſtura.

Huic miſturae addi poteſt vinum rubrum ad unc.iii. vel iv.

*Craan.*certam pollicetur curationem duobus his remediis, e. gr.

℞. *Teſt.ovorum calcinat.* a gr.xvi. ad xx. *vitriol.martis* a gr.vj. ad x. Fiat pulv. D.6.doſes pro 3. diebus mane, & veſperi una,& juxta hunc pulverem *tinct.opii.*

Commendant etiam practici induſium viri per octiduum geſtatum, quemadmodum in ſuppreſſione menſium induſium menſtruatae convenit.

Externe liquor ſtypticus,ſpiritus vini,ſolutio aluminis felici ſucceſſu adhibentur

CASUS L.

Fluor albus.

Virgo nubilis conqueritur de fluxu albo poſt vel ante ordinarium menſium fluxum, facies pallet, oculi circulo livido cincti ſunt, caput dolet, quandoque hypochondria tument, cor palpitat, interim menſes ſtatutis temporibus fluunt.

FOEminis,& in & extra conjugium viventibus, gravidis, non gravidis,virginibus ſaepius humores albicantes plus minus foetidi aut graveolentes,ut & acres per muliebria exſtillant, excoriationem ,& atrophiam totius non raro inducentes.

Si humores flaveſcentes, & foetidi ſunt vocatur gonorrhaea ex vitio glandularum, circa veſicae collum, & orificium ſitarum orta, & eodem modo curatur ut gonorrhaea apud viros curari ſolet, vel humores illi ſuppeditantur ab omnibus uteri glandulis, quia totus uterus eſt glanduloſus, partim ob lymphae acrimoniam, partim ob glandularum laxitatem, ut non male fluxus hic albus coryza, & catarrhus uteri vocari poſſit.

Si ex lymphae vitio, cauſſa quaerenda erit in primis viis, ſi ex vitio glandularum, plerumque praeceſſit partus difficilis, vel geſtatio foetus mortui, vel alia violenta cauſſa.

Tales plerumque melancholicae ſunt,quia ſanguis idem redditur pituitoſus, hinc facies pallet, caput dolet,fermenta primarum viarum degenerant: cor ob intemperiem ſanguinis, & ſpirituum palpitat,quia tamen ſanguis juxta diverſas lunae phaſes auſcultat motui extraordinario materiae aethereae, hinc ſingulis menſibus per ordinarias vias excernitur.

Affectus hic chronicus eſt & curatu difficilis prout omnes glandularum morbi, rarius tamen lethalis.

Quoad curationem lymphae vitium corrigendum, uterus roborandus, & accuratiſſima obſervanda diaeta.

Conveniunt pro evacuatione *pilul.mercuriales*, pro *correctione decoctum lignorum, ſuccinum* in ſubſtantia,*tinct.ſuccini*,omnia *terebinthinata,tinct.antiphthiſica*,martiala, &c.

Ad uterum corroborandum profunt *ſuffimigia ex ſuccino, laudan.gumm. anim.tacamahac.* vel ſi aegra ſit morigera *thermas Emdenſes* debent commendari. CA-

Digitized by Google

CASUS LI.

Paſſio hyſterica.

Mulier cacochymica concidit ſubito tempore verno intercepta quaſi reſpiratione, ut ſtrangulari videretur, rubet facies, vox obmuteſcit, jacet attonita ſine ſenſu, & motu, partes exteriores convelli videntur: ad ſe rediens percipit dolorem abdominis, ſequuntur vomitus, inter quos iterum fit attonita.

PAſſio hyſterica ſaepius non magis eſt morbus uteri, quam cerebri; non enim convulſiones exoriuntur ſemper in eo loco ubi humores colliguntur, ubicunque enim colligatur materia talis vitioſa, poteſt paroxyſmum hyſtericum inducere ſic idem accidit, ſi cerebro & ejus incolis ſuffundatur.

Sicuti e.g. tempore vernali febres oriuntur, quandoque diarrhoeae ex commotione humorum hyeme praecedente collectorum, pariter eodem tempore humores fermenteſcibiles ad cerebrum deferri, & ſpiritus animales turbare poſſunt.

Differt ab apoplexia, quod in illa reſpiratio magis laedatur, pulſus etiam debilior, nec ſenſus, & motus intantum aboliti prout quidem in apoplexia.

Ex pulſu differentiam ſumimus, in apoplexia in initio pulſus celer, in hyſtericis tardus.

Apoplectici nunquam recordantur, quae facta in paroxyſmo, hyſtericae autem eorum recordantur.

Hyſterica dum ſuſcitatur apparet quaſi ex ſomno naturali, apoplecticus autem quaſi a morte in vitam redeat.

Accuſant veteres practici cum vulgo adſcenſum uteri, liberum diaphragmatis motum tunc impedientis: rectius tamen dicitur eſſe ſpeciem affectus hypochondriaci, quia ab iisdem cauſſis exoritur, iisdemque etiam remediis tollitur.

Helmontius hunc affectum vocat aſthma muliebre.

Vomitus adeſt ob irritationem.

Flatus ob humorum circulantium, & vaporum liberum itum & reditum denegatum.

Mulierculae ſi ira corripiuntur, facile hoc morbo laborant.

Curatio itaque duplex, nempe in & extra paroxyſmum, praemiſſa prognoſi affectum hunc plus terroris, quam periculi habere; hinc Medicus magnam ſibi acquirit famam ſi dicat eſſe periculoſum, & tamen brevi curat.

Naribus graveolentia offerenda, *caſtoreum*, *aſa foetida*, *ſpir. ſal. armoniaci aq. hirund. acida*, *ſpir. c. c. fila accenſa coloris coerulei*, *calli equorum* prunis injecti. Interne infundatur *aq. hyſterica cum caſtoreo*, *pulegii*, *carminat. pulv. abſorbens*, qui hic omne fert punctum: *cinnabaris* tum *nativa tum factitia*, *ſpecies dia-jovis Mynſ. ſal. jovis.*

Si magna adſit praefocatio faucium, detur *aq. carminat.* cum *tinct. opii*, *theriac. coeleſt.* cum gr. ſem. vel gr. j. *laud. opiat.*

Clyſter quoque ſtatim injiciendus non agitatorius, ſed ſedativus.

Extra paroxyſmum detur tinct. tartar. bis ter vel quater de die ad gt. xx. *eſſent. carminat. Wed. pilul. praeſervativae ex foecul. bryon. caſtoreo*, *ſale ſuccini*, *coralliorum* cum *galbano* f. pilulae non magnae, D. bis de die.

Si alvus non ſit libera, admoneatur, vel clyſtere, vel vino paſſulato.

Hic fugienda omnia acida, ira praeprimis, quae maximam vim habet ad affectum hunc producendum.

Sententia *Sylvii* non caret fundamento.

Si hyſterica ſtertore corripiatur bonum eſt. *V. Hipp.*

Externe convenit *ol. ſuccini* umbilico illinitum, ut & *empl. matricariae* regioni hypogaſtricae imponendum.

Ita-

Interne habet *Timaeus* pulverem ſpecificum ex *margaritis, caſtoreo, foecul. bryon. olivae*, qui tuto exhibetur. Vel

℞. *Eboris. corall.* āā. gr. xv. *vitr. martis* gr. ii. *cinnab. nativ.* gr. iii. vel iv. *laud. opiat.* quart. partem gr. i. m. f. pulv.

Convenit etiam *elixirium Wedelii*, cujus deſcriptio haec eſt.

℞. *Rad. poeon. maris. ſuccini flavi. myrrhae elect. caſtorei* āā. unc. ſ. *rad. zedoar. galang. dictamn.* āā. unc. ſem. *baccarum lauri. antophyll.* āā. drach. ii. *croci. camphorae* āā. ſcrup. ſem. contuſ. confund. ſp. vin. ſtent per plures horas f. elix. uterinum, doſis a gr. xv, xx. xxx. uſque.

Laudem etiam meretur *antihect. Poterii*, ut omnia ſudorifera.

Si enim non in fine exhibeantur, metuenda recidiva eſt.

℞. *Tinct. corall cum ſpir. c. cerv.* parat. drach. ii.

Vel ℞. *Tinct. corall. cum cera* drach. i. ſem. *ſpir. c. c. compoſ.* drach. j. miſc. ut ante.

Ettmulleri formulae etiam eſſent egregiae, niſi ingrati ſaporis.

Spir. cephalicus noſter hic etiam convenit in *aq. matricar. puleg. menth.*

Praeſervationis gratia laudatum antea *elixirium Wedelii* commendatur.

CASUS LII.

Symptomata in praegnante.

Mulier per 3. menſes gravida conqueritur de contumaci alvi obſtructione, adeſt nauſea, quandoque vomitus, ſaepius ſtrangulari videtur, nephriticos patitur dolores, conqueritur de catarrhis, & tuſſi vexatur.

IN hoc caſu proponuntur nobis varia ſymptomata in praegnante: ſolent alias ſymptomata illa dividi in prima, media, & ultima geſtationis tempora, quae videri poſſunt apud *Sennertum*, vel brevius apud *Ionſtonium*. p. 1067.

Quamvis non adeo accurate tempora ſua obſervare ſoleant, quia etiam primis menſibus tuſſis ſupervenire ſolet, quae alias inter ſymptomata medii geſtationis temporis recenſeri ſolet. Sic alvi duricies ultimis geſtationis temporibus ſupervenit, quae tamen in noſtro caſu etiam primis menſibus adeſt.

Facta impraegnatione totum corpus alteratur ejuſque temperamentum mutatur, partim quod menſes ſupprimantur, partim quod a ſemine virili tota maſſa ſanguinis alteretur, *unde vitioſi humores effunduntur in ventriculum, hinc nauſea & vomitus: humores auſteri transferuntur* ad inteſtina, unde alvi obſtructio: *Humores acres transferuntur ad cerebrum*, vel diaphragma, unde ſtrangulari videntur.

Lympha acris deſtillat in aſperam arteriam hinc tuſſis. Partes acido-auſterae praedominium acquirunt ob illam ſanguinis alterationem, hinc ſalia volatilia combinantur cum particulis terreſtribus, & arenulae generantur, quamvis lumborum dolor non ſemper ſit ex calculo, ſed ex reſtagnatione ſanguinis in vaſis majoribus circa lumbos.

Symptomata illa non carent periculo, quippe contumax alvi obſtructio cauſſa abortus eſſe poteſt, quod foetui ſpacium amplum non concedatur.

Neque tamen purgantibus tuto uti licet, hinc ipſa teſtatur experientia, quod accurata diaeta hic plus praeſtare poſſit, quam medicamenta: ſuaderem tamen uſum decocti paſſulati vel electuarii de tamarindis, ut alvus ſuo ſemper fungatur officio.

Pruna laxativa num. iv. pro doſi. paſſul. laxat. ab unc. ſem. ad unc. i. dantur.

Sal item abſynth. cum corall. & lapid. cancr. exhibeatur.

Praeterea horis veſpertinis, aqua foeniculi, menth. aqua cortic. citr. aurant. zedoariae, elixir. febrile, balſ. embryonum, vel aqua Dominarum Mynſ. ad cochlear dimidium, vel integrum commendetur.

Tuſ-

Tuſſi praegnantium medentur, pilulae de ſtyrace, diarrhoeae, corallia & tinctura coralliorum, &c.

CASUS LIII.
Partus difficilis.

Foemina toto geſtationis tempore ex optata fruebatur valetudine, ſupervenientibus parturientium doloribus una manus faetus prodiit ſub conſpectum, quam obſtetrix fruſtra tamen reponere cogebatur, interim aegra graviſſimis torquebatur doloribus, vires admodum collapſae erant, frigebant extrema cum ſudoribus frigidis, de horripilatione conqueritur, manus exſerta conſpicitur livida, omnique juxta obſtetricis relationem motu privata eſt. Quaer. quid in tanto diſcrimine facto opus ſit?

Affectus hic vocatur partus difficilis cum ſitu p. n. faetus.

Si tali modo infans egreſſum tentet, in maximum diſcrimen conjicitur, & mater & foetus, quippe impoſſibile eſt ut foetus tali ſub forma in lucem prodire poſſit, & non ſine periculo propinantur medicamenta expellentia.

Ridiculum quoque eſt, quod obſtetrices quandoque efflagitent auxilium a Medico, quaſi vero medicamenta ſitum infantis mutare poſſint, quum potius manu ad debitam figuram reponi debeat.

Intereſt autem ſcire, an infans adhuc vivat nec ne, vitam colligimus ex motu, quem parturiens percipit, nec non ex pulſu in manu foras prodiente, ex calore & colore brachii exſerti.

Infantem mortuum eſſe judicamus ex diuturnitate doloroſi partus, ex horripilatione parturientis, ex colore livido manus exſertae, ex faecum excretione per muliebria, &c.

Totum, quod Medicus poteſt praeſtare in eo conſiſtit, ut vires parturientis quantum poſſibile conſerventur, nihil autem eſt quod citius refocillet, quam vinum; unde ſub inde unum vel alterum cochlear dari poteſt, praeſertim ſi febrilis effervescentia non adeo vehemens ſit; eo enim reſpiciendum eſt, ne forte medicamenta ſanguinem & ſpiritus nimium accendant, hinc fit, ut plerumque puerperae gravioribus tententur febribus ob ſolam hanc cauſſam, quod magnis & multis remediis in partu ſuerint uſae: ſequens miſtura ſcopo huic egregie ſatisfacit.

℞. *Aq. borrag. bugloſ.* unc. ii. *cinamom. optim.* drach. ii. m. d. ſubinde cochlear unum.

Et quum parturientes plerumque a cibo abſtineant, poterit ad confortandum vitellus ovi recens cocti exhiberi.

Interea obſtetrix monenda ut vel caput inclinet verſus uteri orificium internum, retruſa prius manu infantis, id quod tamen difficillimum eſt & raro ſuccedit, tum quod obſtetrices noſtrae ſint puſillanimes, tum quod ad hoc negocium conficiendum ineptae ſint, habentes manus & brachia nimis carnoſa, & obeſa.

Itaque alia erit incedendum via, & videndum an unum ex pedibus arripere, ſicque ſitum infantis invertere poſſis, ut qui prono capite egredi debebat nunc pedibus extrahatur, & quum hic ſummum ſubſit periculum in mora, ipſaque obſtetrix fateatur ſe nihil conficere poſſe, confugiendum eſt ad extractionem hamis peragendam, in quo genere operationis exercitatiſſimum hic habemus Chirurgum, nomine *Hering*, qui ultra 70. ab ergaſtulo ſuo liberavit.

Circa uſum remediorum partum promoventium duo praeſertim obſervanda veniunt, nempe quando ſint exhibenda, & qua doſi propinanda.

Quoad prius in eo ſaepiſſime graviter peccatur, dum remediis his intempeſtive ad-

adhibitis naturae vim inferunt; itaque de his non cogitandum, donec aquae prius effluerint, deinde donec orificium internum uteri aperiatur, & obſtetrix infantis ſitum explorare poſſit, & tandem tertio ubi parturiens graviſſimis corripitur doloribus; tunc enim demum conatus juvandus eſt remediis expellentibus.

Quod ſi tamen infans egreſſum tentaverit, & in conatu ſuo defecerit, doloresque iterum ſileant, arte quaſi iterum excitandi ſunt; placet formula Barbette.

℞. *Aq.hyſteric.*unc.i.ſem.*pulegii. meliſſ.* āā.unc.ii.miſc.detur cochleatim. Hujus miſturae virtus exaltari poteſt, ſi gt.xx.xxx.ad drach.i. *tinct. ſuccini* admiſceantur: vel

℞.*Hepat.anguill.*a drach.ſem.ad drach.i. *borac.Venet.* ſcrup.i. *aq.chaerefol.diſtor. alb.calcatripp.* āā.unc.i ſem.miſc.

℞. *Borac.* drach.i.*croci*.gr.vi.*ol.cinnam.*gt.ii.miſc.f.pulv.pro 2. doſib.

Clyſteres optime proſunt.

Externa non raro juvant: *pellis leporina*, *agnina* vel *cervina calida*, *umbilico impoſita*, *cingulum ex corio humano*, *roſa Hierichuntina* in dextra detenta, nec non *oleum ſuccini* umbilico inſtillatum.

Poſterius quod concernit, doſin nempe, in exigua doſi medicamenta ſunt exhibenda, ne ſanguinem, & ſpiritus nimium turbemus. Reliqua videantur in monitis medicis.

CASUS LIV.
Secundinarum retentio.

Alia partum quidem enititur viventem, ſed remanent ſecundinae, obſtetrix illud parum curare videtur, atque ſuper hac negligentia a Medico reprehenditur: nam in ejuſmodi caſibus occaſio reverenter eſt habenda, quia fronte capillata, poſt eſt occaſio calva.

Totum corpus puerperae ad putredinem eſt proclive, hinc videmus quod ſecundinis retentis graviſſima, & plerumque lethalia inducantur ſymptomata, ſtatim itaque praeſcribi debent remedia illa, quae habet *Timoeus* in *lochiorum* retentione. Vel

℞.*Trochiſc.de myrrha.pulv.rad.dictamn.alb.*āā.ſcrup.i. *boracis.ſem. violarum* āā. ſcrup.ſem.f.pulvis pro duabus doſ.

℞.*Cinamom.*drach.i.ſem.*myrrhae*. ſcrup.ii.*ſuccin.alb.*drach.i.*rub.Tinctor.caſtor.* āā.ſcrup.i. *boracis* ſcrup. ſem. *croci* gr.v. miſc. fiat pulvis detur ſingulis horis quantum cuſpis cultri capit cum aqua pulegii.

Tulpius habet in ſuis obſervationibus decoctum aliquod, quod magnae eſt efficaciae. Convenit etiam.

*Elix.propr.*cum *tinct.bezoard.*vel *tinct.antimon.* aut

℞.*Borac. Venet.ſuccin.alb.*āā.ſcrup.i. *croci.caſiae lign.caſtor.*āā.ſcrup.ſem. miſc.f. pulv. pro 2. doſibus.

℞. *Rad.gramin.poeon.ſcorzoner.cichor.*āā.drach.i. *herb. acetoſ. endiv. boragin. meliſſ.*āā.m.i.*arthemiſ.card.bened.*āā.m.ſem.*borac. Venet.*drach.iii.Coque cum *aq.hordei* ad lib.ii. adde *ſirup.de arthemiſ.limon.* āā.unc.ii.miſc. fiat potio de qua ter de die detur hauſtus.

Venter inungatur *unguento de arthanita, de alth.carminativo.* Vel ſacculus imponatur ex *fol.matricar.puleg.calaminth.*, *flor.chamomill.meliloti*, *baccis lauri*, *rad. leviſtici*, *&c.*

Fiant injectiones in uterum ex emollientibus decocto malv.parietar.ſem. lini, ol. illior.alb, enema fortius injiciatur ano.

Ob-

Obſtetrices, & adſtantes ſaepius nimis indulgent parturientibus, eaſque poſt enixum partum e ſella dimittunt, ut ut ſecundinae nondum extractae ſint, ne afflictae addantur afflictiones: verum in eo errant graviſſime, quandoquidem parturiens nunquam dimitti vel in lectum deduci debet, niſi prius ſecundinas reddiderit. Hae autem tutius, & commodius manu perita ab utero divelluntur, & extrahuntur, ubi funiculus umbilicalis, qui indicis loco eſt recens adhuc eſt; quod ſi orificium uteri jam clauſum ſit, debet apice unius digiti iterum aperiri, & digitus prudenter circumduci, donec & alter inſeri poteſt: jam ſi digitos ad fundum uteri uſque exporrigere poſſis, quaerendus eſt locus, ubi ſecundinae utero adhaerent, & digito inter uterum & placentam inſerto, caute haec divellenda. Cavendum vero ne forte ipſum apprehendas uterum, quem facile dignoſces, quum placenta ob vaſorum congeriem admodum inaequalis, & durioris ſit ſuperficiei.

C A S U S LV.

Dolor haemorrhoidum.

Honeſta foemina 40. circiter annorum, conſtitutionis macilentae, poſt partum difficilem de intumeſcentia ani conqueritur, ita ut ſaepius una cum excrementis non tantum tumor mollis quantitate dupla nucis juglandis exprimatur, ſed ſimul etiam ſanguis fluidus frequenter excernatur.

HIc affectus vocari poteſt dolor haemorrhoidum ex reſtagnatione ſanguinis viſcidioris in vaſis ani: quum enim ſpiritus animales ad has partes maxima in copia effluant, ſanguis regredi neſcit; hinc poſt partum difficilem tumor horum vaſorum facillime ſequitur.

Huic noſtrae aegrotanti commendamus interne *elixir. propr.* Externe *unguentum de linaria*, vel *ſacculum floribus chamomill. melilot. verbaſci* herb. *betonic. matricar.* &c. repletum, & cum lacte coctum.

C A S U S LVI.

Urinae incontinentia.

Honeſta foemina tertia puerperii hebdomada conqueritur de involuntario urinae fluxu: Quaer. E. quae ſit cauſſa, & quid in medium conſulendum?

INvoluntaria mictio hic oritur a laeſione ſphincteris veſicae: vel enim in nimio conatu parturiendi hic muſculus tono ſuo exuitur, vel poſt partum paralytica relaxatione corripitur.

Prognoſin, quod attinet malum eſt curatu difficillimum, & non niſi thermis curari poteſt: interim ea vide quae habet *Michael. in Ionſton.* capite de mictione involuntaria.

Suffumigia ex muſco pruni ſylveſtr. fol. quercus, & abſinth. non erunt abſque effectu.

CA-

vaſa gaſtrica. Hinc menſium ſuppreſſione correptae nonnunquam nephriticae accuſantur.

Calor mutatur. Rarius enim illae, quibus catamenia non fluunt floridum habent fac ei colorem, quia non adeſt tanta ſpirituum efficacia: neque ſanguis adeo fermenteſcibilis ut minutiſſima faciei vaſa ingredi poſſit, & faciei rubicundum largiri colorem, nonnunquam tamen conſueto fluxus tempore facies rubet, quia tunc ſanguinis in motu ſuo novum impetum accepit ab influxu lunari.

Urina exiſtit cruda. quia chylificatio eſt turbata, & vaſa capillaria renum ſunt obſtructa, ut partes ſaltem flexiles, lubricae, hoc eſt, aquoſae ſaltem parenchyma renum tranſire poſſint, remanentibus particulis durioribus craſſis, quae tum in ſanguine, tum in partibus ſolidis varia ludunt dramata.

Morbus hic eſt ſuppreſſio menſium.

Cauſſa immediata eſt obſtructio vaſorum capillarium circa uterum.

Cauſſae remotiores ſunt ingeſta frigida concoctu difficillima: huc ſpectant etiam animi paſſiones, moeror, triſtitia, paucitas ſpirituum, & inſtantibus, & fluentibus menſibus terror aut frigus admiſſum.

Affectus hic inveteratus, vel radicatus curatu eſt difficillimus, & plerumque in hydropem, febrem quartanam, ſcabiem, phthiſin, melancholiam degenerat. Dicunt practici ſi ultra menſes ſex duravit, curatu eſſe impoſſibilem: id quod tamen experientiae refragatur.

Admirationem meretur, quod ſanguis menſtruus bene conſtitutus circa novilunium certam aliquam ſpiret fragrantiam, odorem florum calendulae aemulantem, manifeſtiſſimo indicio inſoliti quid tunc ſanguini accidiſſe, quippe effluvia eo tempore uſque adeo copioſe per tranſpirationem egrediuntur, ut ſi menſtruata ingrediatur cellam ubi cereviſia recens recondita eſt, illa ſtatim aceſcat.

Curatio. convenit in omnibus cum intemperie ſanguinis pituitoſa, ſola excepta venae-ſectione, quae in hac minus conveniens, in menſium autem ſuppreſſione, quam maxime neceſſaria videtur.

In curatione duo potiſſimum ſunt, ad quae practico hic attendendum 1. ad primas vias, 2. ad ſtatum ſanguinis.

Ratione illius non improbamus uſum vomitorii, quũ non raro obſervemus illas quibus menſes ſunt ſuppreſſi ſaepius ſpontaneis vomitionibus vexari, praemitti autem poſſunt, ut bene judicat *Etmullerus* digeſtiva, h. e. aciditatem, & viſciditatem lymphae & chyli corrigentia. Hoc autem fieri debet extra conſuetum tempus, quo menſes antea fluxerunt. Hinc

℞. *Crem. tartari* drach. j ſem. *ſal abſinth.* ſcrup. ij. miſc. f. pulv..

℞. *Tartari emet.* gr. ii ſem. *lap. cancr.* gr. iv. f. pulv. Sum. pro 1. doſi.

Ratione hujus nempe ſanguinis videndum etiam an conveniant purgantia, venae-ſectio ſudorifera, & ſpecifica: de ſingulis ordine.

Purgantia, quia ſanguinem attenuant, & incidunt, ipſique novum impetum inferunt ſaepius etiam movent menſes. Inter haec purgantia optima mihi videntur ſi in forma pilulari juxta mentem *Sylvii*, *Barbette*, & *Deckeri* in notis praeſcribantur, atque ſingulis ſeptimanis doſis aſſumatur: v. g.

℞. *MP. de galban. Sylv. ammon. Quercet.* ãã. gr. v. *aloës* gr. iij. *reſin. jalap.* gr. vij. *croci* gr. ſem. *ol. cinamom.* gt. j. f. pilul. num. xv. adſpergantur foecula bryon.

℞. *Pulv. jalap.* ſcrup. j. *foecul. bryon.* gr. vj. *ſcammon. correct.* gr. iij. vel iv. *ol. caryophyll.* gt. j. f. pulv. Sum.

Solent tamen Medici vinum medicatum praeſcribere ad plures dies continuandum.

℞. *Rad. ariſtoloch. rotund. rub. Tinctor.* ãã. drach. iij. *herb. meliſſ.* m. ij. *fl. calendul. leucoi.* ãã. p. j. *fol. ſenn.* unc. j ſem. *rhabarbari* drach. iij. *agaric.* unc. ſem. *mechoacann.* drach.

Digitized by Google

drach.iij.*fibrarum helleb. nigr.ppt.*drach.j ſem. (alii ſcribunt radicem ſed non eſt radix.) *cinamom. elect. caſiae lign. ver.* ãã. drach.j. *ſal tart.* gr.xv. inciſa adſpergantur *tinct.tart.* vel ſpiritu vini tartariſato D. ad nodulum.

De his vero, vel aliis purgantibus notetur, omnibus vel ſalia, vel mercurium dulcem addi debere.

Circa venae-ſectionẽ notetur, quod quia adeſt ſumma artuum laſſitudo, & reſpirandi difficultas, admodum neceſſaria ſit phlebotomia; ſed in quo loco commode inſtitui poſſit, hoc opus hic labor eſt. Habet quidem *Etmullerus* quaedam de hoc negocio, ſed non ſatisfacit; dicit enim, quando menſes fluentes ſubito ſupprimantur debere venam incidi in talo, extra talem caſum autem ad menſes promovendos incidendam eſſe venam in brachio, ne ſanguinẽ per venae-ſectionẽ in talo inſtitutam magis faciamus ruere in vaſa majora uteri, unde ex plenitudine illa privata, fiet contumacior obſtructio. Itaque putem poſſe venae-ſectionẽ inſtitui in brachio novem, vel 14. diebus ante novilunium, duobus vel tribus diebus autem ante novilunium, & terminum fluxus, in pede, ſic enim evitamus omnes iſtas difficultates, quae alias circa venae-ſectionem inſtituuntur.

De ſudoriferis certum eſt, haec eſſe magnae efficaciae, prout in omnibus morbis, ita & hic: ſic vidi puellam nondum menſtruatam ex hoc ſolo factam fuiſſe menſtruatam, quod ſingulis ſeptimanis ſemel ſudoribus provocandis incubuerit, dari poteſt *crocus cum vino calido*, vel *theriaca cum aqua pulegii* pro ſudoribus eliciendis.

Tandem de ſpecificis, quorum farrago apud practicos reperitur, obſervavi hactenus in praxi plus ſaepius effici communioribus vegetabilibus, & ſimplicibus, quam artificioſe compoſitis, v.g.

℞. *Herb.meliſſ.matricar.menthae* ãã.m.j. *fol.anthoſ.*m.ſem. *caryophyll.* drach.ſem. *croci* ſcrup.j. *cinamom.* drach.ij. inciſ.f.decoctio.

Calida egregie hic proſunt.

℞. *Elix.propriet.ſ.acido* unc.ij. *ol.caryophyll.meliſſ.cinamom.*ãã.gt.iij.miſc.Sum.

℞. *Elixir.uterin.Moebii*, vel ſi non proſtet, *Crollii* (*Moebii tamen melius*) drach.ij. Sum. ut ante.

℞. *Aq.pulegii* unc.iv. ſemper debet eſſe baſis in forma liquida, *hyſteric. cum caſtor.* unc.ij. *vit. mulierum* drach.iij. *ſpir. ſal. armoniaci* ſcrup.ij. *tinct.propriet. Mynſ.* drach.j ſem. *ſirup.de cinamomo* unc.ſem. ad unc.j uſque. quae admodum efficax.

Inſtante tempore

℞. *Sal. armoniac.* gr.iv. quod potentiſſimum hic. *myrrhae rubrae* gr. ij. *croci* gr.j. *cinab.nativ.* gr.iij.f.pulv.Sum.pro 1.doſi horis matutinis in juſculo. Dentur 3. doſes 3.dieb.

℞. *Spir.cephal.D.Wedel.*drach.iij. Sum. ſpiritus.

℞. *Aq.puleg.* unc.vj.

Si potentiora deſideres, dentur *chalybeata, decoctum martiatum Mynſ.*

Vel *limaturae martis* affundatur vinum.

Coſterus habet tragaeam, quam ſaepius expertus ſum ſalutarem.

℞. *Spec.dianthos.diarrhodon.*ãã.drach.j. *pulv. aſari ireos cyclami. dictamn.alb.ariſtoloch.rotund. cyperi. gentian. zedoariae* ãã.ſcrup.ij. *ſuccini albi. myrrh. cinamom.*ãã. drach.ſem. *ſem.ſeſelios.dauci* ãã.ſcrup.j. *Sacchari ad pondus omnium.*f.tragaea.Sum.

Profunt quoque egregie clyſteres inſtantibus menſibus ex aromaticis parati.

Digitized by Google

CASUS XLVIII.
Menſium difficultas.

Alia ventriculi imbecillitatem cum capitis doloribus, inſtante lunatico profluvio experitur, nunc cum vomitu, nunc cum alvi fluxu, ſubſequente dolorifico menſium fluxu.

SAnguis hic laborat intemperie melancholica ſive acida, quae radicaliter eſt ex vitio ſtomachi.

Si benevolentiam hic captare velimus, dicendum erit, lienis ſubeſſe vitium, quia mulierculae libenter audiunt, ſi Medicus lienem accuſet.

Vomitus eſt ex humorum turgeſcentia, ob quam etiam cauſſam glandulae inteſtinales lympham eructant, & alvi fluxum producunt.

Alvi, & menſium fluxus non bene conveniunt nec in una ſede morantur, pejus tamen eſt ſi menſium fluxus praecedat, & eum excipiat diarrhoea, vel dyſenteria, melius autem ſi dyſenteriam, & diarrhoeam excipiat menſium fluxus, quia ſaepius alvi fluxus cruentus mutatur in profluvium menſtruum.

Fluxus menſium eſt dolorificus, & quandoque parturientium adſunt cruciatus, quia ſpiritus animales fibras uteri copioſius inflant, ab acrimonia ſanguinis, vel lymphae irritati, qui motus ſpasmodicus inane excernendi deſiderium per muliebria producit.

Sanguis quandoque admodum grumoſus eſt, dum excernitur, quia in eo acidum abundat.

Si Medicus in ipſo paroxyſmo, & praeſenti dolorifica excretione conſulatur, praeſcribere debet carminativa, & ſtomachica, v.g. *eſſent. carminativ. cum tinct. ſuccin.* ad gt. xx. xxx. bis vel ter de die ſumendum, vel *tinct. propr. Myſ.* cum *aq. carminat.* ut & miſturam in caſu praecedenti commendatam.

Venter inungatur *unguento de althaea*, vel *unguento carminativo*, & *ſpaſmodico Myſ.* cum *ol. philoſophorũ*, vel *carminat.* inunctio etiam fieri poteſt *cum aq. anhaltina.*

Deinde inſtitui debent *fotus* cum ſacculis *pulegio. mentha*, *calamenth. ſerpillo, fl. chamomill. calendul. leucoi, baccis lauri, ſem. carvi, aniſi, foeniculi*, & aliis repletis.

Potus ſit vinum medicatum cum *enula, calamo aromatico, herb. card. bened. meliſſ. centaur. minor. ſcordio, &c.* praeparatum.

Sin vero prophylacticum a Medico expetatur remedium, detur primo digeſtivum vel abſorbens aliquod e. gr.

℞. *Eboris ſ. igne oc. cancr. ppt. c. c. ſ. igne cinnab. nativ.* ãã. ſcrup. ſem. *vitriol. martis* gr. vj. *laudan. opiat.* gr. j. f. pulv. divid. in 6. part. aeq. Sum.

Hoc adhibito in uſum vocetur *vinum medicatum laxativum*, vel aliud tutum cath rticum

Tandem commendari debet ſpiritus *cephal. elixir. uterin.* Moebii, vel Crollii, &c. Omnia acida cane pejus ſunt fugienda.

CASUS XLIX.
Fluxus menſium nimius.

Illuſtris foemina nimium fluxum menſium patitur, alvus eſt adſtricta, quandoque corripitur vertigine cum omnium artuum tremore, conqueritur de anxietatibus, & involuntariis ſuſpiriis, urina ſabuloſa redditur.

FLuxus nimius menſium utplurimum eſt a ſanguine acriore, & pororum nimia reſeratione, ab impetu ſanguinis facta, quando videlicet talis haemorrhagia a ter-

a terrore ortum ducit, vel etiam a vaſorum ruptura, ut in lapſu.

Practici accuſant ſerum crudum, quo ſanguis nimium diluatur, & uteri ſubſtantiam flaccidam, vel laxam; quod ſi intelligant nobiſcum lympham acriorem vitio primae coctionis adulteratam, & per laxam uteri ſubſtantiam vaſorum eorundemque pororum nimiam relaxationem, idem nobiſcum ſentiunt.

Sin autem per lympham aliquid a ſanguine plane diverſum, & imaginariam facultatis retentricis imbecillitatem, tum longe a veritatis ſemita aberrant.

Omnes quae hoc malo corripiuntur, vel habent ventriculum debiliorem, vel quamvis appetitus vigeat, plus tamen ventriculus appetit, quam concoquit.

Alvus eſt adſtricta, ob praedominium humoris acido auſteri in inteſtino, colon dicto.

Alvi tarditas alacriorem ſanguinis circulationem per vaſa uterina non parum retardat, hinc in omnibus haemorrhagiis bonum eſt ſi alvus ſit libera.

Affectus vertiginoſus &c. eſt a fermento uterino vel aura maligna, quae ſubinde cum ſanguine ad cerebrum transfertur, & ſpirituum ἀταξίαν inducit, unde levior quaedam epilepſiae, vel convulſionis ſpecies producitur. Practici dicunt fieri hoc per conſenſum uteri cum cerebro, & a vaporibus ex utero ad caput elevatis. Poteſt etiam fieri a paucitate ſpirituum, qui non ſatis promte poros cerebri aperire poſſunt, hinc reflexi in circulum aguntur, & vertiginem menti imponunt.

Conqueritur de ſuſpiriis, & anxietatibus involuntariis: haec ſymptomata oriuntur a ſpaſmo diaphragmatis, & ipſius etiam cordis cum vaſis ſuis majoribus.

Urina ſabuloſa redditur. quia humores acido auſteri hic in primis viis praedominium obtinent, qui partes oleoſas ſupprimunt, ſalia volatilia, & partes terreſtres combinant, unde arenulae in renibus generantur.

In prognoſi, malum hoc diuturnum eſt, & viam ſternit ad hydropem, vel atrophiam. Et quae ſemel morbo hoc graviter laborarunt, plerumque manent valetudinariae.

Hic affectus rarius accidit a plethora.

Purgantia ſunt ſuſpecta, quia ſanguinem magis turbant, laxativum autem blandum erit adhibendum.

Curatio prudenter eſt inſtituenda, ſi enim ſtypticis terreſtribus curationem perficere velimus, obſtructiones viſcerum augentur, & menſes quandoque copioſius fluunt ab horum uſu. Itaque pro unico ſcopo ponimus hunc ut ventriculi, & ſanguinis habeatur ratio.

Et quamvis purgantia, qua talia in hoc affectu non indicentur, neque approbare poſſimus veterum medendi methodum, qui ſolis hydragogis fortioribus ut & ſtypticis malum hoc curabant, eoque ipſo ſanguinis craſin magis evertebant, & humorum acrimoniam augebant, quia nihil ſciverunt de abſorbentibus, & praecipitantibus.

Hoc tamen non attento, quia alvus in noſtro ſubjecto eſt adſtricta, blandiora evacuantia praeſertim quum vires adhuc conſtent, propinanda erunt: v.g. *Infuſum paſſulatum, aqua laxativa, decoct. laxativum D. Spinae apud Schroderum*, quorum alternis diebus 4. vel 5. cochlearia propinari debent.

Interea merito praeferenda ſunt ſudorifera v.g.

℞. *Rob. ſambuc. juniperi* āā. drach. j ſem. miſc. cum *aq. veronic.*

Sumatur in ſeptimana bis, vel ter, vel

℞. *C.C. ſ. igne antim. diaph.* āā. gr. xv. *ſal. volat. viperar.* gr. iii. f. pulv. ſumatur *cum aq. fl. ſambuci.*

Verum ut ipſa vaſa in utero paullulum conſtringantur, mitioribus adſtringentibus incipiendum eſt, in quem finem electuariū corroborans & adſtringens praeſcribi poteſt, ex *conſerva roſarum antiq. conſ. rad. cichor. theriac. recent. corall. ppt. terr. ſigill.* quibus *Etmull.* addit *alumen crudum cum opio.*

Potui ordinario injiciantur *rad.caryophyllat.enul.macis nuc.moſch.* quia intemperiem ſanguinis corrigunt, quamvis menſes magis movere videantur, in prandio,& coena conceditur hauſtus *vini ſaſſafrati.*

℞.*Saſſafr.chin.*āā.unc.ſem.*ireos* drach. vj. *caryoph. galang.* āā.drach.j. *herb. ſalviae.meliſſ.rorismarin.*āā.p.j.*ſem.aniſi.foenicul.* āā.drach.j. Inciſa includantur nodulo pro menſ.j ſem.vini.

Quod ſi vires admodum proſternantur confugiendum erit ad *tinct.opii cum ſucco cydoniorum* extractam, *tinct.lap.haemat.*vel ſeq.

℞.*Aq.plantag.*unc.j ſem.*lap.haematit.*ſcrup.ij.*corall.rubr.ppt.*ſcrup.j. *laud.opiat.* gr.iij.*ſirup.myrtil.*unc.j. F.miſtura.

Huic miſturae addi poteſt vinum rubrum ad unc.iii. vel iv.

*Craan.*certam pollicetur curationem duobus his remediis, e. gr.

℞. *Teſt.ovorum calcinat.* a gr.xvi. ad xx. *vitriol.martis* a gr.vj. ad x. Fiat pulv. D.6.doſes pro 3. diebus mane, & veſperi una,& juxta hunc pulverem *tinct.opii.*

Commendant etiam practici induſium viri per octiduum geſtatum, quemadmodum in ſuppreſſione menſium induſium menſtruatae convenit.

Externe liquor ſtypticus,ſpiritus vini,ſolutio aluminis felici ſucceſſu adhibentur

CASUS L.

Fluor albus.

Virgo nubilis conqueritur de fluxu albo poſt vel ante ordinarium menſium fluxum, facies pallet, oculi circulo livido cincti ſunt, caput dolet, quandoque hypochondria tument, cor palpitat, interim menſes ſtatutis temporibus fluunt.

FOEminis,& in & extra conjugium viventibus, gravidis, non gravidis,virginibus ſaepius humores albicantes plus minus foetidi aut graveolentes,ut & acres per muliebria exſtillant, excoriationem, & atrophiam totius non raro inducentes.

Si humores flaveſcentes, & foetidi ſunt vocatur gonorrhaea ex vitio glandularum, circa veſicae collum, & orificium ſitarum orta, & eodem modo curatur ut gonorrhaea apud viros curari ſolet, vel humores illi ſuppeditantur ab omnibus uteri glandulis, quia totus uterus eſt glanduloſus, partim ob lymphae acrimoniam, partim ob glandularum laxitatem, ut non male fluxus hic albus coryza, & catarrhus uteri vocari poſſit.

Si ex lymphae vitio, cauſſa quaerenda erit in primis viis, ſi ex vitio glandularum, plerumque praeceſſit partus difficilis, vel geſtatio foetus mortui, vel alia violenta cauſſa.

Tales plerumque melancholicae ſunt,quia ſanguis idem redditur pituitoſus, hinc facies pallet, caput dolet,fermenta primarum viarum degenerant: cor ob intemperiem ſanguinis, & ſpirituum palpitat,quia tamen ſanguis juxta diverſas lunae phaſes auſculrat motui extraordinario materiae aethereae, hinc ſingulis menſibus per ordinarias vias excernitur.

Affectus hic chronicus eſt & curatu difficilis prout omnes glandularum morbi, rarius tamen lethalis.

Quoad curationem lymphae vitium corrigendum, uterus roborandus, & accuratiſſima obſervanda diaeta.

Conveniunt pro evacuatione *pilul.mercuriales*, pro *correctione decoctum lignorum, ſuccinum* in ſubſtantia,*tinct.ſuccini*,omnia *terebinthinata*,*tinct.antiphthiſica*,martialia, &c.

Ad uterum corroborandum proſunt *ſuffimigia ex ſuccino*, *laudan.gumm. anim.tacamahac.* vel ſi aegra ſit morigera *thermae Emdenſes* debent commendari. CA-

CASUS LI.

Paſſio hyſterica.

Mulier cacochymica concidit ſubito tempore verno intercepta quaſi reſpiratione, ut ſtrangulari videretur, rubet facies, vox obmuteſcit, jacet attonita ſine ſenſu, & motu, partes exteriores convelli videntur: ad ſe rediens percipit dolorem abdominis, ſequuntur vomitus, inter quos iterum fit attonita.

Paſſio hyſterica ſaepius non magis eſt morbus uteri, quam cerebri; non enim convulſiones exoriuntur ſemper in eo loco ubi humores colliguntur, ubicunque enim colligatur materia talis vitioſa, poteſt paroxyſmum hyſtericum inducere ſic idem accidit, ſi cerebro & ejus incolis ſuffundatur.

Sicuti e.g. tempore vernali febres oriuntur, quandoque diarrhoeae ex commotione humorum hyeme praecedente collectorum, pariter eodem tempore humores fermenteſcibiles ad cerebrum deferri, & ſpiritus animales turbare poſſunt.

Differt ab apoplexia, quod in illa reſpiratio magis laedatur, pulſus etiam debilior, nec ſenſus, & motus intantum aboliti prout quidem in apoplexia.

Ex pulſu differentiam ſumimus, in apoplexia in initio pulſus celer, in hyſtericis tardus.

Apoplectici nunquam recordantur, quae facta in paroxyſmo, hyſtericae autem eorum recordantur.

Hyſterica dum ſuſcitatur apparet quaſi ex ſomno naturali, apoplecticus autem quaſi a morte in vitam redeat.

Accuſant veteres practici cum vulgo adſcenſum uteri, liberum diaphragmatis motum tunc impedientis: rectius tamen dicitur eſſe ſpeciem affectus hypochondriaci, quia ab iisdem cauſſis exoritur, iisdemque etiam remediis tollitur.

Helmontius hunc affectum vocat aſthma muliebre.

Vomitus adeſt ob irritationem.

Flatus ob humorum circulantium, & vaporum liberum itum & reditum denegatum.

Mulierculae ſi ira corripiuntur, facile hoc morbo laborant.

Curatio itaque duplex, nempe in & extra paroxyſmum, praemiſſa prognoſi affectum hunc plus terroris, quam periculi habere; hinc Medicus magnam ſibi acquirit famam ſi dicat eſſe periculoſum, & tamen brevi curat.

Naribus graveolentia offerenda, *caſtoreum*, *aſa foetida*, *ſpir. ſal. armoniaci aq. hirund. acida*, *ſpir. c. c. fila accenſa coloris coerulei*, *calli equorum* prunis injecti. Interne infundatur *aq. hyſterica cum caſtoreo*, *pulegii*, *carminat. pulv. abſorbens*, qui hic omne fert punctum: *cinnabaris* tum *nativa tum factitia*, *ſpecies dia-jovis Mynſ. ſal. jovis*.

Si magna adſit praefocatio faucium, detur *aq. carminat.* cum *tinct. opii*, *theriac. coeleſt.* cum gr. ſem. vel gr. j. *laud. opiat.*

Clyſter quoque ſtatim injiciendus non agitatorius, ſed ſedativus.

Extra paroxyſmum detur tinct. tartar. bis ter vel quater de die ad gt. xx. *eſſent. carminat. Wed. pilul. praeſervativae ex foecul. bryon. caſtoreo, ſale ſuccini, coralliorum* cum *galbano* f. pilulae non magnae, D. bis de die.

Si alvus non ſit libera, admoneatur, vel clyſtere, vel vino paſſulato.

Hic fugienda omnia acida, ira praeprimis, quae maximam vim habet ad affectum hunc producendum.

Sententia *Sylvii* non caret fundamento.

Si hyſterica ſtertore corripiatur bonum eſt. *V. Hipp.*

Externe convenit *ol. ſuccini* umbilico illinitum, ut & *empl. matricariae* regioni hypogaſtricae imponendum.

In-

Digitized by Google

Interne habet *Timaeus* pulverem ſpecificum ex *margaritis,caſtoreo,foecul.bryon.ol.rutae*,qui tuto exhibetur. Vel

℞. *Eboris.corall.*ãã.gr.xv.*vitr.martis* gr.ii.*cinnab.nativ.*gr.iii.vel iv. *laud. opiat.* quart.partem gr.i.m.ſ.pulv.

Convenit etiam *elixirium Wedelii*, cujus deſcriptio haec eſt.

℞. *Rad.poeon.maris.ſuccini flavi.myrrhae elect. caſtorei* ãã. unc.i. *rad.zedoar.galang.dictamn.*ãã.unc.ſem. *baccarum lauri. antophyll.* ãã.drach.ii.*croci.camphorae* ãã. ſcrup.ſem.contuſ.confund.ſp.vin.ſtent per plures horas ſ.elix.uterinum, doſis a gr. xv,xx.xxx.uſque.

Laudem etiam meretur *antihect.Poterii*, ut omnia ſudorifera.

Si enim non in fine exhibeantur, metuenda recidiva eſt.

℞.*Tinct.corall cum ſpir.c.cerv.*parat.drach.ii.

Vel ℞.*Tinct.corall.cum cera* drach.i.ſem.*ſpir.c.c.compoſ.*drach.j.miſc.ut ante.

Ettmulleri formulae etiam eſſent egregiae, niſi ingrati ſaporis.

Spir.cephalicus noſter hic etiam convenit in *aq.matricar.puleg.menth.*

Praeſervationis gratia laudatum antea *elixirium Wedelii* commendatur.

C A S U S LII.

Symptomata in praegnante.

Mulier per 3 menſes gravida conqueritur de contumaci alvi obſtructione, adeſt nauſea, quandoque vomitus, ſaepius ſtrangulari videtur, nephriticos patitur dolores, conqueritur de catarrhis, & tuſſi vexatur.

IN hoc caſu proponuntur nobis varia ſymptomata in praegnante: ſolent alias ſymptomata illa dividi in prima, media, & ultima geſtationis tempora,quae videri poſſunt apud *Semmertum*,vel brevius apud *Ionſtonium.* p.1067.

Quamvis non adeo accurate tempora ſua obſervare ſoleant, quia etiam primis menſibus tuſſis ſupervenire ſolet, quae alias inter ſymptomata medii geſtationis temporis recenſeri ſolet. Sic alvi duricies ultimis geſtationis temporibus ſupervenit, quae tamen in noſtro caſu etiam primis menſibus adeſt.

Facta impraegnatione totum corpus alteratur ejuſque temperamentum mutatur, partim quod menſes ſupprimantur,partim quod a ſemine virili tota maſſa ſanguinis alteretur,*unde vitioſi humores effunduntur in ventriculum,hinc nauſea & vomitus: humores auſteri transferuntur* ad inteſtina,unde alvi obſtructio: *Humores acres transferuntur ad cerebrum*, vel diaphragma, unde ſtrangulari videntur.

Lympha acris deſtillat in aſperam arteriam hinc tuſſis. Partes acido-auſterae praedominium acquirunt ob illam ſanguinis alterationem, hinc ſalia volatilia combinantur cum particulis terreſtribus,& arenulae generantur,quamvis lumborum dolor non ſemper ſit ex calculo,ſed ex reſtagnatione ſanguinis in vaſis majoribus circa lumbos.

Symptomata illa non carent periculo, quippe contumax alvi obſtructio cauſſa abortus eſſe poteſt, quod foetui ſpacium amplum non concedatur.

Neque tamen purgantibus tuto uti licet, hinc ipſa teſtatur experientia, quod accurata diaeta hic plus praeſtare poſſit, quam medicamenta: ſuaderem tamen uſum decocti paſſulati vel electuarii de tamarindis, ut alvus ſuo ſemper fungatur officio.

Pruna laxativa num.iv. pro doſi. paſſul.laxat.ab unc.ſem.ad unc.i. dantur.

Sal item abſynth.cum corall.& lapid.cancr.exhibeatur.

Praeterea horis veſpertinis, aqua foeniculi,menth.aqua cortic.citr.aurant.zedoariae, elixir.febrile, balſ.embryonum, vel aqua Dominarum Mynſ. ad cochlear dimidium,vel integrum commendetur.

Tuſ-

Tuſſi praegnantium medentur, pilulae de ſtyrace, diarrhoeae, corallia & tinctura coralliorum, &c.

CASUS LIII.
Partus difficilis.

Foemina toto geſtationis tempore ex optata fruebatur valetudine, ſupervenientibus parturientium doloribus una manus faetus prodiit ſub conſpectum, quam obſtetrix fruſtra tamen reponere cogebatur, interim aegra graviſſimis torquebatur doloribus, vires admodum collapſae erant, frigebant extrema cum ſudoribus frigidis, de horripilatione conqueritur, manus exſerta conſpicitur livida, omnique juxta obſtetricis relationem motu privata eſt. Quaer. quid in tanto diſcrimine facto opus ſit?

Affectus hic vocatur partus difficilis cum ſitu p. n. faetus.

Si tali modo infans egreſſum tentet, in maximum diſcrimen conjicitur, & mater & foetus, quippe impoſſibile eſt ut foetus tali ſub forma in lucem prodire poſſit, & non ſine periculo propinantur medicamenta expellentia.

Ridiculum quoque eſt, quod obſtetrices quandoque efflagitent auxilium a Medico, quaſi vero medicamenta ſitum infantis mutare poſſint, quum potius manu ad debitam figuram reponi debeat.

Intereſt autem ſcire an infans adhuc vivat nec ne, vitam colligimus ex motu, quem parturiens percipit, nec non ex pulſu in manu foras prodiente, ex calore & colore brachii exſerti.

Infantem mortuum eſſe judicamus ex diuturnitate doloroſi partus, ex horripilatione parturientis, ex colore livido manus exſertae, ex faecum excretione per muliebria, &c.

Totum, quod Medicus poteſt praeſtare in eo conſiſtit, ut vires parturientis quantum poſſibile conſerventur, nihil autem eſt quod citius refocillet, quam vinum; unde ſub inde unum vel alterum cochlear dari poteſt, praeſertim ſi febrilis efferveſcentia non adeo vehemens ſit; eo enim reſpiciendum eſt, ne forte medicamenta ſanguinem & ſpiritus nimium accendant, hinc fit, ut plerumque puerperae gravioribus tententur febribus ob ſolam hanc cauſſam, quod magnis & multis remediis in partu fuerint uſae: ſequens miſtura ſcopo huic egregie ſatisfacit.

℞. *Aq. borrag. bugloſ.* unc. ii. *cinamom. optim.* drach. ii. m. d. ſubinde cochlear unum.

Et quum parturientes plerumque a cibo abſtineant, poterit ad confortandum vitellus ovi recens cocti exhiberi.

Interea obſtetrix monenda ut vel caput inclinet verſus uteri orificium internum, retrudat prius manu infantis, id quod tamen difficillimum eſt & raro ſuccedit, tum quod obſtetrices noſtrae ſint puſillanimes, tum quod ad hoc negocium conficiendum ineptae ſint, habentes manus & brachia nimis carnoſa, & obeſa.

Itaque alia erit incedendum via, & videndum an unum ex pedibus arripere, ſicque ſitum infantis invertere poſſis, ut qui prono capite egredi debebat nunc pedibus extrahatur, & quum hic ſummum ſubſit periculum in mora, ipſaque obſtetrix fateatur ſe nihil conficere poſſe, confugiendum eſt ad extractionem hamis peragendam, in quo genere operationis exercitatiſſimum hic habemus Chirurgum, nomine *Hering.* qui ultra 70. ab ergaſtulo ſuo liberavit.

Circa uſum remediorum partum promoventium duo praeſertim obſervanda veniunt, nempe quando ſint exhibenda, & qua doſi propinanda.

Quoad prius in eo ſaepiſſime graviter peccatur, dum remediis his intempeſtive ad-

Digitized by Google

Obſtetrices, & adſtantes ſaepius nimis indulgent parturientibus, eaſque poſt enixum partum e ſella dimittunt, ut ut ſecundinae nondum extractae ſint, ne afflictae addantur afflictiones: verum in eo errant graviſſime, quandoquidem parturiens nunquam dimitti vel in lectum deduci debet, niſi prius ſecundinas reddiderit. Hae autem tutius, & commodius manu perita ab utero divelluntur, & extrahuntur, ubi funiculus umbilicalis, qui indicis loco eſt recens adhuc eſt; quod ſi orificium uteri jam clauſum ſit, debet apice unius digiti iterum aperiri, & digitus prudenter circumduci, donec & alter inſeri poteſt: jam ſi digitos ad fundum uteri uſque exporrigere poſſis, quaerendus eſt locus, ubi ſecundinae utero adhaerent, & digito inter uterum & placentam inſerto, caute haec divellenda. Cavendum vero ne forte ipſum apprehendas uterum, quem facile dignoſces, quum placenta ob vaſorum congeriem admodum inaequalis, & durioris ſit ſuperficiei.

C A S U S LV.

Dolor haemorrhoidum.

Honeſta foemina 40. circiter annorum, conſtitutionis macilentae, poſt partum difficilem de intumeſcentia ani conqueritur, ita ut ſaepius una cum excrementis non tantum tumor mollis quantitate dupla nucis juglandis exprimatur, ſed ſimul etiam ſanguis fluidus frequenter excernatur.

HIc affectus vocari poteſt dolor haemorrhoidum ex reſtagnatione ſanguinis viſcidioris in vaſis ani: quum enim ſpiritus animales ad has partes maxima in copia effluant, ſanguis regredi neſcit; hinc poſt partum difficilem tumor horum vaſorum facillime ſequitur.

Huic noſtrae aegrotanti commendamus interne *elixir. propr.* Externe *unguentum de linaria*, vel *ſacculum floribus chamomill. melilot. verbaſci* herb. *betonic. matricar.* &c. repletum, & cum lacte coctum.

C A S U S LVI.

Urinae incontinentia.

Honeſta foemina tertia puerperii hebdomada conqueritur de involuntario urinae fluxu: Quaer. E. quae ſit cauſſa, & quid in medium conſulendum?

INvoluntaria mictio hic oritur a laeſione ſphincteris veſicae: vel enim in nimio conatu parturiendi hic muſculus tono ſuo exuitur, vel poſt partum paralytica relaxatione corripitur.

Prognoſin, quod attinet malum eſt curatu difficillimum, & non niſi thermis curari poteſt: interim ea vide quae habet *Michaël. in Ionſton.* capite de mictione involuntaria.

Suffumigia ex muſco pruni ſylveſtr. fol. quercus, & abſinth. non erunt abſque effectu.

CASUS LVII.

Defectus lactis.

Quum in partu maxima adſuiſſet uteri haemorrhagia, enixa quidem eſt filiam conjux Mercatoris, ſed tantus adſuit lactis defectus, ut quamvis reliqua omnia bene ſe haberent, lactis tamen generatio nulla etiam arte in mammis procurari potuit.

Ex hac hiſtoria patet non dari peculiares ductus chyliſeros ex inteſtinis ad mammas, ſed omnem chylum pro lactis generatione deferri ad mammas, mediante ſanguine, hinc in vehementiori haemorrhagia lac omnino deficit, & curatio fere ſolis alimentis ſucco nutricio abundantibus perficitur: v. g. juſculo hordeaceo, juſculo ex lacte, & cereviſia cum vitellis ovorum. Decocto fl. ſambuci cum lacte ad unc. iii. vel iv. exhibito.

Quod attinet ſpecifica, inter alia commendantur *rotul. lac promoventes Mynſichti.*
Multum hic confert animi tranquillitas, quies & ocium, &c.
Si dolor poſt partum excruciat, convenit.

Tinct. myrrhae, antimonii, aqua chaereſol. meliſſ. lilior. alb. ol. amygd. ſperm. ceti &c.
Externe *ung. carminativ. ſpaſmaticum Mynſ.* &c.

CASUS LVIII.

Ephemera.

Vir quidam in intenſo frigore non bene veſtitus iter faciens, circa veſperam inſolitum calorem ſine praeeunte horrore percipit, adeſt quaedam pectoris anguſtia, pulſus ſolito frequentior, & fortior eſt.

Febris haec a durationis tempore vocatur diaria vel ephemera, quia intra diem naturalem plerumque terminatur.

In principio difficillime diſcerni poteſt haec febris, quum frigus, & calorem cum aliis febribus communem habeat.

Quod ſi tamen antecedentem attendamus, an nempe praeceſſerit crapula, ira, ſubitanea refrigeratio, bubo in aliqua parte haereat, pulſus non adeo deflexerit, nec vires admodum ſint attritae, diariam eſſe merito conjicimus, praeſertim ſi patiens antea optime fuerit conſtitutus, eadem etiam cauſſa in diverſis ſubjectis diverſas producere poteſt febres.

Cauſſa eſt inſenſibilis tranſpiratio ſuſſlaminata, quae primum effectum effervescentiae, qui eſt miſtio ſanguinis, laedit.

Quaer. Quare non omnes ſtatim febricitent, quam primum denegatur inſenſibilis traſpiratio? Reſp. Quia alius generis particulae ex hoc, alius vero ex illo emanant; hinc quamvis particulae lubricae ſub forma vaporum avolare ſolitae intus detineantur, non tamen ſtatim maſſae ſanguineae miſturam turbant. verum ſi ſalia fermenteſcibilia, ſi miaſmata alium aetherem tranſmittentia retineantur in ſanguine, tum quod ſingula non poterant coacervari jam efficiunt, h. e. miſturam ſanguinis laedunt.

Cum in itinere plerumque plus ſolito edamus, & bibamus ad demulcendas moleſtias itineris, hinc tranſpiratio etiam auctior eſſe deberet; quod ſi impediatur, in robuſtis non ſolum, ſed etiam cacochymicis facile varii generis febres oriuntur, ſed in ſenibus apoplexia, in infantibus epilepſia ſaepius generantur.

Pectoris anguſtia. Hic mihi videtur ſpecies cardialgiae, quum tanta in ſanguine

non-

nondum adſit efferveſcentia, quae ſanguinis motum per pulmones nimium augeat.

Quum ſanguinis compages in hac febri leviter ſaltem ſit reſerata, ejuſque miſtio ſuperficialiter turbata, non opus eſt ad generoſiora confugere remedia, ſed ſatis eſt ſi benignioribus remediis *inſenſibilis traſpiratio reſtituatur*, id quod fit, ſi corpus quamprimum ad ſudores componatur, ſumto prius *hauſtu vini vel cerevisiae calidae* cum *macere*, *& ſaccharo* vel *juſculo calido cum croco*, vel etiam *theriaca recens ad* drach.i. ſtatim dari poteſt.

Haec febris ſi ineaute & temere tractatur aut incidit in corpus cacochymicum, & ubi hinc inde in tubulis viſcerum humores putridi latitant, qui occaſione febrilis effervescentiae e latibulo excutiuntur, & ſanguini commiſcentur, degenerat in febrem ſynocham ſive plurium dierum, non putridam dictam, & quae gradu nempe reſpectu minoris turbationis, & pauciorum ſymptomatum a ſynocha putrida aliiſque differt.

Generoſiora remedia purgatio, & venae-ſectio qua talia nunquam indicantur, indicantur tamen ab humoribus recrementiciis in inteſtinis deliteſcentibus.

In ſynocha non ſolum cutis, ſed et interiorum etiam partium pori ſunt obſtructi, ut non ſolum exterior tranſpiratio ſed & interior hic ſufflaminetur.

In ſynocha calor eſt intenſior, ſitis magis urget, quandoque ſanguis ſub forma ſanguinis minutiſſima vaſa ingreditur & dilacerat, atque ſubter cutem effuſus rubras producit maculas inſtar morſuum pulicum. Si enim pulex roſtrum infigat vaſculo ſanguifero, ſubtilior ſanguinis portiuncula egreditur, & rubram componit maculam, quam pulices poſt ſe relinquunt.

In curatione tranſpiratio quovis modo juvanda, exulent omnia frigida, & ipſe potus debet eſſe temperatus. Hinc inſtillari poteſt ſpir.nitr.*dulcif.Miſt.*ſum. parum dulcificata, *tinct.bezoardica* parum refracta.

Camphora ſicut in omnibus febribus ubi dolor & vigiliae, ita & hic laudem meretur.

Attendendum ad naturam ſanguinis an magis inclinet ad intemperiem acidam; an vero ſalinam: in illa *ſalia fixa nec non temperata oleoſa*, in hac autem *nitr.arc.duplic.blandiora acida*, nec non ſpir.ſal.armoniaci rectius datur.

Quando utimur ſudoriferis alvus debet eſſe aperta, ne ſordes ad ſanguinem abripiantur: hoc eſt contra illos, qui promiſcue rejiciunt purgantia. Ab infantibus exemplum deſumitur.

Quaer. quare poſt ſudoriferum aſſumtum vomitus ſuperveniat? Reſp. quia medicamentum non ſatis cito poteſt diſpenſari ob pororum ventriculi obſtructionem, hinc ventriculus irritatus aſſumta excutit, &c.

Craan. admodum commendat *bezoardicum minerale*, ſed in his locis minus tutum, quia pharmacopaei illud vi ſua cathartica non omnimodo ſpoliare poſſunt.

Quaer. an antim. diaphoreticum diuturnitate temporis iterum fiat malignum? Reſp. negando: Si enim ſemel rite fuerit fixatum, & ſpicula ejus intorta ſint, nunquam ab aëre qualiſcunque etiam fuerit in contrariam figuram reflecti poterunt.

C A S U S LIX.

Tertiana intermittens.

Adoleſcens 20. annorum incidit hac aeſtate in febrim cum rigore, pulſu frequentiori, calore multo & acri, ſuperveniente vomitu. Poſt rigorem adeſt dorſi dolor, & hypogaſtrii gravitas.

ADoloſcentem hunc laboraſſe tertiana intermittente exquiſita pronunciamus, quamvis in primo paroxyſmo vocati ſimus, quippe adeſt rigor, omnis autem tertiana exquiſita cum rigore invadit.

Calor acris eſt quia ſanguis bilioſus eſt, ſupervenit vomitus, qui tertianariis ſolet eſſe familiaris, tempus eſt aeſtivum bilis collectioni idoneum, aetas patientis reſpondet, dolor dorſi eſt a diſtenſione vaſorum ob ſanguinis ebullitionem, hypogaſtrii gravitas eſt a flatibus, nam flatulenti etiam ſunt tertianarii, quia humor acido-auſterus in primis viis reſtagnat. Vocatur exquiſita, quia paroxyſmi ultra 12. horas non extenduntur, deinde quia ſeptem circuitibus terminari ſolet, ita ut paroxyſmi ante quartum & poſt quartum ſint mitiores, quartus autem omnium vehementiſſimus.

Cauſſa eſt fermentum febrile ſive humor corruptus vel putridus in partis alicujus ſolidae tubulo collectus, & alternis diebus ſanguini in corde commiſtus, ejusque miſturam turbans, hinc primo rigor, deinde calor acris, quia ſanguis conſtat principiis activis fermenteſcibilibus.

Cauſſae antecedentes poſſunt eſſe variae, omnes in eo conveniunt, quod in parte aliqua ſolida obſtructiones pariant.

Quamvis autem focus materiae febrilis in qualibet parte ſolida eſſe poſſit, plerumque tamen haec febris natales ſuos habet in ventriculo, vel forte etiam in hepate juxta *Fernelium.*

Prognoſis ſpondet etiam reconvaleſcentiam, ſi aeger in omnibus morem gerat, & tenuiſſimo uti velit victu.

Indicationes ſequentes ſunt obſervandae: fermentum febrile evacuandum, una cum humoribus auſteris in primis viis deliteſcentibus: 2. ſanguis per ſudorifera depurandus & ſpecificis contra peregrinum hoſtem praemuniendus, ne videlicet a fermento febrili ſuperveniente in craſi vel miſtione ſua amplius turbetur. Tertio ſymptomatibus obviam eundum.

Pro primo commendamus ſequentia.

℞. *Tart. vitriolat.* gr. xv. *ſal. armoniaci* gr. ii. *c. c. uſti* gr. v. f. pulv. Sum. digeſtiv. pro 1. doſ. detur horis veſpertinis immediate ante diem purgationis.

℞. *Decoct. fol. ſenn. Mynſ.* unc. ii ſem. vel unc. iii. die intermiſſionis cum cuſtodia & regimine die acceſſionis h. e. die tertio.

℞. *Arc. duplic.* gr. viii. *lap. cancr.* gr. xii. *corall. alb. ppt.* gr. vi. f. pulv. Sum. pro 1. doſi. 2. paroxyſmo cum *aq. card. bened.*

Si *paroxyſmus redierit* detur die intermiſſionis ſequens.

℞. *Spir. ſal. armoniaci* ſcrup. ii. *tart.* ſcrup. ſem. *eſſent. abſinth.* drach. i. ſem. miſc. Die *acceſſionis horis quinque* ante *paroxyſmum.*

℞. *Tart. emet.* gr. i ſem. *ſal. abſinth.* gr. v. d. ſimul pro 1. doſi.

NB. Non opus eſt ut aegrotanti dicamus aſſumſiſſe emeticum, ſed vomitus malignitati febris in acceptis eſt ferendus.

Interim externa non ſunt omittenda, ſuſpendatur camphora de collo, emplaſtra febrifuga imponantur carpis manuum.

℞. *Theriac.* drach. ii *ſem. ſantonic.* drach. i ſem. *fuliginis ſplendent.* ſcrup. ii. *terebinth.* q. ſ. f. empl. pro carpis manuum.

In ipſo paroxyſmo nihil fieri poteſt, quam quod forte ſitim reſtinguamus & dolorem capitis demulceamus. *Contra ſitim detur decoctum citri* vel *limonada, cerevifia ſecundaria,* adjectis aliquot cochlearibus *vini tenuioris,* vel inſtilletur ſpir. nitr. dulcificatus, vel tinct. *roſarum,* vel potus theae veniant in uſum.

Dolori capitis medemur epithemate frontali ex placenta roſarum vel nucleis perſicorum, vel epithemate ex aq. roſar. vel unguent. roſat. cum nucl. perſicor. vel enemate ante paroxyſmum applicato, vel ſudores in declinatione paroxyſmi promovendo, id quod fit ſi aeger ſtragulo bene cooperiatur.

Si febris fuerit contumax die acceſſionis ſudoriferum propinetur: de quibus nota, quod vegetabilia ſudorifera ſanguinem ſaepius magis accendant, hinc praefertur

an-

antimonium diaphoreticum, pulvis reguli antimon. medicinalis, vel *febrifugum craunii*, vel pulv. ex *c.c. uſto* & *terr. ſigillat.* cum *aq. card. bened.* vel *tinct. bezoardica*.

Ipſi vehiculo aliquot gt. *tinct. opii* admiſceri poſſunt.

Poſt febris ablationem commendamus continuandam *eſſent. abſinth. compoſ.* vel *vinum abſynthites*.

CASUS LX.
Febris quotidiana.

Vir 30. annorum comeſſationibus deditus, incidit in febrem praevio leviori rigore ſubſequente calore vehementiori, paroxyſmus ultra ſex horas non extenditur, interim ſingulis diebus recurrit.

NOlumus jam nos immiſcere huic controverſiae, an detur febris quotidiana, an vero omnis quotidiana ſit tertiana duplex: quod quidem locum habet quando tertiana degenerat in quotidianam; verum quando incipit quotidiana, non facile dixerim eam neceſſario eſſe tertianam duplicem.

Cauſſam dicimus eſſe lympham corruptam & putridam in ventriculo genitam, ob errores in diaeta commiſſos, quippe hujus focus utplurimum eſt in ventriculo; hinc quum facilius & citius per vaſa lactea ad cor devenire poſſit fermentum febrile, ſingulis diebus paroxyſmi recurrunt.

Hae febres ſaepius ſunt chronicae, quia omnia aſſumta in novum fomitem tranſeunt.

In curatione commendamus *vinum abſinthites laxativum* ſingulis diebus ſumendum: v. g.

℞. *Herb. abſinth.* m. ii. *fol ſenn.* unc. i ſem. *ſal. abſinth.* drach. i.

Inciſ. groſſ. d. ad nodulum pro menſura vini: vel ut brevius conficiamus negotium, detur *tart. emet.* ad gr. ii.

His praemiſſis *elixir. febr. Mynſ.* vel *ſpecificum Crollii*, aliaque ſalina, imo *alum. cum ſaccharo* hic palmam quandoque eripit. Et ſtyptica hic tutiora, quam in aliis febribus, quia focus eſt in ventriculo, ad ſudandum commendetur *tinct. bezoardica*. Vel

℞. *Sal abſinth. armon. lap. cancr.* ā ā. ſcrup. ſem. *zing. alb.* gr. xii. *ol. caryophyll.* gt. i. f. pulv. detur cum vino calido duabus horis ante paroxyſmum.

CASUS LXI.
Tertiana notha.

Alius in paroxiſmo conqueritur de tenſivo capitis dolore, paroxyſmus ultra 12. horas protrahitur, urina craſſa eſt & rubra cum ſedimento rubro farinae laterum ſimili, ipſum vitrum in fundo calce inductum videtur, in declinatione paroxyſmi ſudores copioſiſſime fluunt.

IN hoc caſu proponitur nobis febris tertiana notha ſive ſpuria, in eo differens ab exquiſita quod paroxyſmi diutius protrahantur, quod urina non adeo ignea ſit ut in exquiſita, quod dolor capitis tenſivus magis, in exquiſita autem pungitivus magis & pulſatorius, quod non cum tanto rigore invadat.

Curatu tamen difficilior eſt, & paroxyſmi diutius durant ob materiae febrilis viſciditatem, & quod non tam facile attenuari, & in halitus reſolvi poſſit.

Plerumque tempore vernali febres iſtae epidemice graſſantur, quod humores viſcidi praecedenti hyeme fuerint collecti, nunc vero ſole ad nos redeunte obſtructiones & clauſtra ſua perfringant, atque in ſanguinem erumpant.

Commendamus ſequens pharmacum.

℞. Ex-

Digitized by Google

℞.*Extr.diacarth.*ſcrup.ii ſem. ſolve cum *aq.fumar.* adde *tartar.emet.* gr.i. *tinct.* *tart.* gr.xv. F.potiuncula.

Die intermiſſionis ſumendum.

Die invaſionis duabus horis ante paroxyſmum *ſudoriferum Barbette* exhibeatur, & aliquoties reiteretur:

℞.*Aq.card.bened.*unc.ii.*theriacal.ſimpl.*drach.ii.*ſpir.ſal.armoniac.*ſcrup.ſem. *ſal.* *abſinth.* drach.ſem. *ſirup.papav.errat.* drach.i ſem. M. pro hauſtu, non minoris erit effectus.

Spiritus corn.cerv.compoſ.ad gt.xxx.in cereviſ.tenui bis de die ſumtus. Vel

℞. *Sal. abſinth.* drach.ſem. vel ſcrup.ii. f.pulv. Detur cum cochleari cereviſiae calidae, & ſuperbibatur praecedens potio.

Ut rationem habeamus intemperiei ſanguinis.

℞.*Elixir.ſcorbut.*drach.i.*febrilis* ſcrup.ii.*ſpir.naſturt.*ſcrup.i.*liq.c.c.ſuccin.*ſcrup. ſem.miſc.Sum eſſent.gt.xv.bis de die.

CASUS LXII
Tertiana lenta.

Puerpera conſtitutionis macilentae incidit in febrem lentam tertia die exacerbatam cum appetitu dejecto, calore abſumente, laſſitudine totius, pulſu exili & celeri, urina eſt ſpicea: ſupervenit tumor ventris cum dolore circa partem dextram cum cruris iſtius impotentia motus. Tandem circa inguina abſceſſus producitur.

Puerperae facile corripiuntur febribus, tum continuis tum intermittentibus, quatenus vel in ipſo partu humores vitioſi in tubulis viſcerum deliteſcentes commoventur, & ſanguini confunduntur; vel quatenus a ſubitanea refrigeratione, vel ab aëre foris vel a potu frigido intus obſtructiones viſcerum inducuntur, & tertio quia jam ſanguis a lactis ab utero ad ſanguinem, regurgitatione pronus eſt ad turgeſcentiam febrilem.

Talem febrem ſaepius obſervavi in puerperis ſuperveniente abſceſſu in muſculis abdominis praeſertim recto & transverſo muſculo, dum ibidem humores coacervantur in partus doloribus, vel in motu ſuo impediuntur dum in ipſo partu mulierculae aſſidentes ventrem premunt, & crura ſaepius violenter diſtrahunt.

Circa prognoſin metuendum ne febris illa degeneret in hecticam, & tertianae huic lentae continua hectica superveniat.

Curatio itaque inſtituenda ſecundum hos canones: obſtructiones viſcerum ſunt reſerandae, humores febriles evacuandi, tumor ille reſolvendus vel ſuppurandus, poſt abſceſſus aperiendus, detergendus & conſolidandus: itaque

℞.*Decoct.laxativ.D.Spin.apud Schrod.*lib.i ſem.

Circa *quartam* vel *quintam veſpertinam.*

℞.*Tart.vitriolat.*ſcrup.ſem.*antim.diaph.oc.cancr.*āā.gr.viii.f.pulv.pro 1.doſ.

Abdomini imponatur cataplaſma

℞.*Catapl.ex nid.hirund.Mynſ.* vel

℞.*Herb.malv.betonic.*āā.m.i.*fl.chamomill.*m.ſem.*ſem.foenugraec.*unc.i ſem.coque cum aqua ad putrilaginem, adde *mucilag. pſyllii* unc.i. *farin. fabarum.ſem.lini* āā. unc.ſem. *ol.chamomill.cocti* q.ſ.f.cataplaſma.

Tandem tumor ſcalpello aperiatur, & quod reliquum relinquatur Chirurgo.

Interea internis proſpiciendum:

℞.*Tinct.tart.antim.*āā.drach.i ſem. Sum.tinctur.

℞.*Aq.card.bened.c.ſ.citrat.*āā.unc.iii.

Cum

Cum cruris impotentia, &c. eſt ſpecies paralyſis ex obſtructione vel [illegible] affectione.

C A S U S LXIII.

Quotidiana intermittens.

Mulier pituitoſae conſtitutionis, quum per hyemale tempus difficultatem circa praecordia, praeprimis in aſcendendis ſcalis ſenſiſſet, incidit tempore vernali in febrem cum frigore ſine rigore, animi deliquio ſeſe ſubinde offerente, cum ſomnolentia appetitu dejecto: paroxyſmus ad 18. horas uſque protrahitur, ſingulis diebus circa veſperam periodice recurrens, urina ſub-aurea eſt, ſed craſſa.

Hanc febrem ob diuturnitatem paroxyſmi vocamus quotidianam intermittentem: focum dicimus eſſe ventriculum, quia circa praecordia congeſta eſt lympha craſſa quae tempore vernali putreſcens febrem procuravit.

Adeſt praeterea in hoc ſubjecto diatheſis ſcorbutica, hinc animi deliquium in principio paroxyſmi.

Difficultas circa praecordia, id eſt, circa ventriculum adeſt.

Eſſe diatheſin ad ſcorbutum pronunciamus ex anxietate circa praecordia & animi deliquio, quae pro ſignis pathognomicis habentur. Vide lumen rationale Medicum. p.255

Pauci ſpiritus animales generantur, hinc ſomnolentia.

Paroxyſmus protrahitur ad 18. horas, quia fermentum febrile ſanguini miſtum citius nec ſubigi, nec foras elici poteſt.

In prognoſi febris haec erit diuturna ob materiae peccantis conditionem, & quod tempore vernali inceperit.

Curatio duplex erit in paroxyſmo ipſo, & extra paroxyſmum; quamvis enim rarius in ipſo paroxyſmo praeſcribi ſolent medicamenta, id tamen fit quando typum nondum ſcimus: 2. quando graviora urgent ſymptomata.

Noſtrae huic aegrae apprime convenient enemata, hinc ſequens ſtatim jubemus praeparari.

℞. *Rad. leviſtic. althaeae* ãã. drach. ii. *fol. agrimon. betonic. hyſſopi* ãã. m. j. *fl. ſambuc. geniſt.* ãã. p. j. Inciſa coque cum aqua pluviali. Colat. unc. x1 adde *elect. diacarth.* unc. i. *ſacchari thomaei* unc. ii. *liq. c. c. ſucc.* gt. xv. *ſal. tartar.* gr. xii. f. enema.

℞. *Aq. antiſcorbut.* unc. i ſem. *menth.* unc. ſem. *puleg.* unc. ii. *ſpir. ſal. armoniac.* gt. xxx. *conſ. alkerm.* ſcrup. i. *ſirup. cortic. citri* drach. iii. miſc. Sum.

Quia adeſt *ſomnolentia*, offeratur naribus *rutha, l'eau d'Hongrie* (pro illuſtribus) vel *aq. epilept. I.*

Extra paroxyſmum humor viſcidus incidendus & evacuandus, dein reliquiae per ambitum corporis diſcutiendae, & paroxyſmi medicamentis ſpecificis tollendi. Ad implendos hos canones.

℞. *Tart. vitriolat.* ſcrup. ſem. *rad. aron ppt.* gr. v. f. pulv. Sum. pro 1. doſ.

℞. *Extr. diacarth.* drach. j. ſolve *cum vino Rhenano.* adde *aquae cinamom.* drach. i. miſc. Sum. pro 1. doſ.

Pro ſudoribus movendis convenit potiuncula nuperrime commendata, vel

℞. *Sal. abſinth. card. bened. lap. prunell.* ãã. gr. xii. f. pulv.

Pro ſpecificis commendamus pulveres, quos habet Barbette ex ſale & ſaccharo paratos. vel

℞. *Arcani duplicati* ſcrup. ſem. *corallor. ppt.* gr. viii. miſc. Fiat pulv. detur cum aq. taraxaci.

℞. *Sal*

℞. *Sal abſinth. card.bened.ãã.* gr.xv. *tartari vitriolati* gr.vi. *ſacchari perlati* drach. ſem. miſc. Fiat pulvis qui detur immediate ante paroxyſmum, cum hauſtu cerevisiae calidae, vel *potu theae.*

C A S U S LXIV.

Quartana intermittens.

Vir conſiſtentis aetatis, temperamenti frigidi & ſicci, poſt multos in victu & potu commiſſos errores, hoc tempore autumnali advertit ingentem totius corporis laſſitudinem, cum pulſus inaequalitate, pandiculatione, oſcitatione, horrore, rigore dolorifico & oſſa contundente. Supervenit calor in principio paroxyſmi mitior, in progreſſu acrior, paroxyſmus per 20. horas durat, ſequentibus diebus bene ſe habuit, ſed quarto demum die horror & incaleſcentia rediere, urinae albae ſunt & tenues, acceſſiones quatriduum obſervant intervallum.

IN caſu hoc deſcribitur nobis quartanarius tali nempe morbo correptus qui vel in alium graviorem degenerat v.g. icterum nigrum, ſcirrhum, hydropem, vel remediis vehementioribus exaſperatur, levioribus autem cedere neſcit.

Haec febris commune quid habet cum affectione hypochondriaca, hinc eadem fere conveniunt remedia quae in hac praeſcribuntur. Tota fere maſſ. ſanguin. laborat intemperie acida, & ſemper ſubeſt auſteritas in primis viis, hinc purgantibus ne hilum proficimus, nec partes tartareae facile volatiliſari poſſunt.

Huic aegro ſuademus 1. ut ſaepius utatur clyſmate aliquo, 2. ut venae-ſectionem admittat. 3. ut aliquoties ſumat emeticum 4. ut peracta ſic proviſione totius, tum die invaſionis tum diebus febribus vacuis corpus ad blandiorem diaphoreſin componat, admiſcendo diaphoreticis ſpecifica antiquartanaria: & tandem ut tenuiſſima utatur victus ratione, imo ſaepius jejunet.

In ipſo paroxyſmo a potu plane abſtineat: multum enim bibere quartanariis, eſt venenum. Formulae ſint hae.

℞. *Tart. emet.* gr.ii. *vitriolat.* gr.v. *ſcammon correct.* gr.iii. *merc. dulc.* gr.iv. f. pulv. Sum. vel

Mercurius vitae ad gr.ii. vel iii. cum *conſerv. roſar.* in forma boli exhibeatur; diebus vacuis dari quoque debet *ſpir. c.c. compoſ.* vel *eſſent. martis Ludovici* vel ſal. volat. c.c. ad drach.i. uſque: vel *liquor nitri alcaliſati* ad gr.xx. in *potu theae* ſingulis diebus bis vel ter: Vel

℞. *Decoct. chinae chinae cum vino abſinthites parati* lib.i. Sum. dentur pro 1. doſi unc.iii. ſingulis doſibus inſtilletur ſpir. ſalis armoniac. ad ſcrup.ii.

Laudem etiam meretur pulvis quidam deſcriptus a *Deckero in Barbett.* p.112.

Viſceribus proſpiciatur bona aliqua tinct. martis.

Vel ℞. *Salis armoniaci* gr.viii. ad xii. vel xv. *corall. ppt.* gr.xv. miſc. fiat pulv. ante paroxyſmum ſumendus.

Si haec nil juvent, confugiendum erit ad infuſum chinae chinae. v.gr.

℞. *Chin. chin.* unc.i. *ſummit. abſinth.* m. i. ſem. *ſal. tartari* gr.xii. infunde in vini lib.iii. *aq. cent. minor.* lib.i. ſtent per noctem in loco calido, mane coque colatura detur, detur hauſtus in declinatione paroxyſmi & diebus vacuis mane, & veſperi & ante inſtantem paroxyſmum hora una vel altera.

Bezoardicum item *martiale Ludovici* ſive *antimon. cachect.* vel *martiale* detur ad ſcrup.j.

Externe imponatur hypochondrio ſiniſtro empl. de cicuta: carpis vero manuum decantata febrifuga.

Si

Si his nihil proficiamus, ablegandus noſter quartanarius ad acidulas.

Quod ſi alvus ſit ſiccior, ſubinde moneri debet pilulis aloëticis, vel tartar. quibus mercur. dulc. ſemper admiſcere poteris, vel vinum paſſulatum, vel blandius aliquod decoctum lenitivum commendetur.

CASUS LXV.

Synocha cum paralytica affectione.

Vocor ad literatum plethoricum & obeſum, inciderat ante biduum in calorem febrilem adhuc durantem, urina rubra erat & craſſa, ſomnus interruptus cum dolore capitis gravativo; ſupervenit dolorifica motus impotentia in manibus.

PLethorici inclinant ad febres.

Febrem praedicimus ex pulſu, & urina.

Capitis gravitas adeſt a turbata ſanguinis miſtione; deferuntur enim particulae craſſae ad cerebrum, & ſic inferunt dolorem capitis gravativum.

Somnus interruptus eſt, ob nimiam agitationem ſanguinis, & per conſequens ſpirituum animalium.

Paralyſis ab obſtructione nervorum non in totum, ſed in tantum: ſi enim in totum, tunc apoplexia adeſſet.

Omnis febris continua eſt periculoſa, & diuturna, praeprimis haec: duplicatur enim morbus quia paralyſis adeſt, quia tamen ſenſus remanſit, & ſanguis in ſua miſtione non eſt profundius ſolutus, promittimus reconvaleſcentiam.

Indicationes reſpiciunt plethorae imminutionem, caloris febrilis alterationem, ſymptomatum mitigationem, & virium reſtaurationem.

Curatio itaque auſpicanda venae-ſectione, quia autem calor febrilis non eſt intenſus, lenitivum hic conceditur, quibus praemiſſis ſudorifera omnem abſolvent paginam, & obſtructionem in tubulis nervorum egregie referent.

Itaque pro purgatione lene *infuſum fol. ſenn.* vel potio ex *electuar. de tamarind. cum fol. ſenn.* detur, vel hujus loco clyſter aliquoties injiciatur.

Sudorifera conſtare debent ex ſpecificis antifebrilibus, & nervinis: v. g.

℞. *Antimon. diaph. ſal. abſinth.* āā. gr. xv. *cinnab. antimon.* gr. v. miſc. f. pulvis.

Vel ℞. *Aq. card. bened.* drach. iii. *ſpir. theriac. camphorat.* drach. i ſem. *miſt. ſimpl.* ſcrup. ii. miſc. ſum.

Pro alteratione

℞. *Tinct. bezoard.* drach. i ſem. Sum. tinctur.

Potus ſit cereviſia tenuis, cui aliquot cochlearia vini infundi poſſunt: vel *decoct. hordei cum c. c.* paratum.

CASUS LXVI.

Febris ſynocha putrida cum arthritide vaga.

Vir athletico corporis habitu praeditus, tempore vernali continue, & ſine intermiſſione febricitat, ſupervenient vagi articulorum dolores noctu magis affligentes, cum motus impotentia, & aliquali intumeſcentia circa juncturas.

CAuſſa mali hujus eſt cacochymia.

Cauſſa evidens tempus vernale commovens humores, qui delati ad articulos dolores inducunt: hi autem ſunt vagi, quia materia non viſcida, & tenax eſt.

Inſtituimus curationē, venae-ſectione, & enemate praemiſſis, ſolis ſudoriferis, qui-

bus ſemper admiſcendum *ſpir. lumbr. terreſtr.* qui egregie reſiſtit putredini: ſcorbuticis haec febris familiaris. Etiam conveniunt ſpir. c. c. *cochleariae, naſturtii,* &c. qui ſpiritus ſudoriferis ſpecificis admiſceri ſemper debent.

Decoctum chamaedr. cum vino ad lib. j. pro ſudoribus excitandis hic egregium erit.

Vel ℞. *Antimon. martial.* ſcrup. j. *antibect. Pot.* r. gr. v. *cinnab. nativ.* gr. iv. miſc. fiat. pulv.

℞. *Aq. flor. ſambuci. bardanae* ãã unc. i. *tinct. opii* ſcrup. ſem. miſc.

Item.

℞. *Spir. c. c. compoſ. naſturtii.* ãã drach. i. miſc. Sum. ſpiritus.

℞. *Spir. tartari compoſ. lumbricor. terreſtr.* ãã drach. i. *eſſent. viperin.* ſcrup. ii. miſc.

℞. *Aquae lignor.* unc. vi.

Externe *tinctura balſamica Deckeri*, vel *liquor. camphoratus Mynſ.* vel *raſura radicis bryoniae* inſignis fuit effectus.

Vel ℞. *Aq. arthrit. ad extra Zuvoelff.* unc. i. *ſpir. lumbric. terreſtr.* unc. ſem. *c. c. compoſ.* drach. i ſem. miſc.

Vel ℞. *Spir. noſtri convulſivi* unc. i. fum. ut ante. Wedelius in quavis defluxione laudat ſequens.

℞. *Spir. formicar.* unc. i. *c. c.* drach. ii. *ſalis armon.* drach. i. ſem. miſc.

Pro uſu externo.

Sic etiam anodyna, & ſimul incidentia ſunt optima, v. g.

℞. *Sapon. Venet.* unc. i. *vitelli ovi* n. 1.

Temperentur ſpiritu vini, & fiat cataplaſma. In inflammatione:

℞. *Litharg. aur.* unc. i ſem. *flor. ſambuci roſar. pallidar.* ãã m. j. Coque ex aceto, & vino pro fotu. Ad tumores diſcutiendos.

℞. *Empl. de ranis cum duplo vel triplo mercurio parat.* part. iii. *cerati de cumino* p. i. malaxetur cum oleo ſuccini. In podagra.

℞. *Elect. carioceſtin.* drach. iii. *reſin. jalap.* gr. iv. *ol. carvi* gt. iii. miſc. Fiat bolus pro doſi.

Pro praeſervatione conveniunt bis in ſeptimana *pilulae Franc.* ita ut in ſequenti die *potus theae* largius ſuperbibatur.

In diaeta nocent aromatica, acriora, ſinapi, caſeus, & acetum.

Saepius dolor exacerbatur ab uſu ſalium alkalino volatilium, quia aetherem inferunt nimium, vel abludentem a motu ſanguinis, quum e contra alkalia fixa levamen afferant.

Pro potu ordinario nil melius datur *decocto c. c.* vel *potu theae.*

CASUS LXVII.

Febris continua cum ſomnolentia.

Iuvenis vinoſus tempore hyberno incidit in febrem, quae primo lente invadebat, augebatur paullatim calor, vomitiones aderant, urina tenuis erat, & ſubruſa, ſupervenit ſopor cum aliquali delirio, & virium tum animalium, tum vitalium imbecillitate.

Cauſſa procatarctica eſt acrimonia ſanguinis cum aliquali viſciditate, unde dicimus lente invaſiſſe. Exemplum deſumitur a ligno.

Cauſſa evidens vinum largius ſumtum. Circa vomitus notandum, quod ſi in principio febrium continuarum adſint, tunc humores jam ante febrem collectos, eſſe in cauſſa: verum ſi febris prius invadat, & in ſtatu vel circa declinationem vomitus superveniant, indicium eſt ſanguinem, cujus partes fecerunt ſeceſſionem (h. e. tur-

turbatum) deponere ejuſmodi recrementa in ventriculum, id quod ſedulo obſervandum, ne carhartico aliquo vehementiori forte humores illos educere conemur, id quod peſſime ſuccedere ſolet, quia plerumque effervescentia ſanguinis de novo redintegratur: ſed ſatius tunc eſt tenui uti victu, & leniſſimo aliquo eccoprotico primas vias lubricitare.

Urina tenuis pallida, Indicat crudam, & viſcidam ſanguinis intemperiem unde pauci ſpiritus, & tales ſebres non carent periculo; quippe ſopor plerumque index malignitatis.

Quamvis venae-ſectionem libenter Inſtitueremus, eam tamen prohibet vomitus, hinc praemiſſo clyſtere ſtatim ad mitiora alexipharmaca confugiendum, quibus antimon. & ſalia volatil. admiſcenda.

Propter ſoporem frictiones inſtituendae, ſpina dorſi inungenda *tinct. caſtor. cum aqua hyſterica*: veſicatoria duo carpis manuum applicanda: viribus parum validioribus proſpiciendum.

C A S U S LXVIII.

Febris ardens.

Iuvenis ſub ſirio iter faciens ex quo huc venit febricitavit vehementer, & deſtituitur ſomno, & per intervalla incondito ſermone loquitur.

Signa pathognomica hujus ſebris ſunt calor, & ſitis intenſa.

Hic juvenis laborat febre ardente in ſpecie ſic dicta, quia calor adeſt intenſiſſimus, & ſitis aucta, quae ſunt ſigna pathognomica in febribus ardentibus: accedit quod ſub ſirio iter confecerit.

Adſunt vigiliae, quia pars ſulphurea, & pinguis eſt inflammata, cujus partes ad cerebrum translatae ſpiritus animales efferos reddunt.

Febris haec eſt acuta, propterea que periculoſa; majori tamen cum periculo conjuncta ſi inflammatio partis alicujus ſolidae eam concomitaretur. Talem autem hic abeſſe colligimus ex caloris aequalitate, quum e contra in aliis malignis calor nunc remittat, nunc intendatur, prout nempe ex parte inflammata aliae, atque aliae particulae ſanguini communicantur.

Curationem, quod attinet Medicus in primo acceſſu praeſcribit enema, & operatione peracta venam tundit in brachio: ad ſedandam autem ſanguinis effervescentiam ſequens alterans praeſcribit.

℞. *Aq. card. bened. c. c. citrat. ulmar.* ā ā. unc. ii. *tinct. roſar. recent.* unc. i ſem. *ſirup. papav. errat.* unc. ſem. miſc.

℞. *Arcan. duplicat.* gr. vii. *antibectic. Poter.* gr. xii. f. pulv.

Urgentius ſymptoma ſunt vigiliae: itaque pro altero ſcopo nunc emulſionem horis veſpertinis, nunc pulverem nitratum commendamus.

℞. *Sem. 4. frig. maj. excortic.* ā ā. drach. ii. *aq. papav. errat. c. c. citrat. endiv. lactuc.* ā ā. drach. i ſem. f. l. a. emulſio, adde *oc. caner.* ppt. drach. i. *perlarum* ppt. ſcrup. ſem. *julep. roſarum* ad gratiam Sum. pro tribus doſ.

℞. *Sal. nitr. ppt.* gr. viii. *corall. rubr. ppt. lap. cancr.* ā ā. ſcrup. ſem. f. pulv. Sum. pro 1. doſ.

Interea, & externis capiti proſpiciendum, vel *unguento alabaſtr.* vel *populeo* 1 vel epithemate ſive frontali ſicco ex *fl. paralyſeos*, *roſarum*, *oc. populei*, *nucleis perſicorum*, &c.

Theriaca quoque *recens* retro aures ponatur vel ſub axillas. Potus ordinarius ſit *emulſio amygd.* vel *decoct. hordei* cum ſirup. papav. erratici.

Vel decoctum corn. cerv. uſti cum ſpiritu vitr. & ſirup. papav. errat.

Quaer. an opiata locum habeant, quum vigiliae urgeant? ℞. Attendendum ſemper

eſſe ad ipſum pulſum priuſquam opiatum exhibeatur: ſi enim pulſus fuerit languidus inaequalis aut formicans, opiata cane pejus ſunt fugienda, quia aegrum praecipitant primo in ſomnum profundiſſimum, poſt in mortem.

C A S U S LXIX.
Febris continua cum ictero.

Studioſus incidit in febrem continuam, quarto die ſupervenit icterus, hinc malum non parum augetur.

Die quarto criſis exſpectatur, illa autem fit duplici modo, vel per evacuationem vel translationem: per evacuationem per vomitus, &c.

Per translationem ſi defertur ad ſuperficiem, prout hic.

Febris haec continua eſt cum ictero, & plerumque plus alit periculi ubi icterus febri conjungitur; raro enim ſine malignitate ejuſmodi febres eſſe ſolent.

Probe tamen attendendum an calor ille flavus ſymptomatice, vel critice inducatur, id quod facile ſcire poſſumus ſi attendamus ad diem, quo icterus accedit: deinde an morbus primarius inde mitior fiat, ſi enim febris non remittat tum plerumque lethalis eſſe ſolet.

Oritur autem hic icterus ex viſciditate humorum circulantium ob praegreſſam inſignem ſanguinis turbationem: ſpem tamen reconvaleſcentiae concipimus, quia aeger juvenis eſt, quia icterus die quarto accedit; adeoque curationem auſpicamur *miſtura antifebrili, & aperitiva*, quo ſanguini legitimam miſtionem, & humoribus legitimam conſiſtentiam conciliemus.

Ante omnia alvus, quae in ictero ſolet eſſe ſiccior, hic humectanda eſt enemate v. g.

℞. *Rad. althaeae lil. alb.* ãã. drach. ii. *herb. mercurial. abſinth.* ãã. m. j. *foenugr.* unc. ſem. coque cum aq. pluvial. colat. ℞. lib. i. adde *ſacch. rubr.* unc. iii. *ſalis armoniaci* drach. i. miſc. f. enema.

℞. *Spir. corn. cerv. ſimpl. cephal. Buſſii* ãã. drach. i. miſc. Sum. ſpiritus volatilis ad guttulas xv. in potu ordinario ſaepius dandus.

℞. *Miſtura ſimpl.* drach. ii. dentur gutt. xxv. vel xxx. in potu.

℞. *Sal. volat. corn. cerv.* drach. ii. detur drach. ſem. in hauſtu. cereviſiae tenuis, ſed calidae poſt ſumtum cibum.

℞. *Aq. aperitiv. Schrod. fumar. febrifug. card. bened. fragorum* ãã. unc. i. ſem. *tinct. bezoard.* drach. i. *ſirup. de quinque rad.* unc. i. miſc. Sum.

℞. *Sal abſinth. tart. vitriolat.* ãã. ſcrup. i. *antimon. diaph.* gr. xv. *antih. Poter.* ſcrup. ſem. f. pulv. cum aq. c. c. citrata.

Potui ordinario qui ſit *decoctum hordei*, vel cereviſia tenuis illi injiciatur *raſura c. c. eboris* ãã. drach. ii. in nodulo.

Febre jam curata conveniunt amara *miſt. ſimpl.* vel ſi vires non admodum attritae *vinum medicatum*.

C A S U S LXX.
Febris continua cum tuſſi.

Foemina corripitur febri continua cum tuſſi, & cephalalgia, quarto die menſes fluunt.

Hic morbus recte vocatur. Eſtque febris maligna, id quod colligo ex ſymptomatibus: Fluxus enim menſium etiam hic habet rationem novi ſymptomatis, & certe quocunque tempore menſes fluant in malo acuto pro malo habendum, quia ma-

magna miſtionis ſanguinis laeſio humorumque inſignis acrimonia indicatur, tuſſis eſt effectus laeſae miſtionis ſanguinis; hinc plurimi humores ſecedunt in pulmonibus, & glandulis tracheae: ex eodem fonte capitis dolor ſive cephalalgia ſcaturit.

Prognoſis itaque ſiſtit morbum valde periculoſum, quia organa reſpirationis afficiuntur, & facile inflammatoria diſpoſitio illis induci poſſet. Quapropter ſtatim in initio ventilatoriam venae-ſectionem ſuademus, qua peracta ſudorifera propinentur, quæ iam in prioribus, ut & in capite de pleuritide notavimus.

Subinde dari poteſt ſperma Ceti ad drach.ſem. pulvis bezoardicus, Pannonicus rubeus, erunt contra tuſſim: omnibus admiſceatur antimon.diaphoret. quia eſt egregium pectorale item.

℞. *Aq.card.bened.veronic.papav.* āā. unc.i ſem.*c.c.citrat.* unc.i. *miſt.ſimpl.* gt.xxv. *ſacch.perlat.* drach.ii.miſc.Sum.

Subinde horis veſpertinis dari poteſt miſtura ex conſerv.roſar.diaſcord. & liq.c.c.ſucc.ad gt.7.9.11. in potu ordinario propinari poteſt.

CASUS LXXI.

Febris Hungarica.

Nobilis ex Hungaria rediens calore febrili corripitur, urget ſitis cum vigiliis, oculi torvi ſunt, adeſt tremor artuum, & linguae, urina parum a ſtatu naturali declinat, largam patitur narium haemorrhagiam, lingua ſicca eſt & ſqualida, delirat.

HIc nobilis laborat morbo in quo plus malignitatis, quam caloris deprehenditur; hinc ipſum non vocamus febrem ardentem ſed Hungaricam, quae inter Milites plerumque graſſari ſolet: oritur autem antecedenter ex ſqualore aëris. ranciditate alimentorum, denegata inſenſibili tranſpiratione, quae forte potior cauſſa eſt, Milites enim noctu cubant ſub dio.

Cauſſa proxima eſt quidem etiam turbatio miſtionis ſanguinis, ſed hic morbus peculiarem putrilaginem in primis viis, & ipſo ventriculo ſibi vendicat, & pro varietate humorum in primis viis putreſcentium variantur ipſa ſymptomata: unde ſaepius quot ſubjecta tot ſpecies morbi Hungarici.

Infectio fit per atmoſphaeram, cum corpora illa morboſa emittant effluvia atmoſphaeram conſtituentia; hinc ſi alius ingrediatur ſimili corripietur morbo.

Non difficile eſt hoc explicare ſi attendamus, quod ſi lepus vel per momentum calcaneis attigerit terram, poſt ſe effluvia ibidem relinquat, à quibus ſpiritus canis ſagacis novam accipiunt determinationem.

Nolo ulterius excurrere, quum jam alibi de his actum ſit.

Morbus hic facile cognoſcitur, adeſt delirium ſoporoſum, in nonnullis tamen furor ſupervenit:

Lingua admodum ſicca eſt, unde Medicus in principio etiam morbi nunquam diſcedat ab aegro niſi prius linguam inſpexerit.

In plurimis haemorrhagia narium non critica, ſed ſymptomata contingit, quod peſſimum eſt ſignum, ita etiam ſi hanc febrem diarrhoea concomitetur.

Quoad prognoſin obſervandum, praedictiones hic admodū eſſe incertas, quum ſigna ſalutis, & mortis hic ſint infida: unde Medicus nunquam debet promittere reconvaleſcentiam, ſed ſemper adſtantes inter ſpem & metum dubios tenere.

Quaer. *an hic purgandum* ſit? ℞. Cruditas indicat, & malignitas prohibet: hinc melius conſulitur aegrotanti ſi conſtantibus viribus lene ſaltem vomitivum exhibeatur, quod ultra tres vel quatuor vomitiones non cieat: tutius enim eſt a purgantibus abſtinere, praeſertim ubi pulſus eſt citatior, qui ſi magnus tunc in principio lene catharticum a Medicis praeſcribi ſolet.

Pur-

Purgantium vicem ſupplere poteſt enema, quod per intervalla applicetur.

Sudorifera itaque hic omne ferunt punctum, interpoſitis cardiacis, & alexipharmacis.

Quoad venae-ſectionem eam raro adminiſtramus, cujus uſus in hoc morbo rationi, & experientiae contrariatur.

Quod ſi videas aegrum eſſe plethoricum, morbum admodum recentem, in gratiam adſtantium ad unc. iii. vel iv. ſanguinem extrahi curato: poſt ubi ardor linguae, incidatur ranula vena ſub lingua.

Externe ſtatim veſicatoria carpis manuum applicanda, quae ut in aliis malignis morbis ita & hic feliciſſime, & potentiſſime opitulantur.

℞. *Lap. bezoar. Orient.* gr. viii. f. pulv. detur cum *aq. card. bened.* addito tantillo *aceti bezoardici.*

℞. *Pulv. Pannonic. rubr.* drach. ſem. *ſal. volat. viperarum* gr. v. miſc. f. pulv. pro i. doſ.

Salia enim volatilia, & acetum ſemper addi debent ubi ſopor adeſt, e contra ubi vigiliae, & deliria *diaſcord. antim. diaphoret.* & cinnabaris dari debent. *pro Pauperibus.*

℞. *Spirit. vin. prophilact.* drach. iii. ad unc. ſem. Sum. pro 1. doſ. Vel

℞. *Aq. ſcabioſ. card. bened.* ãã. unc. ii ſem. *aceti bezoard.* drach. ii. *theriac.* drach. i ſem. *antim. diaphoret.* ſcrup. ii. *camphor.* gr. iv. *ſirup. liberantis* unc. i. miſc. d. ſ.

℞. *c. c. uſti ppt. antim. diaph.* ãã. gr. xv. Si autem adſit diarrhoea terra *ſigillat.* ſubſtituatur.

Inter cardiaca haec ſunt praecipua, tinct. bezoard. detur in potu ordinario, tunc, qui hoc morbo correpti ſunt, facile fiunt epileptici, detur ergo ſequens miſtura.

℞. *Aq. c. c. citrat. contra febrem malign. ceraſor nigr.* ãã. unc. ij. *epilept. L.* drach. iij. *confection. de hyacinth.* ſcrup. j. vel drach. ſem. *ſpir. vitrioli rite parat.* gt. xij. *ſirup. acetoſit. citr. liberantis* ãã. unc. ſem. miſc. detur ſaepius. Vel

℞. *Flaved. cortic. citr. recent.* drach. ij. *ſem. citri. card. bened. aquileg.* ãã. drach. j. *myrrhae el.* ſcrup. j. *amygd. d. excort.* drach. j. Contuſis affunde aquae ſcorzonerae. card. bened. ãã. unc. iij. fiat ſ. a emulſio, cui adde *aquae c. c. citrat.* unc. i ſem. *cinamom. opt.* unc. ſem. edulcoretur parum ſaccharo perlato. Pro pulſibus.

℞. *Aq. Hercul. Sax. cum camph. ſempervio.* ãã. drach. vj. *aceti roſati. rutae. fl. tunic. rubi idaei* ãã. drach. iij. *aq. pro epithem. cord.* unc. j. *ſpec. pro epith. cord.* ſcrup. ij. *theriac.* drach. j. *ſal. nitr. ppt.* drach. ſem. miſc.

Plantis pedum raſura raphani ſingulis horis mutanda, imponatur.

℞. *Ferment. ſapon. nigr.* ãã. unc. i ſem *ſinapi* unc. j. *lapid. prunell.* drach. ij. *aceti* q. ſ. fiat cataplaſma. Pro carpis manuum.

℞. *Cortic. med. ramor. nuc. jugland.* unc. ſem. *lapid. prunell.* drach. iij.

Contuſa cum aceto bezoardico, & aqua roſar. imponantur carpis manuum, ſic aliquando excitatur veſicula, vel cutis ſaltem parum aduritur. Pro faucibus.

℞. *Aq. fol. quercus* unc. x. *nitri ppt.* unc. ſem. miſc.

Linguae imponatur fruſtulum lardi, vel lapis prunellae, aut illinatur *mucilago ſeminis pſyllii*, vel *cydonior*, vel os eluatur aqua, & aceto.

De opiatis Quaer. Reſp. ſumma prudentia hic opus, ſubinde tamen aliquot gt. tinct. opii admiſceri poſſunt cardiacis, praeſertim ubi incompeſcibilis haemorrhagia vel furor adeſt.

Ultimo huic ſymptomati debellandi imponatur gallina nigra recens diſſecta.

Pro *potu ordinario* commendatur ſequens potio.

℞. *Sacchari* unc. ij. coque parum cum menſ. j. ſem. aquae fontanae, remotae ab igne injice duo *poma citrea* in taleolas diſſecta nucleis exceptis ſeu ſeminibus, *raſurae c. c.* vel *c. c. uſti* unc. ſem. ſtent in cella donec refrigeſcant.

Si aeger admodum languidus ſit, ſemper aliquot cochlearia vini addi poſſunt dicto potui ordinario.

C A-

CASUS LXXII.

Febris petechialis.

Filia profeſſoris corripitur febri continua cum alvi fluxu, erumpunt maculae in facie praeſertim, & in brachiis, delirat, per aliquot dies in profundo jacet ſopore.

Dicitur febris petechialis, quod pulicares maculae in ſuperficie appareant, oriuntur hae ab alio gradu ſeceſſionis a ſe invicem partium ſanguinem conſtituentium.

Aliae coagulationes fiunt in ſanguine ſi ſpiritus ſalis affundatur, aliae, ſi aceti, &c.

Eſt autem hic morbus admodum periculoſus propter alvi fluxum, ſunt enim contrarii motus, unus ad centrum alter ad ſuperficiem.

Quapropter ſtatim ad alexipharmaca confugiendum: convenit autem *lapis bezoar, miſt. alexipharmaca, aqua pro epithemate cordis*, & *pulſuum*, & ſic circa diem vigeſimum demum reconvaluit.

Omnibus pulveribus ſudoriferis, vel cardiacis admiſcenda myrrhae aliquot grana, pro doſi.

℞. *Aq. e ſucco rubi idaei. c.c. citrat.* ãã. unc. ij. *cord. Saxon.* unc. j. *ſucci citri rec. expreſſ.* drach ij. *confect. alkerm.* drach. j. *ſirup. liberantis* unc. j. miſc. S. miſtur. Ad expellendas maculas.

℞. *Radic. ſcorzoner.* unc. i ſem. *acetoſ.* unc. j. *herb. card. bened. ſcabioſ. galegae. ſcord.* ãã. m. j. *raſur. c. c.* unc. ſem. *flor. borag. tunic. roſar.* ãã. p. j. *flaved. cort. citr.* drach. i ſem. *ſem. citri* drach. j *card. bened.* drach. i ſem. Coque in ſ. q. aquae fontanae.

℞. *Colaturae* lib. ij. adde *confect. alkerm.* drach. i. *ſirup. corallor. liberantis* ãã. unc. i. miſc.

℞. *Aq. fontan. pane correct.* lib. ii. *vini non ſulphurati* lib. i. *ſucci cydonior. opt.* unc. ii. miſc.

CASUS LXXIII.

Hectica.

Paſtor 30. aliquot annorum diu de moleſto ſcreatu horis matutinis, & materias viſcidae rejectione conqueſtus, ſenſim emaciari coepit, ſui tamen negligens pergit vacare muneri, tandem poſt paſtum plus ſolito ſemper incaleſcit, superveniunt ſudores nocturni cum atrophia totius, & ſiti intenſiori.

Tres hujus febris conſtituuntur gradus. In primo difficulter cognoſcitur, ſed facile curatur: in ſecundo cognoſcitur facile, ſed difficillime curatur: in tertio a quovis facile cognoſcitur, ſed nunquam curatur; colligitur vero tertius gradus ex facie Hippocratica.

Vir hic laborat febri hectica, & quidem non amplius incipiente ſed confirmata, quae facile cognoſcitur ſed difficile curatur, quum e contra in principio difficillime cognoſcatur, ſed facillime curetur.

Cauſſam, quod attinet veriſimilius nobis videtur ſemper praeceſſiſſe inflammationem in parte aliqua vel nobiliori vel ignobiliori in ſuppurationem verſam, unde pus illud recens ſemper generatum in occulto hoc ulcere ſi ad ſanguinem deveniat craſin, & miſtionem ejus pervertit, hinc & ipſe ventriculus tandem ſegnior in ſuo officio, & aſſumta in cremorem puri ſimilem transmutat: Hinc variae ſpecies hecticae oriuntur, ſi enim ulcus ſit in pulmonibus erit hectica pulmonum, ſive phthiſis,

Digitized by Google

ſi in hepate vel renibus, erit hectica hepatis vel renum; jam ſi in ſolida aliqua parte vel alibi abſceſſus lateat, Medicus certo quidem locum affectum dignoſcere nequit, interim tamen recte concludimus hecticam a nulla alia cauſſa produci, & foveri poſſe.

In prognoſi affectus hic eſt periculoſus tum ex natura morbi, tum ex aegri conditione; Paſtores enim catarrhis ſunt obnoxii, & facile fiunt phthiſici: Itaque quamvis exigua, vel nulla reconvaleſcentiae ſpes adſit, tamen in ſolacium aegrotantis quaedam praeſcribemus.

Curatio autem conſiſtit in eo ut 1. ſanguinis, & lymphae acris, & viſcida intemperies corrigatur, 2. ut ulcus ubicunque lateat mundificetur.

Priori indicationi ſatisfaciunt alkalina temperata, emulſiones vel deſtillata aquoſa vel lacticinia. Poſteriori vulneraria, & ſtomachica temperata: v.gr.

℞. *Antih. Poterii* drach. i ſem. aeger ſi ſit dives. *ſacch. ſaturn.* ſcrup. j. *camphorae* gr. ij. f. pulv. ter de die ſumendus quantum cuſpis cultri capit.

Huic pulveri ſemper aliquot grana *ſalis armoniaci depurati*, pro doſi admiſceantur.

Vel dentur *ſpecies diamargarit frigidae* ad ſcrup. i. Vel *margarit.* ad ſcrup. ſem.

Dari quoque poteſt *ſpir. c. c. cum gummis* ad gt. vii. in potu ordinario.

℞. *Aq. veronic. ex ſucc. deſtillat. tuſſilag. ex ſucco. endiv. lactuc.* āā. unc. ii. miſc.

℞. Deſtillati antih. apud Schrod. vel Mynſ. deſcript. partem dimidiam Sum. deſtillatum ad 3. vel 4. cochlearia ter de die.

Aqua antihectica Timaei ter de die ſed recens deſtillata detur ad cochlearia 4. vel 6. deſtillandis addantur albumina ovi.

℞. *Oc. canc. contuſ.* unc. ſem. *herb. veronic. alchymill. lentis paluſtr.* āā. m. j. *paſſul. maj.* unc. i ſem. *rad. chin.* drach. vi. Inciſa coque cum *lacte* aqua fluviali. colat. ℞. lib. i. ſem. adde *ſirup. papav. err.* unc. i. miſc.

℞. *Tinct. antiphth.* (quae expers omnis acrimon.) drach. iii. Sum. xx. gt. *cum aqua pulmonum Vituli.*

Externe pro ſpina dorſi ol. ranarum. *unguentum reſumtivum*, vel butyrum cancrinum commendatur.

Tandem ad lac confugiendum quod loco potus, & ciborum exhibendum.

Si poſt uſum lactis ſitis remittat, bonum eſt ſignum.

Potus theae praefertur *potui coffae*, in hoc enim ſal eſt magis acre, & aduſtum.

CASUS LXXIV.

Febris inflammatoria puerperarum.

Puerpera laborioſiſſimum partum in Muſaeo non calefacto hauſtum vini frigidi ſumit, corripitur circa quartum puerperii diem levi quodam horrore ſubſequente calore, & dolore intenſiſſimo lateris dextri, ſpirat difficulter, ſymptomata, ſequentibus diebus ingraveſcunt, lochia parce fluunt, venter intumeſcit, ſupervenit ſtupor ex improviſo, die octavo moritur.

Puerpera haec morbo laborat acuto febri nempe inflammatoria, quam contraxit ex admiſſo aëre frigido, qui facilius nocet puerperis quam aliis, quia egent copioſiori tranſpiratione, & quod ipſarum ſanguis ad coagulationem magis pronus ſit.

Quum enim lac antea ad uterum pro nutritione foetus fluens nunc ſanguini confundatur, majori certe ſanguis opus habet ventilatione, quam geſtationis tempore.

Porro quum lac illud vel aliis heterogeneis impuritatibus inquinatū ſit in utero, vel temporis diuturnitate acorem cōtraxit, totam maſſ. ſang. ſi ad eam deferatur, ad coa-

coagulationem, reſtagnationem, & polypoſam concretionem diſponit; hinc eſt quare tot aegritudinibus puerperae obnoxiae ſint v. g. anginae, phrenitidi, peripneumoniae, pleuritidi, dyſenteriae, variolis &c. inter quae ſymptomata pro mitiori adhuc habenda eſt dyſenteria, quia eſt excretio viis muliebribus vicina; deinde quia ſanguis in hac excernitur, non ut in aliis inflammationibus ubi retinetur.

Pauci practici ſatisfaciunt in deſcribendis morbis puerperarum: omnibus itaque praeferimus Riverium de morbis acutis puerperarum, & Ettmullerum de regimine puerperarum, quippe ad tria potiſſimum attendere debemus in cognoſcendis, & curandis puerperarum morbis, nempe 1. ad lochia intuitu quorum omnia frigida, omnia adſtringentia vitare debemus. 2. ad lac ab utero ad ſanguinem nunc regurgitans, intuitu cujus diaeta debet eſſe tenuiſſima. 3. ad uterum vulneratum, intuitu cujus omnes animi paſſiones omniaque frigida vitanda, debent enim puerperae tractari inſtar graviter ſauciatorum.

In prognoſi obſervandum, quemcumque puerperarum morbum eſſe periculoſum, & febres acutas cito illas interimere.

Interim quamdiu functiones animales bene ſeſe habent, & cerebrum rite eſt diſpoſitum, fauſtum ſperare licet eventum: verum ſi de tinnitu aurium vertigine, ſopore, delirio, riſu, fatuitate, auditus difficultate conquerantur, aut ſimilia ſigna facultatis animalis labefactatae obſerventur ad unum fere omnes moriuntur.

Mirum eſt, quod quandoque lochia rite fluant, & reliqua omnia bene ſeſe habeant, nihilominus tamen febris acuta accedat: nempe obſervare debemus febres acutas puerperarũ oriri, vel ex lochiorum ſuppreſſione vel ex humorum pravorum tempore geſtationis collectorum in ipſo partu agitatione, & cum ſanguine permiſtione: vel ex ſecundinis retentis, vel integris, vel fruſto remanente. 3. ex mala adminiſtratione ſex rerum non naturalium.

Curatio 1. inſtituitur venae-ſectione ſi fuerit neceſſaria in pede: 2. medicamentis ſanguinem coagulatum diſſolventibus, lochiorum fluxum promoventibus, & diaphoreſin facilitantibus; plus enim hic malignitatis h. e. inflammationis, & lochiorum fluxus habenda ratio, quam caloris, quod optime notandum; unde nunquam propinamus frigida: itaque noſtrae huic puerperae ſequentia commendamus.

℞. *Raſur. c. c.* drach. i ſem. *rad. leviſtic. taraxac.* ãã. drach. ſem. *fl. calendul. cheiri anthos* ãã. p. j. *caſiae ligneae* ſcrup. ii. Inciſa groſſe pro nodulo potui ordinario injiciendo.

℞. *c. c. ſ. igne ppt. antim. diaphor. cinnab. nativ.* ãã. gr. vi. *caſtor.* gr. i. f. pulv. pro 1. doſ.

℞. *Pulv. Pannon. rubr.* gr. xv. *myrrh. rubr.* gr. iii. *bezoar. Orient.* gr. iv. f. pulv. Sum. ut ante.

℞. *Aq. puleg. calend.* ãã. unc. iii. *hysteric. ſ. caſtor.* unc. i. *tinct. antim.* drach. ſem. *ſacch. perlat.* drach. ii ſem. Sum. miſtura: ſingulis horis dentur aliquot cochlearia.

Clyſteres non niſi blandiores, ſed rarius tamen applicari debent.

Elixir. proprietatis, ſpir. corn. cervi compoſitus, ſpiritus cephalicus cum aqua chaerefolii, ſaepius poſſunt dari, ac ſperma Ceti crebro quoque ſit in uſu ad drach j.

Externa omnia debent eſſe carminativa.

℞. *Unguenti de althaea* drach. vi. *carminat.* drach. iii. *ol. ſtill. abſinth. chamomill. ſuccin.* ãã. gt. iii. *ſperm. Ceti* ſcrup. i. miſc. f. ungu. pro latere affecto. *De potu ordinario quaeritur?*

Reſp. dicimus primis diebus quando non aegrotant abſtinendum eſſe ab omni potu, in cujus locum ſubſtitui debent juſcula tenuia. Elapſo hoc tempore, & ſi febri corripiantur detur *decoctum hordei* cum *tantillo cinamomi*, vel *caſiae ligneae* paratum, vel *decoctum galang.* quod egregium eſt ſed ingrati ſaporis, vel *decoct. citri Mynſ. cum raſur. c. c.* paratum.

Haec ſi probe obſervaveris omnes puerperarum morbos, qui curari poſſunt, curabis.

CASUS LXXV.

Tormina alvi, vel colica infantilis.

Infans bimeſtris a prima nativitate alvi ſiccioris jam ab aliquo tempore ſubinde vagit, noćteſque clamoribus, & inſomnis tranſic cum corporis contorſione, ſubinde flatus erumpunt, & alvi excrementa ſunt virideſcentia, & mucoſa. Quaer. quo morbo hic infantulus laboret, & quae remedia ſint applicanda.

CAuſſa eſt pituita acida, & acris a ſuperveniente bile in inteſtino duodeno non ſatis attenuata; & rareſacta, unde non ſolum ab acrimonia acida inteſtina roduntur, ſed a flatibus etiam craſſioribus diſtenduntur, & dolor atrociſſimus excitatur.

Mucus ille acidus ortum ſuum debet diaetae matris, quia praegnantes rarius abſtinent a fructibus horraeis, embammatibus acidis, vino &c.

Symbolum ſuum conferunt lac nutricis ad coagulationem pronum, pulmenta viſcida, & forte etiam quod a frigore non bene muniatur.

Malum hoc ſatis contumax, & quandoque fores pandit febribus, vel inſultibus epilepticis.

Curatio conſiſtit in viſciditatis, & aciditatis correctione, flatuum diſſipatione, & pituitae acidae evacuatione.

His ſatisfaciunt enemata: v.g.

℞. *Decoct. fl. chamomill. cum malva* unc.ii ſem. *terebinth. vitell. ovi ſolut.* drach.i. *liq. c. c. ſuccinat.* gt.vi. *ſacch. rubr.* drach.ſem. miſc. f. enema. *Contra flatus.*

℞. *Aq. menth.* drach.ii. *foenicul.* unc.i. *ſpir. nitr. optime dulc.* gt.v. *eſſent. citri ſaccharin. recent.* drach.i. miſc.

℞. *Sirup. chamomill.* drach.vi. *aq. tiliae* parum miſc.

Conveniunt quoque *ſalia volatilia*, praeſertim *ſal. volatile, cornu cervi* gr.ſem. vel tertia pars grani. *Ad corrigendum acidum acre.*

℞. *Cinnab. nativ.* gr.ſem. *cryſtall. ppt. tertiam part.* gr.i. *pulv. Marchion.* gr.i. pro 1. doſi. Per aliquot dies repetatur.

℞. *Mitridat.* gr.i. pro 1. doſ. detur veſperi.

℞. *Oc. canc.* gr.i ſem. *bezoar. Orient.* gr.ſem. *theriac. coeleſt.* tertiam partem gr.i. Fiat pulv. pro 1. doſi. Detur veſperi.

℞. *Unguenti de althaea.* drach.iii. *carminat.* drach.ii. *ol. philoſoph.* drach.ſem. miſc.

℞. *Herb. menth. calamenth. puleg. ſerpill.* āā m.j. *bacc. lauri. juniperi. ſem. aniſi carvi cumini* āā drach.i. *fl. chamomill.* m.ſem. Inciſa groſſe coquantur cum vino, & imponantur ventri

Ad alvum laxandam inſpergatur pulti pulv. *ſem. aniſi*, vel *muſcerda paſſerum*, vel drach.i. una aut altera *mannae* ſolvatur in pulte; vel detur *ſperm. Ceti* ſcrup.ſem. vel *ol. amygd.* dulc. ad drach.ii. vel *ſirupi roſar. ſolut.* drach.i.

Ipſi *nutrici* detur *tinctura proprietat. Mynſicht eſſent. carminativ. Wedelii liquor. corn. c. ſuccinat: ſpir. cephalicus corn. cerv. compoſitus ad* guttulas xi. vel xv. vel *ſal. volatile Sylvii.*

Nutrix vitare debet acida, frigida, viſcida.

CASUS LXXVI.

Dentitio Difficilis.

Infans ſeptimeſtris febricitat, papillas mammarum quandoque mordet, digitos inſerit ori, tandem epilepſia corripitur.

REcte judicamus hunc infantem laborare dentitione difficili, atque ob hanc febricitare, & epilepſia corripi.

Febris continua ortum ſuum debet partim dolori, partim tumori inflammatorio in gingivis, ab utraque enim cauſſa ſanguis turbari poteſt.

Febris etiam ortum habere poteſt ex ſaliva acriori facta, & continuo deglutita, hinc vomitus, diarrhoea, ipſaque febris.

Ipſa etiam epilepſia, vel ex nervo circa radicem dentis exitum tentantis oritur, vel ex acido aliquo, in cerebrum effuſo, & ſpiritus animales turbante.

Circa menſem ſeptimum erumpere ſolent dentes, nunc quidem citius nunc tardius, & horrenda quandoque inducunt ſymptomata.

Medicus vocatus ſtatim naribus offert ſpiritum *ſalis armoniac.* & *rutam* ex vicino horto, & tunc praeſcribit enema: v.gr.

℞. *Decoct. rad. poeon.* unc. iii. *aq. carminat.* drach. i. *liq. c. c. ſuccinat.* gt. viii. *ſalis tartar.* gr. iv. miſc. f. enema.

Poſt paroxyſmum immediate exhibet ſequens, ut

℞. *Specif. cephal. glaciei mariae* ãã. gr. i. ſ. pulv. pro 1. d. detur cum *aq. ceraſorum nigrorum*.

Capiti imponatur *empl. epilepticum*, & doſis hujus pulvis aliquoties repeti poteſt; cetera quoque diſponit Medicus quae reſpiciunt nutricem, huic enim conveniunt *carminativa*, & quae lactis coagulationem impediunt.

Medicus quoties accedit ad infantem aegrotantem ſecum perpendere debet, an morbus iſte forte ex dentitione, vel ex inſtantibus variolis ortum trahat.

Si ab inſtante dentitione aegrotare videatur, tum oculi cancri de collo ſuſpenſi, vel gloſſopetra promovent dentitionem.

Praeſtat tamen fruſtum lardi quo dentes ſive gingivas ſaepius fricent.

Williſius ad avertẽda graviora ſymptomata commendat veſicatorium in nucha.

Gingivae illinantur butyro recenti, cerebro leporino, ſanguine e criſta galli calente, conveniunt etiam fotus in mala affecta.

CASUS LXXVII.

Tuſſis ſtomachalis.

Puer unius anni vehementiſſima laborat tuſſi cum ſuffocationis metu, ſuperveniunt vomitus.

HAEc tuſſis, eſt tuſſis ſtomachalis ex cruditate pituitoſa, & acida, in conſenſum trahitur diaphragma, & tuſſis vix ſedari poteſt niſi aliquoties vomuerit infans, tunc enim aliquamdiu ſilet.

Vulgaria dulcia, & lambitiva hic plus nocent. Plus valet miſtura ſimilis.

℞. *Aq. fl. acaciarum* unc. i ſem. *menth.* drach. iii. *epilept. L.* drach. i. *liq. c. c. ſuccinat.* gt. xii. *diacod. liqu.* drach. ii. miſc. detur cochleatim.

Subinde exhibeatur c. c. philoſoph. ppt. ad gr. iii.

Commendamus etiam arcanum duplicatum ſaepius ſumendum a grano ad grana duo cum anatica portione coralliorum.

Ventriculo imponatur emplaſtrum de tacamahaca.

Semper admiſcenda tinct. carminativa, & interne, & externe.

Subinde etiam ſperma Ceti exhibendum cum pulte. Pulvis ſeminis aniſi pulti quoque ſemper adſpergatur.

Saccharum hordeatum, vel hordei ex mucilagine hordei, & ſaccharo paratum valde commendatur.

Plantis pedum inungatur axungia lucii piſcis, vel ſevum cervinum.

Nutrici praeſcribatur decoctum pectorale Auguſtanorum. Vel liq.corn.cervi ſuccinatus, vel ſpir.corn.cervi in potu ordinario dentur.

CASUS LXXVIII.

Alvi fluxus.

Infantulus nondum bimeſtris alvi fluxu laborat, excrementa ſunt aquea, ſeroſa, caro totius corporis flacceſcit.

Alvi fluxus in infantibus tenellulis oritur, vel a nimia lactis fuſione, vel ob inſenſibilem denegatam tranſpirationem, quae copioſiſſime fieri debet in infantibus ſi ſecunda frui velint valetudine; hinc videmus quod plures ſordes colligantur in ambitu corporis infantilis, quam adulti.

Talis diarrhoea ſi ſit cum vomitu, vel febri, admodum periculoſa eſt, & ſpatio aliquot dierum infantes ad ſummam redigit maciem, & niſi mature manus medica acceſſerit, ad interitum.

Egregie autem hic juvant pulveres abſorbentes, addito pro ratione aetatis gr.ſem. vel integro ſalis alicujus volatilis, v.g.

℞.c.c.uſti gr.ii.*ſal.volat.c.c.*gr.ſem.miſc.f.pulv.pro 1.d.

Vel ℞. *Pulv.cord.precioſ.*gr.iii.*theriac.coeleſt.*gr.ſem.miſc.f.pulv.pro 1.doſ.

℞.*Specif.cephal.*ſive hujus loco oc.cancr.gr.ii. vel plura pro ratione aetatis. *cryſtall.mont.*ppt.gr.ſem.fiat pulv.cujus doſis augeri poteſt ad gr.i.vel gr.ii.

Pro *ſcrobiculo cordis* commendatur *balſamus ſtomachalis*, vel *empl de cruſta panis.*

NB.Infantibus valetudinariis ſaepius ejuſmodi pulveres in aliis etiam morbis dari debent, quia omnes ipſorum morbi ut plurimum ſunt ex primis viis, vitio vel bilis, vel ſucci pancreatici, vel utriuſque orti.

Interea nutrici commendanda ſunt juſcula hordeacea aliaque, & ſerio imperandum ut abſtineat a largiori potu, & carnibus.

CASUS LXXIX.

Variolae.

Puer ſex annorum conqueritur de capitis dolore, oculi lachrymantur, pulſus celer, calor totius, ſitis urget, tuſſi vehementiſſima corripitur: rogatus quid doleat, dicit ſe dolore dorſi admodum vexari, ſaepius ſternutat, die morbi tertio maculae pulicum morſibus ſimiles erumpunt.

Extra omne dubium poſitum eſt, puerum hunc febricitare, & quidem ſine intermiſſione, quum autem ſpeciem febris continuae in infantibus nunquam determinare debeamus, niſi prius ſciverimus an variolis laborarint nec ne; & ſemper hujus morbi ſuſpicio Medici animo obverſari debeat; hinc quum non ſolum audiamus plures infantes in eodem loco ex variolis aegrotare, ſed multa etiam in hiſtoria morbi deprehendamus ſigna, & phoenomena, quae variolas comitari ſolent, quia ſunt dorſi dolor, oculi humidi, &c. dicimus, & hunc puerum variolis correptum eſſe.

Cauſ-

Cauſſa materialis eſt lac in utero materno hauſtum, & in tubulo aliquo obſtructo reſeratum, quod ſucceſſu temporis inſignem aliquem acorem, & malignitatem contraxit.

Cauſſa occaſionalis eſt peregrinus aether vel deſuper tranſmiſſus, vel cum miaſmate ab alio aegrotante emiſſo, vel cum vino etiam communicatus, (quod quandoque fieri ſolet, poſt crapulam enim juvenes morbillis corripiuntur:) qui lac corruptum e latibulo ſuo excutit, & ad ſanguinem propellit, unde miſtio admodum turbatur, & plures partes chyloſae ab aliis ſeparantur, acriores factae ad ambitum corporis potruduntur, & primo vaſcula minora ſanguifera rodentes maculas, deinde fibras cutaneas dilacerantes puſtulas producunt.

Hic morbus admodum *periculoſus* eſt quia facillime incuria, vel inſcitia ipſius Medici tum etiam adſtantium efferus redditur, tum etiam quia facillime in pleuritidem abit, vel dum ſanguis circa praecordia, vel etiam in reſpirationis organis reſtagnat, ſuffocationem ſubitaneam inſert.

Porro periculoſus eſt affectus, quia ex inflammatione puſtularum nova febris acuta, & maligna oritur, quae conceptam de reconvaleſcentia ſpem ſaepe ſaepius tollit, ut aegrotantes in morbi declinatione, ubi jam prima febris victa videtur, ex hac nova febre moriantur.

Caeterum melius eſt ſi in principio morbi graviora ſtatim deprehendantur ſymptomata, quam ſi circa finem morbi proveniant ut epilepſia, motus convulſivi, &c.

Circa curationem Medicus vocatus ad aegrotantem qui variolis nondum laboravit, ſemper curioſus eſſe debet inquirendi in ſigna variolas indicantia, ne temere forte quid committat cujus damnum ſit irreparabile, eoque cautius procedere debet ſi jam alios ſimili morbo laborare ſciverit. Phoenomena pulcherrime deſcribit nobis *Rivius*, inter quae *dolor dorſi* citra cauſſam manifeſtam, qui oritur ab ebullitione ſanguinis, unde arteria magna diſtenditur, *ſternutationes*, *lachrymae involuntariae*, *tuſſis*, principaliora ſunt.

Hic affectus multa habet communia cum febre lymphatica, hinc etiam illi extra periculum verſantur qui in variolis frequentiſſime ſputant. Nullum namque ſputatorem in variolis vidimus morte correptum.

Ubi jam Medicus certus eſt de variolis, proſpicere debet mature oculis, faucibus, & inteſtinis.

Ante quintum, vel ſextum diem non debet ſuadere ſudores aut exhibere expellentia, poſt nonum diem ob novam febrem debet dare ſalina antifebrilia; & affectus hic tantam Medici poſcit prudentiam ut pauci Auctores practici hic ſatisfaciant, ſolo excepto Timaeo, quem imitari poſſunt praeſertim quoad diaetam praeſcribendam.

NB. Adulti fere omnes moriuntur phrenitici, unde his calor potius refrenandus, quam calore lecti, vel ſudoriferis augendus. Nos huic noſtro aegroto ſequentes commendamus formulas.

℞. *Raſur. c. c.* drach. iii. *ſem. napi. aquileg.* ſcrup. ii. incraſſant enim ne nimis partes a ſe invicem ſecedant. *terrae ſigillat.* drach. ſem. quia plerumque varioloſi diarrhaea corripiuntur. *fl. aquileg. bellid.* āā. p. i. His proſpicimus pectori. *alb. graec.* ſcrup. ii. nitr. ppt. ſcrup. i. inciſ. groſſe d. ad nodulum injiciatur potui ordinario.

Quia facile coincidit epilepſia in promtu haberi poteſt ſequens pulvis.

℞. *Cinnab. nativ.* gr. iii. c. c. ſ. igne gr. v. fiat pulv.

℞. *Aq. c. c. citrat.* unc. vi. detur cochleatim pro lubitu.

Subinde detur *emulſio* non quae expellat ſed quae impediat efferveſcentiam.

℞. *Sem. melon.* drach. i. *napi citri card. bened.* āā. ſcrup. i. contund. fiat emuls. cum aq. c. c. *citrat. fl. acaciar.* āā. unc. i ſem. adde *ſacchari perlati* ad gratiam, d. pro 2. doſibus.

Poſt diem nonum detur frequentiſſime *tinct. bezoard.* in potu ordinario; reſiſtit

enim

Digitized by Google

enim febri, quae ſupervenire ſolet die xi. ex qua multi pereunt.

Variolae ſunt, vel diſtinctae, vel cõfluentes, ſed differunt ratione ſymptoma tum.

In adultis ingens in ſudores adeſt propenſio, primo ſtatim invaſionis tempore.

Si infans ex improviſo fiat epilepticus, erit vel ex dentitione, vel variolis, quod ſi variolae ſtatim appareant poſt inſultum epilepticum, erunt ſemper boni moris, & rariſſime confluunt.

Diſcretae plurimum die quarto, rarius ante illum apparent.

Variolae, quae ſex poſtremis anni menſibus invadunt, nullas poſt ſe relinquunt foveas.

In confluentibus febris, anxietas, vomitus, immanius affligunt, praecedit ſaepius diarrhoea, quum in diſcretis nunquam obſervetur.

Confluentes tertio utplurimum die erumpunt, & quo citius apparent, eo magis confluunt, puſtulae, hae non attolluntur in molem aliquam ſpectabilem, ſed ſibi implicitae habent ſe inſtar veſiculae rubrae, omnem vultum contegentis, qui maturius etiam intumeſcit, poſt diem octavum puſtulae ad fuſcum vergunt colorem.

Si confluentes variolae conjecturantur, dentur ſtatim primis diebus blandiora quaedam acida, v.g. tinct. roſar. flor. aquileg. tinct. violar. in potu ordinario, & hae iterum circa diem octavum frequentius ſunt exhibendae. Dari poſſunt hae tinct. cum aqua expulſiva, vel in potu ordinario.

Utimur etiam alio quodam remedio in forma liquida, quod a primis ſtatim diebus uſque ad finem in adultis ad cochleare unum dari poteſt, quo ipſo puto reconvaleſcentiam, divina adjuvante gratia certe promitti poſſe, utut graviſſima adſint ſymptomata, praecipue autem hoc remedium eſt dicatum inflammationi, quo & externe uti poſſumus.

In ſuppreſſione urinae, aeger manibus adſtantium fulfultus aliquoties obambulare debet in cubiculo.

Malignitas ex variolatum frequentia, non in toto corpore, ſed in facie colligitur.

In diſcretis ſymptomata quae die octavo accedunt, & in cõfluentibus quae die undecimo apparent, maximum habent pondus, vel ad vitam, vel interitum.

Quo tumor faciei, & manuum diutius perſiſtit, eo melius, ſin tumor ille una cum ſalivatione evaneſcat, prodromus eſt mortis.

Mictus ſanguineus qui in adoleſcentibus ſaepius ſupervenit, indubitatus inſtantis mortis teſtis, idem fatum praenuntiat urinae ſuppreſſio.

Plures moriuntur ex calidiore regimine, quam a ſuſcepto frigore, & rarius quidam moritur ex eo, quod variolae primis diebus non eruperint, ſed quod vel nimium eruperint, vel praemature detumuerint.

Primis diebus aeger more conſueto eſt tractandus, quoad calorem muſaei, & lecti, praeſertim autem adulti primis diebus ſibi cavere debent ab omnibus, quae humores exagitant, & minus nocet peccare in frigore, quam in regimine calidiori. Primis itaque diebus caveant ſaltem a potu frigido, & niſi aliquid urgeat, abſtineant ab omni remedio ad diem quartum.

CASUS LXXX.
Vermes ſive lumbrici.

Puer 6. annorum conqueritur ſubinde de alvi dolore, color faciei ut plurimum pallidus eſt, niſi quod per intervalla malae rubeſcant, qui tamen calor cito iterum perit, ſcalpit nares ſaepius. Manus febricitantium inſtar calent. Somnus eſt turbulentus.

VErmes ſymptomatum horum Auctores eſſe facile ex ſyndrome ſignorum patet.

Cauſ-

Cauſſa materialis ſunt ova muſcarum cum alimentis aſſumta.

Cauſſa efficiens eſt calor putredinalis in primis viis. Recte enim dicit Helmontius, quod ubi putredo ibi lumbricorum ſit patria.

AEtas vero haec magis lumbricitat prae aliis, quod calor ad excludenda ova in hac ſit magis proportionatus. Et quod plerumque mucus in primis viis apud pueros abundet.

Dolor itaque eſt a morſu. Color faciei pallidus a lymphae reſtagnatione. Rubicundus autem ab inordinata fermentatione ſanguinis.

Pruritus narium a lymphae acrimonia, quippe haec balſamo ſuo, vel chylo defraudatur.

Somnus eſt turbulentus a lymphae acrimonia, & viſciditate.

Manus calent a ſanguinis motu progreſſivo impedito, & inteſtino aucto.

Horrenda autem a vermibus excitari poſſunt ſymptomata, ut non raro ex incantatione produci videantur, hinc maturanda eſt *curatio*, quae in his conſiſtit.

1. Vermes debent enecari, poſt expelli.
2. Putredini primarum viarum quovis modo reſiſtendum.

Primae indicationi ſatisfacit ſequens nodulus.

℞. *Raſ. c. c.* drach. ii ſem. *radic. filicis* ſcrup. ii. *ſeminis hyperici* ſcrup. i ſem.

Inciſa dentur ad nodulum, vel adde rhabarb. drach. iii. ſal tartari gr. vii. flor. perſicor. p. i. ſem.

℞. *c. c. ſine igne* drach. i. *arcani duplicati* ſcrup. i. miſc. fiat pulv.

℞. *Tinctur. bezoard.* drach. i ſem. bis vel ter de die in potu ordinario.

℞. *Eſſent. contra vermes* drach. ii ſem.

℞. *Olei amygd. d. recent. expreſſ.* drach. ii. Mane cum juſculo, nulla inſecta vivunt in oleo, quamvis in aceto vivant.

℞. *c. c. ſine igne corall. ppt.* ā ā. gr. xv. *mercur. dulcific.* ſcrup. i. *ſacchari in aq. roſar. ſolut.* unc. ii. Fiant ſ. a. rotulae.

℞. *Aq. graminis c. c. citrat. naſturtii* ā ā. unc. i ſem. *ſpir. vitrioli martis* gt. vii. *ſirup. violar.* drach. ii. miſc.

Commendantur alia adhuc plura v. g. decoctum allii cum lacte.

℞. *Pulv. contra vermes Auguſtan.* drach. i.

℞. *Spir. c. c. compoſ.* drach. i ſem. ſ. ſpiritus.

Clyſteres debent eſſe dulces v. g.

℞. *Lactis* unc. v. *ſacchari* drach. vi. Fiat enema.

Externe.

℞. *Ung. de arthanita* ſive *contra vermes* drach. iii. *elixir propr.* drach. i. miſc. fiat linimentum.

Secundae indicationi.

℞. *Pulv. jalap.* ſcrup. ſem. *c. c. philoſoph.* gr. iv. *cinnab. nativ.* gr. i. fiat pulvis. d. cum lacte.

C A S U S LXXXI.

Scabies humida.

Puer 9. annorum dormiverat in eodem lecto cum diſcipulo ſuo ſcabioſo, & idem contraxit malum, tument manus cum rubore, & magnis puſtulis, facies pallet, circa veſperam moleſto turbatur pruritu.

SCabies fere ſemper eſt ex contagio, cujus cauſſa eſt ſal acidum, quod cum chylo, vel lacte ad anguſtiſſima vaſcula in corporis ambitu delatum ibidem cum alkali effervеſcit, fibrillas rumpit, unde omnia illa quae in cute conſpiciuntur phaenomena prodeunt.

Cir-

Circa veſperam conflictus ille ſalium magis percipitur, & etiam intenditur, quia tunc humores tardius moventur in motu progreſſivo ob Solis diſceſſum. Inter ſtragula major pruritus, quod a calore lecti ſalia illa ſuſcitentur, neque tamen ob atmoſphaerae occupantis ſpacium, inter corpus, & ſtragulum denſum avolare poſſunt, hinc majori cum impetu arietant in fibrarum latera.

Cauſſae antecedentes ſunt errores in cibo, & potu commiſſi. Pueri qui acida ingurgitant, & tempore aeſtivo fructus immaturos comedunt, tempore autumnali fiunt ſcabioſi.

Quia ab hoc ſale chylificatio perturbatur, atque ſuccus nutricius viſcidior, & acrior fit, obnoxii redduntur ſcabioſi varii generis febribus, fiunt cachectici, saepiusque contabeſcunt.

Ante omnia hic acutiſſima diaeta inſtituenda vitatis omnibus acidis, auſteris, viſcidis & ſalſis. Nocet itaque vinum, cereviſia craſſa, tabacus, &c.

Convenit vero pro potu ordinario ſequens.

℞. *Ligni guajaci* unc. ſem. *ſantali rubri* drach. ii. *cinamom.* drach. i ſem.

Coque cum aqua fontanae menſura i. colatura detur.

Quia etiam multum ſalis per purgationem foras eliminatur, detur decoctum ſequens.

℞. *Decoct. ſplenet. Mynſ.* partem tertiam. pro doſi unc. ii.

Vel ℞. *Extract. diacartham.* ſcrup. ii. ſolve cum aq. fumariae, adde *crem. tart.* gr. vii. *ſirup. de cichor. cum rheo* unc. ſem. *aq. cinamom.* drach. i. miſc. detur.

Poſt haec ſudores elici debent in lecto, exhibito rob. ſambuci ad drach. ii.

Convenit quoque egregie potus theae, vel tinctura antim. ad gt. xv.

Praeparantia ſive dirigentia ut vulgo vocantur hic magnae ſunt efficaciae, quia acrimoniam valde temperant diluendo ſcil. ſalia, ſicque obſtructiones reſerant.

Inter haec omnibus palmam praeripit ſequens *Timaei.*

℞. *Herb. agrimon. ſcabioſ. acetoſ. fumar. capill. vener.* ā ā. m. i. *flor. borrag. bugloſſ.* ā ā. p. ſem. *rad. lapathi acuti. polipodii.* q. ā ā. drach. vi. *cichor.* unc. i ſem. *liquirit.* unc. ſem. *enulae* drach. iii.

Inciſa coque in ſeri lactis lib. iii. in colatura ſolve *ſirup. capillor. vener.* unc. ii. *ſalis volat. oleoſi ſtomach.* gt. xxx. miſc.

Externe.

℞. *Lapid. ſciſſilis* unc. i ſem. *ſalis ſaturni* ſcrup. ii. *antimon. diaphoret.* drach. i. *cinnab. nativ.* ſcrup. i. *butyri recent.* q. ſ. fiat unguentum. Timaeus habet unguentum probatiſſimum.

℞. *Pulv. cort. lauri. ſulph. citrin.* ā ā. unc. i. *enulae* unc. ſem. *vitrioli albi.* drach. iii. *ſtyrae. liquid.* q. ſ. ut fiat unguent.

Si cito ſanare velis.

℞. *Ungnenti roſati* unc. ii. *praecipitati rubri* ſcrup. ii. miſc.

Vel ℞. *Unguent. albi camphor.* unc. ii. *ſulphuris* unc. ſem. *mercur. dulcis* drach. ii. miſc.

Nota: Spiritus vini addi quoque poteſt omnibus linimentis cum ſucceſſu.

Interne ſaepius detur ſulphur in ſubſtantia ad ſcrup. i.

In potu ordinario detur *liquor tartari* ad guttas xx. vel xxx.

Convenit quoque lotio cum *tinct. nicotian. cum ſpir. vini*, vel cum vino gallico parata.

Quibus res anguſta domi, coquunt nicotianam cum cereviſia.

Hoc modo curatur etiam *herpes, achor,* & *tinea capitis.*

Vel utere in his *aq. calcis vivae*, vel

℞. *Nicotian.* m. ii. *fuligin.* unc. ii. coque *cum aq. Ferrar.* unc. xx.

Fa-

Eadem quoque conveniunt in gutta roſacea praeſertim ſi interne potus theae largiter ſumatur, atque frequentius ſudores eliciantur.

Saepius tamen omnibus externis praeſtat *ſpiritus vini camphoratus cum tinctura myrrhae,& ſpir.ſal.armoniac.*

Qui liber eſſe vult a puſtulis, & furunculis in facie, vitare debet omnia acida,tam in cibo quam in potu, vinum, cereviſiam craſſam, ſpiritum vini , & pro potu ordinario bibere debet *decoction c.c.*cum *flor.violar.*& *ſemine foeniculi*, vel aliud cum *ſarſaparilla, liquirit.ſantal.*tantillo *cinamomi*, & *thea* paratum.

C A S U S LXXXII.

Metus abortus.

Nobilis foemina,bis abortum paſſa, jam tertio gravida, undecima ſeptimana dolore lumborum, & imi ventris corripitur, hinc iterum abortum metuit, ac proinde opem medicam implorat.

AFfectus hic metus abortus vocari poteſt; melius enim eſt abortum praecavere, quum factus infectus fieri nequeat.

Abortus cauſſae potiores ſunt vel plethora uteri , ſive particularis , & inde nata preſſio placentae uterinae , vel acrimonia ſucci nutricii ſeu lactis , ſeu gravis quoddam animi pathema, vel cauſſa aliqua externa, caſus v.g. ab alto, percuſſio; ſi cauſſam in ipſo foetu mortuo quaerere velis, per me licebit, quamvis hanc ſub acrimonia ſucci nutricii comprehenderim.

Noſtrae huic aegrae ſuademus ſtatim venae-ſectionem in brachio, qua ſanguis ad unc. viii. extrahi debet.

Purgantia, quae ab aliis commendantur , nobis ſunt ſuſpecta; tranſimus itaque ſtatim ad confortantia, vulgo dicta , h. e. quae acidum temperant , v.g. *tinct. corall.* drach.i ſem.

℞.*Aq.cortic.citr.meliſſ.cum vin.*ā ā.unc.i.*balſ.embryon.*drach.iii. *aq. borag.*unc.ii miſc.

Vel ℞.*Pollin.ebor.corall.*ā ā.ſcrup.ii.*pulv.Marchion.* drach.ſem.*gran.kerm.*ſcrup.i.f. pulv.

℞.*Aq.bugloſſ.*unc.iv.*cinam.*drach.i.miſc.

Vel ℞. *Tinct. gran.kerm.*

Externe convenit *l'eau d'Hongrie*, vel *aq. mirabilis, aqua carbuncul. balſamus embryonum* pro inunctione imi ventris , alii commendant *unguentum Comitiſſae* tanquam adſtringens,ſed notum eſt, non dari adſtringentia.

Diaeta ſit excarnis, fugiat foetida. frigida, calidiora aromatica, vinum, clyſteres: potui injiciantur *cort.citr.rec.* vel *rad.caryoph.* plura vide apud *Timaeum*; putem tamen haec in quovis caſu ſufficere poſſe.

C A S U S LXXXIII.

Gangraena.

Senex, ſeptuagenario major, diu conquerebatur de dolore pedis ſiniſtri, praeſertim in planta, & digitis, appoſitum fuit veſicatorium in dorſo, ceſſat mox dolor, ſed color cutis mutabatur in lividum,caro ſpongioſa erat, cum motus & ſenſus imminutione.

HIc affectus eſt gangraena, a ſcorbuto , vel ſenio ortum trahens.

Cauſſa eſt obſtructio, & coagulatio lymphae acerrimae , in tubulis membrano-

Digitized by Google

noſis, & carnoſis, & quum ſanguis in vaſis ſuis reſtagnare quoque cogeretur, ejus totalis corruptio, & putredo brevi fuit ſequuta.

Quod in glandulis eſt cancer, quod in oſſibus eſt caries, hoc in partibus membranoſis, & carnoſis eſt gangraena.

Cauſſam dicimus eſſe acidum corroſivum, exedens fibras carnoſas, & membranoſas; immo tandem etiam oſſeas, & tunc vocatur ſphacelus, quem Chirurgi & gangraenam differre ſolo gradu dicunt.

Fit autem gangraena facile a fortiori ligatura, vel frigore potentiori, vel a laeſione aliqua externa, contuſione, morſu animalis venenati, vel ab uſu imprudenti repellentium, & adſtringentium, in inflammationibus, vel ſicuti dixi a ſcorbuto, ut & ab ambuſtione.

Phoenomena explicatu ſunt facillima, in principio enim dolor eſt ab acido, verum diſciſſis jam fibrillis nerveis, nullus amplius ſenſus, nullus motus ſupereſt; vita enim partis alicujus conſiſtit in tranſmiſſione fluidorum; ubi vero illa ceſſat irrigatio, pars haec non amplius eſt pars corporis, ſed jam calore, colore, mollitie, aliiſque privatur.

Et quum ſanguis etiam per vaſa majora profluere non poſſit, mirum non eſt, ſi tandem malum toti maſſae ſanguineae communicetur, & aeger talis ex lipothymiis, febri lypiria, agmen claudente ſopore profundiore, intereat.

De hoc affectu optime inter Veteres ſcripſit *Fabricius Hildanus*, in cujus medendi methodo hoc unicum diſplicet, quod juxta Veterum ſententiam in principio inflammationum aliorumque morborum, adſtringentibus, & repellentibus uſus fuerit; quum e contra in recentiorum Chirurgorum ſcriptis hoc unice placeat, quod ne unicum quidem adſtringens, vel repellens reperiatur, teſtes ſunt Chirurgia *Muyſ.* ſcripta *Blancardi*, aliorumque.

Curatio nititur his indicationibus: 1. motus fluidorum in parte ſana quantum quidem poſſibile eſt conſervandus, 2. illud quod jam mortificatum, a parte ſana ſeparandum, 3. viribus, cordi & cerebro proſpiciendum.

Ad primum ſcopum aſſequendum pars gangraenoſa ſtatim ſcarificanda, deinde epithema, in collegio chirurgico deſcriptum, applicandum, vel imponatur *ſpir. matricalis* cujus deſcriptio haec eſt.

℞. *Myrrh. maſtich. oliban. ſuccin.* āā. unc. ii. aff. ſpiritus vini lib. ii. deſtill. ℞. ſpir. hujus matric. lib. ſem. ſpir. c.c. comp. unc. i. miſc. vel adhiberi poſſunt remedia a *Timaeo* commendata.

Pro ſecundo ſcopo, imponenda cataplaſmata, v.g. ℞. *farin. ſem. lin.* lib. ſem. coque cum *cereviſ. optim.* f. catapl. facta jam ſeparatione *ung. digeſtivum*, vel *Apoſtol.* addito ſpiritu vini, & *ſucco chelidonii* imponendum, atque cataplaſma aliquandiu adhuc continuandum.

Pro tertio ſcopo ℞. *Sperm. Cet.* drach. i. pro 2. doſibus. ℞. *Spir. c.c. compoſ. ſpir. cephal.* āā. drach. i ſem. miſc. d. ad gr. xv. ter de die cum aqua *ceraſ. nigr.* vel *lil. convall.*

Sudorifera quoque conveniunt, quia obſtructiones potentius reſerant v.g.

℞. *Aq. cord. Sax. cum camph. fl. ſambuc.* āā. drach. vi. *diaſcord.* drach. i. *antimon. diaph.* gr. xii. *ſpir. c.c. comp.* gr. viii. miſc. pro 1. doſi.

CA-

CASUS LXXXIV.

Gonorrhoea cum ſuſpicione luis Venereae.

Officiarius quidam conqueritur de moleſto ſeminis profluvio, tumore teſticuli ſiniſtri, doloribus artuum vagis, laſſitudine totius, dolore capitis, noctu praeſertim affligente, adeſt continuus urinae ardor, obſervavit ante aliquot ſeptimanas puſtulas quaſdam in glande, quae cito iterum diſparuere.

AFfectus hic eſt gonorrhoea virulenta, quae jam in luem veneream degeneravit.

Cauſſa eſt acidum quoddam viſcidum, ſeu ut loquuntur, fermentum malignum, ex impuro coitu ſuſceptum, quatenus mulier illa laboravit gonorrhoea virulenta, hoc eſt, exulceratione glandularum vaginae uteri.

Acidum illud glandem per poros intrat, & fluidis miſcetur; eorundemque reſtagnationem, viſciditatem, cauſſatur: & dum cum ſale alkali effervescit, fibras glandulosas diſcindit, & exulcerationem proſtatarum excitat. Delatum ad ſanguinem, & lympham, iſtos humores tardius progredi facit, hinc laſſitudo, dolor artuum, & capitis.

Semen, quod nihil aliud, quam laudabilior chyli pars, aceſcit, vel potius putreſcit, dum acidum, & alkali inter ſeſe confligtantur; hinc ſemen quod excernitur, nunc flaveſcit, nunc virideſcit, foetorem quoque putridum ſpargit.

Liquor tamen ille non omnis eſt genitalis, ſed maxima ejus pars eſt lympha putrida, ex proſtatis exulceratis profluens, quas exulceratas ſi urina attingat, ardor percipitur, & cum urethrae glandulae ſaepius etiam laeſae ſint, dolor & ardor per totum canalem ſentitur.

Noctu malum hoc ingraveſcit, quia tunc humores magis commoventur, quam interdiu.

Hic affectus, ubi altas egerit radices, graviſſima inducit ſymptomata, dum acidum iſtud corroſivum glandulas, & cartilagines narium, & faucium exedit, oſſa carioſa reddit, vel ſuccum nutricium eorundem coagulando, tophos producit, in capite, fronte, circa mentum, & inguina ſaepius puſtulae erumpunt; quatenus ob glandulas miliares exulceratas, lymphae corruptae refluxus impeditur, hinc exulceratio canaliculorum, & puris generatio.

Curatio in eo conſiſtit, ut 1. totius purgatio inſtituatur: 2. acidum iſtud corroſivum, mediantibus ſudoribus evacuetur: & 3. illud, quod in proſtatis aliiſque glandulis fixius haeret, temperetur per appropriata.

Pro primo ſcopo.

℞. *Extract. panchimag. Croll.* g. xii. *ſcammon. correct.* gr. v. *mercur. dulcis* gr. viii. *olei terebinth.* gt. ii. fiant pil. n. xv. pro 1. doſi.

Vel ℞. *Extracti rhei* ſcrup. i. *mercur. dulcis* ſcrup. ſem. miſc. fiant pil. pro doſi.

Laudatur etiam ſequens conditum.

℞. *Pulpae caſiae rec. extract.* unc. i. *terebinth. Venet. lotae* unc. ii. *mercur. dulcis. ſalis prunell. lapid. cancror. ppt.* āā. drach. i. *ſalis vol. ſuccini* ſcrup. iv. *ſirup. de althaea Fernel.* q. ſ. miſc. fiat conditum. Doſis magnitud. nuc. moſc. bis & ter de die.

Pro ſecundo: ℞. *Lign. ſanct.* unc. vi. *rad. ſarſaepar.* unc. ii. *bardan. maj.* unc. i ſem. *ling. junip.* unc. ſem. inf. in aq. font. calid. lib. vi.

Stent per 24. horas in loco tepido, dein coque ad remanent. 4. lib. Sumantur ſingulis diebus horis matutinis unc. vi. & beneficio ſpir. vin. accenſi eliciantur ſudores per integram horam, in laconico, vel ſi aliter fieri non poſſit, in lecto.

Continuetur haec aura ſudorifera per dies xviii. vel xx. ita tamen, ut die vii. xiv.

 xxi.

xxi. purgans iterum exhibeatur, in quo doſis mercur. dulc. ad gr. xii. vel xv. augeri poteſt.

Pro tertio: ℞. *Aq. ex tereb. deſtill. Querc.* unc. vi. *tinct. ſuccin.* unc. i ſem. miſc.

Vel ℞. *Aq. ex tereb. aq. contr. ardor. urinae Mynſ.* ãã. unc. iii.

℞. *Spir. tereb. c. c. comp.* ãã. drach. ſem. miſc. Sum. ſpiritus.

℞. *Maſtich. gumm. elem.* ãã. drach. i. *terr. Japon.* ſcrup. i. *camphorae* ſcrup. ii. *cum tereb.* fiant pilul. cicer. magn. Sum.

℞. *Ol. ſuccin.* gt. x. *terebinth.* gt. v. *balſam. Peruvian.* gt. iii.

Dentur cum vino calido ſaccharat. Vel

℞. *Balſami Copaivae* gt. x. ad xv. cum potu calido.

℞. *Terebint. Venet. coct.* unc. ſem. *lapid. cancror.* drach. iii. *balſam. Indici* drach. i. *camphor.* drach. ſem. *ol. ſabin.* gt. xx. fiant pilul. ex ſcrup. i. num. v.

℞. *Cantharid.* drach. i ſem. *ſpir. vini* unc. xii.

Cantharides groſſe contuſi ligantur in nodulo, & ſuſpenduntur in ſpir. vini ſtent per noctem in cineribus calidis. Doſis cochlear. i.

℞. *Olei ſuccini. juniperi* ãã. drach. i. *ſpir. vini* unc. v. miſc.

Mane, & veſperi cochlear in vino propina.

℞. *Terebinth.* drach. ii. *balſami Peruviani* gt. vi. *extract. rhei* ſcrup. i. miſc. fiat elect. pro una doſi.

℞. *Tinct. verm. majal.* cum alkali tartari parat. gt. x. cum aqua petroſelini, vel in vino.

His & ſimilibus diureticis venenum per eas expellitur vias per quas fuit admiſſũ.

Contra tumorem teſticulorum.

℞. *Foec. vin.* unc. iii. *farin. ſecalin.* unc. i. pulveriſ. *ſem. cumin.* unc. iii. *camph.* unc. ſem. ſpir. vin. q. ſ. f. catapl, calide adhibendum.

Pro injectione ℞. *Vini gallici albi* unc. ii. *tutiae ppt.* ſcrup. ſem. miſc.

Vel ℞. *Aq. theae* unc. ii. *camph.* gr. x. miſc.

Vel *decoctum theae cum lacte* factum injiciatur.

Nihil tantopere retardat curationem, quam faucium exulceratio, hinc.

℞. *Tinct. lign. ſaſſafr.* unc. i. *decoct. lign. guajac.* unc. viii. *muriae limon. ſpir. cochlear.* ãã. unc. i ſem. ſpir. vin. unc. ii.

℞. *Raſ. lign. junip.* pulv. drach. i ſem. *maſtich. carann.* ãã. drach. i. *cinnab. vulg.* drach. i ſem. miſc. f. pulv. groſſ.

AEger abſtineat a vino, neque ſe exponat aëri, bibat decoctum ligni guajaci, quod vocant ſecundarium.

MONITA MEDICA, DE

Morbis Chronicis.

I. MEdicamenta in affectibus chronicis largiori doſi; & copia praeſcribenda ſunt, ut uſus eorum per tempus aliquod continuetur. Spectant igitur huc pulveres digeſtivi in magna quantitate praeſcripti. Pilulae laxativae, ut ſingulis ſeptimanis ad minimum ſemel, vel bis purgent. Deſtillata quae per aliquot ſeptimanas continuari poſſunt. Aquae aperitivae.

II. Omnimodo allaborandum eſt, ut purgationes bene operentur, & quidem ſatis fortiter, & non prius etiam famam apud illos acquirit, niſi largiter eos purget. Ut ve-

Digitized by Google

vero hoc obtineat, digeſtiva purgantibus miſcenda ſunt cum gr.iv. vel v. pulv. jalap. vel cum ſcrup.i. fol. ſenn. ſequenti vero mane *infuſum purgans* dari poteſt, *cui* ſemper *addatur* ſcrup.i.*pulv.jalap.*ex gr.*decocto fol.ſenn. Mynſ.adde* colatur. ſcrup.i. *vel* gr.xxv. *pulv. jalap.* Huc quoque ſpectat *decoct. ſplenet. Mynſicht.* cui addendum ſcrup.i. *pulv. Jalap.* omnia illla purgantia erunt hic egregia quae *B.Michael.* habet in ſuo Collegio practico *ſuper Jonſton.* Dandum tamen aliquid conſuetudini, & credulitati, & medicamenta in forma pilulari exhibenda aliquando, quia putant illas omnium optime operari. Inter haec omnia commendatur. *extract. melanagog: Mynſ.*a ſcrup.i.ad drach.ſem.ut & *cephalic.ejuſdem* eadem doſi, addi poteſt gr.i. *trochiſc.albandal.* At ſolent prohiberi in his affectibus purgantia fortiora? Verum quidem eſt, hic in his morbis nullum purgans indicatur, ſed ſolummodo praeparantia, & aperientia, humores igitur reſerati evacuari debent, quod optime per purgantia fieri poteſt. Sciendum tamen eſt non ſcammoniata, & alia calidiora dari debere, ſed infuſa, quae non ita nocere poſſunt.

III. Mercur.convenit hic tamen externe,quam interne: interne ſi aſſociatur purgantibus gr.vii.xii. ad xv. quod fiet felici cum ſucceſſu. Externe optimum habebis empl. ſi recipias *emplaſt.de ranis cum mercur.* & imponatur ſiniſtro, vel dextro lateri, ubi obſtructio erit, propter inciſionem addatur ſal. armoniac. & ſic egregium erit ſpleneticum.

IV. Clyſteres ſaepius hic interponendi ſunt, & quo ſimpliciores eo meliores erunt. Ergo *ex jure,& ſacchar.*vel *ex aq.fontan.*vel *lacte cum melle* erunt optimi.

V. Sanguis in his morbis chronicis parcius, & quidem tempore vernali extrahendus.

VI. Martialia non ſtatim in principio,neque ubi ſcirrhoſa durities viſcerum deprehenditur, neque in calidioribus naturis, ut & in inveteratis affectibus dari debent.Non in principio,quia augent obſtructionem;quum enim non niſi per accidens aperiant, hinc ſemper univerſalia debent praemitti, digeſtiva,praeparantia, vomitoria. Non in ſcirrhoſa viſcerum duritie, quia materia magis indureſcit.

Omne ferunt punctum *pilulae ſpadanae*, & pares non habent, parantur ita, *limat.chalib.vel Martis ſolvuntur in aq.fort.* & edulcorantur, deinde haec ſolutio iterum ſolvitur, & edulcoratur, additur, *bezoar.mineral. & mercur. dulcis*, & cum aliquot gr.*ſcammon.*f.pil. id quod etiam de acidulis obſervandum quae de Marte. Et hoc manet verum,quicquid excitare debet appetitum,debet modice exhiberi,quum autem acidulae abſorbeant acidum vitioſum, cathartica interponenda ſunt, quo quicquid praeparatum ſit educatur, & ſic ille felix eſt,qui alvum lubricam ſervare ſcit.

DE ASTHMATE.

I. CUratio duplici tempore *inſtituitur in paroxyſmo* ſcilicet, *& extra eum*. Medicus ſi vocatur ad aſthmaticum ſuffocatione periclitantem, non poteſt aliquando in veram cauſſam quaerere, ſecum tamen conſiderare debet; utrum a ſpaſmo, vel convulſione, an ex obſtructione humoris pituitoſi, vel a ſanguine reſtagnante. Si ab humore, nihil praeſtantius vomitorio, ſive tunc ille ſit in pulmonibus, ſive in ventriculo. Si a ſanguinis reſtagnatione in pulmonibus, exhibere poteſt ſperma Ceti a drach. ſem. ad drach.i. Huc quoque convenit emulſio enulata Timaei,quae grati ſaporis.Vel *tinct.aſthmatic.Horſtii* quae eſt ℞.*flor.roſ.rubr.*p.i.*affund. aq.veron.& f.l.a.tinct.*unc.iv.vel vi. *adde aq.aſthmat.* unc.i. *elixir.vitae Matthiol.* drach.ii.Sum.tinctur.aſthmatica detur cochl.i.in paroxyſmo. Si a ſpaſmo erit, tunc exhibendum *theriac.recens* a drach.ſem.ad drach.i.*aq.aſthmat.aq.veronica temperata*,& cum aliquot guttulis *tinct.opii.*

II. Venae-ſectio non in quovis aſthmate admittenda, niſi adfuerit magna plethora tunc concedi poteſt, ſi a menſium defectu, vel haemorrhoidum ſuppreſſione, tunc quoque adminiſtrari poteſt praecipue in pede. III.Quo-

Digitized by Google

III. Quoties ad aſthmaticam vocamur admiſcenda uterina ſunt, v. g. *aq. puleg. meliſſ. hyſteric.* cum *caſtor. balſ. embryon.*

IV. Quia mulieres non bene ferunt vomitoria omitti poſſunt. In infantibus autem ſemper neceſſaria videntur.

V. Si aſthma per conſenſum eſt ab inflatione ventriculi abdominis, aliquot gut. *ol. carvi* dari debent, vel *eſſent. carminat. Wedel.* & injiciatur enema carminativum.

VI. In ipſo paroxyſmo nihil omittendum, quod reſpirationem reddere poſſit liberiorem, hinc ventus flabello excitandus, veſicatorium imponendum, fonticuli excitandi.

VII. Quum omnia purgantia ſolent reſpirationem reddere difficiliorem, & praecordiorum anguſtiam excitare, hic non indicantur. Quia tamen aliquid dandum conſuetudini, & credulitati aegrotantis, praeſcribatur *manna ſoluta cum aq. flor. acaciar.* vel *extr. diacartham.* drach. i. ſolv. *in aq. pectoral.* f. potio. Magis placent vina medicata, vel decocta laxativa.

VIII. In habitu cachectico ſtomachica, & hepatica vulgo dicta omnem abſolvent paginam, unde *pulv. ſtomachal. Birckman. pulv. cachectic. Quercet. & malvat. juniperin.*

IX. Inter medicamenta incidentia, & expectorationem promoventia ſuperbit *balſam. ſulph. aniſ. vel terebinthinat.* qui tamen largius dati, haemopt. vel phthiſin minantur, ſufficient ergo 2. l. 3. gut. Huc ſpectat *tinct. propriet. Mynſ. ad cochl. ſem.* vel i. Huc pertinet *pulv. Anonymi.* cum *flor. ſulph.* vel *opiata ex melle, radice enulae pulveriſatae, & flor. ſulph.* mel enim eſt anima pulmonum, & ſulph. egregium pectorale. Inter ſpecifica ſunt ſucci, nempe *ſuccus chaerefol.* ad aliquot cochlear. cum juſculo, *ſuccus mille pedum, lumbricor. terreſtrium. Brunerus* efficacem quidem habet potionem pption. ammoniac. ſed ingratiſſimam, magis placet *Joëlis*, quam *Ettmullerus* habet in ſua praxi.

X. Diſpnoea, vel reſpiratio difficilis in puerperis febri continua correptis ſemper monſtri quid alit, & fere omnes moriuntur.

XI. Quaer. quare paroxyſmi aſthmatici exaſperentur noctu? Hoc fit ex alia diſpoſitione corporis, quia pori interdiu ſunt aperti, & fermentationes alacriores fiunt, pluſque materiae ſubtilis tunc in eſt corpori, unde etiam humores alacrius commoventur. Secus vero noctu ubi pori collapſi.

DE SINGULTU.

I. Singultus quidem leve quid videtur, aliquando tamen generoſa illudit remedia, & multum faceſſit Medico.

II. Ante omnia accurate inquirendum eſt, an febris continua ſingultum concitet, & an ſit ſine febri. Si cum febre eſt, certum eſt, monſtroſi quid latere, & ſubjectum non eſſe tam ventriculum, quam diaphragma. Hinc nec vomitoria nec purgantia tunc tuto vix dari poſſunt, quin potius exhibenda antiſpaſmodica v. g. *cinnabarinum* aliquod *cum opio*, vel *tinct. bezoard. cum eſſent. caſtor.* externe *theriaca* ſatisfaciet. Cataplaſma *ex fermento cum theriac. & ſpirit. theriacal. campoborat.* qui vel ſolus pro inunctione ſufficere poteſt.

III. Si ſit ſine febre conveniet vomitorium, quia conjecturamus malum in orificio ſuperiori haerere, vel *pilulae aloëticae*. Poſt vomitorium danda praecipitantia ex. gr. *ex ebore c. c. uſto. cryſtallis praeparatis*, ſuperbibantur frequenter aliquot cochlearia miſturae ſtomachalis ex *aq. ment. zedoar. aniſat. cinam. cydoniat.* quia quod jam praecipitatum diluitur, & ſic commode per inferiora detrudi, & excerni poteſt.

IV. Fugienda ſunt omnia frigida, acida, flatulenta, acria & conſequenter vinum, quod nervis eſt inimicum. Et pro regula ſit, quod vinum in omnibus morbis nervinis ſpaſmodicis, convulſivis non conveniat. Potus ordinarius poteſt eſſe *decoct. hordei cum tantillo cinamom. vel galangae* paratum.

V. Externe quoque poteſt fieri cataplaſma ex fermento, ſi nil aliud ad manus ſit, cum

cum ſpiritu vini *camphorat.* & aromaticis *pipere, macere, nuc. moſc hat.* vel *cataplaſ. contra ſingult. Mynſ.* vel etiam herbae aromaticae poſſunt coqui in vino, & calide applicari, ex. gr. *menth. abrotan. abſynt. flor. roſar. bacc. juniper. lauri.*

VI. Senibus ſingultus familiaris eſt, & iis conveniunt quae in apoplexia commendantur, vel cephalica dicuntur, ex gr. omnia ambrata, *elixir. vitae Matthiol.* antiepileptic. antapoplectica.

DE RAUCEDINE.

I. AEris hic habenda eſt ratio, hinc ſuffimigiis ſaepiſſime alterandus eſt ex. gr. gummi anim. ſuccino.

II. Totum negocium conſiſtet in lymphae correctione, hinc omnia anticatarrhalia, praeſertim quae ex ligno ſaſſafras parata, *ut eſſent ligni ſaſſafr. aq. ligni ſaſſafras* erunt proficua.

III. Si febris, quae lymphatica vocatur, comitetur, curari debet inſtar febris catarrhalis, nempe per ſudorifera humorum acrimoniam temperantia non omiſſis temperatis opiatis. Purgantibus nihil proficies, plus venae-ſectione ſudoriferis, & papaverinis efficies.

IV. Vulgaria lambitiva, & dulcia expectationi non ſemper ſatisfaciunt, malum quandoque aſperant praeſertim in infantibus, quorum naturae ſirupi ſent infenſi. Si horum loco exhibeantur *pulveres abſorbentes cum pulv. Anon.* miſti, qui in parva doſi, vel *cum aq. veron.* vel *card. bened.* dari poſſunt, vix fallent.

V. In adultis in inveterata, vel annoſa conveniunt duo illa remedia a Doct. *Michael* in Coll. ſuper Jonſton. tradita, & ab *Ettmull.* hic deſcripta.

VI. Fonticuli opem ſpondent non contemnendam.

VII. Hic vino abſtinendum, convenit decoct. liquirit. cum tantillo aniſſ, vel foeniculi, quae duo ſemina admodum efficacia ſunt in hoc morbo compeſcendo, raucedo enim eſt degeneratio lymphae, quae per haec optime reſtituitur, ut & *per ſpiritum ſal. armoniaci aniſatum.*

VIII. Oritur etiam aliquando raucedo a defectu ſpirituum, & eſt ſpecies apoplexiae, ſenibus familiaris eſt. Curatur antapoplecticis, & epilepticis.

IX. Purgationes uti in omnibus pectoris morbis noxia ſunt, ita & hic negligenda ſunt.

X. Venae-ſectio ventilatoria concedi poteſt.

XI. Sudorifera uti in omnibus pectoris affectibus valde conveniunt, etiam & hic in uſum vocanda ſunt ex gr. *aq. flor. ſambuc. ſuccin. cinnabarin. theriac.* addatur *ſcordium*, his duos parietes dealbare poſſumus.

XII. Quum quidam raucedine affectus omnia incaſſum adhibuerat, tandem curatus eſt *aq. emildenſibus*, conſtat enim illas magna vi pollere aperiendi, & incidendi.

DE TUSSI.

I. IN tuſſi praeſertim pectorali purgantia datam practicorum fidem non liberant, immo ſi ex aëris inclemetia tuſſis fuerit contracta plus nocent. Tuſſes pectorales a purgantibus ſolent exaſperari. Ettmuller. p. 213. habet. E contra concedi poſſunt in tuſſi ſtomachali, & ubi magna ſanguinis cacochymia deprehenditur.

II. In tuſſi humida, & mucoſa pectorali opiata, vel plane non vel rarius exhibenda, ne humores concentrati inflammationem inducant.

III. In tuſſi pectorali ſicca ex lymphae acrimonia, ſive ut loquuntur ex materia tenui, opiata & papaverina horis veſpertinis exhibita omne ferunt punctum, praeſertim ſi nobilitentur ſudoriferis v.g. *liquor. c.c. ſuccin. ſpir. ſal. armoniac.* admodum enim conducit movere ſudores in tuſſi pectorali.

IV. In tuſſi pectorali dari poſſunt vulgaria quaedam remedia, quae ſaepe melius juvant, quam precioſa, v.g. *decoct. rapar. cum ſacbar. cand. ſuccus raphan. cum ſaccharo cand. ſpiritus vini ſuper ficus deflagratus*, mel vel *hydromel.* quod coqui poteſt cum

ſca-

Digitized by Google

ſcabioſ. hedor. terreſtr. veron. pulmon. pulpa paſſular. cum flor. ſulph. conſerv. roſar. cum *pulv. radic. enulae*. Praeter haec in tuſſi mucoſa promtiſſime operatur *oxymell. ſquillit.* commiſtum ſpirituoſis v.g. *aq. aſthmat. aq. cinnamom. bugloſſat. ſperma Ceti, decoctum pectoral. Auguſtan.* ol. ſachar. famoſus ille *balſam. ſulph. aniſatus.*

V. In tuſſi ſtomachali commendamus *elixir. propriet. tinctur. propriet. tinctur. ſulph. tinct. antim. tinct. tart.*

VI. In tuſſi infantum, quae utplurimum ſtomachalis eſt, preamiſſo emetico abſorbentia cum *arcan. duplicato* exhibita levamen adferunt.

VII. In tuſſi gravidarum multis praecellunt paraſangis *pilul. de ſtyrac.* ſuperbibantur aliquot cochlear. *balſam. embryon. aq. foenicul. temperat.*

VIII. Quamvis venae-ſectio a practicis tantopere non commendetur, magnae tamen ſolet eſſe efficaciae in tuſſi fere quacunque.

IX. Commendata fuerunt anodyna in tuſſi ex lymphae acrimonia, verum ſi febris ſimul ſit conjuncta, caute procedamus cum anodynis, & recte *Sydenham* p. 229. notat anodyna in illa tuſſi fere nunquam profuiſſe. In tuſſi humida commendat *ole. amygd. dulc.* etiam ubi febris adeſt.

X. Circa uſum ſpiritus vini ſuper ficus uſti notetur, quod in naturis calidioribus, & tuſſi epidemica male audiat.

XI. *In tuſſi* convulſiva infantum *ex dentitione* difficiliori orta omnibus remediis *Syndenham praefert veſicatoria.*

XII. Eſus carnium interdicendus ratione diaetae, fugienda remedia ſpirituoſa, nocet vinum, *prodeſt ptiſana pectoralis.*

XIII. Sudores in tuſſi ferina admodum conducunt. Potentiora ſudorifera ſaepius augere ſolent ſymptomata morborum epidemicorum, hinc omnes illi quos Medici magno remediorum apparatu curandos ſuſcipiebant, moriebantur ex tuſſi epidemica apud *Sydenh.* p. 230.

XIV. Quaer. an clyſteres conducant in tuſſi? Affirmamus, quia temperant acrimoniam. Clyſteres in tuſſi epidemica nunquam injiciendi, (1) ubi vires fractae. (2) Mulieribus hyſtericis convulſionibus obnoxiis. (3) Hypochondriacis, quia novas turbas excitant in ipſorum ſanguine, qui facile exaeſtuat. Vulgus quoque interdum dicit clyſteres nocuiſſe, quia ſi ſanguis imbutus ſit partibus fermentantibus, facile novae iſtae peregrinae inſinuantes, & ingredientes ſanguinem partes, calorem augere, & alia ſymptomata accerſere poterunt. Intelligendum autem hoc tantum eſt de fortioribus, & acrioribus clyſteribus. Ergo illi ex jure cum melle, vel ſaccharo parati ſemper erunt optimi.

DE CATARRHO SUFFOCATIVO.

I. Fonticuli ſe commendant praeſervando. Quaer. an iterum occludi poſſint. ℟. Eadem manente ſanguinis, & humorum circulantium diſpoſitione vix tuto poſſe ſanari, eſt ubi temperamenti ſit mutatio, & aeger ex termino aetatis tranſit ad alium, v.g. ex infantia in pueritiam, &c. quidni poterunt citra periculum occludi haec ulcera.

II. Venae-ſectio admodum neceſſaria eſt, tum ad pulmones ab onere ſanguinis levandos, tum ut adſtantibus ſatis fiat. Clyſteres primas vias eluturiando ſolantur quoque thoracem per accidens.

III. Quum praeſentiſſimum periculum ſit in mora, detur *ſperma Ceti* ſtatim a drach. ſem. ad ſcrup. ii. deinde in uſum trahi poſſunt omnia, quae in aſthmate humorali, ſive pituitoſo commendavimus.

DE VIRIUM LANGUORE, ET SYNCOPE.

I. Exulare hic debent remedia fortiora, purgantia volo, & diaphoretica.

II. Acida potentiora quum ſanguinem figant, merito ſuſpecta habentur, niſi quod externe levamen promittant.

DE

Digitized by Google

DE PALPITATIONE CORDIS.

I. PUrgantia fortiora nocent.

II. Clyſteres lenientes admodum conducunt.

III. In ipſo paroxyſmo venam ſecare licet, ſed vide ne excedas in quanto.

IV. Martialia extra paroxyſmum caeteris omnibus palmam reddunt dubiam.

V. Crocus, & theriaca plus conferunt externe, quam interne. Opium plus interne quam externe.

VI. Qui ſcit curare paſſionem hyſtericam, ſcit etiam curare cordis palpitationem.

DE ANOREXIA.

I. SPir. vin. guttatim ſumtus egregium eſt ſtomachale, praeſertim ſi in ventriculo offendat cruditatem pituitoſam flatuum copiam, quibus vis ejus urens frangi poſſit. Largius autem ſumtus fermentum ſtomachale obruit, & ignea ſua qualitate chylum, & ſanguinem accendit.

II. Omnia ſtomachica debent eſſe temperata ne fortioribus remediis calorem nimium, vel augeamus, vel extinguamus, & ſic fermentum reddamus acrius, vel debilius: hinc praeſtat pauca doſi, & per intervalla remedia ſtomachalia exhibere, quam uno impetu ventriculum remediorum mole obruere. Id quod & de humectantibus probe obſervandum, quia ventriculus vult quidem humectari, ſed non relaxari. Et hoc noſtro tempore id facilius nos praeſtare poſſumus, quam Veteres, qui carebant eſſentiis, tinct. oleis deſtillatis, &c.

III. In morbis ventriculi non ſolum acidi, vel fermenti, ſed & caloris habenda eſt ratio, acidum quidem diſſolvit, ſed calor promovet.

IV. Praecipitantia prudenti manu ſunt exhibenda, quorum affectus in ſolum retundant ventriculum, unde praecipitantibus ſemper admiſcenda ſunt, quae ſal acre corrigant, id quod alias (praecipitatum jam) roſione ſua plus moleſtiae crearet ventriculo, unde laudandus venit *Wedel.* qui utens *pulvere e conchis*, ſemper *addit* unam, vel alteram *gutt. ol. caryophyllor.*

V. Fugienda itaque ſunt in morbis ventriculi oleoſa, & aquoſa, & fluida in magna copia aſſumta.

VI. Non quivis ventriculus bene fert martialia, quae tantopere in cruditatibus corrigentibus laudantur, quia humorum egreſſum ex ventriculo retardant. Sic vidi quendam gonorrhoea inveterata laborantem ab uſu martialium, & saturninorum ſemper incidiſſe graviſſimam colicam cum inappetentia, & alvi conſtipatione.

VII. In omnibus morbis curandis ſemper attendendum eſt ad ventriculum, ne dum aliis partibus prodeſſe volumus, in tranſitu laedamus ventriculum.

VIII. Poſt febres curatas ſi non redit appetitus, purgans dandum; videtur enim curatam eſſe praecipitantibus: Curata jam febri, *vina medicata* quoque valde conveniunt, *ex card. bened. centaur. min. abſinth.*

DE SITI.

I. SIticuloſis nocent cathartica, & diuretica, nam purgare ſiticuloſum eſt oleum camino affundere.

II. Quum ſitis non tam a calore, quam obſtructione oriatur, ſaepius plus juvant ſalina, & alia quae caeteroquin calida cenſentur, quam frigida.

III. Ante omnia videndum ut ſalivatio promoveatur, v. g. detineatur in ore nitrum, vel ſal armoniac.

IV. Cereviſia tenuis, & calida in qua nitrum ſolutum in ore detenta magis levat ſitim, quam ſi ſit frigida.

V. Acetum aqua fontana dilutum in ore ſaepius detentum fallit ſitim non refrigerando, ſed ſalivam viſcidam, & glutinoſam incidendo.

VI. Inter remedia omnibus praefero *decoct. tamarind. citr. decoct. radic. acetoſ.* vel ſequens, quod magis vulgare. ℞. *ſacchar.* unc. iv. coque cum *aq. fontan.* lib. vi. ad lib.

Digitized by Google

iv. injice *flaved.cortic.citr.recent.detract.* convenit quoque *ſerum lactis* citratum.

VII. Quaer. an acidulae levent ſitim? ℞. Illas ſaepius humores coagulando ſitim augere, unde nec febricitantibus ſemper tuto exhibentur.

VIII. Omnia lacticinia fallunt ſitim, hinc conveniunt *juſcula ex lacte, & cerevisia.*

IX. *Infantibus egregie conducunt emulſiones.*

X. Illis, qui conqueruntur de intemperie hepatis calida convenit *decoct. ſantal.* & hujus loci.

XI. In ore ſumi poteſt butyrum recens.

DE MORBIS DENTIUM.

I. **D**Entibus nocent frigida, calida, acida, acria, dulcia, lac, caſeus.

II. Armoniacalia foetorem dentium corrigunt, ſed & ipſas quoque reddunt friabiles.

III. Qui aquam fontanam bibunt elegantiſſimos habent dentes utplurimum, qui vino indulgent, nigros, & corruptos.

DE VOMITU.

I. **I**N morbi principio vomitus facilius feruntur, & Medicum ſpectatorem volunt, non actorem.

II. Minus tuti ſunt, ſi pro comite habent diarrhoeam.

III. Vomitus puerperarum mature ſiſtendi ſunt, quum ſaepius illas ex inſidiis trucident.

IV. Vomitus horis matutinis aegrum vexantes non ſtatim opiato, vel ſtyptico ſunt ſiſtendi, quin potius cura ad cruditatem acidam, & hypochondriacam corrigendam dirigatur.

V. Uti in omnibus evacuationibus nihil praeſtantius datur, quam ſomnus; ita & in vomitu cohibendo, ſaepius fert omne punctum, ſolo eo excepto caſu, ſi forte venenum fuerit aſſumtum.

VI. In gravidarum vomitionibus nec opiata nec adſtringentia conveniunt, quum totum negocium tutius ſoli naturae relinquatur.

VII. Si vomitiones oriantur primario a ſpirituum ataxia, opiatum omnium eſt tutiſſimum; ſin vero praecedat dolor partis alicujus renum, vel inteſtinorum cura nequaquam eſt auſpicanda opiatis, ſed venae-ſectione & enemate leniter evacuante.

VIII. In vomitionibus ab emetico fortiori excitatis detur cochl. j. ſpir. vin. hic enim in momento vomitus compeſcit.

IX. In febribus malignis detur ſudoriferum, quod ſimul de vi opiata participet, qualia ſunt *diaſcord. theriac.rec.pulv.bezoard.* cum *theriac.coeleſt. tinct. bezoard.* cum aliquot gutt. *eſſent.anod.*

X. In hoc affectu clyſteres nunquam excedere debent quantitate ſua unc. viii. in adultis, ne praecipitemus aegrum in ileum.

XI. Medicamenta quae in forma pilularum, vel pulveris, vel boli exhibentur, non tam facile revomuntur, hinc merito tales formulas aliis praefecimus, ex gr. ℞. *theriac.recent.* drach.i. *confect.alkermes* ſcrup.ſem. *laud.opiat.* gr.i. fiat bolus ℞. *theriac.coeleſt.* gr.iii. f. pil. num.ii. pro 1. doſi; vel ℞. *pulv.bezoard.* ſcrup.ſem. *laud.opiat.* gr.ſem. miſc. f. pulv.

XII. In vomitu cruento ex lienis obſtructione oriundo vix dabitur praeſtantius remedium, quam vaſorum ſedalium apertio, ſive illa ope medicamentorum ſive ſanguiſugarum applicatione inſtituatur.

DE CARDIALGIA.

I. **P**Uto cardialgiam optime dividi poſſe in humoralem, & flatulentam.

II. In flatulenta clyſteres magis ſunt proficui, quam emetica, purgantia, & abſorbentia.

III. Inter carminativa placet mihi miſtura ex *ſpir.nitr.dulc.* & *ſpir.aniſi* ad gt.xx. × xx. ſumenda.

IV. De

IV. De medicamentis vi agitatoria praeditis idem hic notandum venit, quod moneri ſolet in colica, nempe ab illorum uſu ſaepius anxietas augeatur.

V. In humorali vomitorium caeteris paribus propinari poteſt.

VI. In humorali opiato magis neceſſaria ſunt, quam in flatulenta.

VII. Nunquam praecipitantia ſola ſunt exhibenda, ſed ſemper quid aromatici addendum, v.g. *lapid.cancr.* cum una vel altera gutt. *ol.caryophyll.ſpecif.febril.Crollii* cum *ol.caryophyll.carvi*, &c.

VIII. Paroxyſmi febrium intermittentium ſaepius invadunt cum cardialgia, praeſertim in mulieribus, id quod ſaepius vidi, omnium tutiſſimum tunc eſt *enema domeſtic.* ex *jure* & *ſacchar.* ex *lacte & melle*.

IX. In tali caſu die intermiſſionis egregio cum ſucceſſu *pilul.ex galbano Sylvii*, nu. v. vel vii. exhibui.

X. Si ſubſit malignitas, exhibeatur *lap. bezoar.* a gr.v. vi. viii. vel x. vel *pulv. bezoard.* ad gr.xv. cum gr.i. vel altero *theriac.coeleſt.*

DE ALVI CONSTIPATIONE.

I. HAEc vel eſt ſolitaria, vel alium morbum comitatur. Si ſit ſolitaria, qualis familiaris eſt ſpleneticis, nephriticis, hyſtericis, arthriticis, literatis ſcorbuticis, danda ſunt amara v.g. *elixir.febril.Mynſ.eſſent.abſinth.* vel *compoſ.* ad gut. xx.xxv. dimidia hora ante prandium, vel coenam in uno, vel altero cochl. vini. Vel ſalina v.g. *crem.tart.* ad drach.i. *tart. vitriolatus* ad drach.ſem. *arcan. duplicat.* ad ſcrup.i. *tinct.tart.* gut.xxx.xxxx. Huc referri poteſt *clyſſus* antim. ad gut.xx. Vel quae lubricant, & emolliunt ex gr. panis butyro illinitus ante prandium, & coenam ſumtus. *Balneum aq. dulcis*, imponatur ſacculus abdomini ex farina lini. *Poma cum axungia anſeris cocta*, & in prima ſumta: ſi ſuperbibatur prunis. Vel quae fortiorem inſtituunt fermentationem v.g. vinum largius ſumtum.

II. Si morbum comitetur tutiſſimum eſt *electuar.de tamarind.cum fol. ſenn. tinct. fol.ſenn.* ex gr. ℞. *fol.ſenn.* drach.i. *aq.calid.* unc.i. *ſal.tart.* gr.vi. ſtent per noctem, mane filtrentur, ſic perit amaritudo, & acquirit colorem rubicundum detur pro doſi. *Vinum paſſulatum*, vel apozema paſſulatum cum drach.i. vel altera *foliqr. ſenn.* paratum. Timaei ita corrigi poteſt. ℞. *paſſul.minor. paſſul.major.* ãã. unc.i ſem. *fol. ſenn. ſin.* ſtip. unc.i. *cinnam.* drach.ii. *crem.tart.* drach.i. contund. in mortar. ut f. q.ſ. paſta, affunde *vini Rhenan.* optimi prius calefacti lib.iv. ſtent per horas in loco tepido in vaſe probe clauſo, colat. expreſſ. filtretur per chartam emporeticam, ſervetur in vitro ad uſum. Sum. vinum paſſulatum. D. hauſtus horis matutinis, vel pomeridianis: *ſerum lactis paſſulatum, vel tamarind.*

III. Enemata familiaria expectationi quidem ſatisfaciunt niſi frequentius injiciantur, tunc enim aliquam poſt ſe relinquunt ſiccitatem, hinc bis vel ter in ſeptimana in uſum vocanda.

IV. *Male conſulunt qui uſum pilul.Francof.* vel *aloëtic.* vel *elixir.propriet. ſuadent*, quia illa pro nunc quidem juvant, ſed in futurum nocent.

V. Falluntur illi, qui vim vi repellere conantur, atque eum in finem validum quoddam exhibent catharticum, magnas ſaepius turbas in abdomine ciens; hinc non tam ad humorum evacuationem, quam ad conſuetam alvi apertionem promovendam reſpiciendum eſt.

VI. Fieri tamen poterit, ut purgans pro nutu operetur, ſed alvus poſtmodum reddetur ſiccior, quia purgans nihil ex inteſtino colon dicto, ſed ſaltem contenta quaedam in tenuibus inteſtinis collecta foras eliminavit.

VII. Si inteſtinum rectum ſcybalis ſit infarctum, multum praeſtant ol. per clyſteres injecta, v.g. *ol.rapar.lini, oliv.* &c. ſin foeces ſuperiores fuerint induratae, superne etiam danda ſunt oleoſa, & pinguia v.g. oleum olivar. vel butyr. recens cum cereviſia calida.

VIII. Plantae pedum, & umbilicus magnam cum inteſtinis colunt amicitiam; hinc aloëtica, & colocynthiaca aliaque his partibus egregio cum ſucceſſu applicantur, v.g. *plantae pedum illiniuntur axung. lucii piſcis*, in infantibus *butyr. recens* cum *axung. anſeris*, & muſcerda imponitur umbilico. Linteum tingitur *elixir. propriet.* & imponitur umbilico.

IX. Quamvis in omnibus morbis ſalutare ſit, ſi alvus quotidie ſuo reſpondeat officio, plus tamen periculi infert diarrhoea, quam alvi adſtrictio in morbis puerperarum, in variolis, & febribus malignis.

X. Omnia medicamenta, quae ad alvum lubricitandam exhibentur dari debent, vel in coena, vel paullo ante coenam, quia tunc utplurimum in ſequenti mane, quod eſt commodiſſimum egerendi tempus, operationem ſuam exerunt, & qui alvum habent ſicciorem nunquam ſe mane ſtudiis applicare debent, vel foras procedere, niſi alvum prius depoſuerint, vult enim ſaepius moveri alvus ſegnior.

DE ILEO.

I. Quum omnia cathartica, ſive ſuperne, ſive inſerne exhibeantur, fiant emetica, imprudentiae argumentum eſt, ſi Medicus purgans exhibeat ubi crebriores adſunt vomitiones, vel clyſterem injiciat ubi tanta eſt a podice ad gulam uſque conſtrictio. Quid enim aliud hic praeſtabit, quam quod irritationem augeat.

II. Sic errant omnes illi, qui plures clyſteres in una etiam hora Iliacis applicari jubent, quum nil niſi ſanguinem illis obtineant.

III. Praeſtat itaque prius ventriculum, & inteſtina placare, & deinde evacuare. Pro primo ſcopo obtinendo commendatur *catulus vivus abdomini impoſitus*: interne autem detur ſaepius *aq. menthae*.

IV. Iliaci inſtar puerperarum ſunt tractandi, hine frigida inteſtinis inimica ceu ipſa peſtis fugienda. Omnis itaque potus debet eſſe calidus, & victus non niſi tenuis.

V. Antequam globulus deglutiatur praemitti debet hauſtus *ol. olivar. amygdalar. vel lini*.

VI. Ubi magnus calor ibi opium minus tutum, quia facile tunc ſequitur inflammatio, & conſequenter gangraena inteſtinorum.

VII. Quia nuſquam tuta fides hicque affectus tam facile recidivat, medicamenta ſtomachica plures indies ſunt continuanda.

DE DIARRHOEA.

I. Riſum meretur, quod ſaepius Medici in febribus malignis tam anxie deliberent, an diarrhoeam ſupprimere liceat, quum illa ſit mere ſymptomatica. In morbis infantum matres ſaepius de eo etiam ſunt ſollicitae an liceat ſiſtere alvi fluxum, qui tam facile in hac aetate contingit: & inclinant certe ad negativam, quod multum materiae peccantis ſic excernantur, verum quidni licebit has diarrhoeas ſiſtere, ſi modo ſemper poſſent ſiſti, illa enim quae excernuntur non ſunt cauſſa morbi ſed productum; hinc admodum foetent, cruda ſunt non digeſta adeo corrigenda, & ad priſtinum ſtatum reducenda.

II. Sudores ſiſtunt diarrhoeas.

III. Diarrhoeae admodum periculoſae ſunt in morbis pectoris, infeſtae ſunt puerperis, & infantibus febre maligna correptis.

IV. Saepius ex moerore oriuntur diarrhoeae incurabiles ob turbatam ſpirituum animalium craſin, & maximum a ſtatu naturali fermenti ſtomachici, & bilis receſſum, accedit febris erratica, donec tandem atrophia conſumti intereant.

V. Cave ne curam ſtypticis inchoes, ſic enim introduces contumaces viſcerum, & inteſtinorum obſtructiones, quas ſequitur hydrops.

VI. De venae-ſectione lis movetur, dico quod ſi recrementa fermenteſcibilia ex ſanguine deponantur in inteſtina, & febris accedat, licere venam ſecare.

VII. Car-

VII. Carnium eſus nocet alvi fluxu laborantibus.

VIII. Plus praeſtabis modice refrigerantibus v.g. *aq.bordei aq.c.c.citrat.tinct.roſar.* quam ſtomachicis calidioribus.

IX. Clyſteres in parva quantitate ſunt injiciendi, ſive inteſtina abſtergere, ſive illa confortare velis, utrique intentioni ſatisfaciet diaſcord. ad drach.iii. in clyſtere ſolutum.

DE CHOLERA.

I. **H**Ic probe attendendum an magna adſit humorum corruptorum ſaburra, & an vires ſatis maneant conſtantes, tunc enim praeſtabit agere ſpectatorem, quam actorem.

Omne hic fert punctum *theriac.coeleſt.cum lapid. cancr. bezoar.* vel *pulv. bezoard.* vel cum *pulv.cord.precioſ.* interponi poteſt *tinct.roſar.* cum *tantillo aquae menth.* & *julep gemmat.* exaltata.

DE LIENTERIA.

I. **P**Urgantia aut plane hic ſunt omittenda aut benigniora ſaltem eligenda.

II. Stomachica ſimpliciora, & paratu faciliora ſaepius plus praeſtant, quam compoſita v.g. *nux moſchata condita, zingiber conditum. Vitellus ovi cum aceto coctus, eſſent.abſinth.* & omnia *ex maſtiche* parata.

DE PASSIONE COELIACA.

I. **Q**Uum non facile diſcerni poſſit an ex defectu bilis an ex obſtructione vaſorum lacteorum malum hoc foveatur, conjungenda ſunt amara cum aperitivis, v.g. *eſſent.abſinth.* martialis, vel cum *tinct.tart.* vel antim.exaltata. ℞.*eſſenth.abſinth.* drach.ii. *liquor. martialis ad gut.* xxx. optimus liquor martialis fit, quando ſublimentur flor. ſal. armoniaci cum marte, quod tunc remanet, ſi reponatur in cellam abit in liquorem, qui vere eſt liquor martialis.

DE DYSENTERIA.

I. **I**N dyſenteria nulla agnoſcimus inteſtinorum ulcera ceu cauſſam morbi. Spaſmus eſt qui ſanguinem e vaſis elutriat, vel extorquet, ex hac continua irritatione oritur inflammatio, & tandem gangraena, ſicque inteſtina poſt mortem apparent exulcerata, quod phoenomenon non eſt cauſſa morbi ſed productum.

II. Vomitorium locum habere poteſt ſi dyſenteria fuerit introducta ab aſſumtis & malum adhuc ſit recentiſſimum. Caute tamen quaeſo procedas, ne irrites crabrones, atque ſatius forte erit loco hujus exhibere leniter abſtergens, & evacuans.

III. De purgantibus ita ſentio: ſi non licet purgare in hypercatharſi, non licet purgare in dyſenteria atque V.P.E.& P.ut autem in tali diſcrimine eas tutiſſimum, exhibe *tinct.rhei* cum aliquot gut.*tinct.opii*, vel *rheum in ſubſtantia* cum gr.ſem. ad i. *laud.opiat.*

IV. In hoc morbo multum, non multa a Medico ſunt praeſcribenda.

V. Quiete traſpirationis promotione, & munimento contra frigus praeſertim in pedibus magnus hic curatur morbus.

VI. Enemata rarius, & parcius injici debent, ſufficit pro affectus hujus conditione dimidia doſis conſuetae pars, & ſi podex admodum ſit ſenſilis, praeſtat illa omittere.

VII Adſtringentia eam exerunt noxam, quam foris ab illis experimur in inflammatione, & eryſipelate.

VIII. Dyſenteria ex contagio ſuborta nunquam eſt ſine febri, ut non male ſcripſerit *Sydenham* dyſenteriam eſſe febrem ſui generis.

IX. Egregie prodeſt primis diebus *ſerum lactis* ſi poſthabitis purgantibus loco clyſteris injiciatur.

DE

Digitized by Google

DE TENESMO.

I. Videtur naturam, & ſuperiora inteſtina ſeſe exonerare in inteſtinum rectum, quod ob ſpirituum inopiam,& tonum labefactatum illud,quod moleſtum eſt foras eliminare nequit: itaque nil niſi analeptica hic ſunt exhibenda, quia creſcentibus viribus, deſiderium cacandi decreſcit, omnia enim illa externa quae ano induntur plus irritant, quod quilibet practicus fatebitur.

DE FLUXU HEPATICO.

I. Hic ſanguinis indicat diſcraſiam, & curatur medicamentis eam corrigentibus, & acrimoniam temperantibus, qualia ſunt *ſerum lactis tamarindinatum, tinct.antim.tinct.tartar.eſſent.terr.foliat.tartari.*

II. Fonticulus in brachio excitatus, hic magnae poterit eſſe efficaciae.

DE VASORUM HAEMORRHOIDUM AFFECTIBUS.

I. Qui haemorrhoidum fluxu laborant rarius ſunt purgandi.

II. Venae-ſectio hic magis nocet, quia conſuetum hunc fluxum, quem natura ſaepius plures fert per annos impedit; & quum per vaſa ſedalia ſanguis foeculentus affluat, contrarium contingit per venae-ſectionem,per quam ſanguis floridus, & vegetus extrahitur.

III. Venae-ſectio locum tamen habere poteſt urgente inflammatione, & conſuetae evacuationis ſuppreſſione.

IV. Stomachi digeſtionis potior hic habenda eſt ratio.

V. Proſunt omnia anticachectica, *pulv.cachect.Quercet.*

VI. Quamvis horum vaſorum apertio in multis magnis morbis ingens promittat levamen, nunquam tamen temere tentanda,ne novam aegrotanti e longinquo accerſamus moleſtiam.

VII. Vinum omnibus his nocet qui hoc malo affliguntur, (ſive haemorrhoid. ſuppreſſione,ſive apertione.)

VIII. Qui novit viſcêrum tollere obſtructiones is etiam novit curare haemorrhoides coecas, pro quibus ſaepius externe ſufficiens erit remedium ſaliva hominis jejuni, vel canis.

IV. Loco auri fulminantis, quod in ulcere fiſtuloſo commendatur, ſubſtitui poteſt cinnabar.nativa, ut inde cum *ol.amygd.dulc.*vel alio aliquo appropriato fiat unguentum.

DE COLICA.

I. Si purgans exhibere velis, ea detur doſi ut ſatis fortis ſit ad alvum movendam.

II. Tutius autem dari poteſt, ſi nulli vomitus adſint, nulla adſit febris: & ſi in forma liquida exhibeatur.

III. Clyſteres antimoniales in nullo morbo adeo efficaces ſunt,quam in colica.

IV. Opiati uſum ſemper praecedat enema.

V. Carminativa optime miſcentur cum opiatis.

VI. Colica habitualis, & endemica ex vini acido oriunda curatur ſolis ſudoriferis a veſperi anodynis interpoſitis,quod Empiricus Viennenſis decocto ſudorifero egregie obtinuit.

VII. Colicae antidotum *eſt chamomilla* ex quacunque etiam orta fuerit cauſſa.

VIII. Si a frigore externo convenit *ſpir.juniperi*, ſi a cruditate ventriculi, & aſſumtis *aq. mirabilis.*

IX. Omnia frigida inteſtinis ſunt inimica.

DE HERNIA.

I. Arcanum in curanda hernia eſt quies, & ligatura.

II. Enemata non ſemper tuto injici poſſunt hernioſis.

III. Quamvis multa depraedicentur a grandiloquis remedia, pauca tamen ſunt, quae famam ſuſtinent.

IV.Pla-

IV. Placet mihi ſi locus affectus balſamo foetido inungatur ſuperimpoſito empl. glutinatorio.

DE FEBRE TERTIANA INTERMITTENTE.

I. Fortiora purgantia facile duplicant tertianam.

II. Vomitoria 4. vel 5. horis ante paroxyſmum egregie juvant.

III. Terreſtria, & teſtacea non ſolum febrem duplicant, ſed & ad hydropem viam ſternunt.

IV. Quamvis juvenes hanc febrem facile ferant, ſenibus tamen exitialis eſſe poteſt.

V. Tertianarii facile fiunt hectici.

VI. Non eſt de nihilo, quod tranſitus ſuper flumen & frequentatio templi, aër juxta aquam & in aedibus lapideis frigidior, & craſſior tranſpirationem ſiſtit.

VII. Clyſteres ante paroxyſmum juvant, in declinatione paroxyſmi nocent.

VIII. Largior potio nocet in principio paroxyſmi circa finem prodeſt.

IX. Opiata nil aliud praeſtant, niſi quod ſanguinem ita diſponant quo minus auſcultet fermento febrili certis temporibus fermentanti. Hinc patet quod viſcera facile obſtruant.

X. Totum artificium curandi febrem intermittentem in eo conſiſtit, ut febrifugum convenienti tempore exhibeatur, & vim ſuam integram retineat, hinc momenta temporum ſaepius ſunt tentanda, deinde cavendum ne miſceantur illa, quae ſe invicem deſtruunt, v.g. c.c.uſt. cum ſpirit. &c. &c.

XI. Practici ad unum fere omnes commendant ſudorifera, ſed ego ipſorum effectum ſalutarem eſſe hactenus non obſervavi. Abbreviant paroxyſmum fateor, ſed radicem febris tollere neſciunt.

XII. Venae-ſectio febrem non tollit, quod ſi juvet illud fit per accidens, quatenus ſanguinem ita diſponit ut fortiori fermentationi non auſcultet.

XIII. Quum autem novum fermentum febrile, vel ex reliquiis aſſumtorum, vel ex ſanguinis recrementis in declinatione paroxyſmi in partes ſolidas depoſitis generetur, neceſſe erit, ut nec ante paroxyſmum nec in ipſo paroxyſmo cibi aſſumantur, ut & medicamenta ſalina aliaque ſanguinis craſin conſervantia in ipſa declinatione exhibeantur eorundemque uſus continuetur juxta methodum Medici Angli in Gallia cum ſua china chinae. Nimirum ſi laboret quis febre intermittente, tunc die intermiſſionis exhibe lenitivum aliquod, ut veſperi ſpecific. febrile, & in acceſſionis die in fine paroxyſmi. Vel die acceſſionis 4. vel 5. horis ante paroxyſmum vomitorium, & in fine paroxyſmi exhibe quando ſudores profluunt ſpecific. cum aliquot guttulis eſſent anod. ſequenti die, qui erit iterum dies intermiſſionis, exhibe ſpecificum mane, & veſperi, & die ſequenti ante paroxyſmum, & in fine paroxyſmi, ita continuetur donec ceſſat febris. Quae facilius vim ſuam largiuntur uti ſpirit. ſal. armoniac. dentur 1. hora ante paroxyſmum, reliqua vero ut ſalia fixa 2. vel 3. horis melius ante paroxyſmum exhibentur.

XIV. Salia volatilia ſanguinem nimis rarefaciendo ad diabetem, & atrophiam diſponunt.

XV. Si nactus ſis febricitantem morigerum bene ipſi conſules ſi in declinatione paroxyſmi potum calidum exhibeas; v.g. vinum calidum, cereviſiam calidam, ſic enim ſudores largius profluent, & omnia frigida tertianariis ſunt infeſta.

XVI. Vulgares julepi inflant abdomen, & ventriculum relaxant.

XVII. Tertianariis liquida proſunt, quia bilem acriorem diluunt, quartanariis autem nocent.

XVIII. Pro ſpecifico commendo omnibus *antibect. Poter. cum ſal. armoniac.* vel *arcan. duplicat.*

XIX. In tertiana pro amuleto ſola ſufficit camphora.

XX. Fe-

XX. Felix ille erit Medicus, qui aliquot ante paroxyſmum horis, & catharſin leviorem, & ſudationem mediocrem citra turbas excitare poterit. Quod ſi antim. ita ſaltem figatur ut ter vel quater alvum laxet, poſt ſudores moveat, euporiſton habebis in intermittentibus non ſatis laudandum.

XX. Omnibus febricitantibus diaeta excarnis commendanda.

DE QVARTANA.

I. Purgantia rarius ſunt exhibenda, quibus *mercur. dulc. ſemper addendus*. Hinc emetica purgantibus praeferuntur.

II. Quartanariis nocet venae-ſectio.

III. Quartana ut inter initia caute tractanda, ſic multo magis ſub finem.

IV. Quartana, quae paſſim oritur circa aequinoctium autumnale, deſinit plerumque inter initia Veris.

V. Ex vino tenui in tempore dato febricitanti robur, & ſudor.

VI. Largior potus facilius nocet quartanariis, quam tertianariis.

VII. Quartanarius ſputator facile curatur.

VIII. Frigus quartanariis inſenſiſſimum, hinc praecordia tegumentis probe munienda, & ſpir. vini linteis duplicatis ſaepius ipſo in paroxyſmo abdomini applicandus.

IX. Veſicatoria facilius juvant in quartana, quam tertiana.

X. Potui ordinario ſemper amara in nodulo injicienda, qualia ſunt *abſinth. centaur. min. ruta murar. ſcordium*, vel ſaltem *eſſent. abſinth. comp. inſ⁀illanda*.

VI. Si hydrops ſupervenerit febri, potior habenda erit ratio febris, quam hydropis, quia hydragoga febrem reddunt deteriorem. Egregie hic juvabit *eſſent. abſinth. martialis*.

XII. Externe pro amuleto conveniunt omnia ex araneis comparata.

DE FEBRIBVS IN GENERE.

I. Poſt omnes febres intermittentes *recidivae metum adimunt amara*. Acida qua acida in omnibus febribus intermittentibus ſunt ſuſpecta, ſola excepta tinctur. bezoard.

II. Omnes febricitantes quamdiu ſputant extra periculum ſunt tam in continuis, quam intermittentibus. Lingua fordeſcens ubique ſuſpecta.

DE FEBRIBVS CONTINVIS.

I. In ſynocha ſaepius ſola ſufficit venae-ſectio modo mature adminiſtretur.

II. In omnibus continuis nunquam ab aegro diſcedito, niſi prius linguam inſpexeris.

III. Vomitorium mature exhibitum omnia ſymptomata toto morbi decurſu apparentia reddit mitiora, qualia ſunt diarrhoea, dolor capitis, vigiliae, delirium, &c.

IV. Purgantia proprie ſic dicta omni morbi tempore nocent.

V. Sudorifera in principio propinata, praeſertim ſi fortiora, & validiora fuerint, majores turbas excitant, & phrenitidem accerſunt.

VI. Neque tamen volo ut in principio ab omnibus alexipharmacis abſtineamus; ſed temperatiora ſaltem eligenda ſtatuo, non tam ad ſudores promovendos, quam acre abſorbendum, & corrigendum.

VII. Dixi alexipharmaca eſſe exhibẽda: quum enim febres malignae in principio ſaepius febres continuas ſimplices mentiantur, ne quid omiſiſſe videamur, utique alexipharmaca temperatiora in omnibus febribus continuis dari debent, ut quando malignitas ſe poſtmodum prodiderit, Medici prudentia laudetur.

VIII. Acida his in febribus magis juvant, quam in intermittentibus.

IX. Alvus clyſmate ſollicitanda ſcilicet frequentius in principio, rarius in ſtatu, vel declinatione,

X. Commendantur quidem opiata, ſed velim non niſi ſumma urgente neceſſitate, & viribus non omnino exhauſtis exhibeantur. XI. Mi-

Digitized by Google

XI. Mihi placent papaverina ex papav. errat. vel emulſion. vel diaſcord.

XII. Quamvis chymica aliis ſint potentiora, his tamen in febribus vegetabilia tutius ſaepe. & utilius exhibentur, v.g. *decoct. alterans ex rad. acetoſ. fol. tarax. fumar. violar. flor. viol. roſ. vel aq. deſtillatae.*

XIII. Apparatus remediorum non ſit copioſus, pauca ſequentia ſufficiunt, v.g. c. c. ſ. *igne antihectic. Poter. arcan. duplicat. nitr. perlat. antim. diaphor.*

XIV. Sitim fallit ſerum lactis citratum.

XV. De febribus continuis omnium optime ſcripſit *Sydenham*. Ubi de malignis accuratiſſime *Moraeus* Italus.

DE HECTICA.

I. CUm omnibus hecticis modeſte agendum.

II. Hectici non ferunt colliqueſcentia, deſtillataque empyreumata per plures ſeptimanas ter vel quater de die ad 4. cochl. aſſumta valde proſunt hecticis.

III. Lac hecticorum eſt remedium, ſi ſolum, & per intervalla ſumatur, plus tamen praeſtat in febri ſine ulcere.

IV. Tinct. illa antiphthiſica plus praeſtat in atrophia ex cruditate ventriculi, quam in vera hectica cum ulcere pulmonum.

V. Querelae de calore nocturno nunquam oſcitanter, vel ſuperficialiter a Medico excipiendae, merentur enim & attentionem, & tempeſtiva remedia.

DE FEBRIBUS MALIGNIS.

I. SI quod movendum vides move, idque aut nunc aut nunquam, ſit hoc tutius per emeticum ſi aeger conqueratur de anxietate praecordiorum.

II. Venae-ſectio, vel prodeſt vel nocet, ita ut difficile ſit hic certi quid determinare; tutius tamen eſſe puto venam ſecare, modo non peccetur in quanto, idque primo, vel ſecundo die.

III. Medicus nunquam ab aegro recedat niſi prius inſpexerit oculos, quorum inſolita mutatio infauſtum praedicit morbi eventum, & dum pulſum explorat ſemper attendere debet, an manus aegrotantis ſit tremula.

IV. Epilepſia facile coincidit, hinc ſemper miſcenda ſunt ſpecifica alexipharmacis, v.g. *caſtoreum* ad pauca grana, *cinnab. liquor. c. c. ſuccin. c. c. ſolar. ſal. vol. c. c. viperar.*

V. Septimo die ſudores movere bonum.

VI. Primum enema in morbi principio poteſt eſſe paullo fortius, ſed in morbi progreſſu omnia debent eſſe mitiora.

VII. Victus ſit tenuis, conveniunt panatellae, brodia inſtaurantia cum pomis citri parata, cremor hordei, emulſiones.

VIII. Diarrhoea nunquam eſt ſalutaris, ſtatim itaque exhibenda ſunt alexipharmaca inteſtina ſimul corroborantia, v.g. *diaſcord. c. c. uſt. terr. ſigillat. pulv. bezoard.*

IX. Praeſente diarrhoea nunquam venae-ſectio tentanda, multo minus praeſenti vomitu.

X. Modicum vini concedito praeſertim febri petechiali, & peſte correptis.

XI. Inflammatio viſceris, vel partis alicujus ſuperveniens morbum fere ſemper facit lethalem, quapropter in prognoſticando eſtote oculati, & quum inflammatio plus valeat in indicando, quam cauſſa morbi prohibendo, cogimur venam adhuc ſecare, quocunque etia[illegible]erit morbi tempore, ſaltem ne videamur quid intermiſiſſe.

XII. Spirit. vitriol. egregie alias convenit, ſed praeſente dyſenteria, & catarrho omitti debet.

XIII. Ubi intenſus calor ibi exulare jubeto theriacalia, aliaque calidiora.

XIV. Practici tantopere commendant opiata, ſed credas te non obtinere illud, quod promittunt.

XV. Veſicatoria quo plura eo efficaciora, videlicet in carpis manuum, & in furis.

XVI. Apparentibus petechiis nihil amplius in primis viis moveri debet, ut hinc vel ipſa enemata eo tempore ſint ſuſpecta.

DE VARIOLIS.

I. IN variolis, vel nihil dandum, vel parum.

II. In principio nocent ceu ipſum venenum omnia quae ſanguinem magis exagitant, nempe calor muſaei, vel lecti, ira, vinum, omnia expellentia, ut ſatius ſit nihil tunc exhibere niſi graviſſimum id jubeat ſymptoma.

III. Ordinarie poſt 4. vel 5. diem potui ordinario largius inſtillari debet *tinct. roſar.* vel *bellidis*, vel *violar.* hae enim ſunt verum variolarum antidotum.

IV. Plures moriuntur ob variolarum copiam, pauci ob earundem inopiam, ex quo ſolo abuſus expellentium innoteſcit.

V. Mature proſpice oculis, & faucibus.

VI. Si eruptionem variolarum juvare velis, contentus eſto remediis vulgaribus mulierculis etiam non ignotis, v.g. *ſem.aquileg.aq.fumar.aq.expulſ.lap.bezoar.*

VII. Poſt diem 8. vel 9. tractato aegrum quaſi nova febri jam correptum; ab eo enim tempore, ad diem 13, vel 14. uſque in maximo adhuc verſatur vitae periculo, immo ſaepius quam in morbi principio, praeſertim ſi fuerit adultus: itaque frequenter exhibenda ſunt illa quae ſanguinis compagem ſartam tectamque ſervare poſſunt, v. g. ſpirit. vitrioli parum refractus, aq. c.c. citrat. *tantillum ſucci citri in potu ordinario*, julep.refrigerantes; tantum enim abeſt ut majorem aeſtum excitare debeamus, ut potius novum iſtum calorem febrilem compeſcere ſtudeamus.

VIII. Venae-ſectionem merito ſuſpendimus.

DE ATROPHIA.

I. IN membrorum aridura leniores frictiones ſaepius inſtitutae plus quandoque praeſtant, quam medicamenta.

II. Cave, ne vel poros infarcientibus influxum, & circulationem ſucci nutricii plus ſuffamines, vel ſpirituoſis volatilioribus partes tenues auferendo obſtructiones augeas.

III. Temperanda itaque ſunt ſpirituoſa oleoſis, & pinguibus, v. g. ſpir. convulſ. cum oleo vulpino.

DE PHTHISI.

I. HIc morbus fere ſemper in principio eſt ex ſtomacho (niſi fiat ex haemoptyſi) hinc ſtomachica egregie juvant, v.g. *tinct.antipht. pulv.ſtomach.cum ſal. armoniac.liq.terr.foliat.tinct.aperitiv.Moebii.*

II. Purgantia quovis modo vitanda una cum venae-ſectione; haec tamen locum habebit inter praeſervantia.

III. Sanguis in pulmone ubi deliteſcit inevitabiles vitae ſtruit inſidias.

IV. Nulli pectoris morbi flocci aeſtimandi, quia multis ne opinantibus quidem fiunt exitio.

V. Acidulae non niſi praeſervationis cauſſa adhibendae, ſed vide ne largius, & frequentius ſumantur, nam omnia vitriolata pectori ſunt inimica.

VI. Nimius quoque ſaccharatorum uſus nocet, hine magis mihi placent deſtillata abſque ſirupis, & ſaccharo.

VII. *Balſam.ſulph.aniſat.* non ſolum non juvat, ſed quandoque facit phthiſin.

VIII. *Decocta lignorum* non niſi in principio conven[illegible] in progreſſu tutius datur *decoctum chinae cum herbis vulnerariis*, quale proſtat [illegible] axi *Ettmulleri.*

IX. Fonticuli egregiam in principio morbi conferunt operam, in progreſſu exſiccando nocent.

X. Vinum penitus exulare jubeto cum venere, & ira.

XI. Opiata non niſi in principio conveniunt.

XII. Phthi-

XII. Phthiſici vitare debent aërem auſtrinum, veſpertinum, nocturnum, loca ſubterranea, templa, tranſitus fluminis.

XIII. Lac qualecunque fuerit non tam exulcerationis pulmonum, quam ſanguinis acrimoniae praeſentiſſimum eſt remedium.

XIV. Quo mitius hic morbus tractatur, eo diutius vis lethifera longas in moras protrahi poteſt: hinc multi ſolis vegetabilibus vulnerariis thoracicis contenti, plures in annos vitam protrahunt, dum alii pharmacopoleorum pyxides evacuantes cito moriuntur, placent mihi pauca haec: *rob.paſſul.conſerv.roſar. veron.piloſell. heder.terreſtr.ſcabioſ.antihect.Poter.pulv. Anonym.lapid.cancr.*

XV. Suffumigia ſi unquam, profecto hic quam maxime neceſſaria, & proficua ſunt, qualia ſunt, quae ex *gumm.anim.juniper. heder. ſuccin.oliban.maſtich.tacamahace, ſtyrace parantur.*

DE CACHEXIA.

I. Cachectici, quo lenius purgantibus tractantur, eo citius curantur.

II. In cachexia rarius, in hydrope confirmato ſaepius purgandum.

III. Primae digeſtionis hic potior habenda ratio, abſolvunt hoc negocium omnia *ex mentha, abſinth. juniper.tart. & mart.*

DE HYDROPE.

I. Aut fortiter purgandum aut non purgandum, lenientium enim uſum ſempet inſequitur major pedum intumeſcentia.

II. Hydropici naturam in ferendis catharticis rite explorare potior curationis pars eſt.

III. Si una purgatio pro voto ſuccedat, brevi inſtituantur plures, alias inducias concedendo morbo nunquam pacem ſperare licebit.

IV. Quo major adeſt copia aquae, eo fortior poterit eſſe purgatio. *Infuſum croci metallorum* hic multum preaſtabit, vel *ſirup.de ſpina cervina*, vel *decoct.cortic.interior.ſambuc.*

V. Verum ſi hydrops ſequatur phthiſin aut labem alius viſceris, aut perverſam luis venereae curam, aut cancroſam ſanguinis diatheſin, omnia nocent cathartica, & tali in caſu juvant diuretica, praeſertim in ſexu foeminino, qui purgantia ratione uteri non bene fert, & quod caput rei eſt iter ſuſceptum, & aëris mutatio.

VI. Omnes formulas antihydropicas ingredi debet *abſinth.* ad quamcunque etiam intentionem obtinendam praeſcribantur.

VII. Quamvis vinum in plurimis noceat, morbis hydropicis tamen ſalutare eſt, quia fermentum vitale reſtaurat, & ſanguini robur addit.

VIII. Spir.vin.ſemper nocet hydropicis.

IX. Pro potu ordinario proſunt *vinum abſinthites, cerevifia abſinthites*, vel alliata, vel *enulata, cum radic.raphan.ſylveſtr.cochlear.ſalviar.ſalvia, ruta muraria, agrimon.* &c.

X. Omnia frigida, & aquoſa nocent, v.g. aqua fontan.julep. cereviſia tenuis, decoctum hordei.

XI. Omnia externa pro fuco ſunt, ſolo excepto ſpir. juniper. vel ſpir. vin. tartariſato.

XII. Venae-ſectio ceu peſtis fugienda, ſcarificationem profuiſſe novimus, ſed credimus non fuiſſe veram aſcitem ſed anaſarcam.

XIII. Hoc in morbo fortuna quandoque juvat audacem timidumque deſerit, utrinque anceps dubiae aleae eventus.

XIV. Uti in Phthiſi quandoque plus praeſtant remedia vulgaria, ita hoc quoque in morbo ſaepius abſinthinea, ſambucina, ebulina, juniperina omnibus caeteris palmam praeripiunt.

XV. Pulvis buſonum miſceri debet cum rad. laxativ. aſcendendo ſingulis diebus

ad ſcrup.i. uſque ex gr. ſi *pulv. bufonum* gr. vi. *cum* ſcrup.i. *jalap. dediſti* altero die ſcrup.ſem. pulv.bufon.cum ſcrup.i. jalap.dari pt. &c.

DE ICTERO.

I. OMnes calculoſi facile fiunt icterici, & vice verſa.

II. Icterus ſine febri facilius curatur, quam ſi ſit cum febre, & corporis atrophia.

III. Vomitorium hic admodum neceſſarium eſt ad fermentum elutriandum, quo praemiſſo detur ter de die *aq. contra icterum Timaei* ad 4.cochl. ſingulis doſibus addendo gt.24. tinctur.mart.

DE ERYSIPELATE.

I. VEnae-ſectio in quavis inflammatione eſt adminiſtranda.

II. Purgantia in vigore inflammatorio ſemper nocent.

III. Fuge omnia frigida, iram, & terrorem.

IV. Externa ſint mitiora v.g. *rob. ſambuc.* (theriac.ruſticorum) *aq. flor. ſambuc.* cum tantillo ſp. vin. *theriacal.vel camphorato.*

V. *Pulvis eryſipelatoſ. Mynſ. farina. liquirit.* cum ſtuppa cannabina praeſertim in eryſipelate mammarum egregie juvat.

DE ANGINA.

I. NUnquam omittenda venae-ſectio, ſub lingua,& ſi mature fueris vocatus in brachio, vel habita ratione circumſtantiarum in pede.

II. Angina ſedulo diſtinguenda a tonſillarum tumore,& inflammatione, illa curatur bezoardicis, haec anticatarrhalibus.

III. Semel anginoſus facile eodem ſaepius corripitur morbo.

IV. Frigida ſunt anginoſis inimiciſſima.

V. Eodem carbone notentur purgantia.

VI. Quies partium inflammatarum admodum neceſſaria,hic aeger parum loquatur, nec gargariſando fauces irritet, praeſtat gargariſmum ſaepius in ore detinere.

VII. Inter prophylactica vix datur praeſtantius remedium, quam fonticulus in brachio excitatus.

VIII. Blandiora diaphoretica in curatione ferunt punctum.

DE PLEURITIDE; ET PERIPNEUMONIA.

I. SAnguis venae-ſectione extractus, ſi ſtatim abeat in coagulum, indicat venae-ſectionem aliquoties repetendam eſſe.

II. Sanguis etſi ſaepius mittatur, ſemper tamen in parva quantitate erit extrahendus.

III. In pleuritide maligna,tutius eſt venae-ſectionem omittere, quamvis cogamur aliquid dare conſuetudini.

IV. Purgare pleuriticum eſt eum maximo exponere vitae periculo.

V. Potus frigidus multos enecat,quos morbus vincere non potuiſſet.

VI. Omnia dyſenterica ſunt etiam antipleuritica.

VII. Sudorifera mitiora omnem abſolvunt paginam, ita ut vel ſolum antim.diaphor. pro curatione ſufficere poſſit.

VIII. Opiatis ſeu infidis remediis, hic non admodum fido.

IX. De Paracentheſi inter quartam, & quintam coſtam multa dicuntur, ſed quis anceps hoc adhibebit remedium.

X. Qui novit unius viſceris, vel partis ſolidae inflammationem curare,novit omnes inflammationes curare.

DE OPTHALMIA.

I. REmedia chirurgica agunt hic efficaciter, venae-ſectio ſcarificatio, veſicatoria, fonticuli, ſetacea, hirudinum applicatio ad vaſa temporalia.

II. Pur-

II. Purgantia ſi unquam profecto hic ſunt neceſſaria.
III. Aër frigidus oculis inſenſiſſimus.
IV. *Alumen vitriol.album,* & *tutia* ſunt anima oculi.

DE HEMORRHAGIA.

I. Stercus ſuillum utcunque fœdidum ſit medicamentum, praeſentiſſimum tamen fert auxilium externe, & interne.
II. Purgantia rarius hic prodeſſe ſolent.
III. Omnia ex vitriolo praeparata, & interne fidelem ſpondent opem.
IV. Venae-ſectio nunquam negligenda, ſatis tamen eſt ſanguinem in parva quantitate extrahere.

DE EMPYEMATE.

I. Qum ſanguis ſemel extravaſatus ſtatim putredinem concipiat, videndum ut ſive id factum fuerit a caſu ab alto, a percuſſione, vel contuſione, ſanguis mature diſcutiatur, id quod egregie praeſtant diuretica, & ſi vires ferant blandiora ſudorifera, qualia ſunt *lapid. cancr. ſang. hirci* cum *aceto flor. ſambuc. aqua cherefol. ſperm. Ceti.*
II. Verum in principio nunquam omitti debet venae-ſectio.
III. Quod ſi pus jam factum ſit, conveniunt decocta pectoralia vulneraria, inter quae eminet *ſcabioſa,* & *heder. terreſtr.*
IV. Si febris adſit detur *antibect. Poter.* plures per dies.
V. *Antim. diaphor.* eſt empyicorum ſolacium, ſed ad drach. i. cum *flor. ſulph.* dari debet.
VI. Paracentheſis aut ſtatim, aut nunquam inſtituenda.

DE SPUTO SANGUINIS SIVE HAEMOPTYSI.

I. Quemadmodum venae-ſectio hic ſemper neceſſaria eſt, ita purgantium uſus nunquam ſine periculo.
II. Electuarium cujus meminit *Boyle in Philoſoph. experiment.* ex *conſerv. roſar.* & *ſem. hyoſciam.* praeſentiſſimum remedium eſt.
III. Verum quum ſolum adſtringat, interponenda ſunt medicamenta ſanguinis grumos diſſolventia, v.g. lapid. cancr.
IV. Vinum exulare debet.
V. AEger parum, vel nihil loquatur.
VI. Fumus nicotianae haemoptyſicis eſt inſenſiſſimus.
VII. Quum hic affectus facile abeat in phthiſin, ſuadenda ſunt omnia, quae exulcerationem impedire poſſunt, qualia ſunt vulneraria paullulum adſtringentia, v.g. *plantag. portulac. heder. terreſtr. pyrola.*
VIII. Somnus longior omnibus prodeſt haemoptoicis, & phthiſicis.

DE ISCHURIA RENALI.

I. Malum hoc ſaepius radicaliter eſt ex ventriculo; hinc juvant illa quae ſuos effectus in primis viis exerere ſolent, e.g. lapid. *cancr. tartar. vitriol. ſal. armon. acidulae ſal. vol. ſuccini.*
II. Venae-ſectio quandoque valde neceſſaria eſt praeſertim ubi vaſorum diſtentio; inſtitui autem poteſt vel in pede, vel in brachio.
III. Diuretica ſemper ſint mitiora.
IV. Clyſteres renibus, & viis urinariis egregie opitulantur, componi debent ex *decoct. carminat.* cum *terebinth. ſtercore equino ſal. tart.* vel *liquor. c. c. ſuccinato.*
V. Quum vinum generoſum ſoleat eſſe diureticum, & ſimul ſtomachicum, ſubinde propinari poteſt unum vel alterum cochl. in quo prius infuſum fuerit *ſtercus equinum,* vel ovillum *ſi cum vino exprimatur* eſt egregium.
VI. Balnea hic quoque ſuam ſpondent opem.
VII. In morbi progreſſu omnibus remediis admiſceri debet *cinnabaris,* & *ſuccinata,*

Digitized by Google

ta, quo nervinum genus corroboretur, & epilepſia avertatur.

VIII. In acute febricitantibus, & infantibus epilepticis, vel variolis Medicus ſemper quaerere debet, an urina rite profluat, quum in his morbis maximo cum aegrotantis periculo ſupprimi ſoleat.

IX. Sedulo Medicus attentus ſit in cauſſam, num oriatur ex ſanguinis grumo, an pure, viſcido muco, contractione, &c.

DE CALCULO RENUM.

I. SEmper eo annitendum ut alvus ſit lubrica, tum in paroxyſmo, tum extra paroxyſmum.

II. Hinc omnia laxativa, quae hypochondriacos juvant, juvant etiam nephriticos.

III. Omnia amara conducunt nephriticis.

IV. Fortiora diuretica in paroxyſmo dolores augent, ſanguinem accendunt, ventriculo nocent, extra paroxyſmum renes infarciunt, & calculi generationem promovent.

V. Vitanda quoque ſunt diuretica, ſi renum adſit exulceratio, cui curandae egregie conducunt terebinthinata.

VI. Opiata cum lubricitantibus vulgo dictis, vel potius acrimoniam urinae demulcentibus v.g. *ol. amygd. dulc. emulſiones, decoct. Foreſt.* & clyſteres omne ferunt in paroxyſmo punctum.

VII. Omnia *carminativa* proſunt nephriticis praeſertim *ex chamomilla* parata; hinc quae proſunt colicis, proſunt etiam nephriticis.

VIII. Ventriculi ſemper habenda eſt ratio, quia calculi ſemper fere radicaliter ex ventriculo.

IX. *Uſus herbae theae* quotidianus, egregie praeſervat a calculo.

X. Praeſervationis gratia exhibendum eſt vomitorium tempore vernali, vel etiam autumnali.

XI. Si in calculo veſicae paracentheſin inſtituere velis ſequere methodum famoſi iſtius lithotomi Galli, qui ſine ullo aliquo apparatu, & remediorum uſu ſectionem inſtituit cultello ſalcato ad latus perinaei ſequens ſitum fibrarum, & exiguum ſaltem vulnus infligens, ſi prius aeger aliquoties ob ambulaverit, quem inſidere jubet in ſinu famuli abſque ulla ligatura, poſt indit duos digitos in podicem, & calculum ſine ulla vi ſenſim protrudit ex veſica in collum, quo facto paracentheſin inſtituit, & aegrum ſpatio 7. dierum priſtinae reddit valetudini, exemto calculo collum veſicae retrudit, & ſic impedit effluxum urinae per vulnus. Mentio fit hujus lithotomi apud *Ronhenſen lib. 2. obſ. 1. p. 8. & 9.*

DE MICTU CRUENTO.

I. QUies item *decoct. Myuſ. contra millionum* malum hoc facile tollere poſſunt.

II. Vide ut alvus ſemper ſit lubrica, ſed cave ab aloëticorum uſu.

III. Purgantia hic nocent.

IV. Fonticulus in brachio multum prodeſſe poteſt.

DE DYSURIA, ET STRANGURIA.

I. COnveniunt omnia ex chamomilla.

II. Ventriculi habenda eſt ratio.

III. Proſunt carminativa, quia acidum corrigunt.

IV. Diuretica plus nocent.

DE CATARRHIS.

I. DEcantata in his morbis ſunt remedia, fonticuli, veſicatoria, venae-ſectio ſudorifera, & ſuffumigia.

II. Inter opiata merito laudantur *pilul. de ſtyrac. pilul. de cynogloſſ.* Favent *theriac. recens, theriac. coeleſt.*

III. Prae-

Digitized by Google

III. Praeſervationis gratia ſemper luna decreſcente corpus blande purgandum.

IV. Abſtinentia a coena catarrhoſis commendanda.

V. Inter ſpecifica laudem merentur omnia ex ligno ſaſſafras, v.g. *eſſent.lign.ſaſſafr.* cum ſpir.t.vin.*tartariſato*, *aq.lign.ſaſſafras*, cum vino parata, (quod enim eſt egregium ſtomachale.)

DE HYDROCEPHALO.

I. IN infantibus recens natis quandoque tumor in capite deprehenditur, qui non eſt a ſero, ſed a ſanguine extravaſato ob partus difficultatem, & vel vulnerariis diſcutientibus in ſacculo cum vino addito tantillo ſpiritus vini coctis curatur, vel ſectione, hinc vide ne talem infantem habeas pro hydrocephalo.

II. *Radix laxativa* a gr.ſem. ad i. ii. vel plura etiam infantibus exhibita valde efficax eſt.

III. Externe convenit fotus in forma ſicca ex pulv.ſabin,& ſemin.cumin.

DE VIGILIIS.

I. PEdiluvia ex lactuca, verbena, capitibus papav. albi alterata, hic multum praeſtant.

II. Tantum abeſt ut opiata ſemper ſomnum inducant, ut quandoque noctes reddant magis inquietas.

III. Opiata ſemper horis veſpertinis, nunquam matutinis ſunt exhibenda.

IV. Theriaca recens largius ſumta ante decubitum in naturis frigidioribus rarius fallit.

V. Plus ſpei pollicetur *theriac.coeleſt.* veſperi ad gr.iv.vel vi. data,ſi aegri conditio ferat.

VI. *Succolada* veſperi cum vino malvatico, vel lacte ſumta ſenſibus ſomnum conciliat.

VII. In ſubiectis calidioribus proſunt *emulſiones*.

VIII. Puerperae ſaepius vigiliis torquentur, tutiſſimum omnium remedium eſt, ſi tempora medulla cruris vitulini,plantae pedum autem ſaevo hircino illinantur.

IX. *Vinum abſinthites cum verbena* paratum eſt egregium ſomniferum.

DE VERTIGINE.

I. OMnia epileptica hic conducunt.

II. Vix datur praeſtantius remedium, quam *emeticum*, modo uterus id ferat.

III. Venae-ſectione in manu inſtituta multis profuit vinoſis vertigine laborantibus.

IV. Semper ejuſmodi remedia eligenda ſunt,quae reſpiciunt primas vias.

V. *Tinct.ſuccini* parcius ſed ſaepius data cum *ſirup.flor.paeon.* merito inter ſpecifica refertur.

DE EPILEPSIA.

I. HIc varia generoſa tentanda ſunt remedia (1.) Venae-ſectione variis in partibus inſtituenda, (2.) Hirudines vaſis fedalibus adhibendae. (3.) Vomitoria ſaepius exhibenda, (4.) excitetur fonticulus in brachio, & ſetaceum in nucha. (5.) Cauterium actuale applicetur vertici capitis, ulcus autem diu apertum ſervandum.

II. Omnibus purgantibus *mercur. dulcis largius addendus* nempe ad gr. xvi. vel ſcrup.i.

III. Cura ſudorifera per *decoctum lignorum* inſtituta nunquam non ſalutaris eſſe poteſt.

IV. Innumera commendantur ſpecifica, ſed pauca famam ſuſtinent, mihi placent *cinnabarina, cinis talpae, pulv.ex ſecund.ſpir.ſang.hum.opiata.*

V. Foeminae facilius fiunt epilepticae, quam viri,ſed minori cum periculo,quia etiam facilius curantur. VI. In-

VI. In infantibus lactantibus malum hoc fere ſemper ex primis viis, hinc *acidum abſorbentia*, & *clyſteres carminativi* optime conducunt.

DE APOPLEXIA.

I. STatim *fortius vomitorium infundendum*, v.g. *ſirup. emetic.* ad drach. vi. *vel tart. emet.* ad gr. vi.

II. Venae-ſectione omiſſa Medicum apud vulgus reddit negligentem, adhibita exoſum, ſi aeger poſt venae-ſectione moriatur.

III. Glyſter acrior qualis eſt antimoniatus ocius injiciendus.

IV. Cauterium actuale vertici capitis, & nuchae adhibendum.

V. Plantae pedum urtica urente acrius fricandae ſunt.

VI. Regioni ventriculi ſpir. vini optime dephlegmatus linteis duplicatis imponendus.

VII. Poſt paroxyſmum ſcarificatio inſtituenda, ſetaceum applicandum, fonticulus excitandus, ſputatio promovenda, purgandum, ſudandum, & cerebrum cum ventriculo roborandum.

VIII. Senibus egregie prodeſt ſuccolada, & ambra.

DE PARALYSI.

I. VEnae-ſectio paralyticis rarius prodeſſe ſolet.

II. Purgantia fortiori ſtimulo ſunt exaltanda, & omnia debent eſſe mercurialia h.e. de mercurio dulci participare, niſi ſalia corroſiva in corpore praedominium obtineant, quod in paralyſi ſcorbutica, & colicam excipiente fieri ſolet; ſic enim mercurius dulcis abit in ſublimatum, vel praecipitatum.

III. Thermae omnibus externis praeferendae, ſive ſint naturales, ſive artificiales *ex calce viva, ſulph. & acervo formicarum* paratae.

IV Harum uſum praecedere debent univerſalia, qualia ſunt purgantia, praeparantia, & aperitiva.

V. Inter ſpecifica laudem meretur *vinum ſalviatum* parcius tamen ſumtum, & *tinct. ſuccini cum caſtoreo.*

DE DOLORE.

I. UBi dolor ibi facile inflammatio, & ſuppuratio fieri poteſt.

II. Circa externum uſum cautus ſis, & prudens tutiſſimum eſt *empl. noſtrum anod.* addito *diaſcordio*, *vel theriac.* hoc enim emplaſt. malum ex quacunque etiam ortum fuerit cauſſa, nunquam reddit deterius.

DE ODONTALGIA.

I. PRodeſt venae-ſectio in manu, vel etiam ſub lingua.

II. Alvus ſit lubrica, & quandoque hydragogum exhibendum, hinc *radix laxativ.* ſemper tuta.

III. Dolor dentium quandoque infallibile eſt ſignum conceptionis, quod plurimae confirmabunt mulierculae.

IV. Veſicatorium nunquam negligendum.

V. Theriaca recens externe impoſita haud exiguam confert medelam.

VI. *Aq. aſthmatica*, vel *mirabilis*, vel *lil. convall.* triplici infuſione florum recentium parata in ore detenta egregie ſedat dolorem.

VII. Ipſum opium cavo denti inditum doloris demulcet atrocitatem.

VIII. Fumus ſeminis hyoſciami carbonibus injecti ore hauſtus multis profuit; praeſertim ſi dolor fuerit a vermibus.

IX. Omnia frigida, omnia fervida, ut & ſaccharata nocent.

DE CEPHALALGIA.

I. ALvus quotidie ſuo reſpondeat officio.

II. Hic affectus utplurimum eſt per conſenſum, rarius per eſſentiam, excepta lue venerea, & ſcorbuto; hinc fere ſemper emeticum dari poteſt, ſexu ſequiori tamen excepto.

III. Cly-

III. Clyſteres, & ſuum conferunt in juvando ſymbolum.

IV. Uſus obtinuit, ut *purgantia in forma pilular. ante decubitum dentur*, quibus *mercurius dulcis recte miſcetur.*

V. Venae-ſectio in fronte, manu vel pollice pedis nunquam erit fruſtranea.

VI. Arteriotomia in temporibus, & veſicatoria juxta aures generoſa hujus morbi ſunt remedia.

VII. Opiata palliative curant, idque non ſine periculo gravioris recidivae, vel affectus lethargici.

VIII. Optimum eſt remedium non ſatiari cibis.

IX. Vinum nocet capiti.

X. Topica in forma liquida multis ſunt ſuſpecta, idque non ſine ratione, placent mihi frontalia in forma ſicca ex *flor. pap. rhead. betonic. paralyſ. roſar. populi ſummit. anethi. nucleis perſicor.*

XI. In febribus intermittentibus *aq. roſar.* linteis duplicatis frequenter apponatur temporibus.

XII. In dolore capitis ex cauſſa frigida, & humore pituitoſo proſunt ſpirituoſa, v.g. *ſpir. convulſ. aq. cephal. Carol. V. tinct. caſtor.* & alia foris adhibita, vel *emplaſtr. de ranis cum mercur.*

DE OCULORUM DOLORE.

I. Vitanda ſunt lucida, radii ſolares, frigida & acria.

II. *Sacculi floribus euphraſiae, cyani, chamom. ſummit. anethi* referti, & ſpir. vini *aſperſi* egregie proſunt foris impoſiti.

DE AURIUM DOLORE.

I. Frigida, & acria auribus ſunt inimica.

II. Praeſtat ſpecies pro fomento ſacculo incluſas cum lacte coctas auribus imponere.

DE ARTHRITIDE.

I. Praeſervatoria ſemper danda ante aequinoctia, & ſolſtitia.

II. Purgantia fortiora, & ſudoriſera calidiora rarius bene cedunt.

III. Praeferuntur blandiora laxativa, infuſa, v.g. & pilul. aloëtic.

IV. Vomitus quidni proderit arthriticis, quum malum hoc radices ſuas habeat in depravata digeſtione.

V. Totius curae negocium conſiſtit in accuratiſſima diaeta quoad ſex res naturales, omnia enim reliqua medicamenta exceptis ſtomachicis vilipendo.

VI. Lac eſt unicum arthriticorum ſolacium, vel ſi haec cura diſpliceat convenit electuar. ex amaris, quale habet *Sydenham*, tum in, tum extra paroxyſmum, quia omnia amara ſunt ſtomachica, & tonum viſcerum corroborant.

VII. Arthritici tandem fiunt hydropici, hinc proſunt hepatica vulgo dicta, h.e. amara, & aperitiva.

VIII. Vinum exuletur, & pro potu ordinario commendamus *tinct. ſarſaparill.* vel *cereviſiam medicatam ex raſur. c.c. enulae chamaedr. & chamaepith.*

IX. *Eſſent. carminat. Wedel.* vel *ſpirit. carmin. de tribus*, vel *tinct. tartar. opiata* egregie proſunt in ipſo paroxyſmo.

X. Fonticuli quo numero plures eo efficaciores, quia eſt morbus articulorum.

DE ARTHRITIDE VAGA.

I. Pilulae arthriticae *Schoefferi* ad gr. xv. datae, & ſudoriferum *ex theriac. aq. fl. ſambuc. miſt. ſimpl. tinct. tartar. ſucco lumbricor. terreſtr.* guttulis aliquot. tinct. opii brevi cicurant hoc monſtrum.

II. Externe placet nobis *cataplaſma ex beccabunga, ſapone, ſtercore vaccino, & lumbricis.*

DE VARIIS VISVS LAESIONIBVS.

I. Pilulae cephalicae ſive ophthalmicae,ſemper luna decreſcente exhibendae.
II. Conveniunt fonticuli, ſcarificationes, ſetaceum.
III. Remedia interna ſunt ſtomachica, & cephalica, v. g. ſalvia, euphraſ. anthoſ. &c.
IV. Inter collyria excellunt infuſa antimonialia.

DE AVDITVS LAESIONIBVS.

I. Eadem remedia chirurgica hic applicari poſſunt.
II. Venae-ſectio in pollice manus egregie prodeſſe ſolet.
III. Inſtillantur auribus ſpirituoſa,*aqua magnanimit.l'eau d'Hongrie,ſpir.vin.tart. ſaſſafratus*.

DE PHRENITIDE.

I. Venae-ſectio in pedibus inſtituenda, & reiteranda.
II. Carpis manuum veſicatoria ſunt applicanda.
III. Plantis pedum revellentia, v.g. ſapo niger, braſſica capitata, muria condita, fermentum.
IV. Capiti reſolventia, & diſcutientia ſunt imponenda, v.g. columbae, & gallinae recens diſſectae.
V. Blandiora acida, & pulveres cinnabarini cum emulſionibus inter interna omne ferunt punctum.

DE MANIA.

I. Vomitoria fortiora proſunt.
II. Venae-ſectio largior conducit.
III. Somnus quovis modo conciliandus.
IV. Omnes maniaci generoſe ferunt generoſa remedia, hinc eſt quare agyrtae, & circumforanei felicius interdum hujuſmodi morbos curent, quam Medici rationales.
V. Pro potu ordinario convenit ſerum lactis.

DE RABIE.

I. Ulcera diutius ſervanda ſunt aperta.
II. Uſus diaphoreticorum plures ſeptimanas continuandus,quum hic morbus admodum inſidius ſit.
III. Specifica vide apud Timaeum.

DE MALO HYPOCHONDRIACO, ET SCORBVTO.

I. Huc ſpectant omnia, quae de vitioſa chyli diſtributione diximus.
II. Alvus ſemper debet eſſe laxior, eum in finem conveniunt pilulae *Weibelii*, vid. *Schroed.* hypochondriacae *Zwoelffer.* melanagog. *Mynſicht.* tartareae *Quercet.* ſive *Schroeder.* aloëticae Francoſ. vel *uvua paſſulata*, *ſerum lactis paſſulatum cum fol. ſenn.* omnia ex tart.
III. Inter hypochondriaca juvant acidulae,in ſcorbuto confirmato nocent,vel ſaltem ſine periculo ſuaderi nequeunt.
IV. Venae ſalvatellae ſectio omnibus creditur prodeſſe.
V. Omnes hypochondriaci ſunt flatulenti, hinc admodum conducunt enemata.
VI. Tempore vernali ſemper exhibendum eſt emeticum.
VII. Inter ſpecifica laudant martialia, & balſamica, v. g. omnia ex pino, omnia ex ſal. armoniaco, *arcan.duplicat.elixir.antiſcorb.tinct.aperitiv.Moebii.*
VIII. Omnes ſcorbutici habent ventriculum debiliorem, hinc egregie prodeſt *Zingiber* in India *condit.* ſuccolada, vinum malvaticum.
IX. Omnes ſcorbutici bene ferunt nervina, & antiſpaſmodica.

DE

Digitized by Google

DE GONORRHOEA.

I. Qui bene hic purgat bene ſanat.

II. Adſtringentia non niſi praemiſſis purgantibus locum habent.

III. Mercur. dulcis omnibus purgantibus miſceri debet.

IV. Si adſit exulceratio in urethra prodeſt injectio ex *decocto flor. roſ. aq. calcis vivae, ſpir. flor. ſambuc. trochiſcor. alkekengi*, & *melle roſar.*

DE SUPPRESSIONE MENSIUM.

I. Venae-ſectio creſcente Luna inſtituenda in brachio, ante novilunium in pede.

II. Purgantia debent eſſe aloëtica, & quum hic affectus curetur ut cachexia, convenit vinum medicatum ex hepaticis, & ſpleneticis.

III. Inſtantibus menſibus potus frigidus, omnia frigida, & acida, ira, moeror, terror quovis modo ſunt fugienda.

IV. Ante omnia ventriculi habenda eſt ratio, hinc omnia ſtomachica ſunt etiam uterina, ſolis exceptis acidis.

V. Inter ſpecifica ſuccinum, cinnabar. & myrrha atque omnia ex his parata principem obtinent locum.

VI. Quae nervis, & cerebro ſunt dicata conveniunt quoque utero.

DE FLUORE ALBO.

I. Curatur ut gonorrhoea, & hic locum habet vulgare: qui bene purgat bene ſanat.

II. Prodeſt quoque venae-ſectio.

III. Ante omnia attendendum ad chylificationem.

IV. *Liquor. c. c. ſuccinat.* & alia antiepileptica hic multum praeſtant.

V. Acidulae multis fuere proficuae.

VI. Adſtringentia diſponunt ad cachexiam, & febres.

DE SUFFOCATIONE UTERI.

I. Omnia quae hypochondriacos juvant, juvant quoque hyſtericas.

II. Omnia purgantia nocent hyſtericis, enemata autem egregie proſunt.

III. Dulcia, acida, frigida, ſuaveolentia, ira & terror peſtis inſtar fugienda.

IV. Emeticum ſtatim exhibitum ipſum tollit paroxyſmum.

V. In ipſo paroxyſmo omnia illa ſunt adhibenda quibus epileptici excitari ſolent.

VI. Quippe paucis contenti eſſe poſſumus, v. g. ſpir. ſal. armoniae. *tinct. ſucc.* cum opio, *aq. menth. puleg. epilept. Lang. pulv.* Timaei ex *margar. foecul. bryon. caſtor.* & *ol. rutae*.

DE MORBIS GRAVIDARUM.

I. Terror, ira, caſus, percuſſio, & omnia foetida procurant abortum.

II. Venae-ſectio medio geſtationis tempore adminiſtrata, remedium eſt nulli ſecundum.

III. Primis menſibus dari debent, quae juvant chylificationem, vel ſi neceſſitas non urgeat, nauſea & vomitus ſoli naturae relinquantur.

IV. Nulla diarrhoea tuta eſt.

V. Tuſſi medentur pil. ex ſtyrac. ambra, & laudano opiato.

VI. Quandoque ad confortandum danda ſunt ſpirituoſa, v. g. *aq. epilept. Lang. aq. mirab. ceraſ. lavendulata, balſ. embryon. vinum Hiſpanicum.*

VII. Omnia acida, & vinoſa nocent gravidis.

DE PARTU DIFFICILI.

I. Nulla danda ſunt remedia foetum expellentia, niſi ubi jam omnia ad partum fuerint diſpoſita, hoc eſt antequam aqua effluxerit, & os uteri fuerit apertum.

Digitized by Google

II. Alvus conſtipata reddit partum difficiliorem, hine clyſmata egregie proſunt in partus difficultate.

III. Si foetus ſitu praeternaturali egredi conetur, ſtolidum eſt expellentibus velle uti remediis.

IV. Non omnes dolores ſunt dolores partus, dantur enim dolores nothi vel ſpurii vulgo, qui ad ſpaſmos inteſtinales, & conſequenter uterinos referri ſolent, quos a veris diſtinguere res eſt magni momenti.

V. Frigus omnibus parturientibus eſt infenſiſſimum.

VI. Inter partum promoventia excellunt ſuccinata, cinnabarina, glacies Mariae, borax Veneta, aq. meliſſ. aq. puleg. aq. cinam. aq. epilept. Lang. balſ. embryon.

VII. Si foetus fuerit mortuus, ſatius eſt eum fruſtulatim uncis extrahere, quam ad matris internecionem uſque eum relinquere.

VIII. Si foetus per tres vel quatuor dies haeſerit in partu, merito habetur pro mortuo.

IX. Quae ſanguinis ſpirituaſcentiam promovent, partum accelerant.

X. Quae humectando relaxant, v. g. fomenta, balnea; & juſcula lubricitantia optima ſunt.

DE PVERPERIS.

I. PUerperae tractari debent quemadmodum graviter vulnerati tractari ſolent.

II. Statim reſtaurans aliquod, v.g. unum vel alterum cochl. vini calidi, vel cereviſiae calidae exhibendum.

III. Quies eſt imperanda.

IV. Somno non ſtatim indulgendum.

V. Morbi puerperarum ad unum fere omnes ex mala victus ratione, & ex frigoris ſuſceptione ortum trahunt.

VI. Frigus peſtis eſt puerperarum.

VII. Non ſtatim debent ſatiari cibis.

VIII. Diaeta excarnis praeſervat a febribus.

IX. Terror mille malorum eſt auctor.

X. Optimum praeſervativum eſt, ſi puerpera corpora corpore exiſtente quieto, & mente tranquilla ad diem undecimum uſque in lecto detineatur.

XI. Melius eſt alvum primis diebus ſiccam eſſe, rite interim fluentibus lochiis, quam ſi diarrhoea coincidat, quae ſemper monſtri quid alit.

XII. Purgantia ceu ipſum venenum fugienda.

XIII. Potus ſemper ſit tepidus.

XIV. Plus enim periculi a remediis refrigerantibus, etiam ubi intenſus adeſt calor, quam a calidis.

XV. Si lochia non rite fluant, detur tinct. myrrh. tinct. antimon. ſperma Ceti, ſuccin. cum myrrha.

XVI. Quamprimum puerpera febri corripitur, reſpiciendum erit ad lochia, & ejuſmodi danda ſunt remedia, quae horum fluxum promoveant, vel ſaltem non retardent, v.g. c.c. ſine igne *lapid. cancr. antimon. diaphor. cinnab. antimon. myrrh. rubr. ſal. vol. c. c. ſuccini. tinct. myrrh. tinct. antimon. aq. puleg. aq. flor. cheiri, aq. hyſterica.*

XVII. Saepius praeſenti etiam febri fluunt lochia, ſed ob continui ſolutionem intus factam adeſt inflammatio, unde febris, & conſequenter convulſiones, & mors.

XVIII. Puerperae febricitantes facile fiunt epilepticae, quod probe notandum, ut ſemper ad futura graviora mala in medendo reſpiciamus.

XIX. Febris lactea, quae quarto vel ſexto die ſupervenit, eſt ephemera, & ſolius naturae auxilio levi ſubſequente madore tollitur.

XX. Dolor poſt partum eſt, vel a ſpaſmo, vel a grumis ſanguinis, convenit *elix. propriet, ol. amygd. recens expreſſum, ſperma Ceti.* Externe *ungent. carminat. Mynſ.* &

fac-

ſacculus paregoricus ex *flor. melilot. ſambuc.* & aliis *carminativis*, cum vino, vel lacte coqui poſſunt, & calide imponi.

XXI. In eryſipelate mammarum conveniunt ex *rob. & aq. flor. ſambuc.* externe mammae leviter fricentur ſcopula ad diſſolvendum lac, deinde imponatur *pulvis contra eryſipel. Mynſ.*

XXII. Aër frigidus quocunque modo admiſſus nocet.

XXIII. Ad lac exſiccandum convenit chaereſolium cum butyro frixum foris impoſitum, ſparatrappa ex cera, & ol. roſar. empl. de ſpermat. Ceti empl. de minio.

NOTAE IN PRAXIN

BARBETTIANAM.

IN praefatione Auctor dicit, *ſe ſupra centum conſuluiſſe Auctores*, & *nihil exſcripſiſſe*. Quod equidem laudandum eſſet, ſi illi Auctores in arte medica non fuerint celebres, & in praxi felices.

Verum quum ex centum forſan unus fuit, qui acerrimo praeditus judicio morborum cauſſas eorundemque curationem methodicam propoſuerit, mirandum quod Auctor ita ambitioſe omnia pro ſuis inventis vendere voluerit, quum tamen pluribus in locis eadem verba ex Auctoribus aliis *ſine Auctoris propria allegatione reperiantur*. Id quod vel in primi morbi (epilepſiae) definitione patet, quae verbotenus ex Riverio exſcripta eſt.

Proprio ubique uſus ſenſu, & judicio. Nihil ſane admittendum, quod non clare & diſtincte percipiamus, praeſertim in medicina, *ubi à criſi, & Medici judicio tota hominis ſalus dependet*: omnia itaque quae legimus apud Auctores, quaeque ab illis nobis ſaepiſſime ſummo cum ſtudio recommendantur, illa inquam non ob nudam aliquam auctoritatem ſine judicio, & examine prius inſtituto ſtatim aegris ſunt exhibenda, quia nuſquam tuta fides, & periculoſum tam facile cuilibet credere, quia ſic facile etiam decipiemur.

Verum in cauſſarum morbificarum medendi methodo, & medicamentorum inventione, ſemper proprio uti ſenſu, & judicio non minus periculoſum eſt quam ambitioſum, quia ſane oculi plus vident quam oculus.

Doctoribus ſe ſcripſiſſe dicit, quod equidem verum; qui enim non fidelem habuerit praeceptorem in praxeos hujus explicatione, incidit facillime in ſcyllam evitaturus charybdim, neque Tyronibus haec ſcripta ſunt, quia impoſſibile erit claram, & ſufficientem morborum cognitionem hoc ex fonte haurire, quia brevitati ſtuduit Auctor, & praecipua ſaltem notavit, ut eorum perlectione recordari poſſimus eorum, quae de hoc affectu apud alios legimus Auctores, quaeque non minus neceſſaria ſunt Medico, quam illa generalia, & praecipua ab Auctore tradita. Brevitas quidem laudanda, ſed dum brevis eſſe laborat, obſcurus fit.

Huic malo mederi voluit Dekkerus doctiſſimus, & feliciſſimus Medicus, qui notas elegantes edidit in praxin Barbettae; verum nec omnia notatu digna tradidit, neque obſcura ſemper & luce indigentia pro voto, & deſiderio Tyronum explicavit, ſaepius etiam formulas communicavit, in quibus opium, & acida videntur excedere, ita ut operae precium ſit, & hujus notis novas ſuperaddere.

Pituitam vocavi lympham craſſam, &c. Lympha duplex eſt, tenuis & fluida & viſcida ſive craſſa, haec generantur quando fluida, vel a reſtagnatione longiori, vel ab ambiente frigore, vel a cibis frigidis viſcidis, & glutinoſis incraſſeſcit, & coagulatur. Provocat ad examen, & excipit lympham in ventriculo, & inteſtinis, quia ita immiſta, & aliis humoribus, ſic in ventriculo adjunctum habet ſpiritum acidum, in inteſtinis bilem, & ſuccum pancreaticum, & pura ibidem inveniri nequit.

Ll

LIBRI PRIMI

DE

Capitis Affectionibus.

CAP. I.

DE EPILEPSIA.

A Morbi vehementia vocatur etiam morbus Herculeus, ab ejus magnitudine morbus ſacer; ſacer enim ſignificat etiam magnum. Auri ſacra fames, i. e. magna.

Nonnulli Theologi in ea ſunt opinione, omnes daemoniacos, quorum mentio fit in ſacra Scriptura, fuiſſe epilepticos, & morbi hujus curationem dici ſpiritus malefici ejectionem, & exorciſmum. Saepius enim tot monſtroſa adſunt hoc in morbo ſymptomata, ut pro obſeſſis habeantur, *ſic vidimus epilepticam coelibem adhuc corpore obeſo praeditam, ſuccique laſcivialis, & libidinoſi plenam, quae tantas paſſa eſt convulſiones abdominis, & colli contorſionem, cum omnimoda αναισθησίᾳ, ut a primis Medicis pro obſeſſa habita fuerit. In ipſo enim paroxyſmo inter ejulatus, & clamores peregrina quaedam vocabula protulit, quae tamen paullo poſt adhibitis convenientibus remediis aliquamdiu convaluit.*

Omnia enim haec a cauſſis naturalibus fuiſſe orta ſemper hactenus credidi, & me magis mea in opinione confirmavit *Rodericus à Caſtro* in ſuo de affectibus mulierum erudito tractatu c.2. l.2. de epilepſia ex utero.

Videtur itaque hoc in affectu divini quid latere, quod nec dici nec ſcribi poſſit, praeprimis illis, qui in quatuor humoribus vulgaribus circa morborum explicationem quieſcunt. Et nemo negabit daemonem monſtroſis iſtiuſmodi ex Dei permiſſu uti morbis ad torquendos homines, talique ſub larva plurimis imponere malignum illum ſpiritum, humani generis hoſtem aeternum.

Definitio.) Medici contenti ſunt explicatione, & clara ac perſpicua deſcriptione, ſive illa legibus logicorum conformis ſit ſive non modo ſit ita clara, ut affectus natura inde clare & diſtincte percipi poſſit.

Convulſio.) Proprie loquendo non eſt convulſio, quae eſt membri alicujus contractio, permanens & doloroſa ut in tetano, &c. Explicata vero per motum convulſivum poteſt ſtare loco generis.

Plerarumque.) Nonnunquam totum corpus cum omnimoda ſenſuum externorum, & internorum, & ablatione convellitur, ſaepius etiam & quidem frequentius pleraeque partes convulſivae moventur, brachium, pedes, digiti, caput: vidi in quibus ſola facies, & potiſſimum oculi cum frontis muſculis convellebantur.

Plerumque laeſione.) Rectius definitur per functionum animalium laeſionem ad tempus, ſive detentionem, quam per abolitionem, ubi enim tales functiones plane abolitae ſunt, vix vita ſuperſtes erit. Neque ſemper omnium adeſt ſenſuum laeſio, ſed aliquorum, ſaepius mens remanet, & ſenſus conſtant, partibus interim ſub capite mirum in modum convulſis: ſaepius tactus, & viſus laeduntur, ſalvo manente auditu, ut aegri audiant quae dicantur, nihil tamen ſentiant, videant neque loqui poſſint, quod aliquoties in epilepſia ſcorbutica ſive hypochondriaca obſervavi: *vide* exemplum de moniali a Riverio allegatum in ſua praxi.

Caeterum hic producitur ſubjectum morbi ſive pars affecta affirmativum, & ne-

Digitized by Google

negativum. Affirmativum eſt cerebrum,& conſequenter nervi. Negativum membranae ſive cerebri meninges, quae intelliguntur per cerebri membranas.

Sed graviſſima hic movetur controverſia, ſi cerebrum eſt pars affecta, & ſubjectum; an tota ejus ſubſtantia, an ſecundum aliquas partes afficiatur? Siquidem in cerebro latere cauſſam videmus a ſubitanea illa ἀναισθησίᾳ, & functionum animalium laeſione. Auctores in diverſas abeunt ſententias, dum aliqui ventriculos cerebri, aliqui totum meditullium,aliqui vero membranas cerebrum inveſtientes accuſant.

Priori ſententiae addictus fuit Galenus, quem alii ſecuti ſunt, Sennertus, & Riverius eam ſententiam etiam excuſant, & adverſariorum argumentis reſpondent, quae reſponſiones nequaquam ſatisfaciunt multorum expectationi. Nam ſi obſtructio horum ventriculorum eſſet cauſſa epilepſiae, quare illi, quorum in ventriculis cerebri poſt mortem fuit inventa tanta humoris copia, non fuere epileptici. Quare inde non ſoporoſus quidam potius excitaretur affectus qua epilepſia, quare non deſineret ſtatim poſt paroxyſmum in paralyſin. Reſpondet quidem Riverius, admittendo imperfectam ventriculorum cerebri obſtructionem, & accuſando facultatem expultricem, vel ob humorum copiam non inſurgentem in apoplexia, in epilepſia vero irritatam inſurgere, &c. Sed haec de facultate expultrice dicuntur, ſunt ſcopae diſſolutae.

Accedit hoc, quod cerebrum tanquam pars mollis,& laxa non ita poſſit conſtringi, & convelli,ut materia quaedam peccans tali inſigni conatu excutiatur, id enim cerebri mollities nunquam admittit, quae ratio etiam ſecundam opinionem perſtringit? Non enim ſequitur, cauſſa epilepſiae morbifica haeret in cerebro: Ergo cerebrum eſt ſubjectum primatium, quia nonnulla ſunt in cerebro, quae non pertinent ad cerebri eſſentialem conſtitutionem, v. g. ſpiritus animales; neque etiam ſequitur, partes nervoſae ita convelluntur, ergo etiam ipſum cerebrum, quia longe alia eſt conſtitutio partium nervoſarum, quam ipſius cerebri.

Tertia opinio primo intuitu videtur probabilior, dicunt enim,meninges a maligna quadam aura conſtringi, ſicque ipſum comprimi cerebrum, unde pori claudantur, ut ceſſent omnes actiones animales, & quia caudices nervorum exoriantur ex appendice meningum. totum ſic genus nervoſum convelli.

Verum obſtant nonnulla quae hanc opinionem evertunt 1. *meninges, & quidem dura mater firmiter adhaeret cranio*. Pia etiam mater membranarum connexu ita contrahi nequit, ut talis cerebri compreſſio oriatur,ita ut utraque membrana magnam ſui partem ſit immobilis.

2. Multi in cephalalgia conqueruntur de tali membranarum conſtrictione, & cerebri compreſſione, neque tamen ſunt epileptici.

3. Meninges ſaepius multa ferunt in vulneribus capitis, cranii fractura, meningis ipſius laeſione, neque tamen talis motus convulſivus inducitur, quis ergo diceret a ſanguine, vel vaporibus facilius contrahi meninges, quam a laeſione a ferro, fame, &c.

Et in levi ſive imperfecta epilepſia,in qua ratio manet integra, non conqueruntur aegri de tali contractione ſpaſmodica, ſed potius *de cerebri quadam inflatione, & ſpirituum tumultuoſa exploſione*.

Videtur itaque probabilius, cerebrum eſſe quidem morbi ſedem, ſed non affici primario: verum ſpiritus animales potius qui ſunt naturae ſalinae,a particulis nitroſulphureis ita affici, ut vel ob repletionem, vel ob inanitionem inordinate, & cum impetu explodantur. Siquidem quod eſt motus regularis inſtrumentum praecipuum, illud etiam a motu irregulari praecipue afficitur. Atque ſpiritus animales. Ergo. Quam opinionem prolixius defendit clar. Willis in ſua cerebri pathologia.

Digitized by Google

Idiopathica) Haec differentia deſumitur a ſubjecto, cerebro nempe; partes mittentes humores vitioſos ſunt ventriculus, lien, uterus, ſaepius etiam partes externae, manus, & pedes, in quibus primo formicatio quaedam praeſentitur, poſt ex hac parte verſus caput ſenſim perrepere, & ſerpere videtur, ſaepius etiam inſtar aurae frigidae verſus caput aſcendentis imminentem paroxyſmum praedicit.

Cauſſa tamen epilepſiae non latet in his partibus, ſed potius in cerebro, quia ſpiritus animales nullibi exploduntur in partes niſi in cerebro; haecque praenominata ſymptomata praeliminaria ſigni rationem ſaltem habent, vel ſunt cauſſae evidentes, quia vitioſa alicujus viſceris diatheſis excitans aliquam ibidem perturbationem, facile ob fermenti tranſmiſſionem, vel ſpaſmi uſque in cerebrum continuationem, in cerebro jam praediſpoſito acceſſionem epilepticam excitat.

Vel ſpirituum in cerebro explodi incipientium tantum ſigna exiſtunt, dum enim ſpiritus quidam in privatis hoſpitantes partibus, & locis, deſtituto continuo aliorum ſpirituum influxu, inordinatum cient motum, ſicque in extremitatibus nervorum, & in illis partibus quibus nervi illi inſeruntur ſpaſmos quoſdam excitant, qui ulterius ſerpentes cerebro communicantur, ſpiritus jamdum ad exploſionem paratos concitant, ut ita exordinate excurrant, *ſicque inſtar fomitis ignarii ſeſe babent, id quod ſaepiſſime fit ex utero, nec malam tamen baeret in utero ſed in cerebro, quod probat Carolus Piſo, & Williſius.*

Fortis vel levis) quatenus fit vel cum ἀναισθησίᾳ vel ſine, quatenus in terram proſternuntur, ſenſus omnes laeduntur, omnes partes convelluntur vel non.

Acredine acido-auſtera. Particulae hujus lymphae non ſunt ſolum teretes, & aculeatae, verum etiam hamulis praeditae, quibus penetrant, ſeſe fibris nervorum ita inſinuant, ut iis infixae adhaereant pertinaciter. Verum ſi talis nervorum conſtrictio adeſſet, nonne potius paralyſis oriretur, & ſpirituum animalium totalis influxus impediretur, quod in epilepſia dici nequit.

Patet ex effectis, & curatione. Acidi p.n. effectus ſunt *bumores acidi*, *vitalis ferveſcentiae in corde defectus*, anxietates circa praecordia, ventris tormina, motus convulſivi, dolores lacerativi, lancinantes, & ſine ardore rodentes.

Auſtera glutinoſitatem rebus conciliant, dolores convulſivos, & ſuffocationem hypochondriorum excitant. Quae omnia an in epilepticis, vel ſaltem aliqua reperiantur, quilibet judicet.

Auſterum corrigunt tinctura caſtorei, ſalia volatilia. oleoſa v.c. c.c. cranii humani, ſuccini, ſpiritus ſalis armoniaci volatilis ſalſus.

Acidum curatur alterantibus. Salia volatilia, *ſal volatile armoniaci*, ſalia fixa & quae infringunt acrimoniam v.g. *limat. martis, margaritae, ocul. cancr. creta, corallia, raſur. ebor. ungul. Alcis, foecul. poeon. ſpiritus volatiles armoniaci.* oleoſa v.g. *olea aromatica* ſtillatitia, *emulſiones, opiata, diuretica, ſudorifera vomitoria, & purgantia* acidum educunt, temperato prius humore acido, *quia nulla purgantia bumores acidos blande educunt.* Omnia haec in curationem epilepſiae adhibentur, concluditur ergo *cauſſam eſſe lympham acido auſteram.*

Vapores non admitto: Extra ſanguineam maſſam non placet hoc, ſi enim vapores moſchi, & ambrae excitant paſſionem hyſtericam, quidni etiam vapores tales maligni excitabunt convulſiones.

Signa ſi a lumbricis ſunt foetor anhelitus, narium pruritus, dolor ventris, *aetas conveniens, ſtridor dentium* in ſomno, urina turbida.

Cauſſae nonullorum ſymptomatum hinc etiam conſiderandae veniunt, cur non tam cadant, quod fit in appoplecticis, quam vi potius proſternuntur? Ratio videtur, *quod omnis notitia, & cognitio epilepticis ſtatim adimatur,* & quod nervi capiti vicini valide contrahantur, unde tota corporis moles ſubito proſternitur. In apoplexia fit caſus, quemadmodum fulcimenta aedium remota faciunt aedium collapſum,

ſum, in epilepſia vero, quemadmodum aedes a pulvere pyrio diſrumpuntur, & de loco moventur.

Spuma oris) Habetur ſaliva ſpumoſa a multis pro Signo pathognomonico, quamvis in aliis affectibus *pneumonicis, & hyſtericis* ſaepius appareat. Cauſſam putarunt eſſe cerebri conſtrictionem, ita ut exprimatur ſpuma in palati cavitatem; verum quum antea dictum fuerit, neque cerebrum ita convelli poſſe, neque etiam viae appareant, ſtatuimus cum Williſio fieri, & generari ſpumam ab aëre concutiente ita ſalivam, ut videmus albumen ovi agitatum verti in ſpumam; cum enim nervi thoracis, diaphragmatis, & pulmonum motui dicati convellantur, praecordia valde conſtringuntur, & pulmones ſurſum ad laryngem uſque elevantur, ita ut nec reſpiratio, nec pulſus percipiantur, ſanguis vero in corde reſtagnans illud valde comprimit, hinc crebra, & frequenti reſpiratione aër continuo tranſit ſalivam, eamque vertit in ſpumam, & foras protrudit.

Eadem eſt cauſſa, quare ſaepe epileptici pectus ſive thoracem percutiant manu, ob ſanguinis nempe reſtagnationem cor comprimentis, & ſuffocationem comminantis; ita ut in ſuo eerebro raro naturae inſtinctu aegri thoracem percutiant, quo illo motu, & agitatione ſanguis ventiletur, & cor ab oppreſſione vindicetur. Videtur eodem hoc fieri modo; quo dormientes titillati, aut pulicum morſu vellicati locum affectum inſcii confricant, & ſcalpunt.

Curatu eſt difficillima, quia non ſolum ibi haeret cauſſa morbifica, ad quod medicamenta purgantia, & alia non tam tendunt, verum etiam a ſingulis paroxyſmis cerebrum quod eſt fons, & ſcaturigo ſpirituum animalium, plurimum debilitatur, *eiuſque pori laxantur*, ſicque cuilibet materiae heterogeneae poſt patet acceſſus.

Ante pubertatem. Tum enim *duplex accidit homini alteratio*, dum ſpiritus animales ad teſtes, & partes genitales influunt copioſius, ſicque ſimul ſi quae adſunt particulae nitro ſulphureae exploſivae, quaſi revelluntur a cerebro & alio mittuntur, ſi ſanguis forſan quoddam exoticum, & malignum contineret fermentum cerebro communicandum, tum illud facile per arterias ſpermaticas in teſtes deponeret: e contra accipit ſanguis in teſtibus ſeminalem quandam tincturam, eamque refluo ſuo curſu toti communicat, hinc corporis, & animi dotes fiunt tunc vegetiores, pili erumpunt, ita ut videamus ſanguinem. & ſuccum nutricium nova quadam Ζυμωσει impraegnari; & Hippocrates recte ſtatuit, *ſi fermentum illud morbificum a fermento ſeminali non ſuperetur, tum nullam ſupereſſe reconvaleſcentiae ſpem.* Epilepſia ſaepius aegrotantem in ipſo tollit paroxyſmo, quatenus vel in apoplexiam degenerat, ſeu propter violentam illam concuſſionem tota illius oeconomia evertitur: & refert Riverius, nonnunquam particulas quaſdam proceſſuum mamillarium per nares exploſas fuiſſe.

Vi motus eventus eſt duplex, terminatur, vel ad mortem, vel in alium tranſit morbum, melancholiam continuam, paralyſin aut maniam, propter toni cerebri ejuſque conformationis depravationem? hinc admiſſis aliis particulis exoticis ſpiritus animales figuntur, vis elaſtica deficit, nec amplius exploduntur.

Indicationes) methodus medendi hic ſaepiſſime non obſervatur, ſed ad empirica confugiunt, plurimi etiam ex practicis, *forte quia cauſſam, & affectus hujus genium non bene cognoverunt*, quae res dubio procul felicius ſuccederet, ſi ſimul alia obſtacula removerentur medicamentis convenientibus; *ſunt ergo indicationes, vel curatoriae, quae paroxyſmum reſpiciunt, vel praeſervatoriae, quae cauſſam morbificam.*

Frictiones) duplex in paroxyſmo fit intentio ſpiritus efferos, & volatiles inordinato motu quodammodo figere 2. exploſiones factas in genere nervoſo ſupprimere, & ſpiritus avocare.

Fit hoc per frictiones, quia ſic ſpiritus efferi demulcentur, revocantur & in ordinem rediguntur, & ad conſueta munia illa titillatione admonentur.

Dd *Pun-*

Digitized by Google

Punctiones) non ſint violentae, neque vellicationem neque cucurbitulae, neque partium extenſiones approbantur, ſi perperam inſtituantur, quia tam abeſt ut ſpiritus efferi tali irritatione demulceantur, ut potius inordinatius influant, *& duplex etiam tali cura naturae infertur moleſtia, una a morbo altera a remedio.*

Clyſmata Διαταθητικὰ diutius duret.

Illinitiones temporum, narium balſamo rutae, vitae, ſuccini, caſtorei, aceto rutae, bezoardico, aqua hirundinum cum caſtoreo circa cranii ſuturas.

Naribus offerantur, quae ſpiritus animales *ſua graveolentia repellant* intus quam extra adhibita, *ſpiritus ſalis armoniaci, cor cerv. fuliginis, ungul. Alcis vitrioli philoſoph. caſtor. ruta, aſa. foetida.*

Praeſervitoria indicationes *extra paroxyſmum* poſſunt referri ad haec duo; ſanguinis ſive liquoris vitalis, & nervei ſucci, i.e. liquoris animalis vitia corrigere per morbificei fomitis evacuationem.

2. Cerebri vitioſam diatheſin tollere, prius fit vomitoriis, purgantibus, venae-ſectione, &c. poſterius per appropriata.

Quaeritur in quonam conſiſtat virtus ſpecificorum? ℞. *In vi adſtringente, qua gaudent vegetabilia, v.g. ruta, betonica, majorana, lil. convall.* unde dilatati pori iterum reducuntur ad priſtinam, & debitam figuram, & nocivus particularum heterogenearum illapſus impeditur.

In animalibus vero, & mineralibus conſiſtit in exſpiratione quadam armoniaca urinoſa, omnia enim illa ſpecifica cranium humanum, &c. exhalant *ἀναθύματα* armoniacam ſive diſſipativam, unde ſpiritus animales depurantur, & particulae exploſivae figuntur, vel diſſipantur.

Fontanellae) videntur convenire, quia latex ſeroſus per tale emiſſarium educitur, & aliqui in paroxyſmo igni incidentes, quamdiu ulcera illa manarunt, & incurata manſere, tamdiu paroxyſmo non fuere correpti, notante Williſio obſerv. 2. cauteriis curavit Carolus Piſo, ſetaceo Hildanus, veſicatoria etiam conveniunt.

Menſtrua nihilominus juſto tempore, & modo fluebant. Quare ergo laboravit epilepſia; ℞. Ut fermenta naturalia circa pubertatis annum ſe exſerunt, ſic etiam praeternaturalia, vel haereditaria, vel aſcititia longo tempore latentia commoventur, & vim ſuam exſerunt, nihilominus menſes interim ordinate fluunt, *quia cauſſa non in utero haeret, ſed ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ.*

Radix poeoniae. maris; Luna decreſcente collecta intus & extus: Willis ad drach. i. cum aq. ceraſor. nigrorum exhibuit, & epilepticam feliciſſime curavit.

Rad. valerianae ſylveſtris ad drach. i. vel ſem. cum vino vel lacte datur.

Vomitoria danda triduo, & quatriduo ante plenilunium, ante quaevis novi, & plenilunia crocus metallorum, in infuſione mercurius vitae, tart. emetic. Mynſichti ad gr. iii. ſal. vitr. a ſcrup. i. ad drach. ſem.

Venae-ſectioni venis haemorrhoidalibus ſanguiſugae applicatae praeferuntur, *in pollice pedis venae-ſectio laudatur.*

Semper admiſcenda ſpecifica vomitoriis.) Sic vomitoria dari poſſunt cum conſerva flor. poeoniae in figura boli. Pulveribus, & pilulis additur caſtoreum, cran. hum. ol. ſuccini, ſal armoniacum, ſpecificum cephalicum D. Michael. cinnabaris antimonii rite praeparata.

Williſ. ℞. fol. viſc. querc. drach. ii. rad. poeon. inciſ. unc. ſem. caſtor drach. i. ponantur in vaſe clauſo cum aq. beton. vino albo. ā̄ā̄ lib. i. ſal. viſc. quercin. vel communis drach. ii. digerantur in vaſe clauſo calore arenae per 2. dies, capiat unc. iii.

Sin vero cathartica, & ſpecifica incaſſum fuerint exhibita, ad remedia magna accendendū, diaphoretica, ſalivantia, thermas & acidulas; decoct. lign. mercurius acidulae artificiales antimon. & marte impraegnatae: *Maſſaria dicit cauſſam, quod raro curetur epilepſia, quod Medici ſemper in levioribus haereant.*

Olea.)

Digitized by Google

Olea.) ol. amygd.dulc. quia acidum epilepticum compeſcit ; ol. fulig.ad gt.vi.

Heraclinium Rulandi, quod Paracelſus pro ſpecifico judicat, ex uterin.fertur foeminam epilepticam ſanam factam uſu carnis lupi in pulverem redact. vid.reſolut. medic.

Sive bilis ſive pituita : addendus humor melancholicus, melancholici enim ſaepius fiunt epileptici , ob humoris naturam acidam, & nervis inimicam, & humor melancholicus facillime induit naturam vitrioli, vel mercurii.

Coturnicis : laborant ipſi epilepſia , & ſaepius in menſam vocati nocent : aliqui de hoc dubitant , & putant incluſos corripi epilepſia , ſecus vero ſi libero fruantur aëre, veſcuntur helleboro ſeſe hoc remedio praeſervant; putamus tamen illos in ſe continere *charaćteriſmum quendam epilepticum* , *& aliquid commune cum buſonibus obtinere, ipſorum ova* habentur pro morbi hujus antidoto , *quemadmodum hepar canis rabidi tollit venenum rabiem inducens.*

Fel catuli nigri) quia acidum corrigitur ab amaro ; *pinguedo cati ſylveſtris umbilico illita.*

Pulvis cordis humani violenta morte interemti ; elixir poeon. Mynſicht. tinctur. flor. poeon. *ror. ſolis* ſtercus pavonis figendo ſpiritus , & acrimoniam temperando .

Infantes morbo huic ſunt maxime obnoxii , ob cruditatem ventriculi, lactis coagulationem, voracitatem, dolores, vigilias, vermes , diſpoſitionem ſeminalem , & nervoſi generis imbecillitatem, obſervatum fuit , pulticulas e lacte vaccae recrementis cereviſiae coctae nutritae paratas excitaſſe epilepſiam,quia particulae illae acidae poſtmodum in ventriculo promtiſſimam excitarunt lactis coagulationem.

Fit vero hoc circa duo potiſſimum tempora, primo a partu menſe , & tempore dentitionis . Poſt nativitatem cerebrum nondum eſt ſatis firmum, nervi etiam ſunt laxiores propter humidi abundantiam, hinc ſi a liquore illo , quo partes irrigantur, nimium inficiantur ſpiritus animales , irritantur & inordinate moventur,quo confert totius maſſae ſanguineae, & nervoſi liquoris contracta in utero ob aëris defectum & debitam ventilationem , pravam diſpoſitionem, ob hunc ventilationis defectum ſaepius in infantibus recens natis erumpunt ſanguinis effervescentiae latae, rubicundae, & morbillorum inſtar.

In dentitione) propagines nervorum circa radices dentium a ſanguine reſtagnante acriori corrugantur , & ſpaſmodico convelluntur motu, unde dolor vehemens. A tumore etiam gingivarum ſanguinis circulatio impeditur unde arteriae comprimuntur , quod ibidem fieri poteſt a nervorum corrugatione , ſicque ſebriles oriuntur effervescentiae.

Florentini infantibus ſuis occiput mature inurunt , ſicque illos ab epilepſia praeſervant .

Formulae medicament. *purgantium* pag. 11.

Doſis drach.iii. 1. cum pp. additum ſpiritum ſalis facilius fermentet , ergo ſine ſpiritu illud exhibere . Hinc poteſt etiam addi electuar. de tamarindis unc.i. vel ſ. hoc ℞.electuar.e ſucco roſ.drach.vi.pulv.jalap.drach.i.miſc.f.electuar.vel etiam inde fieri poſſunt pilulae.

Praeparantium p.12.

℞. *Liquor.* tartari , &c. liquor tartari eſt liquor ſpleneticus ex tartaro , & nitro apud Schroder.lib.de tartaro vim habet praecipitandi lympham , convenit in affectibus cephalicis ſpleneticis, & nephrit. ad gt.x. vel xx. bis vel ter de die.

℞. *Sal.ſuccini volatil., &c.* aquae prophylacticae deſcriptionem habet Auctor de febribus malignis.

Obſervatio I. propter humiditatem cerebri pori fuere laxiores , fibraeque a ſe invicem disjunctae.

Ratio quare ſapo conveniat, quaerenda eſt in ſale, quod conſtat lixiviali. (Obſervationes Decker.) quod caryophyl. juverint cauſſa conſiſtit in exploſione ſpirituum animalium. II. quod diſſipent particulas nitro ſulphureas, habent enim ſal volatile oleoſum in ſe.

In formula prima, tinctura caſtorei non debet excedere gt.x. quia eſt ingrati ſaporis, in ſexu foeminino debet addi laud. opiat.incomplet.gr.ii.vel iii. poſſunt ſufficere, tempore veſpertino opiata debent exhiberi.

Vinum, viſcus quercinus, & ſemen poeoniae ſunt ſpecifica, conſtant ex cephalicis, & cordialibus, quia valde cor debilitatur in iſta convulſione.

Cinnabaris) debet eſſe rite praeparata, alias exercet vim emeticam, & antimonialem.

Specifica anti novi, & plenilunium ſunt uſurpanda, quia tum inſignes animadvertuntur fermentationes.

Formula ultima in infantibus lactantibus ſuſpecta eſt propter ſpirit. ſalis armoniaci, qui coagulat lac in ventriculo.

Sirup.diacod. refertur inter anodyna, & paratur ex papavere, ſedat impetum ſpir. animalium.

Aq.foeniculi) quia adſunt flatus, & tormina.

Manna, vel per ſe ſoluta in lacte materno, vel pulment.paratur ex ol.amygdal. & ſacchar. penidii. *Ve. ℞.pro infante 3.menſium*, mannae electae ſcrup. iii. cum ol. amygd. rec.& ſacchar.penid.f.pulm. pro 1.doſi unc.ſem. ſirup.fl.perſic.pt.add. ſi ſuſpicio ſit de lumbricis, ſirup.ſolut.ſimpl.unc.ſem.

Infantes obnoxii ſunt motibus epilepticis (1) ob nimiam voracitatem, unde flatus, & cruditates colliguntur, ſuccus pancreaticus nimium aceſcit, unde excitantur tormina. (2) quando acidum in illis augetur, & humores induunt naturam vitriolatam. (3) vel etiam fit primo menſe a partu, quia tum cerebrum ſcatet iſtiusmodi humoribus collectis in utero materno, ob prohibitam tranſpirationem, & ſanguinis ventilationem, hinc liquor generatur, qui facile ingreditur cerebrum, (4) tempore dentitionis ſive etiam fit propter conſenſum, quando exiguae propagines nervorum a ſanguine reſtagnante vellicantur, quae vellicatio communicatur cerebro. Vel intumeſcunt gingivae, propter illum tumorem comprimuntur arteriae, unde prohibetur ſanguinis circulatio, & reſtagnat, &c.

FORMULAE IN PAROXYSMO.

*Rad.bellebor.nigr.ppt.*drach.ii.*cardamom.*drach.i.

*Cort.citr.aurant.*ãã.ſcrup.iv.inciſa, & contuſa adſpergantur *aq.epileptica Langii*; dentur ad nodulum ex ſindone albo.

Pro ſpecifico) ℞.*tinctur.lunae* drach.ſem.*tinct.ſuccin.*drach.ii.m.ſum.

In infantibus fit pulmentum ex manna, ℞.*emplaſtr.epilept.Cratonis* drach.iii.ducatur ſuper alutam, & obducatur ſindone rubro. Fiat emplaſtr.rotundum.

℞.*Specific.cephalic.*gr.v.*ungul.Alcis* praepar.*raſur.cran.human.* ãã.ſcrup.ſem.m.f. pulv. dividatur in tres partes aequales, ſum. Pro infante trium menſium: vel ℞.*ſpecif.cephal.* gr.iv.ſum. datur cum aq. ceraſor.nigror.

Clyſter pro infante unius menſis.

℞.*Flor.beton.ſambuc.* ãã.p.i. coq. cum juſculo carnis; colatur. ℞.unc.iii.adde *urinae pueri* drach.ii. *vitell.ovi* m.f.enema.

C A P. II.

D E A P O P L E X I A.

C*Erebrum.)* Et quidem corpus calloſum, quia imaginatio, & ſenſus communis afficiuntur, dum totalem patiuntur eclipſin, & obtenebrationem. Subjectum itaque proximum immediatum *ſunt ſpiritus animales cerebri*, regionem iſtam, ubi principes animae cognoſcentis facultates reſident, nempe corpus calloſum incolentes.

Me-

Mediatum vero ſtatuimus meditullium cerebri, quia in hoc omnium ſenſibilium perceptiones terminantur: ipſo itaque ingruente paroxyſmo ceſſant functiones cujuſque ſpontaneae, ut & cognoſcentis actus omnes: quia ſpiritus animales in emporio ſuo corpore calloſo ſupprimuntur; unde non ſolum motus expanſionis, verum & ipſorum affluxus in appendicem nervorum prorſus deficit, hinc illa eclipſis totam regionem animalem, quae hujus ditionis eſt, obſcurat, & obtenebrat.

Pulſus vero, & reſpiratio, nec non ventriculi, & inteſtinorum actiones remanent, ſi non perfecte tamen imperfecte, & languide, quia ipſorum actus omnino a cerebello procedunt, quod aut parum aut plane non laeditur.

Quum vero explicatu difficillimum ſit, quomodo ſpiritus animales ſtatim in ipſo emanationis fonte ita poſſint ſubito ſupprimi, & extingui, ut ceſſent omnes motus & ſenſus: *Auctores* in diverſas abiere ſententias. Alii enim in corde cauſſam quaeſiverunt, alii in cerebro, ejuſque accuſant malam conformationem, intemperiem) obſtructionem, eamque putant aliqui fieri inventriculis majoribus, alii in poris cerebri minoribus, ita ut vel ſanguis pro ſpirituum fomite non poſſit ad illas partes influere, vel ſpiritus animales inde effluere. Wepferus ſedulus in apoplexiae vera cauſſa inquirenda veram invenit cauſſam in ſectis apoplecticorum cadaveribus, h.e. ipſius cerebri, & cerebelli ſubſtantiae quoad minutiſſimos poros obſtructio, ita ut nec ſpiritus vitales e ſanguine influere, nec animales effluere poſſint.

Hocque fieri putat, quando arteriae carotides *obſtruantur a ſanguine ibidem in grumas abeunte*, vel comprimantur a glandulis lympha copioſa refertis, vel in cerebri ſubſtantia vaſa minora obſtruantur ab humore craſſo, & viſcido, vel ſanguinis influxus inhibeatur rupto aliquo vaſe in cerebro.

Effluxum vero ſpirituum animalium inhiberi ob principii nervorum a colluvie ſeroſa factam obſtructionem, vel ob ſubitam ejus compreſſionem a turgeſcentibus venis, & arteriis meningum, & ipſius cerebri, vel ſanguine extravaſato in ventriculis latente, vel ob diatheſin phlegmodeam.

Williſius putat totalem ſanguinis e cerebro excluſionem fieri nunquam poſſe ob carotidum arteriarum internarum obſtructionem, quia arteriae carotides, & verticales ita oſculis innumeris ſibi conjungantur, ut liquore injecto arteriae carotidi paullo poſt videantur tinctae univerſae ramificationes, & arteriarum carotidum, & cervicalium: hinc *quamvis unus forſam fuerit obſtructus ramus, ſanguinem tamen facillime per aliam cerebri ſubſtantiam influere poſſe*: invenit etiam ipſe Auctor oſſeam arteriam carotidem poſt mortem, neque tamen aeger unquam morbo attonito fuerat correptus.

Totalem vero ſanguinis excluſionem *ἀναθυσίαν* inferre poſſe prolixe demonſtrat, ſed tunc non eſſe apoplexiam, ſed hyſtericam paſſionem, vel animi deliquium, quatenus ſanguis nimium irruit verſus cor ob aliquam conſternationem, vel ſpiritus animales ob denegatum influxum non influunt, quod ſaepiſſime fit ob nervos cardiacos ſpaſmo affectos, tumque ſine omni motu & pulſu jacent aegri, *ſed cum pulſus hoc in morbo ſit fortis, alia erit cauſſa*; una eſt *accidentalis* a cauſſa forti, & ſubitanea oriente; altera eſt habitualis a cerebri vitioſa diſpoſitione, & haereditaria; poteſt enim apoplexia dividi, quarum una oritur a meditullii obſtructione, altera vero a cerebello, vel ab utroque. *Cerebrum* huic morbo magis obnoxium denotant praeviae ſcotomiae, *cerebellum* vero male diſpoſitum arguunt, creber incubus pulſus intermittens, ſyncope, & lipothymia.

Fit vero apoplexia ſaepiſſime ſine cauſſa ulla procatarctica, hinc nulla etiam prophylactica curatio inſtitui poteſt, & curatoria plerumque inefficax eſt. Eſt magna aliqua continui ſolutio, unde cerebri meatus opprimuntur & obſtruuntur a ſanguine extravaſato, abſceſſu in meningibus, & poſtmodum rupto; ab humoris ſeroſi inundatione, a *nimio ſpir. vini potu*; vel inter uſum acidularum magna doſi aſſumtarum

Digitized by Google

rum ſomno poſt prandium, urina ſuppreſſa, *haemorrhagia narium intempeſtive ſedata*; in febribus malignis etiam ſaepiſſime ſeroſa illa excrementa verſus cerebrum delata ἀφωνίαν lethalem excitant: *vel fit a ſpirituum animalium ſubitanea extinctione, quae fieri poteſt per narcotica, & immoderatum ſpiritus vini uſum, qui efflatu ſuo ſpiritus animales perimunt.* Saepius tamen praecedit cerebri diatheſis, & cauſſae procatarcticae, hinc videmus nonnullos aliquoties inſultibus iſtiuſmodi apoplecticis tentari. Praeſupponimus ibi materiam quandam colligi in cerebri ambitu, poſtmodum vero pergere verſus corpus calloſum, ibidemque partim poros obſtruendo, partim narcoſin inducendo ſpiritus animales opprimere, ſi enim a ſola obſtructione fieret tum non ita ſubito, ſed ſucceſſive paroxyſmus invaderet; quod ſi materia illa per poros iterum exſudet, vel verſus ventriculos cerebri transferatur, vel in corpus ſtriatum ibidemque hemiplegiam excitans paroxyſmus illic deſinit, & redit quamprimum nova iterum materia in cerebri ambitu fuerit collecta.

Materia illa morbifica videtur habere naturam vitriolatam quae ſpirit. ſal. figere potens eſt, eſtque contraria vi exploſivae, & ſpaſmodicae, quae erat nitro-ſulphurea, ita ut ab hac vis elaſtica ſpirituum animalium plane tollatur, videmus enim particulas vitrioli, ſi cum fulminante terantur, tollere omnem vim fulminantem, ſic putamus etiam, auram talem glacialem congelare omnes particulas activas ſpirituum animalium.

Prognoſis) apoplexiae ſemper eſt dubia. Nullam tamen admittit curationem, ſi reſpiratio etiam & pulſus deſinant, & ſudores colliquativi ſuperveniunt.

Non tamen ſtatim ciſtae ferali mandandi, quia aliquoties factum eſt, ut materia diſcuſſa in cerebro ſpiritus animales iterum emanarint e cerebro, ſicque redierit cordis motus, *ut horologio reſtituitur motus appenſis ponderibus. Qui ſemel paroxyſmo apoplectico tentatus, poſtea fiat vertiginoſus, eum novis acceſſionibus obnoxium fieri judicatur*, quatenus materia morbifica in ambitu cerebri collecta ibidemque ſparſim fluitans ſubinde per portiones tantum exiguas in meditullium deſcendit, & tandem acuta vitriolica, vel narcotica vi ſiderationem accerſit.

In paroxyſmo) motus ſanguinis mutandus, & juvandus, hinc expediet ſi in ſella aeger contineatur: ſpiritus animales excitantur *ſpiritu corn. cerv. ſpir. fuliginis, ſalis armoniaci ſalſi*, cauterio actuali vertici applicato, veſicatoriis hinc inde appoſitis; cucurbitulis etiam, vomitoriis & clyſteribus acribus non neglectis.

Extra paroxyſmum vere, & autumno purgandum emeticis, cathartieis, *pilulis de ſuccino* Cratonis: *fontanellae duae* ponendae, una in brachio, altera in pede lateris oppoſiti; pro confortatione electuaria, aquae deſtillatae; (NB. *in vino prius maceretur ſtercus pavonum*) rotulae; *ſpiritus ſalis armoniaci ſuccinatus*, coralliatus, caſtoreo aut cranio humano impraegnatus.

Potus coffae, & herbae theae, ſuccolata, elixir. vitae Matth. tinct. coralliorum.

In diaeta, coena ſit pauca vel nulla, ſomnus meridianus, &c. *Compotationes nocturnae fugiantur; materia morbifica ſaepius aeque tenuis ac ſubtilis eſt ac ipſi ſpiritus animales qui afficiuntur, adeoque omnem fugit ſenſum, quod probat hiſtoria Thologi apud Williſium, in quo ne veſtigia quidem, vel ſanguinis extravaſati, vel colluviei ſeroſae apparebant capite aperto.*

C A P. III.

De paralyſi, caro, comate vigili, & ſomnolento, catalepſi, incubo, lethargo, &c. opiſthotono, emproſthotono, tetano.

C*Oma, lethargus, & carus differunt, (1) quoad gradus ſomnolentiae, (2) quoad memoriam, & oblivionem (3) quoad diſſipationem febrilem.*

Omnium horum affectuum cauſſa eſt (1) humor aquoſus pituitoſus, lympha copioſa ſive colluvies ſeroſa, quae ſi occupet ſaltem corticem cerebri, & ſuperficiem oritur *coma*, ſi non ſuperficiem ſolum ſed & profundius penetret ad ipſam ſubſtantiam,

Digitized by Google

tiam, & meditullium oritur *lethargus*; ſi vero profundius ingreditur ad ipſum corpus calloſum, excitatur *carus*; ubi vero ipſum corpus calloſum, occupaverit oritur *apoplexia*, quatenus obſtruit poros, & tr inſitus denegatur ſpiritibus animalibus.

Cauſſa 2. a ſanguine copioſo non extravaſato ſive reſtagnante in vaſis, quod fit in plethoricis, quia vaſa valde diſtenduntur, ita ut partes ſubjacentes comprimantur, & tum curantur per venae-ſectionem.

Cauſſa 3. a ſanguine extravaſato, ubi non eſt plethora, quando ob nimiam copiam, & diſtenſionem vaſa rumpuntur, vel a caſu, ictu, percuſſione, quae excitant rupturam ut ſanguis irruat in cerebrum, unde omnes viae clauduntur ſpir. animalibus.

Cauſſa 4. tumor in cerebro, qui per ſigna non innoteſcit, niſi poſt mortem quale exemplum habet Platerus.

Cauſſa 5. a vaporibus excitatur, qui aſcendunt ſive ex humore putrido, vel a vino intemperanter, & nimia copia hauſto, vel a *ſpir. vin. ſic dediti crapulae ſaepe comprehenduntur tali affectu ſoporoſo propter continuum influxum vaporum exhalantium ex ventriculo, inteſtinis, & vaſis meſeraicis.*

Cauſſa 6. a medicamentis narcoticis vim figendi habentibus ſpirit. anim. *qui ita incraſſeſcunt, & coagulantur, fiuntque inepti ad praeſtandos ſenſus, ſicque impeditur reſtauratio. Vel etiam tales particulae ſulphureo vitriolatae poſſunt generari in ipſo corpore ſicut, & alii humores generantur, licet in medicamentis non fuerint aſſumtae, quae coagulant, & incraſſant ſpiritus.*

Q. Quae vena ſecanda? ℞. Jugularis prae brachiali, quia ſic ſanguis intra ſinus capitis plurimum coacervatus, & reſtagnans ad aequalem circulationem facilius reducitur.

Vomitoria) ſunt exhibenda ſi a crapula, vel aſſumtis narcoticis affectus fuit excitatus ſoporoſus ſin vero ſupervenerit alii morbo, ſanguis ſit valde cacochymicus, tum nocent, quia humores exagitant, & in partem affectam magis adigunt.

Errhina, ſternutatoria, & apophlegmatiſmi in principio morbi ob metum novae fluxionis vetantur.

Veſicatoria ſincipiti adhibita multum praeſtant.

IN AUCTORE.

Praeceſſit hic febris, E. ſi eſt de eſſentia lethargi, caſtoreum ſemper debet admiſceri.

In miſtura poteſt pro lubitu ſuſtitui *aqu. cephalica magna, anhaltin.* unc. ſem. *tinct. ſuccini. errhina poſſunt confici ex nicotiana, flor. lil. convall. majoran. ſem. rutae.*

Illa materia non fuit evacuata e cerebro, ſed ex glandulis palati, & ſalivalibus.

DE INCUBO.

Non ſolum afficiuntur ſpiritus in ipſo meditullio, ſed & in cerebello contenti.

Plerumque ſunt crapulae dediti, & habent ſanguinem melancholicum.

Conveniunt purgantia cephalica, poſt confortantia *conſerv. beton. fl. paralyſ. major. ſpir. dianth. pulv. Marchionis, ſuccinum, ſpir. lil. convall. ſirup. de betonic.*

℞. *Sulph. antim.* gr. v. *crem. tartar.* gr. vi. m. f. pulv.

℞. *Diagryd. ſulph* ſcrup. ſem. *caſtor.* gr. v. *olei ſuccini* gt. i. m. f. pulv.

Hoc purgans in aliis affectionibus non poteſt uſurpari, quia excedit doſin.

Hermodactyli optime omnibus purgantibus praecipue in affectibus nervorum addi poſſunt.

℞. *Turbith mineral.* & pro hoc errhino minerali aliud ex vegetabilibus conſtans ſubſtitui poteſt.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

DE LETHARGO.

Affectuum priorum ſubjectum quaeſivimus in cerebri meditullio, & cerebello, jam de illis agimus, quorum ſubjectum latet in cortice cerebri, *cujus partis, & loci affectiones ſunt ſomnus vigiliae, & memoriae*, explicandum itaque quomodo fiat ſomnus naturalis, & praeternaturalis, & memoria. Naturalis ſomnus fit quando ſpiritus animales retrocedunt verſus interiorem cerebri partem, & ſuccus nervoſus pro nutritione, & generatione ſpirituum animalium poros ingreditur, id quod ex lege naturae ſimul fit.

Praeternaturalis fit) quando ſuccus ille nervoſus inquinatus, ſeroſus & vitioſus, animales ſpiritus a cortice cerebri repellit verſus interiorem cerebri partem: eadem haec ſpirituum animalium excluſio ab exterioribus cerebri meatibus humore quodam plenis eſt cauſſa oblivionis.

Lethargus, ſive cum febre vel ſolum denotat affectum ſoporoſum, oritur ab illuvie ſeroſa cerebri anfractus exteriores irruente, ejuſque poros & meatus corticales ſubeunte, id quod docuit anatomia, quando etiam plicarum cerebri interſtitia lympha fuere repleta, unde ſaepius hydrops cerebri.

Saepius etiam a malignitate, quando virulenta quaedam, & infeſta materia e ſanguine in cerebrum inſtillat in febribus malignis, in febribus male judicatis (curatis) vel fit a latice inerti, & vappido, loco ſucci nervoſi, & ſpirituoſi influente in cachexia ſcorbutica, & ictero.

Cauſſae procatarcticae ſunt) ſanguis vitioſus, & cerebri diſpoſitio talis facile materiam morbificam ſuſcipiens. In narcoſi ſpirituum etiam conſiſtit, ubi quaeritur, an particulae tales narcoticae in corpore noſtro generari poſſint? affirm. quia in affectibus ſpaſmodicis videmus generari particulas nitro-ſulphureas, quare non etiam particulae ſulphur. vitriol. aut narcoticae.

Aut edictorie ſumma conſiſtit in hoc. Accidit ſomnolentia illa, quia ſpiritus animales exterioris cerebri incolae a motu & emanatione ceſſant, quod fit proprio vitio, quatenus vero a labore, morbo &c. abſumti, vel narcoſi affecti: ut congelentur, vel vitio cerebri, quod in exteriori parte eſt obſtructum, ut ſpiritus animales debito pro expanſione ſpatio defraudentur.

Quare laedatur reſpiratio, & pulſus? ℞. quia durante paroxyſmo eadem cauſſa morbifica ex parte etiam cerebellum afficit, ibidemque ſpiritus praecordiorum motibus inſervientes laedit, qui perturbati non quidem omnino ceſſant, munus tamen difficulter ac interrupte peragunt, ut diaphragma, & thoracis muſculi ſyſtoles ſuas laborioſe, & nunc longiori conatu, interdum nixibus repetitis obeant.

Unde febris in lethargo? Illa ſeu praedit ſeu ſequitur, non ab humore putrido, quo putant oriri inflammationem frigidam, quae idem ſonat quod ignis glacialis: ſed a prohibito aequali fluxu ſanguinis, & aequali refluxu, qui impeditur propter laeſam reſpirationem, & pulſum, non ſolum enim ſanguinis temperies in particulis rite commiſtis, & ſubactis, verum etiam in organica circulatione conſiſtit.

Quae vena ſecanda? ℞. Jugularis prae brachiali, quia ſic ſanguis intra ſinus capitis plurimum coacervatus, & forſan reſtagnans in circulationem aequabilem facilius reducitur.

An vomitoria ſint exhibenda? ℞. Si a crapula vel narcoticis aſſumtis exortus fuerit affectus, conveniunt *ſal. vitrioli, aq. benedict. mercurius vitae* rite praeparatus cum *aq. ceraſor. nigror.*

Sin vero febri aut alio morbo ſupervenerit, vel ob vitioſam ſanguinis diatheſin ortus nocent ab initio exhibita, quia humores exagitant, illoſque ſubigere nequeunt, & in partem affectam magis adigunt.

Errhina, ſternutatoria apophlegmatiſmi morbo ineunte ob metum novae fluxionis vitantur. *Veſicatoria* ſincipiti adhibita multum praeſtant.

DE

D E V E R T I G I N E.

In vertigine manipuli ſaltem ſpirituum animalium afficiuntur, ipſorumque motus partim pervertitur, partim ſupprimitur.

In prioribus morbis illa pars cerebri tantum fuit affecta, in qua anima ſenſitiva locum habet, nunc vero illa pars interior, ſive ſuperficies calloſi corporis, *ubi phantaſia, & ſenſus communis reſident*, afficitur in vertigine. In vertigine facultas viſiva, & locomotiva laeditur. Objecta enim viſibilia circumrotari videntur, & laborantes ſaepius etiam corruunt, nonnunquam a tenebris obſuſcantur. Hoc in affectu ſenſus communis, & imaginatio laeduntur ſimul, judicium vero rationale conſtat.

Quomodo fiat? conſiderandae ſunt res nonnaturales, quae illam excitant, circumgyratio, deſpectus ab alto, pontium tranſitus, navigatio, ebrietas.

P A R A L Y S I S.

Definitur, quod ſit partium nervoſarum a debita tenſione reſolutio, ſeu relaxatio.

Cauſſa eſt, quod ſpiritus animales partes illas non ſatis irradiant, vel viarum obſtructio, vel ſpirituum animalium impotentia, & *defectus*, quando a flatu quodam maligno, vel narcotico ſunt tacti.

Obſervatio ad affectus ſoporoſos.

Ad obſerv. (1) *Comate carone*: male conjungit Auctor hos affectus.

Oblivio eſt verum ſignum lethargi, neque enim ſemper adeſt febris.

Ad obſerv. (2) addit Auctor plures morbos, & ſymptomata quae non poſſunt ineſſe ſubjecto, nec morbo.

Vertigo eſt ſymptoma hominis vigilantis, ſi fuit hyſterica quomodo potuit eſſe vertiginoſa, neque fuit paralytica, quia fuit hyſterica, ſive abfuit potius convulſio.

Si pilulae conſtant ex reſinoſis, reſolvuntur in ſpiritu vini, vel aniſi.

Acida ſunt nervoſo generi inimica; affectus hyſtericus non fert dulcia, quae facile bileſcunt, unde effervescentia orietur major.

Nephritis, paralyſis non poſſunt curari intra 7. dies ad obſerv. *Deckeri*, non ſemper adeſt totalis privatio, ſed quandoque aliqua ſaltem impotentia.

In paralyſi debent praecedere praeparantia, & reſolventia; unguentis *praeferuntur ſpiritus, quia illa magis obſtruunt poros. Aq. anhalt. ſpir. lumbr. terreſt.* praeparantia, *ſalv. roriſmar. major.* nervina.

Pilulae foetidae ad ſcrup. ii. laudantur in affectibus hyſtericis, & nervinis, quia e profundo eliciunt materiam morbificam.

Loco ſuccini conveniet *ſpir. artic. minor.* qui egregie prodeſt.

Hermodactyli referuntur inter hydragoga, quia ſerum evacuant, proſunt affectibus nervinis.

In pilulis conven. *extractum* in ſubſtantia, vel in vino medicato, vel pulvere.

C A P. V.

D E C A T A R R H I S, *&c.*

Definitio *in omnes corporis partes*; *totum enim corpus eſt tranſpirabile*, adſunt etiam vaſa, quae humores ad omnes partes corporis vehere poſſunt: alii definiunt, quod ſit humoris excrementi e capite ad ſubjectas partes praeternaturalis effluxus.

Humor praeternaturalium.

Cerebrum) veteres dixerunt eſſe tectum domui fumoſae impoſitum, excipiens vapores e partibus inferioribus continuo aſcendentes; quod ſano ſenſu explicandum, neque cerebrum ſemper in culpa, verum etiam partes ſanguificationi deſtinatae; quamvis vitia primae, vel ſecundae coctionis ſaepe praeter culpam excuſantur, quum partis intemperies, in quo humores generantur, ſufficiat, certum enim eſt in medicina axioma: *Ubi alimentum ibi excrementum, &c. Cerebrum etiam* generat catarrhos, quia aëri prae aliis partibus exponitur: hinc *aër calidus*, colliquat & fun-

dit, *frigidus* vero conſtringendo exprimit; plurimum vero contribuit *inaequalitas aëris, ejuſque ſubitaneae mutationes*, vel etiam aër autumnalis ejuſque primum frigus, quia pori per totam aeſtatem fuere aperti.

Literati etiam iis ſunt obnoxii ob continuas meditationes, & ſpirituum animalium conſumtionem.

Aulici etiam, quia nudato capite ſemper incedunt, & illi qui conclave ingreſſi ſtatim dum adhuc ſudant capillos rejiciunt: *etiam ob prohibitam ſeri tranſpirationem*.

Qui pedibus nudis incedunt, ob magnos nervos, quos a ſpinali medulla habent pedes, & impeditam tranſpirationem, & haec eſt ratio quare pediluvia conferant quid in catarrhis.

Addo membranas, &c. diſtinguendum inter partes mandantes, & recipientes: recipientes utique ſunt partes membranoſae, & nervoſae, quod ex tumore, dolore & loco affecto patet, harum partium fibrae vellicantur; perioſtia, & membranae oſſium capita inveſtientes in arthritide afficiuntur.

Addi debent diuretica, & ſudorifera, confortantia etiam cerebrum, morſuli incraſſantes, & confortantes.

In catarrho ſuffocativo nocent unguenta, ſaepius etiam in febribus nocent.

Purgantia ſint aloëtica, de ſuccino Cratonis.

Arthritis, hujus enim cauſſa merito quaeritur in cerebro, quod probant Carolus Piſo, & Fernelius.

Non ſanguis peccat, quia corpora exanguia fere ſemper occupat, quamvis enim tumor ſuperveniat, ille tamen non eſt morbus, ſed ſymptoma, & ob impeditum ſanguinis circuitum fit; *ſi enim ex ſanguine ob plenitudinem ſeu ſeroſam intemperiem extravaſato fieret, duceretur ad ſuppurationem aliquando.*

Neque ſuccus acris ſeu acidus nerveus accuſari ſolum poteſt, quia in 6. partibus excitaret tales vellicationes, neque ſolum internodia oſſium infeſtaret: neque humor quidam a ſanguine effervеſcente deciduus, & ab articulis ſuſceptus cauſſa materialis eſſe poteſt, tunc non ſemper deberet praecedere febris, *& arthritici quam maxime deberent eſſe proclives ad febriles effervеſcentias, quod rariſſime fit:* ſaepius etiam inſultus arthritici fiunt ſubito, & in principio valde atroces ſunt, ſine inmani ſanguinis effervеſcentia, & ebullitione, quod fieri non poſſit ſi ſenſim materia morbifica in parte affecta deponeretur, tum enim eſſent paroxyſmi longiores, & durabiliores, neque tam facile ſedem ſuam ita mutare poſſent.

Materia morbifica non eſt mere excrementicia, ſive portio ſucci nutricii verſus ſalem fixum degenerat; alias humor ille excrementicius continuo parti affectae moleſtiam, & tumorem excitaret; convincitur hoc etiam curatione per amputationem, & curationem facta.

Itaque apparet humorem quendam ſingularem inſultus arthritici cauſſam eſſe non poſſe, ſed potius duos ſuccos fermentativos non facile miſſibiles coire, effervеſcere, & lucta hac fibrarum vellicationes dolorificas excitare. *Et quemadmodum videmus quod ſales in diverſimodo ſtatu poſiti, alii nempe fixi ſive alkaliſati, alii fluorem adepti ſive acetoſi invicem commiſſi ebulliant, & effervеſcant, eorundem humiditate in coagulum album, & duriuſculum faceſſente, ſic ab eorundem ſuccorum diverſae ſalinae indolis coagulatione, nonnunquam materia tophacea calculoſa in locis affectis congeritur.*

Succus nutricius e ſanguine per arterias ad omnes partes delatus conſtat *e pauxillo ſpiritu, aqua terra, & ſulphure copioſis, & modico ſalis aliquatenus volatiliſati.*

Nerveus liquor volatilis eſt, quod ſi degeneret in fluorem ſive acetoſitatem, ejuſque particulae, ſuborta ſubinde fluxione, uberi copia, in articulos deſcendant, ibidem cum minera ſalina effervеſcunt & paroxyſmum arthriticum excitant.

Omnes purgationes aloëticae in affectibus catarrhoſis laudantur, uti pilulae Cratonis vel Francofurtenſes, &c.

Externe non ſine utilitate uſurpantur *thus, maſtiches*, &c. externe medicamenta ſemper tuto juxta vulgum applicari non poſſunt, quia magis excitant ſerum, uti in catarrho ſuffocativo in quo non valet axungia pectoralis vid. Craton.

Albumen ovi ſi cum lacte auribus applicatur valet, ſic etiam *olea deſtillata* ut *ſuccini*, &c. aquae, ſpiritus, ſi catarrhus eſt a lympha craſſa laudantur, omnia vero opiata exulent.

℞. *Flor. cinei*, &c. per iſtos flores juxta *Deck.* nihil aliud intelligitur, ac eſt, quam ſtannum depuratum.

℞. *Aq. euphraſ.* haec formula optime convenit, ſed ſal eſt omittendum, ac *crocus metallorum*, vel aliud ſubſtituendum.

℞. *Minii* lib. ſem. & hoc emplaſtrum valde laudatur & eſt in communi uſu, nam habet vim anodynam, & mitigandi acrimoniam.

Purgantia, & ſudorifera habent vim curandi arthritidem.

℞. *Aq. prophylact. noſtr.* haec formula habet vim lympham acrem incraſſandi, & ter de die cochleatim aſſumi poteſt.

Errhina, & ſternutatoria licet quidem non ſine magno ſucceſſu in quovis catarrho aſſumantur, *attamen in ophtalmia maxime nocent. Sequitur errhinum.*

℞. *Succi betae rubrae recenter expreſſi* unc. ſem. *aq. major.* unc. i. *ſem. nigell.* ſcrup. i. miſc. *Formula humores intercipiens eſt ſequens.*

℞. *Diacod. ſolidi* in rotulis Auguſt. drach. i. vel iii. *Formula ſequens humores attenuat.*

℞. *Aq. Jocb. ſan. & expert. ſcabioſ. ver. aſthmaticae* ℥℥ unc. i. *oxym. ſquillit.* drach. i. *ſirup. de ſcabioſ.* drach. vi. *pro confortatione.*

℞. *Succin. ppt.* drach. vi. *ambr.* ſcrup. i. *ſacchar. in aq. epilept. Langii ſolut.* q. ſ. f. rotulae.

Sequens formula in quovis catarrho tuto, & magno cum ſucceſſu poteſt propinari.

℞. *Chin. elect.* unc. ſem. *lign. ſantiſc.* drach. iii. *viſc. quercin.* drach. ii. *ſem. aniſi* ſcrup. ii. coque in 4. lib. aquae fontanae.

L I B E R I I.

D E

Affectibus Colli.

C A P. I.

D E A N G I N A.

A*Ngina*) quaſi intus augens, praecludit enim cibi, potus & aëris introitum: ab ἄγχω ſuffoco, ſtrangulo; cynanche, quod *ſuibus* familiares ſint morbi.

Definitio: haec deſcriptio eſt admodum generalis, quia non omnis faucium inflammatio eſt angina, ut in *variis morbis, febri Hungarica*. Etiam non eſt reciproca definitio.

Faucium inflammatio ab Hippocrate diſtinguitur ab angina 6. epidem. ſect. 7. ς. 1. quibuſdam vero faucium inflammationes aderant, aliis angina.

Haec jam poteſt ſubſtitui definitio, quod ſit cum febre continua, dolore, ardore deglutiendi difficultate, & ſuffocationis metu.

Differentia deſumitur a muſculis affectis, qui varii ſunt, vel oeſophagi, laryngis, vel aſperae arteriae. Oeſophagi externi inflammati efficiunt paraſynanchen, interni vero ſynanchen; haec ſpecies familiaris eſt ſuibus, *qua utplurimum moriuntur*. Aſperae arteriae internae ſive laryngis muſculi afflicti generant cynanchen, quae ſpecies familiaris eſt canibus. Externi vero ſeu aſperae arteriae capitis muſculi inflammati paracynanchen conſtituunt.

Fauces i. e. pars ex gula, & gutture conſtituta.

Partes affectae ſunt variae communes nempe, quae palatum conſtituunt reſpiratio, & deglutitio praeprimis laeduntur ab ipſo morbo, etiam alia ſymptomata accidunt.

Nota: partes hae omnes non ſemper omnes laeduntur, ſed pro diverſitate ſymptomatum.

Si Hippocratem conſulamus, is tres tantum admittit differentias deſumtas a morbi gravitate, & vehementia; prima eſt paracynanche, quando tantus adeſt in faucibus, & collo tumor, ut proprii laryngis muſculi conſtringantur cum orthopnaea, oris rictu, linguae exertione, oculorum prominentia, faciei rubore, aphonia, & potus in nares regurgitatione.

Altera eſt in qua rubor, & inflammatio ſe magis foris, & extrinſece extendunt, vocatur paracynanche.

Tertia, in qua ſolum rubor, & tumor in colli, & cervicis muſculis conſpicitur extrinſece cum minoribus ſymptomatibus.

Eſt vel vera vel notha: & haec vel ratione cauſſae, vel ratione effectus, ut plurimum angina fit per viam fluxionis, rariſſime per viam congeſtionis.

Eſt vel maligna, vel benigna; in illa omnia ſymptomata ſunt graviora, & contagioſa, in hac vero non ita.

Haec notata adhuc eſt differentia, & ab Auctore omiſſa.

Cauſſa: mediata eſt aër frigidus, ictus, potus frigidus.

Ebrietas, & quaevis repletio; ſanguis bilioſus, vel lympha acriori impraegnatus per arteriae jugularis ramos influit.

Pituitoſus humor illegitimam, & notham potius excitat; ſaepiſſime, quod notandum, fit a menſium ſeu haemorrhoidum ſuppreſſione.

Quibus ex angina in pulmonem fit mali converſio, intra ſeptem dies moriuntur, ſi vero hos effugerint, ſuppurati fiunt. l.5.aph.x.

Angina correpto tumorem in collo fieri bonum, morbus enim foras vertitur l.7. aph.49.

Angina detento, tumor, & rubor in pectore superveniens bonum, morbus enim foras vertitur l.6. aph. 37.

Si febre detento collum repente pervertatur, ut vix deglutire queat, nullo in faucibus exiſtente tumore, mortiferum. l.8.aph.35.

Indicationes deſumuntur a morbo, cauſſa morbifica, & viribus.

In principio quies commendatur etiam ipſius linguae, hinc gargariſatio valida etiam non approbatur.

Humor vel influxit, qui reſolvendus, vel concoquendus ſi aliter fieri nequit, & ſuppurandus, & mutandus, vel adhuc influit, qui repellendus, revellendus, et derivandus, vires vero roborandae.

Periculoſiſſima quae nulla in faucibus praebet ſigna, (tumorem ſeu inflammationem,) praeter dolorem et orthopnoeam.

Quae fit ob laxationem vertebrae etiam pro incurabili habetur.

Inter revellentia primum obtinet locum venae-ſectio, quae parcius in hyeme, quam aeſta-

aeſtate adminiſtranda, et quidem partitis vicibus. *Si a menſium vel haemorrhoidum ſuppreſſione ſiccetur vena in pede, poſt ſub lingua aperiatur vena, non vero in principio, ne tota corporis plethora illuc trahatur.*

Poſt lenitivum exhibeatur, praeſertim ſi ſit a pituita, ex *mann.el.* unc.ii. *crem. tart.*drach.ſem. in juſculo ſeu aq.aliqua deſtillata.

Repellentia externe collo nunquam applicanda, ſed ſolum in gargariſmis locum habent: atque decocta varia, *plantag. tormentil. fol. quercus roſar. rubr. ſucc. granat. myrtill. mel. roſat.* quod valde abſtergit.

Si dolor urgeat, lac chalybeatum detur pro gargariſatione.

Poſt digerentia addantur decoctis, *agrimon. betonic. hyſſop.* et tandem ſuppurantia.

Quod ſi tumor non rumpatur, fruſtulum panis vel carnis per vim deglutiatur, vel pulvis centaur. min cum albo graeco aſſumatur. Laudatur etiam ad rumpendum abſceſſum antimonium diaphoret.

Abſceſſu rupto aeger commode locandus, ut pus effluere queat.

Laryngotomia non minus rara quam periculoſa, modum operandi tamen docet *Hildanus*.

Diaeta debet eſſe tenuiſſima, quia juxta Hippocratem in morbis acutis tenui victu utendum.

Semper convenit venae-ſectio ſi non evacuativa, tamen ventilativa.

An ſanguis ad animi deliquium ſit mittendus, ut voluit Galenus in febribus ardentibus, magnis inflammationibus, et vehementibus doloribus? ℞. neg. obſtat difficilis reſpiratio, et ſuffocationis metus, deinde ſpiritus vitales hic ſatis ſunt neceſſarii ad reſpirationem.

Etiam imminentis ſigna ſunt conſideranda.

Venae-ſectio eſt optimum, praeſentaneum et compendioſum remedium, praemitti tamen debet enema.

In quo latere ſit ſecanda V. ℞. in oppoſito primo, poſt etiam in affecto; ſin vero nullum diſcrimen appareat unum latus prae alio dolere, mittatur ſanguis e dextro brachio vena mediana vel baſilica.

Quid faciendum ſi menſes ſunt ſuppreſſi, vel haemorrhoides; vel ſi fluant, quae vena ſecanda? ℞. conſiderandum an metus adſit ſuffocationis, ſi adſit, praemittatur ſectio venae brachii, ſecus vero pedis.

De purgantibus notandum, ſi febris praecedat, vel ſimul cum angina invadat, purgantia poſſunt dari, quia humores ſunt quaſi turgeſcentes, debent tamen febrim non augere, nec humores valde agitare, *caſia, manna, tamarindi, ſirup. roſ. ſolut. viol. de cichor. cum rheo, &c. electuar. diacatholic.*

Repellentia interne dantur in forma gargariſmi, non debent eſſe acria, nec deleteriam habere qualitatem, ne accidat nobis id, *quod Medico contigiſſe Galenus meminit, qui atramentum ſutorium pro gargariſmo praeſcripſit.* Parantur potiſſimum, quod Galenus interdum innuit, ex moro ex corticibus viridibus juglandum, acida cereviſia, et melle.

Gargariſmi non tuto in principio praeſcribuntur, quia propter illum motum major fit agitatio humorum ut magis influant, poteſt tamen quis eo uti ut ſaltem detineat in ore, in ſtatu vero commode adhiberi poterit. Quies hic eſt ſumme neceſſaria praeprimis, in principio ubi turgent humores, quo magis enim corpus movetur eo major fit agitatio ſanguinis.

Somnus non adeo tutus, quia refluxus augetur, et inflammatio major fieri poteſt in ſomno, in omnibus enim inflammationibus ſomnus non conducit.

Purgantia ſine ratione omittuntur. *Zacut. Luſitan.* quae tamen praeſcribi debent non in ſolida forma ut pilulari electuar. bol. etc. *ſive potius in forma liquida.*

Et quum vomitus ſit periculoſus, purgans debet eſſe faucibus gratum v.g ex manna.

na. ℞. *mann.elect.* unc.ii. *crem.tart.* drach. ſem. ſolve in calore tepido balnei Mariae c.ſ.q. *acidularum Wildungenſium* addito parum *ſucci citri*, poſt clarificetur cum albumine ovi, & filtrentur per chartam emporeticam, cui odor & guſtus ſuavis conciliatur *recentibus corticibus citri*, fiat potio clara, & grata: eſt nobile & gratum purgans; unde dicitur Caeſareum ſeu imperiale, quia Imperator ſolet uti hoc purgante ad unc.i. vel unc.i. ſem. ſi deſint acidulae poteſt ſumi *aq. flor. acaciar.* & addi *ſpir.vitriol.* ad gratiam.

In angina maligna ſummo cum ſucceſſu exhiberi poſſunt medicamenta emetica.

Sudorifera, ſi adſit malignitas, ſumme neceſſaria ſunt, talia debent eſſe, quae vim habent ſimul refrigerandi ſanguinem quando tranſeunt gulam, quale eſt nitrum perlatum doſ. ad ſcrup.i.

De purgantibus notandum quod debeant eſſe talia, quae non exagitant, &c. vid. ſupra.

Medicamenta contra anginam.

Rad. poteſt addi *radix tormentill. plant. fl. liguſtri* celebres ſunt propter vim adſtringendi: *ſirup.pap.errat.rob.dianuc.* quod habet vim alexipharm. & adſtringendi etiam ſummam penetrandi.

Repellentia nunquam externe collo applicanda, ſed in forma ſaltem gargariſmatum.

In gargariſm. poſſunt addi vel ſubſtitui *plantago flor.tormentill.mel.roſatum*, quod non ſolum repellit, ſed & valde abſtergit.

Adſtringentia ſola non debent praeſcribi, ſed ſemper digerentia, & ſuppurantia debent admiſceri, quia ſi ſolis adſtringentibus uteremur, tum major fieret inflammatio, quia pori conſtringerentur ſicque ſanguis detineretur, & non poſſet evacuari.

Formulae in gargariſm.

Loco liquoris in quo ſpecies coquantur, poteſt ſubſtitui cereviſia acida, in qua ſpecies poſſunt coqui, ſi dolor urgeat, lac chalybeatum.

Inter diſcutientia commendatur, *decoctum agrimon.beton.hyſſopi.*

Alii negligunt decoctiones, & ſolvunt *nitrum in aq.fontana*, vel confundunt *cancros in aq.fontana*, & addunt parum *aceti* illoque utuntur pro gargariſmate.

Medicamenta externa emollientia, & reſolventia adhibentur, vel in forma cataplaſmatis, vel linimenti imponuntur, poſſunt illis *quae Auct. habet aliae herbae addi malva bis malv.flor.chamom.ſambuc. melilot.* quae ad mucilaginem coquuntur. *ol.lumbricor.terreſtr.* praefertur, *ol.ſept.florum Mynſichti.* ol ſapon.Venet. *inter emplaſtra commendatur empiaſtr.de meliloto*, diaphoret. Mynſicht.

Obſerv. 1. Cauſſa mortis fuit angina maligna, hinc nocuit venae-ſectio, deinde magnum commiſit errorem, quia aſſumſit medicamentum catharticum.

2. Quae abſceſſus rumpunt ſunt *Mercurius diaphoret.pulv. centaur.min. cum albo graeco, & melle aſſumtus, nidus hirundinum.* Excrementa animalium conducunt in ipſo affectu propter vim reſolvendi propter ſalia nitroſa, quibus impraegnata ſunt ut album graecum, nidus hirundinum.

F O R M U L AE.

Pro gargariſm. ℞. *Semper vivi maj.* exprime ſuccum hujus ſucci, ℞. lib.ii. *ſalis armon.* unc.vi. deſtillentur lege artis, ſi placet poteſt addi *ſuccus cancror expreſſus*; optime etiam reſolvit caſia extracta, ſi cum aq. plantaginis ſolvatur, & ſaepius gargariſetur.

Convenit etiam hoc; ℞. *nid.hirund.* unc.i. ſem. *empl. de melilot.* drach.ii. *medull. caſia* drach.ſem. c.ſ.q.ſap.f.cataplaſma.

Sine coctione: ℞. *Aq. prunell. ſemper viv. corticum nucum* āā. unc. ii. *rob. dianuc.* unc.ſem. *lap.prunell.* drach. ſem. ℞. *flor.liguſt. balauſt. roſar.rubr.torment.* āā.p.i. inciſa craſſe dentur ad chartam. Ene-

Enema poteſt eſſe tale in angina, quod debet praemitti venae-ſectio. ℞. *herb. violariae, malv.* ãã. m. i. *chamomili. centaur. min.* ãã. p. i. *rad. liquirit. alth.* ãã. drach. iii. *ſem. lin.* unc. ſem. *prunor. dulc.* nu. iv. coq. in aq. font. colatur. ℞. lib. i. adde *electuar. diacatholicon.* unc. i. *ol. viol. amygd.* ãã. unc. i. *vitell. ovi. ſalis gemmae* drach. ſem. m. f. enema. Conveniunt etiam clyſteres nutrientes ex juſculo capon. *carn. gallin.* & quia febris urget, convenit *aq. cordialis frigida* Saxon.

Deſtillatum externe applicandum, ℞. *herb. ſanicul. alchymill. pyrolae* utriuſque, *matris ſylveſtris, veronic. hederae arbor. fragariae, conſolid. ſarracen.* ãã. miſt. *rad. vincetox.* m. ſem. *albi graeci* m. ii. infundantur in cerevifia vetuſta, & acida per aliquot dies, poſt deſtillentur ſum. ut ante; mane & veſperi poteſt gargariſari aeger.

CAP. II.

DE SCROPHULIS.

DEfinitio) ſunt tumores penduli propria membrana incluſi, & doloris expertes, ſuibus ſunt communes.

Continent in ſe humorem pulti, vel melli ſimilem.

Hippocrates putat fieri ſtrumas ab anno 14. ad 42. ab ea vero aetate ad annum 65. fieri negat: nullam tamen video rationem.

Moleſtae magis ſunt quam vitae humanae inſidioſae, excitant raucedinem, diſpnoeam & formam minus decoram.

Cauſſa eſt humor craſſus, & lentus, quem pituitam vocant.

Non videtur veriſimile, quod ſit humor excrementicius, quia ſine corruptione tamdiu ſubſiſtere non poſſet, tandem tamen hic humor putredine, & corruptioni ſit obnoxius.

Sed eſt ſuccus glandularum nutricius, qui nimia in copia adductus, vel a cauſſa aliqua violenta expreſſus e glandulis humores tales excitat. Hinc peculiari etiam aliqua membrana concluditur: (Sennertus, & alii facultatem formatricem hic accuſant:) verum hoc eſſe probat Caſ. 23. l. 6. ap. Timaeum.

Inter cauſſas locum habent aquae nivales, & crudae, in *Carinthia, Styria, & Alpibus*, ſtrumae ſunt endemiae, & qui ſani in illa loca perveniunt ibidemque aliquamdiu degunt, eodem morbo corripiuntur.

Ortum etiam trahit hic humor e cibis crudis, & craſſis, hinc aetati puerili familiares ſunt ſcrophulae.

Signis diagnoſticis non indigemus.

Prognoſis) inſtituitur talis, omnes difficulter curantur, facilius tamen in pueris, quam in adultis.

A vaſis liberae facilius curantur, quam quae vaſis implicatae ſunt ob metum haemorrhagiae ſi exſcindantur, vel ob metum graviorum ſymptomatum ſi cauſtica violenta apponantur, & virulenta, quum virus eorum toti maſſae ſanguineae communicari facillime poſſit, in colli parte anteriore ſine periculo maximo exſcindi nequeunt propter nervos eo loci latentes, qui laeſi aphoniam inducunt, *quod Medico cuidam, referente Galeno accidit*, qui a ſtrumis quidem per exciſionem liberavit puerum, ſed mutum reddidit.

Niſi radicitus, evellantur facile regenerantur; radix ſcrophulariae, urticae, ruſci valent.

Danda opera an inſenſibiliter diſcuti poſſit materia per topica emollientia, & reſolventia, vel an ad ſuppurationem deduci poſſit. Suppuratione facta obſervandum apertionem non eſſe faciendam, niſi totus humor ſuppuratus fuerit, ne calore exſpirato, reliquus magis indureſcat.

Quod ſi nec hoc modo curari poſſint, reſtat ſectio & per *cauſtica potentialia* aſſumtio. Illa periculi, & timoris plena ut ante dictum. Haec judicium & prudentiam exactam requirit, ne ſcilicet partes vicinae laedantur: *hinc muniendae ſunt unguento refrigerante Galeni, vel roſaceo aliove defenſivo frigido.*

Mo-

Digitized by Google

Modum ſectionis habent *Sennert.inſtit.l.5.part.1.ſect.2.c.13.* inter cauſtica primas *obtinet arſenicum, quod ultra dimidii grani tritici quantitatem non adhibendum*, & aeger interea, ut febricitans & febri maligna decumbens tractandus.

Laudatur *lapis cauſticus a Sennert. in inſtit. l.5. & ult.* deſcriptus. Item cauſticum appoſuit *Timaeus* in propria filia fruſtra tentatis aliis. ℞. *calc.viv.* unc.i ſem. *min.* unc.ſem. *ſapon.Fullon.q.ſ.coq.ad duriciem lapidis, vide in caſibus ejus.*

(Purgantibus addatur ſemper Mercurius dulcis pilul.de galbano compoſitae Sylv. etiam conveniunt.)

Potenter etiam diſcutit hoc *emplaſtrum.* ℞.*galban.*acet.ſolut.unc.i.*pic.naval.* unc. ſem.*ſal.armon.*drach.i.*pulv.rad.ſcrophular.* drach.ii. *emplaſtr. diachyl. cum gummat.* unc.ſem.

Exciſione curatam ſtrumam in brachio, & axilla dextra vid. caſ. med. *Timaei.* l.6. v.23.

Sin pendeant ſtrumae ab exili radice, ligari poteſt radix ſeto equino aut filo ſerico.

Reges Galliae curant per donum ſupernaturale, quod per ſucceſſionem ad omnes Reges, nullo habito familiae reſpectu pervenit, primus fuit Ethnicus, & idolorum cultor, *converſus vero ab uxore, & baptiſatus donum habuit ſanandi per tactum ſcrophulas.* Hinc tali utuntur formula:

REX TE TANGIT, DEUS TE SANET.

Integrum tractatum hac de reſcripſit *Andreas Laurentius*, Medicus Gallus.

Riverius) curatas ſtrumas habet in obſervationibus ſuis communicatis, obſerv. 18. obſerv. 9. ubi miram humoris ſtrumas excitantis acredinem, ut oſſa etiam excedere, *& colliquare potuerit, recenſet.*

Sequuntur externa, ſpirit. gummi ammoniac. topicus D. Geilfuſ. ol. circulatum D. Fauſti Archiatri olim Heidelbergenſis.

Zacutus Luſitanus commendat eſum ſerpentum, laudat etiam externe pinguedinem ſerpentum.

Medicamenta ut plurimum exhibenda Luna decreſcente. His tentanda eſt ipſa diſceſſio, ſi non juvant, tentanda ſuppuratio, non tamen aperiendus tumor, niſi prius bene ſit cocta omnis materia in illo.

Si haec non reſpondent voto Medici ad extrema confugiendum, quod fit per cauteria, & novaculas; interim tamen eſt curatio periculoſa, quia vaſa facile poſſunt laedi et defenſivum prius debet adhiberi, ut unguentum Galeni.

Inter cauſtica primas obtinet arſenicum, ſed non ſine periculo adhibetur propter ſaeviſſima ſymptomata: ultra dimidium grani triticei pondus non eſt imponendum; quia vero eſt periculoſum, alia adjungendo. Videatur Sennert. de lapide cauſtico lib.5. inſtitut.

Cauſticum tale prodeſt, ℞.*calcis vivae* unc.ſem.*minii* unc ſem.*ſapon. Fullonum* q. ſ.coque ad duriciem lapidis, qui per 3. horas conſumſit ſcrophulas filii illius, eſtque tutius quam arſenicum, *ad pag.*62. ibi item pumex poteſt addi, *emplaſtr.diaſulphur.Rulandi, de ammoniaco* compoſito Fauſti, *tale etiam habet.* ℞.*Galbani aceto ſoluti* unc.i.*picis navalis* unc.ſem.*ſalis armoniac.* unc.i. *pulver. rad.ſcrophular.*drach.ii. *emplaſtr.diachyl.cum gummis* unc.ſem.m.f.emplaſtr.

Sequens emplaſtrum. ℞.*Rad.bryon.cyclam.enulae, cucumeris agreſtis* ãã. unc.i. coque cum vino, &.aceto anatica portione, deinde piſtentur, & per ſetaceum tranſcolentur, add. *pulver.rad.irid.myrrh.oliban.maſtich.croci, ariſtoloch.rot.* ãã.unc.ſem. *flor.chamom.mehlot.ſambuc.*ãã.p.i.*opopan.ſagapen.ammoniaci, bdellii, galbani in aq. vitae* ſolutor.ãã.unc.ſem. *gummi hederae, ſtyrac.calamitae* ãã.drach.iii. *euphorb.*drach. v. *ſem.ſtaphiſag.* drach. ii ſem. *argenti vivi* ſaliva jejuni hominis extincti unc. ii. *ol. lilior.ovor.oeſipi* ãã.drach.v. *adipis anſerini, anatum, ſuilli, medullae cruris vituli* ãã.unc.

Digitized by Google

ãã.unc.i. *mucilaginis ſeminis lini, fœnigraeci, rad.alth.* ãã.unc.i.m.cum cera, & terebinthina f.emplaſtrum.

Obſerv. glandulae emolliendae) ſcrophulae talem habent naturam, ut emolliri queant. Medicus tamen tentet ſuas vires oportet. *Medicam. ſunt ſcroph. radix ſcrophular. principatum obtinet*,& omnibus debet addi medicamentis;huc pertinet pulv. ad ſtrumas Auguſti de Villa nova.

Pag.64. in notis Deck.lit.L. unguentum eſt tale Poterii. ℞. *fol.nicotian. recent.* m.vi. *butyri inſulſi* lib.ii. *terebinthinae Venetae* unc.iv. miſceantur ſimul,& inſolentur per octiduum, colentur, & torculari fortiter exprimantur; expreſſioni adde *cerae citrinae, gummi ammoniac.galban.* ãã. unc.ii. *pulver. antimonii crudi* ſubtiliſſime triti, *cinnabar.* ãã.unc.ſem. *myrrhae, thuris* ãã.drach.ii.m.f.unguentum,quod a *Poterio laudatur pag.*64. l.c.

Obſervat.) Et plerumque in meſenterio ſunt ſcrophulae tales, ideo contabeſcunt aegri, quia denegant influxum ſucci lactei.

C A P. III.

DE ANEURISMATE.

IN *Infantibus faciie pro vena inciditur arteria*, qualem obſervationem habet Riverius cent.iii.obſerv.43.quem tumorem curavit adſtringentibus ex bolo,terra ſigillata, aceto, & albumine ovi, faſcia arctiſſime ſuperinducta.

In obſerv.communicatis 12. refert, ingentem in molem excreviſſe tumorem poſt arteriae inciſionem ex appoſitione medicamentorum reſolventium, & tandem ſponte apertum eo in loco, ubi inciſio facta fuerat. Cent.4. obſerv. 34. refert de melancholico, cui tumor mollis ſub clavicula dextra eminuit cum inſigni pulſatione, qui inſanabilis fuit, poſt mortem arteriam magnam aſcendentem a corde ad claviculam adeo dilatatam, ut brachii fere magnitudinem aequaret.

Tunica ejus erat admodum denſa, & cartilaginea.

C U R A T I O.

Convenit cataplaſma ℞. *thur. maſtich.* ãã. ſcrup.ii. *balauſt. myrtill. acaciae. hypociſt. matricar. gallar. immatur.* ãã.ſcrup.ii. c. *album.ovi* f.cataplaſma protinus, & in principio ſtatim tumori applicandum, poſt appone laminam plumbeam, & ſuper impone emplaſtrum contra rupturam Auguſtanorum, vel tale. ℞. *rad. biſtort. conſolid. maj. cynogloſſ. ſigill. Salomon.* ãã.drach.i. *flor. roſar. rubr. liguſt. chamomil. melilot. balauſt. fol. heder. arboreſc. ſem. perfoliat.* ãã.ſcrup.ii. *ſummit. cupreſſ. bacc. myrti, malicorii* ãã. drach.ſem. *mumiae. ſanguin. dracon. ſarcocoll. maſtich. myrrh. thuris* ãã.ſcrup.i. *croc. martis* ſcrup. ſem. f. pulvis ſubtiliſſimus ter aceto roſar. irrorandus, & rurſus ſiccandus eſt, terendus, & per cribrum trajiciendus cum *ol. maſtich. cera, & terebinth.* f. emplaſtrum. Totum vero brachium ligetur faſcia madefacta tali epithemate.

℞. *Aq. burſ. paſtor. plantag. ſperm. ran.* lib.ſem. *alum. crud. croci martis* ãã. drach.i. *litharg.* drach.ii. *album. ovor. no.* ii.m. *Haec tutiſſima methodus eſt curandi aneuriſmata, & tales tumores.*

Horſtius laudat *Magiſterium opii*, ſi ſtatim in principio applicatur, quia ſanguinem ad miraculum uſque ſiſtit: idem praeſtat compoſitum ſperniolae, cujus deſcriptionem vide apud *Schroderum*, vel *ſperniola Crollii*, quia refrigerat potenter.

Puerperae ſaepius inopinato moriuntur, quatenus ob nimium parturiendi conatum aneuriſma internum rumpitur, & ſanguis in cavitatem nobiliorem effunditur, cujus cauſſam ſaepe non cognoſcunt adſtantes, & Medici, quia aneuriſmata interna non cognoſcuntur, niſi poſt mortem aperto cadavere.

Obſerv. 1. habet etiam *Riverius obſervat.* 18. in obſervationibus communicatis etiam talem habet caſum.

Digitized by Google

LIBER III.

DE

Affectibus Thoracis.

CAP. I.

DE PLEURITIDE.

HAEc deſciptio non eſt ſufficiens, quia etiam debet fieri mentio ſymptomatum, & ſignorum. E. ita.

Cum dolore pungitivo, tuſſi & reſpiratione difficili: haec abſolvit totam naturam hujus affectus; ſiquidem non omnis inflammatio poteſt vocari pleuritis.

Subjectum) eſt pleura, non ſolum autem pleura, ſed & muſculi intercoſtales, impoſſibile enim eſt quod membrana poſſit inflammari, non inflammatis etiam ſimul muſculis qui ea cinguntur; muſculi autem ſunt duplices, interiores & exteriores: ſi externi muſculi, pleuritis ſpuria ſive notha oritur; ſin interni, vocatur vera pleuritis

Plerumque etiam patitur, &c. hae non enim per ſe afficiuntur, ſed per conſenſum.

Q. An pulmones ſemper afficiantur in pleuritide? Affirmativam defendit Flaterus? alii contradicunt, & plurimi; ratio cui Platerus innititur eſt experientia. Verum pleuritis *degeneravit in peripneumoniam*, quando dicit ſe inveniſſe poſt extinctionem hominis, & apertionem cadaveris; ſed quia ibi pleuritis degeneraverat in peripneumoniam, ideo fuit ortus lethalis: pleuritis enim facile poteſt degenerare in peripneumoniam.

Cauſſa`ſanguis ſive quantitate, ſive qualitate peccans, quantitate quando peccat plethora, vaſa nimis diſtendit unde reſtagnat, aceſcit, fit acris, erodit tunicas, & ita effunditur in pleuram, & muſculos intercoſtales, unde vera pleuritis ſemper fit per anaſtomoſin vaſorum, vel peccat cacochymia quando eſt nimis acris, feroſus.

Viae, per quas influit ſunt arteriae mammariae, intercoſtales praeprimis, *ramus ſine pari*.

Differentia) vera eſt, quando pleura cum muſculis intercoſtalibus interioribus a ſanguine acri, & ſeroſo afficitur.

Notha eſt quando muſculi exteriores inflammantur ab humore pituitoſo, melancholico, lympha craſſiore, *vel etiam quando dolor lateris, ex improviſo oritur a flatibus, & tunc fallit Medicum, quia putat eſſe pleuritidem.*

Signa ſunt triplicia (1) *diſtinctiva, diſtinguentia pleuritidem a peripneumonia ſunt.* (1) Dolor in peripneumonia minor eſt, & non adeo vehemens ac in pleuritide; ubi ſentiuntur acerrimae puncturae, quia pulmones non ſunt ita exquiſiti ſenſus propter defectum membranarum, e contra in pleuritide afficiuntur membranae. (2) Reſpiratio multo difficilior eſt in peripneumonia, quia organa reſpirationis per ſe afficiuntur, in pleuritide vero per conſenſum. (3 Febris etiam eſt vehementior in peripneumonia, quam pleuritide, quia pulmones ſunt propiores cordi majoremque excitare poſſunt effervescentiam.

1. *Pleur. ab inflammatione diaphragmatis differt*, quia hic haeret dolor non in uno latere, ſed extendit ſe ad duo latera, quia diaphragma non ſolum alligatum eſt, &c.) ad partem anteriorem dorſi, & poſteriorem, *eſt que dolor circularis.*

2. In

Digitized by Google

2. In inflammatione diaphragm. ſemper & in principio adeſt delirium propter conſenſum cum meningibus cerebri.

3. *Pleur. ab inflamm. mediaſtini differt*, quia hic dolor ſeſe verſus jugulum convertit, in pleuritide vero manet in uno latere dextro ſive ſiniſtro.

4. *Pleur. ab inflam. hepatis differt*, quia hic dolor non eſt exquiſitus, deinde eſt infra coſtas in pleuritide ſupra, deinde non ita reſpiratio eſt difficilis, & laeſa in inflammatione hepatis, & dolor non eſt adeo pungitivus, ſic etiam in inflammatione lienis febris non eſt adeo vehemens, reſpiratio non adeo laeſa.

Signa diagnoſtica) dolor lateris punctorius, dolores excitantur varii, obtuſi pungentes lacerativi, &c. *hic eſt acutus, quia afficitur membrana, quae eſt exquiſiti ſenſus.* Cauſſa etiam, quia eſt humor acris.

(2) Tuſſis, oritur propter denegatam ſufficientem extenſionem organorum reſpirationi dicatorum.

(3) Difficilis reſpiratio, quae fit ob dolorem & inflammationem; *ubi enim eſt inflammatio ibi tumor, ubi tumor ibi reſpiratio non poteſt fieri recte, quia pulmones debite non poſſunt extendi.*

4. Febris continua, quae adſcribitur efferveſcentiae, quae fit a ſanguine extravaſato.

(5) *Pulſus durus*, qui fit propter inflammationem membranae, & tumorem arteriae rigidae; parvus etiam quia arteriae non poſſunt ſatis dilatari propter tumorem, *E. conatur compenſare frequentia pulſus, quod non poteſt praeſtare multitudine.*

Signa prognoſtica) deſumuntur a ſputo, & expectoratione, quando videmus facile, & ſine difficultate rejici ſputum, & quidem tale debeat excerni, & ſic brevi terminabitur: ſi vero ſputum difficulter excernitur & eſt crudum craſſum, cum labore rejicitur, tunc non erit tuta.

Natura pleuritis eſt acutus morbus qui ſolvitur l.7.9.11.14. *die ſi primis diebus ſine moleſtia reiicit ſputum, tum ulcera 7. dies non durabunt.*

A ſymptomatibus etiam ſumitur prognoſis, *ſi ſtatim adſit tremor, delirium, convulſio, malum a copioſo ſcreatu*, quia exulceratio major, putredo augetur, & ſi hinc ſymptomata ingraveſcunt, quia haec innuunt magnam copiam humoris peccantis, etiam ſic materia non poteſt omnis evacuari per ſcreatum, & ſic aeger ſuffocatur.

Qui ſaepius fit pleuriticus tandem perit pleuritide, quia membranae valde ſunt imminutae quoad poros, quia humores majori copia influunt, & poſſunt extinguere calorem vitalem, ſicut & in apoplexia, & epilepſia.

Etiam ab aegris ſumitur prognoſis: *ſenes difficilius curantur, quam juvenes, quia febris adeſt, quae nullam habet convenientiam cum ſenectute.*

Aſthmatici difficilius curantur, quia pleuritis decet curari per expectorationem, jam autem vaſa, bronchia, in aſthmaticis ſunt obſtructa, & infarcta materia craſſa.

Indicationes curativae. hic affectus habet omnes indicationes, quas habet omnis inflammatio.

Humor, qui influit indicat cohibitionem, & derivationem, qui influxit, reſolvendus, digerendus ſuppurandus, gravioribus ſymptomatibus occurrendum; virium ſemper habenda ratio, ſanguis indicat revulſionem, & derivationem. Q. Quomodo. R. per venae-ſectionem, quae eſt praeſens remedium in pleuritide nempe *caeteris paribus* i. e. ſi vires conſent, ſi enim inſtet criſis vel per menſes, haemorrhoides, ſeu per alvifluxum vel per anacatharſin. Q. *in qua parte?*

R. Venae-ſectio inſtituta revulſionis gratia ſemper in latere oppoſito, quia omnis revulſio debet fieri ad partes oppoſitas ſecundum regulas Medicorum, ſi derivationis gradum in parte affecta, quia fit derivatio ad partes vicinas, quod ſi ergo vocatur Medicus 3.4. vel 5. die inſtituat venae-ſectionem derivationis gratia, quia minor eſt copia ſanguinis inter partem affectam, & oppoſitam.

Digitized by Google

Q. *Si fluentibus menſibus corripiatur foemina pleuritide, an debeat adminiſtrari venae-ſectio in brachio.*

℞. In brachio poteſt fieri ſed non in tanta copia extrahendus ſanguis, ne ſanguis inferior commoveatur?

Q. *Si menſibus ſuppreſſis?*

℞. Si ſit vera pleuritis utique poteſt in brachio fieri, quia morbus ille non fert inducias, poſtmodum etiam in partibus inferioribus poteſt, ſemper Medicus debet eſſe curioſus, *an adſit malignitas*, quia datur pleuritis benigna, & maligna. E. ibi ſemper eſt inſpiciendum ad malignitatem potius, quam morbum ipſum, adeoque medicamenta debent praeparari malignitati reſiſtentia, & ſanguis non in tanta copia extrahendus, poſtmodum corpus purgandum, cum cautione tamen hoc fieri debet & quidem lenioribus, v.g. tamarind.mann.caſia. ſirup.roſar.Fernel. fortiora debent exulare, quia prognoſticon eſt illos, *qui laborant fluxu alvi interire*, jam metus eſt, ne excitetur talis fluxus. E abſtinendum a purgantibus, & enema leniter evacuans poteſt injici.

Si fluxus alvi coincidat in pleuritide, & non critice tunc plerumque moriuntur.

Sudor movendus in maligna praeprimis.

Expectoratio juvanda, ſi ſputum non rite procedat ſitque craſſum, & viſcidum; quando vero eſt tenue, & nimis ſeroſum tum praeparandum, *ſuccus & ſirup. papav. erratici celebris eſt non quidem expectorationis gratia, ſed quia incraſſat materiam tenuem.*

MEDICAMENTA.

Sperma Ceti nec ratione febris, nec doloris adhibetur. ſed expectorationem promovet; habet enim vim attenuandi, & incidendi humorem craſſum, & viſcidum.

Sal pruneliae, quia reſiſtit febri, & malignitati, ſic & *nitrum perlatum, ſuccus, cichor. ſylveſtr.* aq. ſirup.&c. hic recommendatur, & quidem maxime ab Helmontio.

Aq.c.c.*g.aleg.ſcordii, tinctura bezoardica, liquor diaphoreticus Mynſichti*, in maligna praeprimis *tinctura ſirup.de farfara, althaea.*

Olea lini, olivar.amygd. ol. lini recens in magna copia prodeſt, externe etiam utimur in unguentis. ol.7. *flor. Mynſicht. lumbricor. terreſtr. anethinum, ol. diapalmae*, quod eſt ſpecificum.

Si ſit maligna, ol. ſcorpionum, theriac. hyperic. ſimplex, & compoſitum. Externe & interne convenit celebre illud unguentum ſeu *butyrum cancrinum* cum cereviſia calida, interne ad drach.i.

Emplaſtr. diachylon ſimplex, de melilot de mucilagine, Auguſtanorum, *optime convenit in pleurit. notha empl. diaphaenicon. Mynſichti. ſi a flatibus empl. de baccis lauri convenit.*

Helmont. maxime commendat *ſanguinem hirci*, habet vim corrigendi acorem, *qui infenſus eſt maſſae ſanguineae.*

FORMULAE AUCTORIS.

Ad 1. pro ſucco taraxaci poteſt ſubſtitui ſuccus betulae.

℞. *Oculi cancrorum crud. contuſ. quia cocti multum perdunt de viribus. E. viventibus adhuc cameris debemus eximere.*

2. *Diacodium*, ſi nempe vigiliae adſint.

Ad 3. Decoctum hoc laudandum, ſi omittantur purgantia.

TOPICA.

Oleum de cucurbita antipleuriticum, cujus Auctor *Petrus a Caſtro obſerv.* 10. in tomo primo, deſcriptio eſt haec.

℞. *Cortic. cucurbit. longioris* lib.i. vel ii. *olei olivarum* vetuſtiſſimi xx. xxx. imo ſi poſſibile ſit centum annorum lib.iii. huic oleo incoque corticem, poſt modum coletur deinde per manicam, eſt egregium antipleuriticum.

OBSERVATIONES.

Emplaſtrum ireos. Eſt carminativum, & ſic habet vim reſolvendi. E. fuit nothá pleuritis a flatibus.

Formulae aliae.

Loco purgantis. ℞. *ſem. melon. cucumer.* ãã. drach. ii. vel iii. contuſa emulgeantur cum *aq. flor. acaciar. ſcabioſ. card. bened.* ãã. q. ſ. ſolve in hac emulſione *mannae* unc. i. ſem. *aq. cinamom.* drach. ii. miſc. f. potio; primo ſtatim die poteſt exhiberi, quia alvus lubricitatur ſtatim & etiam reſiſtit pleuritidi.

℞. *Spirit. antipleurit. Rolfinc.* drach. iii. ſum. ſpirit. ad gt. xv. xx. ter de die.

℞. *Tinct. antip. Timaei* a lib. iii. *Cujus tincturae haec eſt deſcriptio.*

℞. *Flor. papav. errat.* m. ii. *bellid. violar.* ãã. m. ſem. affunde *aq. taraxaci, ſcabioſ. card. bened.* ãã. lib. i. *hederae terreſtris.* lib. ſem.

Spir. ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem. Stent in loco calido per horas 7. poſt filtrentur, adde *ſirup. papav. errat.* drach. iii. miſc. fiat tinctura, poteſt iterum filtrari per chartam ſi placet.

Pro potu ordinario in pleuritide ſequens decoctum poteſt dari.

℞. *raſur. c. cerv.* unc. i ſem. *aq. fontan.* lib. vi. Coque ad remanentiam quatuor librarum, adde *ſirup. papav. errat. violar.* ãã. unc. ii. *ſpirit. ſulphuris* drach. ſem. miſc. ſum. ordinarie.

CAP. II.
DE PHTHISI.

PHthiſis vocabulum *generale eſt.* 1. *ſignificat omnes extenuationes in genere*, 2. *in ſpecie illam, quae fit ab ulcere pulmonum.*

Definitio Auct. eſt *manca*, & videtur reſpexiſſe omnem ſive quamcumque conſumtionem: in pluribus enim affectibus eſt conſumtio talis, & tamen non ſemper eſt phthiſis, deinde etiam in ſtatu naturali eſt humoris nutricii conſumtio, corpus enim augetur, & conſumitur, potius ita: *eſt conſumtio humoris nutricii ab ulcere pulmonum oriente ſeu exorta cum tuſſi, & febricula lenta, reſpiratione difficili*, ulcus illud pulmonum ſenſim inducitur, hinc vapores non magna in copia communicantur cordi ſed ſucceſſive, *unde febris lenta, & ita tempore corpus contabeſcit.*

Subjectum ſeu partem affectam Auct. dicit glandulas lacteas, verum *confundit hic affectus infimi ventris cum morbis pectoris ſeu thoracis*, *generaliter* phthiſis ſumitur, quatenus comprehendit omnes atrophias, *ſpecialiter* vero, & ſtricte pro ulcere pulmonum, ut paullo ante dictum.

Cauſſa ſecundum Auct. eſt (1) ſanguis acris, & ſeroſus, (2) ſuccus pancreaticus, *quando ſaguis fit nimis tenuis ut tranſudare poſſit vaſa pulmonum*, (3) craſſior chylus qui tranſcolari nequit per glandulas meſenterii, (vel quando craſſior chylus abit ad vaſa lactea illaque obſtruit,) unde tabes, quae videtur ſaepius in infantibus.

Interim veſiculae pulmonis) *deſcribit Auctor ſymptomata affectus hypochondriaci, phthiſeos, lienis, meſenterii.*

Ulcus pulmonum tabem eſſe non admitto dicit Auct. concedimus, interim tamen illud ulcus excitat tabem.

Quas aperuit Auct. periere phthiſi hepatica, atrophia, obſtructione meſenterii.

Cauſſa *vera proxima, & immediata* hujus morbi eſt exulceratio pulmonum (ulcus pulmonum) mediata eſt quidam humor acris, & corrodens, qui in pulmonibus excitat illam exulcerationem.

Humor ille acris generatur vel *vitio coctionum alvi, vel in partibus quae affundunt illum in cerebrum, ex quo deſtillat in pulmones. Vel generatur in ipſis pulmonibus*, ubi praecedit haemoptyſis, dum non omnis ſanguis rejicitur ſed remanet aliqua pars quae aceſcit, poſtea extravaſatus erodit.

Saepe humor nondum acris deſtillat, qui tamen dum remoratur in pulmonibus fit acrior, & aceſcit.

Sae-

Saepe pulmonum vitium eſt haereditarium conſiſtens in nimia laxitate pororum, & mollitie, unde facile recipiunt humores, hinc phthiſis multis familiis familiaris morbus & proprius.

Oritur etiam ſaepe e tuberculo, quo tandem ſupperato pus effunditur in pulmones, & niſi renciatur facile excitat exulcerationem; rumpitur autem in abſceſſu illa veſicula per nimium motum, & effundit pus in cavitatem thoracis ſua acrimonia exulcerans, & corrodens pulmones.

Cauſſae externae; phthiſis eſt morbus contagioſus, qui per miaſmata facile transplantatur, hinc qui vivunt cum phthiſicis ſe invicem inficiunt, uti conjuges, ſi enim maritus eſt phthiſicus facile conjux inficitur, & contra, imo Riverius dicit periculoſum eſſe fratres, & ſorores intrare cubicula, quia miaſmata reperiant ibi ſimiles poros, inter cauſſas externas etiam infertur *halitus felis*, qui infenſiſſimus eſt pulmonibus, quod teſtatur Matthiolus.

Calx viva recenter extincta per particulas cauſticas, & acres excitat exulcerationes pulmonum, unde in muſaeis recenter dealbatis periculoſum vivere, & Artifices qui circa tales res verſantur plerumque fiunt phthiſici.

Sex res non naturales etiam addunt ſymbolum cum primis.

Aër autumnalis, ubi frequenter inchoatur phthiſis propter inaequalitatem frigoris, & caloris, quae concitat deſtillationes quas pulmones excipiunt. *Vini etiam uſus nimius* multum contribuit, hinc in Auſtria phthiſis admodum eſt familiaris, (nam propter vile precium bibunt admodum liberaliter) quia exinde generatur ſanguis acris ad deſtillationes multo facilior.

Phthiſis eſt morbus contagioſus: (ut ſupra) de conſanguineis, & conſuetudinem inter ſe habentibus hoc intelligendum, & qui admodum inter ſe familiares ſunt, ut inter conjuges fratres, & ſorores, *quia habent eiuſmodi poroſum, & eiuſdem figurae.*

Autumnus tabidis malus dicitur Hippocrati.

Differentiae) Auct. ponit 3. ſpecies, 1. non eſt vera ſpecies phthiſeos 2. ſecunda etiam non, poteſt tamen praecedere veram phthiſin, quia propter illam tuſſim & motum continuum veſiculae ex quibus meris conſtant pulmones illae laxantur, & excitatur ſputum cruentum, quod quomodo inducat phthiſin ſupra dictum. 3. Quae oritur a lympha craſſa ſed & acri, & tenui inſtituente diapedeſin tum a lympha deſtillante in catarrhis.

Verae differentiae, & ſpecies ſunt quatenus eſt vel haereditaria, vel adventitia, quatenus generatur vel in vel extra pulmones, vel a catarrho, vel haemoptyſi praecedente alia a corruptione proprii alimenti in pulmonibus.

Tuſſis poteſt eſſe cauſſa propter continuum motum, quia per iſtum relaxantur pori.

Signa diagnoſtica) imminentis deſumuntur ab ipſa corporis ſtatura, talem deſcribit Hippocrates quando dicit, qui habent pectus anguſtum, & depreſſum collum oblongum, ſcapulas alatas, & prominentes ſuntque valde macilenti, hi ſunt proclives ad phthiſin.

A. Incipientis dicit ſigna ſunt inflatio ventric. tumor abdom. potius ſunt illa ſigna affectus hypochondriaci. Vera autem ſunt tuſſis, dolor thoracis ſputum ſalſum, & aliquo modo amarum.

Conſummatae ſunt ſputi purulenti, & cruenti rejectio, dolor circa os ſternum, & dorſum, febris non ſolum continua hectica, ſed & putrida intermittens, vocaturque tertiana duplex.

Q. Quare appetitus ſit magnus in conſummata phthiſi.

℞. Propter acrimoniam ſanguinis, qui glandulas ventriculi ingreſſus generat fermentum acre in ventriculo, quod cauſſa appetitus aucti ad mortem uſque.

Tuſſis continua quae probe conſideranda, quia catarrhus ſaepe mentitur phthiſin.

Sputum phthiſicorum injectum aq. frigidae ſtatim petit fundum, eſtque coloris cine-

ne-

nericli, & minus album quam pituita, ſaepe ſputum eſt mixtum ex pure, & pituita. Pituita vero ſi injiciatur in aquam quidem ad fundum tendit, ſed etiam cohaeret, & diſſolvitur.

Prognoſtica. Phthiſis habita majori dicit Auct. cura abdominis facile curatur in principio; hoc quidem verum eſt ſi cauſſa eſt in abdomine, *alias temerarium eſt dicere phthiſin facile curari in principio, ſiquidem recens pulmonum exulceratio curatu difficillima.* Phthiſis incipiens curatur difficillime, confirmata nunquam & incurabilis pene: Hipp. dicit aliquid de ſignis phthiſeos prognoſticis quae videantur, & aphoriſm. 12. 14. idem dicit; *qui tabe vexantur, ſi ſputum carbonibus injectum graveolet, & capilli decidunt, lethale eſt.*

Potiſſimum ſignum prognoſticum deſumitur a diarrhoea, quae periculoſiſſima, & omnes moriuntur ſuper veniente alvi fluxu, quia exiguus ille ſuccus nutricius qui adhuc adfuit, per talem fluxum colliquativum eliminatur totus.

Indicat. Ulcus indicat abſterſionem, & conglutinationem, materia in pulmonibus contenta indicat expectorationem per epicraſin, febris refrigerationem, & conſumtio humectationem.

Diaeta debet eſſe refrigerans, & humectans, victus ſit analepticus, v.g. hordeata, amygdalata, pineata, oryzata, avenata; cibi boni ſucci qui valde reficiunt vires. *Vitandi cibi acres, nimis conditi aromatibus, cibi ſalſi, & alii.*

Vinum etiam nocet phthiſicis, valde enim exſiccat, & acrimoniam acuit, & ſic ſanguis fit acrior.

Pro potu ordinario convenit aq. refrigerans ſaccharata, hydromel tenue, decoctum chinae, &c.

Medicamenta in genere.

Purgantia phthiſicis tuto non poſſumus exhibere niſi oriatur a catarrho, tunc in principio locum habent.

Exulare vero debent in conſummata, quia inclinant ad alvi fluxum, omnibus abſtinere debemus medicamentis aloëticis, quia aperiunt vaſa (& conveniunt in ſuppreſſione menſium & aliis) *praeprimis ſi praeceſſit haemopthiſis, hinc non tuto exhibetur elixir. propriet. Crollii propter aloën, quod tamen Crollius valde commendat.*

Venae-ſectio in principio poteſt concedi, quia febris illa domatur, & ſanguinis acrimonia mitigatur.

Quaer. an aliquid immediate poſſit tranſire ad pulmones per aſperam arteriam.

℞. Putamus aliquod poſſe communicari, & ingredi caput aſperae arteriae ſeu laryngem, nempe illa quae ſenſim liqueſcunt in ore (*ut ſaccharata etiam ſed non acida*) hinc rotulae praeferuntur aliis medicamentis de ſirupis, &c. *Lac* poteſt ſatisfacere pluribus indicantibus, quia conſtat triplici ſubſtantia.

(1) *Seroſa*, quae abſtergit ulcera, (2) *caſeoſa* quae conglutinat & (3) *butyroſa* ſeu glutinoſa, quae nutrit & humectat.

Lac aſininum praefertur reliquis, quia eſt ſeroſius & tenuius, facileque vaſa permeat, & magis abſtergit, ſic & *lac muliebre.*

Contraindicantia, quae impediunt uſum lactis, ſunt 1. capitis dolor & imbecillitas, 2. magnitudo febris, quia lac ſtatim coagulatur in ventriculo, praeprimis ſi appetitus ſit nimium auctus, 3. ſi flatulentus ſimul adſit affectus, quia viſcera flatibus magis ſic diſtenderentur.

Auct. § 8. dicit ſe acidis feliciter uſum ſcilicet in illis ſpeciebus quas deſcribit, conveniunt acida v.g. in atrophia ſplenetica, & hepatica in acrimonia ſucc. pancreat. quod tamen in veris phthiſicis nequaquam procedit, praeſertim ubi metus eſt ulceris, & exulcerationis periclitatur non ſolum ſalus Medici, ſed & ſanitas aegri.

Medicamenta antiphthiſica.

Radix chinae, &c. poſſunt addi *radix farfarae, liquirit. pimpinell. fol. capillor. veneris*

ris

[illegible] tuſſilaginis, agrimon. flor. farfarae, bellidis minor. papav. errat. ſem. altheae amygdalas non amo, dicit Auct. ideoque rejicit etiam emulſiones amygdalatas. Reſpicit enim hic ad obſtructiones. E. quia in hoc affectu eſt obſtructio meſenterii utique non conveniunt, quia habent vim obſtruendi. in vera phthiſi vero maxime conveniunt emulſiones ex amygdal. etiam amygdalae in ſubſtantia, quia nutriunt, ſed tamen non adeo craſſae eſſe debent emulſiones, & ad menſuram aquae libra dimidia amygdalarum ſumatur tantum, tunc fit tenuis, & diuretica eſtque ſuavis, ſi vero nimis ſit craſſa, auget obſtructiones ventriculumque gravat.

Santalum citrinum) quod acrimoniam, & ſalſedinem totius maſſae ſanguineae corrigit eſt optimum, hinc decoctum ſantali recommendat Riverius, praeprimis in phthiſi ab humore acri primarium, & ſecundarium, decoctum ſecundarium poteſt adhiberi pro potu ordinario in prandio & coena, ſi 4. lib. aq. & unc. iv. *ligni ſantali* ſumantur, & coquantur ad tertiam partem, poſtea ſpeciebus iterum affunditur liquor & coquitur, bis de die ſumat mane veſperique: omnes *aquae antihecticae* conveniunt *ut Schroederi*, ſimplices etiam ut *aq. veronicae farfarae.*

Spiritus ſulph. &c. Hi ſpiritus ſunt ſuſpecti quia ſunt ſpiritus acidi, ab illis debemus abſtinere in phthiſi vera, quia augent exulcerationem valde, talia ſunt omnia acida.

Balſamus ſulphuris ſimplex, & aniſatus. Nimio ſi adhibetur promovet phthiſin, & exulcerationem, ſed ſi rite & caute exhibetur non ſingulis diebus, ſed ter ſaltem ſingulis ſeptimanis alternis diebus mane jejuno ventriculo in brodio vel liquore ad gt. v. *ultra gt. v. non debet aſſumi.*

Elixir. propriet. eſt ſuſpectum, eſt enim medicamentum aloëticum, *omnia enim aloëtica aperiunt vaſa.*

Sirupus ex floribus hyperici, de hyſſopo, farfar. valde commendantur, ut & *ſirupus hederae terreſtris*, talem habet Quercetanus.

FORMULAE AUCTORIS.

In 1. debent omitti *ſal. prunell.* & tartarus vitriolatus, poſſunt ſubſtitui *extractum liquiritiae, croci, enulae, pulmonum vituli, loch. ſani, & expert. ſpecies diairos.*

2. Linctus poteſt tolerari ſi adſint vigiliae, quia *diacodium infert ſomnum*, deinde ſi febris adſit, convenit *ſal. prunell. & bezoardicum minerale.*

3. Apozema, tumor pedum, & fluxus alvi quando coincidunt, actum eſt de aegro, *ſi alvus eſt obſtructa*, poteſt adhiberi *ſirup. roſar. ſolutiv.* ſimplex ſive compoſitus, compoſitus datur ad drach. x.

Obſerv. 1. Affectus hic deſcriptus non eſt phthiſis ſed potius atrophia ſcorbutica, *omnia opiata debent exulare in phthiſicis*, & etiam opiata adſtringunt thoracem, & ita impediunt expectorationem ut materia excerni nequeat, quia humorem incraſſant.

2. Innuit periculum purgativum medicamentorum, *Infantes ſaepiſſime laborant tabe, quia obſtruuntur vaſa meſenterii* (ex obſtructione meſenterii) ubi convenit *unguentum de arthanita, ſirup. diacor. i. e. de carthamo*, recommendatur in infantibus *ſpiritus vitrioli martis*, quando infantes contabeſcunt ſine manifeſta cauſſa habet egregiam vim aperiendi; NB. *Lactantibus non ita tuto poteſt exhiberi*, quia lac in ventriculo facile coaleſcit, ergo longo poſt cibum tempore debet exhiberi iis, qui laborant atrophia ſplenetica vel hepatica, non vero in vera phthiſi.

FORMULAE DICTATAE.

Gelatina antiphthiſica, quae primario ſcopo qui eſt confortari vires, egregie inſervit (ſeu vires tantum reſpicit) ℞. *Caponem unum eviſceratum* in particulas minutas conſciſſum, *omnibus oſſibus conquaſſatis: partem dimidiam hepatis, cordis, pulmonum vituli, hepat. gallinarum numero 4. cancrorum fluviatilium numero 20. Limacum recentium* ſale, & aqua lotarum, *radic. conſolid. major.* unc. i ſem. *herb. ſcabioſ. veroni-*

Digitized by Google

*ronicae plantag.*recentium ãã. unc.j.*flor.*recentium *roſarum rubrarum* unc.i ſem. *hepaticae* , *anthos* ãã. drach.ii. *ſucci tuſſilaginis* recenter expreſſi , *ſeri lactis capril.* ãã. unc.x. *cinamom.nuc.moſchat.*ãã.drach.ii. *maceris*,*croci* ãã.drach.i. *rad.chinae* electae in taleolas concis. unc.i ſem.

Conciſa, & contuſa immittantur lagenae ſtanneae, quae clauſa, & veſica obducta (ne pereant vires) coquantur alio in vaſe aqua repleto per horas 5. vel 6. poſt fiat expreſſio, & conſervetur gelatina in patina ſtannea vel terrea . Eſt egregia reſtaurans & humectans in phthiſi, poteſt exhiberi vel per ſe, vel poteſt diſſolvi in juſculis, & quater de die exhiberi: doſis poteſt eſſe unc.ſem.ad unc.i.grati ſaporis, & odoris eſt.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM.

℞. *Rad.recent.ſymphyt.maj* unc.i ſem. *chinae electae* unc. i. *herbarum recent. veronicae*,*hepat.nobilis tuſſilag.plantaginis minor.ſcabioſ.*ãã.drach.ii.*roriſmar.*drach.vi.inciſa coquantur *in lactis caprilli* recentis lib.vi. ad remanentiam 4.libr. f. colatura & dum adhuc fervet injice *conſerv.roſar.rubr.recentium* unc.ix.*cinamom.opt.* drach.ii. coletur & filtretur. bis de die exhibendus. doſis unc.iv.

Emulſio antiphth.quando vigiliae urgent, ſiquidem illae valde urgent, & tamen opiata non adhibere.

℞. *Pinear.mundat. piſtaceorum decorticator.* ãã.unc.i ſem. contundantur cum *ſero lactis caprilli*,& emulgeantur.

Colaturae lib.ii ſem.adde *ſirup.& ſucc.tuſſilag.doſis* eſt hauſtus pro lubitu aegri.

Balſamus ſulphuris aniſatus ita debet praeſcribi.

℞. *Balſam.ſulph.aniſat.* drach.i. Dein.

℞. *Aq.veronic.loch.ſan.& expert.farfar.*ãã.unc.i.*pulmonum vituli* unc.ſem.*ſirup.papav.errat.* unc.ſem.vel drach.vi.miſc.in hoc liquore poteſt aſſumi balſ.ſulph.aniſat.

Et haec de phthiſi quoad exulcerationem.

Jam quae reſpiciunt ipſum catarrhum ſi a defluxionibus,& catarrhis a capite ruentibus in pectus, conveniunt ſequentia.

℞. *Maſſ.pilular.de ſuccino Cratonis* ſcrup.i. *reſin. jalap.* gr.v. vel vii. cum *tinctura ſuccini*, f.pilulae num.xv.ſum.

℞. *Conſerv.roſar.veter.*unc.iii.*pulv.ſuccin.albi* ppti ſcrup.ii.*bol.Armen.*ſcrup.i. *maſtich. thuris albiſſimi* ãã. drach. i. *ſpecier. diatragacanth.frigid.* recenter diſpenſati ſcrup.iv.*ſpir.roſat.* gt.xi. miſc.f. electuar.cum ſirupo papav.erratici. ſum.

Poſſunt inde confici morſulae, ſi loco ſirup. papav. cum ſ.q. ſacchar. &c. debet etiam minui conſerv.roſar.ita ut unc.i ſem.&c.

Convenit ſequens pulvis, quem recommendat in praxi . ℞. *pulmonariae aureae* unc. ſem. *margaritarum Orientalium* ppt.drach.i.*ſacchari roſati* tabellati unc.ii.miſc.fiat pulvis. ſum.

Cereviſia medicata haec poteſt eſſe.

℞. *Herb.veronicae* m.iii.*farfar.pulmon.piloſell.ſcabioſ.*ãã.m.ii.*rad.chinae* unc.i.*farſaeparill.*unc.ii.vel iii.inciſa groſſe dentur.

Externa medic.uenta non ſunt negligenda , & ſi a defluxionibus, conveniт ſequens cucupha.

℞. *Herb.origan.ſerpilli.majoran.*ãã.p.ii.*flor.lavendul.anthos.roſar.* ãã.p.ii. *rad.irid. Florentin.*drach.ii.*gummi juniperi* drach.i ſem.*thuris* , *maſtichis*, *ſuccini ſtyracis* ãã. drach.i.*raſur.ligni Rhodii* drach.ii. inciſa , & contuſa dentur ad chartam. ſum. ſpecies, quia ſic confortatur cerebrum, & humores acres revelluntur.

C A P. III.

D E F E B R I B U S.

F*Ebris ratione eſſentiae formalis conſiſtit in effervescentia ſanguinis:* quidam defi- niunt per intemperiem calidam, ſed illa potius eſt effectus.

Cerebrum) hinc conqueruntur de cephalalgia, & dolore capitis. Circulatio aucta per pulmones,&c.quia horum viſcerum actiones videntur laeſae, pulmonum quia adeſt difficilis reſpiratio; cor laeditur, quia pulſus eſt celerior & auctus, adeſt laſſitudo artuum.

Partes affectae, febris eſt morbus univerſalis, hinc afficiuntur plures partes, dantur quidem febres in quibus non omnes partes afficiuntur; ſic in febri tertiana ſolum ventriculus afficitur, in quartana inteſtinum duodenum, in intermittente accuſatur pancreas, in quartana intermittente glandulae meſenterii,quae ſunt obſtructae, in febre arthritica omnes artus, & ſic pro diverſitate febris afficiuntur partes.

Cauſſa. Cauſſa ſecũdum Auctorem qui ſequitur Sylvium,eſt in ventriculo,quatenus cibos non bene concoquit, oritur febris continua, quatenus ſuccus pancreaticus non bene ſeſe miſcet bili,unde generatur fermentum febrile, quod communicatum per venas cordi, excitat talem effervefcentiam. Tertianae oriuntur *a bile quatenus, vel nimis eſt tenuis vel nimis oleoſa, & pinguis:* cauſſa febris intermittentis haeret adhuc in ventriculo, hinc ab uſu emetici alicujus facile ceſſat,febris quartana intermittens eſt in panereate.

Cauſſa externa contuſio, quae tamen ſolam febrim ſymptomaticam,quae ſupervenire ſolet vulneribus, excitat.

Frigus) quatenus per pororum conſtrictionem fuligines retinentur, hinc augetur effervefcentia ſanguinis.

Differentiae) Veteres vocant, quae quotidie, & ſingulis diebus occurrunt: in natura dari negat Auctor, in quo tamen refragatur, & rationi, & experientiae, apud nos enim utique dantur continuae.

Signa diagnoſtica) ſignum pathognomonicum eſt pulſus celerior, vel aucta circulatio, ideo non difficile eſt febres cognoſcere, verum malignas difficillimum eſt cognoſcere.

Pulſus ſemper eſt celerior, oppreſſus eſt nempe in paroxyſmo, in horrore, & in principio paroxyſmi ob rigorem, *quia ſanguis cito rapitur verſus cor; pro diverſitate humorum diverſi excitantur dolores, punctorius a bile a particulis acribus, & pungentibus, ſi cito evomeſcit a flatibus, ab humore melancholico craſſo, & faeculento gravativus oritur.*

Conqueruntur de anxietate cordis, & praecordiorum, ſed haec fit potius, & saepiſſime in febri ſcorbutica, ad hoc etiam ſi animi deliquium accedit, ſignum infallibile eſt eſſe humorem ſcorbuticum, & ſic febrim ſcorbuticam. Diſtinguendum eſt inter anxietatem, ſi enim adſit anxietas cum nauſea, & vomendi deſiderio tunc cauſſa haeret in ventriculo, ſin vero talia ſigna non adſunt, tunc utique cauſſa eſt in corde, quatenus ſanguinis accenſio non rite perficitur, interdum adeſt rigor.

Ut plurimum febres incipiunt cum horrore, (quod intelligendum de febribus benignis non malignis) cauſſa ſunt halitus acres, qui alias temperabantur particulis oleoſis, illi ſui juris facti genus nervoſum vellicant, unde rigor ſive horror.

Multi vomunt, &c. Si nimirum materia (bilis) adhuc haereat in primis viis, ſi vero altius haereat fermentum febrile, abeſt deſiderium vomendi.

Poſtmodum ſudant) ſudores in fine paroxyſmi plerumque copioſi erumpunt, quatenus in illa effervefcentia fuligines penetrarunt poros, & eliminantur particulae acres bilioſae, quae fuerunt fermentum, & tunc ſignum eſt febrem terminatum iri in paroxyſmum.

Sae-

Saepe etiam ſopor) in principio eſt, dum particulae ſulphureae occupant meditullium, & obſtruunt poros, ut ſpiritus animales excurrere nequeant.

Prognoſtica) febres intermittentes quamvis difficilius curentur, ſunt tamen tutiores, quia ferunt inducias, & moras & ſaltem per intervalla affligunt; febres vero continuae ſine intermiſſione affligunt, & ut plurimum conjunctam habent malignitatem. E. ſemper alexipharmaca intermiſcenda ſunt.

Quartana Medicorum vocatur opprobrium ob difficilem rationem curandi, quia ejus cauſſa haeret profundius, *cujus focus eſt lien obſtructus* humore melancholico, & tenaci: in hoc morbo ſi in ullo alio maxime valet diaeta, quia febris hujus cauſſa non ſolum conſiſtit in liene, & obſtructione hypochondrii ſiniſtri, ſed in defectu debitae ſpiritualeſcentiae, *hinc declinant ad hydropem, hinc urina non adeo tingitur*, quia partes ſulphureae non rite franguntur, hinc eſt inſtar aquae fontanae.

Febres tertianae continuae, ſunt admodum periculoſae ut & duplices tertianae, continuae quotidianae.

Tertianae ſimplices facile curantur, ſi non ſit tertiana ſcorbutica, ubi requiritur experientia Medici, & obedientia aegri.

Indicationes curativae ventriculi, &c. interdum etiam cordis, & cerebri major habenda ratio, nempe ubi adſunt deliquia, anxietates cordis, quando adeſt nimius capitis dolor ne oriantur motus convulſivi.

AEger aëri non exponatur, quia, ut diximus paroxyſmus terminatur ſudore. E. ſi obſtruuntur pori non poteſt terminari.

Bilis acrior temperanda in febri tertiana, craſſa incidenda in quotidiana continua.

Humores abundantes evacuandi, debemus diſtinguere febres, quia aliquae febres fortiſſima requirunt purgantia.

Si ophthalmia afficiantur aegri, aut pulmones ſint debiles, ſi laboraverint haemoptyſi abſtinendum emeticis.

Curatio) humores prius praeparandi; quo mitius enim tractantur, eo mitius febris invadit aegrum.

Venae-ſectio convenit in omnibus febribus, *excepta hectica*, in febribus continuis caute propter malignitatem latentem, ſic & in malignis.

In febri tertiana ſimplici etiam caute, ſi adſit conſuetudo, & plethora juvat.

In quartana ſive quartanariis nocet, quia ſpiritus vitales profunduntur, deinde quia ſanguis valde eſt corruptus, hinc non ſolum cacochymicus, ſed & bonus exiguus adeſt.

Laudamus *clyſteres*, ſi ante paroxyſmum ſive brevi in principio paroxyſmi adhibeantur, (in paroxyſmo etiam ſtatim poſſunt adhiberi) materia enim tum haeret in primis viis, quae deinde paroxyſmo ſubducitur.

Purgans 4. l. 5. horis ante paroxyſmum debet exhiberi, ut nimirum edat operationem antequam invadat paroxyſmus, quia purgantia ſaepius augent febrem.

Laudantur ſudorifera in quartana, quia juvant ſpiritualeſcentiam ſanguinis, praecipue ſalia, quia intus habent ſpirituoſas particulas.

Salia fixa in febri tertiana intermittente, & quotidiana. Volatilia in quartana, & malignis.

Medicamenta febrifuga.

Poſſunt addi omnes radices aperientes, *china chinae* debet exhiberi praemiſſis praemittendis, quando corpus eſt bene expurgatum a primis viis, tunc ad drach. i. una vel altera hora ante paroxyſmum.

Fol. abſinth. centaur. minor. ſum. in vino medicato conveniunt, alias enim in ſubſtantia raro exhibentur.

Pulvis card. bened. poteſt per ſe exhiberi ad drach. i. in febri tertiana ſpecificum.

Semen milii ſolis ad drach. i. exhibetur pro ſpecifico.

Aromata caute exhibenda praeprimis *piper*, *cujus grana integra debent deglutiri*, in ſebre tertiana,& quartana, quotidiana 3.grana piperis cum aq.ſambuci,vel card. bened.tribus horis ante paroxyſm.deglutiri poſſunt.

Camphora raro interne,ſed frequentius externe appenditur pro amuleto in omnibus ſebribus, nocet capiti dolentibus, iccirco interne non datur.

C.c.ſal. armon. praeprimis flores, & ſpiritus ejus ſalſus & acidus. Sal prunellae praeprimis in febri continua, & ardente. *Salia plerumque adhibentur ad* drach.ſem.

Aquae antiſebril.Timaei, *taraxaci*, in tertiana,pulmonariae *galegae, card. bened. theriacal.e typhis cervorum, cordialis frigida Saxoniae, acetoſae: ſal* etiam illud quod remanet in praeparatione ſpiritus ſalis armoniaci acidi, ſi exhibeatur ad ſcrup.i. ante paroxyſmum:ſpiritus ſalis dulcis praeparatur ex anatica proportione ſpiritus ſalis, & vini per ternam cohobationem, vocatur etiam arcanum ſalificatum;ad gr. 9.10. l.15.

Spiritus ſulphuris etiam hic convenit.

P U R G A N T I A.

Extract.cathol.Crollii, & Auguſt. a ſcrup.i.drach.ſem.ad ſcrup.ii.

Emplaſtr.antifebril.Strobelbergeri, cujus modus praeſcribendi talis. ℞. *emplaſt. antifebr.Strobelbergeri* drach.i. ducatur ſuper alutam, f.emplaſtr. n.2. in forma capitati Hiſpanici, debet per 9. dies imponi carpis manuum ſeu pulſibus cum pulv. Cornachini qui deſcribitur apud Schrederum, ex his ℞. *Crem. tart.* ſcrup.i. *aptius eſt, quia poſt purgationem etiam praecipitat: ſcammon.ppt.gr.5. ad 7. antimon.diaphor. gr.8. f. pulvis. Tinctura roſar.bellidis poteſt injici in potum, aq.theriacalis loco prophylactici poteſt ſubſtitui.*

Dulcia ſemper ſunt ſuſpecta in febribus E. in hiſce receptis debent omitti.

Curatio febris continuae.

Praemiſſa venae-ſectione, & purgatione ſi opus fuerit concedenda febricitantibus cerevisia tenuis, *cui inſtillari poteſt tinctura florum bellidis, roſarum.*

In formula ſecunda aq. theriacal. aq. antifebril. ad unc.ii. ſacchar. pect. poteſt omitti. Vid.paullo ante.

In febribus continuis ſuſpecta ſunt purgantia, quorum loco conveniunt clyſteres,inſuſiones laxativae.

Tertianae, & *quartanae* intermittenti, bene poteſt addi *pulv. antifebril. Crollii* drach. ſem.

Ubi purgandum) in tertiana poſſunt eſſe fortiora, in quartana leniora. Auctor contradicit,quod quidem poteſt concedi ſi materia haereat in primis viis, ſi vero materia haereat in inteſtinis tum utique debent exhiberi fortiora in quartana,alias ſi in ſtomacho, in tertiana fortiora conveniunt.

O B S E R V A T I O N E S.

In Obſerv. non rite Auctor praeſcripſit rotulas aperientes propter menſium ſuppreſſionem, in quorum laxatione tota conſiſtebat.

Salia) commode admiſcentur purgantibus, quia ſic acuitur vis eorum cathartica ſive purgans.

Obſ.2. Saccharum illud ſemper poteſt omitti, poſſunt addi etiam ſalia volatilia, quae majorem vim habent.

De Febribus non putridis Ephemera, Synocha, & Hectica.

Diviſionem febrium in putridas, & non putridas nonnulli rejiciunt, & dicunt non eſſe dicendas putridas, quanquam putredo poteſt demonſtrari, & quod ſemel putredini obnoxium eſt, nunquam poteſt reduci ad priſtinum ſtatum, *ideo vocant febres fermentativas.*

Ephemera) dicitur etiam diaria a duratione,quia unicum ſaltem durat diem, ideo quandoque non indiget curatione.

Ha-

Habet etiam *ſua ſigna diſtinctiva ab aliis febribus, non adeſt cibi faſtidium, non adeſt horror ſive ſaltem leviſſimus, urina non mutatur ſed ſanorum ſimilis remanet, quia calor iſte praeter naturam non diu durat. E. nulla talis corruptio etiam fieri poteſt.*

Curatio) fit per refrigerantia, & humectantia, hinc convenit decoctum alterans uſitatum, *decoctum hordei* cum vel ſine c.c. praeparat. *decoct. citri Mynſicht. aquae refrigerantes, ut aqua lactucae endiviae, e ſucco citri tinctura roſarum, violarum.*

Externa refrigerantia debent ſimul eſſe cordialia, quae in forma epithematis poſſunt applicari ut *aq. roſar. borag. acetum rubi idaei* cum *ſpeciebus pro epithemate cordis*.

In purgantibus) Medicus hic debet eſſe cautus, quia per abuſum degenerat in ſynocham ſimplicem, & putridam; ideoque valde debent eſſe lenia *ſirup. roſar. ſolutiv. rhabarb.* in decocto *tamarindorum* infuſa.

Differentiae: ſi ab aëre frigido, frictiones ſunt inſtituendae, inunctiones cum ol. chamomillae in quo nitrum diſſolutum fuerit, alii & hoc utuntur in febri petechiali ut maculae erumpant.

Interne conveniunt diaphoretica, *pulvis antifebril. Sennert. antimon. diaphoretic. tinctura bezoardica.*

Saepe ab ira, & excandeſcentia.

Tunc conven. *magiſter. eboris, dens Caſtorei, ebur ſine igne* pptum: & hanc methodum poſſumus imitari etiam in aliis morbis ab ira inductis.

SI A MOERORE.

Tunc convenient cordialia confortantia, *os de corde cervi, ſpecies laetificantes Galeni magiſterium perlarum*, & quae ſunt alia.

SIN VERO A VIGILIIS.

Convenit *emulſio amygdal. cum ſemine papav. alb. praeparat* praeprimis extrahi poteſt cum aq. hypnotica Dorncrelii.

Saepius qui dediti ebrietati, ſequenti die incurrunt in ephemeram, ubi conveniunt julep. refrigerant. & confortant. pulvis hepaticus ruber, ebur ſine igne, faecula ſive pulvis aronis, & omnia quae ventriculo fermentum reſtituunt.

SYNOCHA SIMPLEX.

Hujus ratio formalis conſiſtit in ebullitione ſanguinis ſinceri.

Signa, ſunt laſſitudo corporis, quae percipitur ab aegro, & adſtantibus, in malignis quidem etiam laſſitudo adeſt, vix tamen ab aegro, & adſtantibus percipitur, quum agant ex inſidiis.

Secundum ſignum eſt narium pruritus, qui oritur ex ebullitione, & nimia copia ſanguinis, unde particulae acres pruritum excitant pungendo.

Tertium eſt mador cutis, non vero ſudor, *omnis quidem ſudor eſt mador, ſed non contra*, ſiquidem in ſudore ingens adeſt humiditas.

Curatio curatur venae-ſectione adeſt enim plethora, & ſanguis ebullit, antequam autem adminiſtretur debet prius injici enema aliquod.

2. Evacuatione, purgantia debent eſſe leniora, ne degeneret in ſynocham putridam.

3. Alteratione, ut *ſerum lactis*, ubi egregie convenit, refrigerat enim & alvum laxat, niſi adſit fluxus alvi ſymptomaticus, laudatur etiam *aq. ſeri lactis*, hinc *Moraeus*, fere in omnibus formulis ea utitur.

4. Corroboratione ſeu confortatione, quod fit *conſerv. roſar. vitriolat. acetoſae, acetoſellae, conſerva pulpae citri etiam, ſpecies diamargar. frigid.* quae debent eſſe recenter praeparata, vel diſpenſata, quia facile rancorem contrahunt propter ſemina ingredientia, quod notandum.

Victus debet eſſe tenuis, & in pauca quantitate ſuppeditari ne augeatur plethora, & ne febris degeneret in putridam.

FE-

FEBRES PUTRIDAE.

Curatio harum conſiſtit in humoris putridi evacuatione.

An conveniat venae-ſectio merito hic dubitatur? Reſp. conveniet ſi plethora adeſt etiam primis diebus ſtatim adminiſtretur, ſi hae abſunt magis nocebit.

Per purgantia, & emetica, aq. benedict. Rulandi ad unc. ſem. mercurius vitae ad gr. iv. tartarus emeticus Mynſicht. ad gr. iii. ſal. vitrioli ad drach. ſem. vitriolum vomit. ad drach. i.

Clyſteribus ſemper debent admiſceri, quae reſiſtant putredini ex abſinth. centaur. min. card. bened. ſcordio.

Humore evacuato aliquo modo, vel per vomitum, vel per alvum adhibentur *diaphoretica*, & ſudorifera, praecipuum eſt *c.c. antim. diaphor. ſal. card. benedict. c.c. abſinth. gentian. imperator. centaur. min. flores ſalis armoniaci*, & ſpiritus ejus, *elixir febrile*, (forſan. vitrioli) *Mynſichti*, eſt egregium, & reſiſtit putredini valde, datur ad gt. 20. l. 30.

Alumen tinctum prodeſt drach. ſem. deſcribitur a *Mynſichto*, diaeta talis inſtituatur quae reſiſtat putredini, *ſi aeger non adeo debilis, nunquam debet cibus exhiberi ante paroxyſmum, unde cibum poſt paroxyſmum alii recte ſuadent exhibendum.*

Cauſus ſeu febris ardens.

Eſt vel cum vel ſine malignitate, illa per confortantia ſola, & alterantia haec per diaphoretica, & alexipharmaca curatur: primo die conceditur purgatio ex lenibus, & vomitivum ex ſale vitrioli, & pulvere aſari. Pro alteratione, & refrigeratione convenient nitrum, tinctura roſarum, violarum.

Primis diebus non ſtatim imponenda ſunt externa refrigerantia, ne decipiatur Medicus, latet enim ſaepe malignitas, quae ſeſe prodit ſequentibus diebus.

Febris tertiana continua.

Nunquam quidem intermittit, interim tamen uno die magis affligit quam alio unde alterat, *curatur venae-ſectione.*

2. Evacuatione per inferiora lenia, ut ℞. *mannae elect.* unc. i ſem. *cryſtallor. tart.* drach. i. ſolve in ſ.q. decocti tamarindor. ſ. potio.

Vel ℞. *Sirup. de cichor. cum rhabarb.* unc. i. *rhabarb. pulveriſati* drach. ſem. *cryſtallorum tartari* ſcrup. i. *aq. tamariſc.* q.ſ. ſ. potio.

Vel ℞. *rad. cichor. taraxaci* āā. drach. ii. *folior ſennae* drach. ii. *rhei electi* drach. i. *flor. cichor. violar.* āā. p. i. *cryſtalli tartari* drach. i. infunde in ſ.q. *aquae taraxaci* per noctem, mane ebulliant ad tartari diſſolutionem: colaturae ℞. unc. ii. ſem. adde *ſirup. roſar. ſolutiv.* unc. i. m. ſ. potio.

Vel *in forma boli* ℞. *conſerv. roſar.* drach. ii. *pulv. jalap.* ſcrup. i. *ſcammonii roſati*, gr. iv. ſ. l. a. bolus pro una doſi.

Vel *in forma pilulari*; ℞. *extract. rhei* (*rhabarb.*) compoſiti ſcrup. i. *ſcammon.* ppt. gr. v. cum *eſſentia abſinthii* ſ. pilulae pro una doſi.

Alterantia ſequuntur.

℞. *Aquae taraxaci, endiv. nymphaeae, roſarum* āā. unc. ii *ſirup. acetoſellae acetoſitat. citri*, āā. unc. i. *tinct. roſar. violar.* āā. drach. i. m. ſum.

℞. *Tinctur. violar. roſar.* āā. drach. i ſem. *ſpirit. vitrioli martis* unc. ſem. m. ſum. dentur gt. 30. vel 40. inſtillari poſſunt cereviſiae ſecundariae.

In forma emulſionis ℞. *ſemina 4. frigid. maj.* āā. drach. ii. *aq. taraxaci, cichor. roſar.* āā. q.ſ. ſ. l. ā. emulſio, adde *eboris ſine igne, c.c. ſine igne* āā. drach. ſem. *antihectici Poterii* ſcrup. ſem. edulcoretur *julepo roſarum vel ſaccharo perlato.*

In forma electuar. ℞. *conſerv. roſar. vitriolat. flor. cichor. rad. cichorii, acetoſellae* āā. unc. i. *conſerv. pulpae citri* unc. ſem. *eboris ſine igne* drach. i ſem. cum *ſirup. acetoſae* q.ſ. ſ. electuarium, *haec etiam aliis in morbis praeſcribi poſſunt, ubi alterantia, & confortantia requiruntur.*

Fe-

Digitized by Google

Febris quotidiana continua.

Curatur ut aliae febres putridae, *omiſſa venae-ſectione*, quae non admittenda, oritur enim a pituita, non vero ſanguine vel plethora.

Huc pertinet, & *febris tartarea* hoſpitans in hypochondriis, & typum quotidianae continuae nonnunquam aſſumit, adſunt ſigna ſcorbuti, & tartarus copioſe excernitur cum urina, unde valde rubet. In hac conveniunt illa febrilia, quae praeter vim diaphoreticam vim habent tartarum reſolvendi, & per urinam expellendi, ut ſpiritus ſalis tartari volatilis, & illa medicamenta in febri tertiana continua allata.

℞. *Elixir. febril. Mynſicht.* drach.iii.

℞. *Tartari vitriolati* ſcrup.ii. *ſalis abſinth. centaur. minor.* ā ā. ſcrup.ſem. dividatur in 2. partes aequales. Sum. digeſtiv. *pro confortatione.*

℞. *Tinctur. coralsior. cum ſpiritu cordis cervi* drach.ii. ſum.

Febris continua quartana.

Conveniunt hic purgantia, quae reſpiciunt, & pituitam, & melancholiam, qualia ſunt pulvis diaſennae Montagnani, extract. melanagog. Quercetani. Et quum humor melancholicus una vice non poſſit evacuari, per vices purgatio inſtituenda, *hinc praeferuntur vina medicata alternis diebus, vel horis matutinis bonus hauſtus ſumendus*. ut.

℞. *Herb. fumariae* m.i. *epithymi* m.ſem *flor. borag. bugloſſ.* ā ā. p.ii. *radic. filicis* unc. i. *folior. ſennae* ſ ſ. drach.x. *radic. hellebori nigri* ppt. drach.iii. *caryophyllor. maceris* ā ā. drach.i. *crem. tartari* drach.ii. *paſſul. min.* unc.i. inciſa includantur nodulo.

Febres ſymptomaticae.

Hae ſunt variae, vel enim ſupervenire poteſt vulneribus, alia oritur ex lacte corrupto, ut in nutricibus, & puerperis, ſaepe accidit; alia ex hypochondriorum inflammatione, & tunc vocatur cardialgia, & familiaris eſt infantibus, *ſignum eſt ejus, quando infra coſtas in hypochondriis digitum injicere non poſſum: in hoc conveniunt carminativa, & leniter purgantia, externe linimentum cardiacum Schroderi.*

Febris ſymptomatica quoque in infantibus lumbricitantibus deprehenditur, quia lumbricorum patria eſt putredo, *ibi egregium eſt radix mechoacannae in juſculo, vel cum pulte, nullum enim habet ſaporem.*

In puerperis a ſecundinarum retentione talis febris oritur, *in hoc caſu elixir. proprietatis praeſtantiſſimum*, utpote quod habet vim balſamicam, confortandi cor & cerebrum, & praeſervat a putredine.

Febres intermittentes.

In his febribus intermiſſionis cauſſa, & quare per certos paroxyſmos invadant, & recurrant, quaerenda eſt, *in particularum quantitate, & in earum foco.*

In quantitate, ſi particulae inter ſe invicem ſint diſproportionatae, fermentatio citius oritur ut & ſi in majori copia adſint, tunc citius febres recurrunt.

Ratione qualitatis, ſi particulae ſint & fiant nimis volatiles tenues, pro diverſitate tunc illarum citius aut tardius recurrit morbus.

Si in tali foco haereat cauſſa morbifica febrilis, qui ſit admodum poroſus, facile tranſpirabilis, citius affligunt febres.

Tertiana intermittens.

De ſpecificis ante paroxyſmum habet Riverius quaedam v.g.

℞. *Salis antifebr. Mynſicht.* vel quod remanet in deſtillatione, ſpiritus ſalis armoniaci ſcrup.ſem. vel ſcrup.i. *bezoardici martialis* gr.xii. *oſſis ſaepiae* ſcrup.i. miſc. f. pulvis, detur in *aq. card. bened.* ante paroxyſmum, vel

℞. *c.c. phil. ppti* ſcrup. i. *ſalis prunellae* ſcrup. i. *antimon. diaphoret.* gr.viii. miſc. fiat pulvis in 2. partes dividendus, detur bis ante paroxyſmum.

Die v. *intermiſſionis* detur ſequens.

℞. *Aq.*

℞. *Aq. petroſelini* unc. ii. *card. bened.* unc. i. *cichor.* unc. i. ſem. *theriacalis ſimplicis* drach. vi. *ſirup. de* 5. *radicibus* unc. i. *ſpir. ſulphur. per campanam* ſcrup. ſem. miſc.

Saepe ſcorbutus hanc comitatur, tunc convenit ſequens. ℞. *tinctur. bezoard.* drach. ii. *ſpiritus cochlear.* drach. j. miſc.

℞. *Extract. centaur. min. ſine ſp. v. parati* ſcrup. ſem. *antimon. diaphoret.* gr. xii. *ſalis antifebrilis* gr. viii. *aq. centaur. min.* unc. i. *fumariae* unc. ii. m. f. hauſtus.

Spina dorſi poteſt in ungi unguent. roſat. popul. ſantal. &c. & ut ſudores promoveantur, & non prohibeantur poſſunt etiam praemiſſis univerſalibus exhiberi ſudorifera.

Saepe febris haec tertiana conjunctum habet alvi fluxum.

Ubi conveniunt illa, quae habent vim abſtergendi, ubi conveniunt clyſteres ex abſtergentibus herbis, & adſtringentibus, *rhabarbar.* etiam optime convenit.

Febris tertiana notha habet eaſdem indicationes.

Humores ſunt evacuandi quod fit per chologoga, phlegmagoga, ut & per vomitoria; cauſſa enim haeret vel in ventriculo, licet non in interiori cavitate tamen in ejus glandulis vel vaſis, ſudorifera hic vel plane poſſumus omittere.

Febris intermittens quartana.

Vulgo vocatur Medicorum opprobrium: *hic notandum*, purgantia ne hilum in hac febre efficere, ſed vires potius conſumere, & maſſam ſanguineam depauperare: ſunt ergo ea ſaltem adhibenda, *quae, quod fixum eſt, exaltant & volatile reddunt, & in tota maſſa ſanguinea pneumatoſin inducunt*, in hoc conſiſtit tota curatio. Talia ſunt, *ſal tartari volatile, chin. chinae flor. ſalis armoniaci, ſpiritus ſal. armoniac. ſalſus.*

Febres malignae, & peſtilentiales.

Particulae fermentativae quae altas excitant febres, ſi conjunctam habent malignitatem oriuntur febres malignae, & peſtilentes.

Febris peſtilentialis, & maligna differunt quoad gradum, in febri peſtilentiali materia eſt acrior & plures intereunt.

Cauſſa febrium peſtilentialium eſt vel *colliquatio* maſſae ſanguineae, vel *coagulatio*; in colliquatione tota maſſa ſanguinea diſſolvitur, & mutatur in ichorem, unde ſanguis non magis fibroſus ineptus eſt ad nutritionem, circulationem (inde nulla circulatio) ſpirituum generationem; *colliquatio* autem iſta oritur a particulis illiuſmodi venenoſis.

In peſte recommendamus ol. ſuccini camphoratum, quum vidiſſemus iſta medicamenta nihil prodeſſe, quae hinc inde ab Auctoribus praeſcribuntur, hinc me ipſum praeſervavi aceto aliquo theriacali in peſte Hanoviae graſſante.

In coagulatione: dantur enim multa venena, quae maſſam ſanguineam coagulant, non aliter ac ſpiritus vitrioli lacti infuſum coagulat.

Cauſſae mediatae: aër triplici modo (1) quatenus a ventis ſalubribus non ventilatur, ut particulae heterogeneae non purgentur ex aëre: (2) ſi ſcateat multis particulis putridis, & foetidis ortum habentibus vel ex lacubus, vel locis putridis exhalantibus, quae circumnatantes in aëre ingrediuntur corpus vel inſpiratione, vel circumfuſione: (3) primis qualitatibus, frigore, & calore excitare poteſt tales febres malignas, non quod immediate generet venenum, ſed quatenus conſtitutionem, & apparatum morboſum excitat & parat in corpore, nam aër frigidus conſtringit poros ita ut non poſſit fieri tranſpiratio; quatenus jam autem aër eſt calidus p. n. agitat ſpiritus, & ſanguinem facit acriorem, &c.

Veneni ratio formalis conſiſtit in acrimonia cauſtica, corrodendi, & diſſolvendi maſſam ſanguineam, ſicut videtur illud in arſenico, &c. Reliquae res naturales faciunt apparatum morboſum.

Animi pathemata poſſunt immediate generare febres malignas, unde nonnulli putant in obſidione Urbium ex moerore generari peſtes, febres petechiales, quatenus moeror ſan-

gui-

Digitized by Google

Equinis figuram mutat in cuſpides ; nihil enim quod ſpiritus magis actenda t, quam ira metus, triſtitia, moeror.

Signa diagnoſtica deſumuntur in febribus peſtilentialibus ſymptomata collective, quae in aliis disjunctim obſervantur; E. debeo ſyndromen ſymptomatum judicare.

1) Pulſus eſt inaequalis parvus, & debilis, quia cor primario afficitur, unde pulſus mutatur, & quia ſpiritus vitales ſimul mutantur, & deſtruuntur a veneno.

NB. Pulſus in febribus peſtilentialibus eſt celerior & frequentior, quam calor exigit, & hoc eſt peſſimum ſignum; latet enim ibi aliquid maligni quod irritat cor, in ardentibus quidem etiam eſt frequens, quod exigit ibi ingens calor ; hic vero calor non eſt adeo vehemens, nihilominus tamen pulſus eſt frequentior.

2) Sitis vel eſt magna, & admodum urget, & quidem magis quam calor requirit, vel plane nulla adeſt ſitis, & nihilominus lingua eſt ſicca, & arida, quae etiam peſſimum ſignum.

Cauſſa ſitis eſt ſal illud volatile acre, quod vellicat nervos, hinc acida infringunt iſtud ſal, ut acetum, decoctum citri, pulpa citri, aq. non convenit & actu frigida.

3) *Inappetentia*) in omnibus malignis appetitus eſt proſtratus propter malignas particulas obſidentes orificium ventriculi, fermentumque ejus deſtruentes, & quia ex ſanguine corrupto non poteſt regenerari, latet enim venenum ſaepiſſime in ventriculo, ubi ſolutionem continui, & dolorem excitat, inde plerumque ſentiunt dolorem circa regionem ſtomachi.

4) *Nauſea, & vomitus ex eadem cauſſa.*

5) Horror frequens, & inordinatus, mox conqueruntur de calore, mox de horrore, & rigore, mox de dolore, & frigore, in aliis febribus quidem etiam horror eſt, ſed non inordinatus.

6) *Totius corporis laſſitudo*, vix obſervatur tamen in principio ab aegro ſeu adſtantibus, *a Medico tamen debet obſervari quod poteſt ex actionibus.*

7) *Capitis dolor*, vigiliae, delirium ſaepe adſunt, in nonnullis vero ſopor deprehenditur.

8) *Urina*, ſigna ex hac ſunt maxime fallacia, & ſi nunquam fallax praebet indicium urina, illud hic maxime evenit.

Apparet ſaepiſſime ſanorum ſimilis, quia cauſſa formalis malignitatis non conſiſtit in putredine, & tali fermentatione: ſed potius in colliquatione, & coagulatione ſi tamen conjuncta ſit putredo, calor tum maxime urget ut & venenum, cum urina ſaepe eſt craſſa, & turbida.

9) *Fluxus alvi*, eſt ſymptoma frequens, oritur vel per ſe a colliquatione maſſae ſanguineae, vel a leviſſimo medicamento, vel pharmaco, oritur ſaepe diarrhoea talis lethalis, quia propter illam colliquationem humores ſatis diſpoſiti ſunt ad talem fluxum.

10) Lumbrici ſaepius excernuntur, & tum praeter malignitatem ſummam habet conjunctam putredinem, ex qua generantur lumbrici.

11) Sudores, non ſunt univerſales ſed particulares, his in febribus praeprimis circa collum, & caput praeſentiuntur tales ſudores.

12) Unicum obſervatu dignum eſt oculorum rubor, hinc in his febribus debemus inſpicere linguam, oculos & manus.

Oculos, quia ex oculis poſſumus praedicere delirium, ſi calor in dies augeatur oritur rubedo in oculis, cauſſa eſt quia vapores tales acres aſcendunt ad cerebrum, & inflammant aliquo modo meninges. E. ex eo poteſt delirium inſtans praedici, ſi augetur rubor oculorum ; *a meningibus enim oritur tunica adnata. E. inflammatis meningibus etiam rubedo fit in oculis.*

Linguam etiam debemus inſpicere, ut ſciam an ſit Hungarica, quae habet nigredinem ſiccitatem, & aſperitatem linguae.

Manus etiam debemus tangere, an palpitatio, vel tremor percipiantur, ex illis poſſumus praedicere malignitatem, & convulſiones, quae ut plurimum inſequuntur.

13) *Maculae* utplurimum apparent in malignis, non tamen in omnibus, erumpunt propter efferveſcentiam ſanguinis, & vel critice ſeu ſymptomatice erumpunt, ſi ſymptomatice peſſimum ſignum, ſin 3. vel 4. die erumpunt, cum ſymptomatum mitigatione, & ſunt rubrae, tunc ſpes eſt.

Signa prognoſtica: omnis prognoſis in febribus malignis eſt incerta, & nihil certi poteſt praedici.

Pulſus aequalitas bonum ſignum, inaequalitas malum.

Pulſus ſanorum ſimilis cum aliis graviſſimis ſymptomatibus peſſimum.

Delirium cum convulſione malum.

Nota. *Surditas poſt 7. dies ſuperveniens certiſſimum reconvaleſcentiae ſignum.*

Urina cum aliis graviſſimis ſymptomatibus ſanorum ſimilis peſſimum eſt.

Si admodum copioſe excernatur, ita ut ſingulis diebus aeger aliquot vaſa impleat, eſt lethale ſignum, & nunquam fere evadunt, quia fit a colliquatione humorum; ſudores etiam tuti non ſunt, & ſi alia adjuncta ſymptomata per tales ſudores non mitigantur, plerumque moriuntur, quia ſudor iſte eſt ſymptomaticus.

Alvi fluxus ſaepe bonum eſt, ſaepe etiam malum ſignum eſt, ſi plus caloris deprehendatur, quam malignitatis tum primis diebus nocet, e contra ſi venenoſa praepolleat qualitas tum primis diebus cum aegri commodo fluit alvus. Quoad maculas prognoſis eſt; maculae quo magis rubent, eo minus nocent, lividae vero, & atrae mortem denunciant.

C U R A T I O.

Duas habemus indicationes praecipuas; febris indicat ſui mitigationem, & alterationem, humor peccans evacuationem; venenoſitas ſeu venenum correctionem per alexipharmaca, & bezoardica.

Quaeritur, an purgantia, vel venae-ſectio admittenda?

℞. Diſtinguendum, ſi majora adſint ſymptomata, quam quae a calore proficiſci poterunt, tum praevalet venenoſitas, & magis nocebit venae-ſectio, & purgatio: ſin calor excedat, & praevaleat, convenit venae-ſectio, & purgatio, ut & emeticum primis diebus.

Purgantia debent eſſe leniora per alvum, *vomitoria* vero fortiora, & antimonialia. Venae-ſectio adminiſtranda in pede; haec primis diebus.

Si magis ſe prodat malignitas quam calor febrilis, ad bezoardica, vel ſudorifera alexipharmaca confugiendum.

Veſicatoria proſunt in brachiis, & pedibus, tribus vel quatuor locis poſſunt inſtitui, & excitari.

F O R M U L AE.

In principio ſtatim ſi alvus non ſit aperta nec tamen audeamus exhibere purgans, poterit ſolvi hoc enemate.

℞. *Decocti florum, & fructuum* unc. viii. adde *electuar. lenitiv.* unc. ſem. *vitellum ovi, nitri cum antimonio fixi* drach. ſem. miſc. f. enema.

Praemiſſo hoc clyſtere ad ipſa alexipharmaca accedendum, & expulſiva, vel ſudorifera.

℞. *Aquae cordialis Herculis Saxoniae.* drach. x. *tinctur. bezoard.* drach. ſem. vel ſcrup. ii. *ſirup. de toto citro* drach. ii. miſc. f. potio, & poſt 6. horas reiteranda, nam primis diebus bis vel ter ſudorifera reiterentur elapſis, & poſt 6. vel 7. horas vel.

In forma pulveris.

℞. *Pulv. bezoard. Sennert.* ſcrup. i. vel drach. ſem. *antimon. diaphoret. nitri perlati* ãã. ſcrup. ſem. (vel drach. ſem.) miſc. f. pulvis.

Interea frequenter exhibenda ſunt cordialia ſingulis etiam horis.

℞. *Aquae contra febres malignas, aquae perlarum* ā ā.unc.ii. *confect. alkerm. de hyacinth.* ā ā.ſcrup.ii. *nitri perlati* drach.ſem. *julep.gemmat.*drach.ii.miſc.

Nota : ſi ſexui foeminino praeſcribatur confect. alkerm. de hyacinth. & julep. gemmat. incompleta tunc debent praeſcribi.

Emulſiones conveniunt ex ſeminibus refrigerantibus, & veneno reſiſtentibus, quia ſcilicet ſunt oleoſa, & acrimoniam humorum obtundunt.

℞. *S.m. card.bened.*drach.i ſem. *citri* drach.ſem. *napi* drach.i.*aq.card.bened.* unc.iii.ſem.miſc.f.emulſio,adde *ſirup.acetoſitatis citri* unc.ſem.detur pro 1.doſi.*Timaeus.*

Riverius ex Cratone recommendat ſequentem pulverem.

℞. *Salis prunellae* drach.ſem.*bezoard.mineral.*ſcrup.i. *camphor.*gr.vi.miſc.fiat pulvis pro 1. doſi.

Egregium uſum etiam hic praeſtat *diaſcordium*,verum admodum quum ſit calidum : E. ejus calor facile infringi poteſt ſi exhibeatur cum *aq. aliqua cordiali frigida*, vel cum *emulſione frigida*: v.g.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.*ſcrup.iv.vel drach.i ſem.*aquae perlarum* unc.i.miſc.fiat potio pro 1.doſi.

Et quum ſitis admodum urgeat,neque tamen frigida tuto exhibeatur,poterit exhiberi ex iis quae ſimul habent vim alexipharmacam. E.potus ordinarius praeparandus, convenit *decoctum ex pomis citri*; hoc modo praeſcribatur.

℞. *Decocti citri Mynſichti* lib.ii.ordinarie bibat aeger pro lubito.

Externe pulſibus applicanda confortantia, v.g.

℞. *Aq.carbuncul.* unc.ſem.*pro epithemat.cordis* drach.vi. *aceti bezoardici,rutae,rubi idaei* ā ā.drach.vi.miſc.

℞. *Specier.pro epithemate cordis* drach.ii ſem.dividantur in tres partes aequales,& includantur ſacculis ex ſyndone rubro num.3. quorum unus in forma cordis fiat.

Variolae, & morbilli.

Eadem curatio, quae febrium malignarum,quia tamen etiam quaedam habent peculiaria ſymptomata, quaedam trahuntur.

Si plures decumbant infantes in una, & eadem domo, poteſt potus ordinarius praeſcribi hoc modo.

℞. *Rad. ſcorzoner.*unc.ſem. *contrajervae* drach.ii.*raſur.cornu cervi* drach.iii.*terrae ſigillatae* drach.ii.vel ſcrup.ii.*florum aquilegiae,calendulae* ā ā.p.i.*ſem.aquilegiae,napi* ā ā.drach.ii. *card.bened.*drach.i ſem. *nitri* ſcrup.i. inciſa, & contuſa includantur nodulo.

Si adſit alvi fluxus cruentus ſeu ſymptomaticus convenient ſequentia , ut *ſirup. de ſymphyto Fernelii.*

Clyſteres ex lacte, & radice ſymphyti.

Oculi praeſervantur ſi auro puro fricentur, item croco in aqua roſarum infuſo, lacte muliebri; ſi fuerint valde inflammati,conveniet aq. flor. cyani cum aliquot granis ſacchar. Saturni.

In narium obſtructione convenit oleum amygdalarum dulcium, butyrum majoranae, butyrum recens .Obſervandum; in variolis, & morbillis nequaquam *ſtyptica,& frigida* exhibenda, ne prout in muſto videre eſt,natura prohibeatur,& impediatur,*quod ſi eruperint jam variolae audacter, frigida propinari poſſunt, talia ſcilicet, quae ſimul praecipitant ebullitionem v.g. ebur ſine igne, corallia rubra*, oculi cancrorum , margaritae praeparatae, tuncque ceſſandum, & abſtinendum eſt ab uſu medicamentorum diaphoreticorum.

Purgantia hic nullum habent locum propter motum contrarium, hinc ipſa clyſmata ſunt ſuſpecta in principio. E. non niſi ſumma urgente neceſſitate applicanda.

Frequenter poſt variolas tuſſis remanet etiam in infantibus (l.etiam alvi fluxus) unde facillime in phthiſin incidere poſſunt, niſi mature ſubveniatur, unde conveniet hic ſequens.

℞. Sirup. papav. errat. de ſymphyt. Fernelii, de jujubis āā. unc. i. miſc.

H E C T I C A.

Nota: phthiſis non poteſt eſſe abſque febri hectica, attamen hectica abſque phthiſi (ſeu exulceratione pulmonum) poteſt eſſe.

Eadem medicamenta, & curationem habet cum phthiſi.

Hectica in phthiſi eſt inſtar ſymptomatis.

Signa hecticae ſunt calor mordax, & acris ob intemperiem ſalſam, & acrem ſanguinis, quae intemperies probatur, quod non poſſit nutriri, quod cutis ſit ſqualida.

Calor aequalis in omnibus partibus praeprimis in plantis pedum, & volis manuum, labiorum ſiccitas, & ſitis continua, appetitus proſtratus.

Calor ſemper ab aſſumto cibo magis affligit, quia particulae ſucci nutricii in ſanguinem delati effervеſcentiam augent, quia remiſſo illo caliditatis gradu illi novus calor percipitur, neque dubitandum, & in aliis febribus talem novum calorem adeſſe, in illo tamen majori gradu caloris minorem hunc non percipi credibile.

Contabeſcentia totius corporis.

Quaer. an deſtillata, quae ingrediantur partes habeant vim nutriendi, quum vis nutriendi conſiſtat in viſcoſitate?

℞. Omnino.

Medicamenta debent eſſe refrigerantia, & humectantia.

Externe etiam adhibentur inunctiones pro ſpina dorſi, ut & epithemata pro regione hepatis.

Pulvis antihecticus Poterii cujus doſis gr. v. eſt enim medicamentum chymicum ex antimonio, vel per ſe vel cum aliis pulveribus, *poteſt exinde fieri rotula cum ſaccharo in aqua roſarum ſoluto.*

L I B E R IV.

D E

Affectibus infimi ventris;

C A P. I.

DE NIMIA CIBORUM APPETENTIA.

§. 1.

ALii per cupiditatem comedendi definiunt non ſolum in ventriculo, ſed & inteſtino duodeno.

§. 2. Pars affecta: *orificium ſuperius ventriculi* potiſſimum eſt cauſſa.

§. 3. Cauſſa non ſolum ſuccus pancreaticus, ſed & fermentum ventriculi acidus ſi nimium effervеſcat, & aceſcat.

Saliva acuit quidem etiam appetitum, ſed non poteſt eſſe cauſſa proxima interna nimii appetitus: *Chylus* etiam quatenus plus juſto detinetur in ventriculo, hoc modo etiam facilius aceſcit.

Aër frigidior per accidens humorem reddit acidiorem, etiam animi pathemata, quia in iiſdem tardius movetur ſanguis, ſicque craſſeſcit, & obſtructiones parit, unde per conſequens ſanguis craſſeſcit, & aceſcit.

Vinum ſedat tamen, quia continet in ſe particulas nonnullas ſtupefacientes, & narcoticas.

Quan-

Digitized by Google

Quando cibus non offertur hoc modo laborantibus, illi facile incurrunt in deliquium animi, ideo practici commendant vinum, ut reficiat.

Aromata, quia participant de ſale volatili acri.

In notis Decker. dicit, quod quandoque oriatur a lumbricis, verum *lumbrici ſunt potius effectus hujus morbi, ex nimio enim victu aſſumto facile generantur lumbrici.*

§.4. Differentia appetitus caninus, & bulimia non ſolum differunt (1) gradu; ſed & (2) in bulimia ſimul phantaſia, & imaginatio laeditur, in appetitu canino non item.

§.5. Signa diagnoſtica facile ſeſe monſtrant fame illa aucta. Deſiderium vomendi oritur, quia ventriculus non ſatis eſt amplus, ut poſſit illum copioſum cibum continere; deinde quia vellicantur nervi.

Ructibus vexantur propter nimiam illam ebullitionem, cordiſque anxietatem; propter conſenſum, quia habent nervos ab eodem pari, deinde etiam propter nimiam ventriculi diſtenſionem diaphragma etiam comprimitur, unde difficilis reſpiratio, quia circulatio non rite fit.

§.6. Prognoſtica: *oleoſitas* haec non eſt naturalis ſed potius morboſa, nutritio enim rite fieri non poteſt.

De noctu debent ſurgere, &c. 1. propter diarrhoeam, quae ſaepe comitatur. 2. *propter deſiderium vomendi.*

§.7. *Indicationes* curativae. Humor acidus temperandus, quia nullum datur catharticum, quod dicatum ſit humori acido. E. temperari debet, quia niſi ſit temperatus nunquam poteſt evacuari.

Medicamenta purgantia debent eſſe laxantia. *quia humor acidus non fert fortiora purgantia*, quod in omnibus humoribus acidis probe obſervandum.

In notis ſpiritus vini ſive aq. vitae non convenit contra *Deckerum*, quia potius morbus augeretur hoc medicamento. *Haec ſequentia imbibunt acrimoniam.*

Creta cereviſiae acidae injecta imbibit particulas acres ſive acidas.

§.8. *Curatio.* recte addit Auctor dulcia nempe temperata, quia illa dulcia modice ſunt ſumenda.

Vomitus non convenit, ſi ſit in inteſtino duodeno, vel ductu pancreatico, ſin vero cauſſa adhuc haeret in ventriculo, utique commendatur.

AEger ab omnibus cibis acidis abſtineat, v.g. aceto, cereviſia acida, cibi non ſint conditi arom. &c.

Narcotica) imprimis *theriaca recentiſſime diſpenſata* tutiſſime ad drach.i. exhibetur, tum quia corrigit malignam qualitatem, quam quidam ſuſpicantur in hoc affectu. *Riverius* ambram, *Decker. vinum ſalviatum* commendat.

Obſerv.1. hie vinum commendatur ſi modice ſumatur, alias adauget morbum.

Sirup. de cartham. ſive *diacnici datur* ad unc.i ſem.

Melancholicis, ſpleneticis, & hypochodriacis hic affectus communis eſt, quia humor acidus in iis plus juſto eſt exaltatus.

Obſerv.2. antimon. diaphoret. propter vim praecipitandi, *ol. menthae*, quia corrigit acida propter oleoſitatem *ſpiritus ſalis armon.* per ſe non convenit, ſed temperari debet ſpiritu (vini) aromatico.

Affectus hic fuit curatu difficilis, quia tota maſſa ſanguinea plus juſto acida fuit.

Obſerv.3. de infantibus, factum ex nimio acidorum uſu.

F O R M U L A E.

℞. *Aquae e lachrymis vitis deſtillatae, bryoniae* ā ā. unc.ii. *ſirup. cortic. aurant.* drach. vi. vel vii. pro 3. vel 4. doſibus.

℞. *Magiſter. matris perlarum, raſur. eboris* ā ā. drach.ii. *ol. ſtillatitii cortic. aurantior.* gt. ii. m. egregie juvat. *Decoctum majoris chamomillae omne remediorum genus ſuperat digit Hoffmannus.*

CAP.

CAP. II.

DE VOMITU.

CAuſſa: pancreas mediante nempe ſucco pancreatico, quatenus malam, & vitioſam excitat effervescentiam, *a qua remanent particulae, quae deinde aſcendunt in ventriculum, & irritant, unde ſubſequitur vomitus.*

Lympha craſſa ſaepiſſime firmiter adhaerens membranae interiori ſive rugis ventriculi, ita etiam ut excuti nequeat, ſi talis pituita ita inhaereat tum vomitus non oritur niſi ingeſto cibo, *quia tum movetur, & agitatur pituita, hinc fibrae convelluntur, ut ſpiritus animales inordinate, influant.*

Rugae nempe nimis laxae orificium non exacte claudunt, & tunc oritur continua nauſea, & vomitus, ſi ſcilicet fibrae nimis fiant laxiores ab humido, & tunc dicunt Galenici facultatem retentricem eſſe laeſam.

Interdum excoriantur, &c. illa excoriatio fit a medicamentis nimis acribus, *ab uſu nimio ſpiritus vitrioli*, nitri, a venenis acribus, *antimonialibus mercurialibus*, quae particulis ſuis ſcindentibus, & pungentibus excoriant tunicas ventriculi.

Pancreas aliquando, &c. patitur abſceſſum, tumque malum non manifeſtatur niſi poſt mortem aperto cadavere, quia cognitio morborum pancreatis eſt *difficillima*, pancreas inflatur, ſuppuratur, & vitioſum generat ſuccum, *ipſe ſtomachus laeſus a vulnere, ab acribus, atque tum pus rejicitur per vomitum.*

IV. Differentiae, vomitus eſt vel idiopathicus, tumque cauſſa non ſolum generatur in ipſo ventriculo, ſed & eidem inhaeret.

Sympathet. generatur ab aliis partibus, quae habent conſenſum, vel propter vicinitatem utpote ſunt, lien, hepar, inteſtina, pancreas, renes, quod obſervatur in nephriticis; *vel propter ſimilem ſubſtantiam, unde vomitus frequens eſt in convulſionibus cerebri, & meningum affectibus, in affectu hyſterico, in vulneribus cerebri, uteri.*

Criticus animadvertitur in morbis acutis, ſymptomaticus plerumque in chronicis.

Eſt vel benignus, qui non adeo gravia ſymptomata habet conjuncta, nec vires adeo proſternit.

Malignus ſaepiſſime oritur a veneno, vel ab humore corrupto intus generato, ut obſervatur in febribus malignis, & peſtilentialibus.

Signa diagnoſtica: affectus ipſe per ſe ſatis manifeſtus eſt, ut ad ejus cognitionem non opus habeamus ſignis. Quod tamen cauſſarum cognitio ſatis ſit neceſſaria. *E. ſi ab humore frigido*, & viſcido, id eſt, pituita, tum potius oritur nauſea, & deſiderium tantum.

Si a bile non ſolum nauſea, ſed ſemper adeſt vomitus.

Si ab humore maligno, tum adſunt ſigna febris malignae, & gravia ſymptomata.

Si ab aſſumpto veneno, adeſt excoriatio linguae, & faucium ſive gulae, fluxus alvi malignus, tremores, motus convulſivi, & alia ſigna malignitatis ſentiuntur.

Idem fit ſi hepar inflammatur &c. propter cõmunicatam intemperiem calidam.

Rugae ſi laxae faciunt vomitum, appetituſque perit omnis, quoniam liquor influere nequit, ventriculus frigidior, ſitis nulla percipitur.

Prognoſtica: vomitus criticus bonus, quia fit cum morbi levamine, & commodo aegri, quia laborat pars quaedam nobilis, & ceſſante actione ventriculi tota deſtruetur animalis oeconomia.

Ut & ille bonus qui fit a repletione nimia.

Symptomaticus ſemper malus (praeſertim ſi fit a parte nobiliori) adeoque quovis in morbo portendit periculum.

Idiopathicus tutior, v.g. ſi oriatur ab inflammatione ipſius hepatis.

Periculoſus a venenis, ulcera enim ventriculi ſunt incurabilia, qualia excitant venena.

Indicationes curativae, vomitus criticus non eſt compeſcendus, *quia ſic infertur*

vis

nis naturae, *& turbaretur in motu ſuo*, ſymptomaticus vero quamprimum fieri poteſt.

Deinde pro diverſitate cauſſarum conditionis diverſae oriuntur indicationes.

Pituita craſſa incidenda.

Reliqui humores evacuandi, in quibus humoribus non opus eſt praeparatione, quando ſcilicet ſatis apti ſunt ad evacuationem.

Leniter tamen id fieri debet, non acribus medicamentis, & fibras ſtringentibus, & ſtimulantibus, quia medicamentis fortibus tonus ventriculi turbatur, fibrae magis laxantur. §. VIII.

Curatio, conveniunt purgantia, id eſt, blanda medicamenta revellentia, alias ventriculus valde labefactatur.

Si a bile, ſucco pancreatico, calculo, utero, tunc conveniunt clyſteres, artuum frictiones, quae ſpiritus animales, tum qui motum ſanguinis revellunt ad partes exteriores.

Topica praemiſſis praemittendis imponenda ventriculo, quia habent vim mitigandi dolores ſeu furorem archaei, ſuntque adſtringentia, &c.

Venae-ſectio in partium inflammatione ſi vomitus conjunctam habeant inflammationem, quia revellit, & refrigerat.

Caeterum nocet in febribus ardentibus, febri Hungarica; *NB. Praeſente vomitu maxime debemus abſtinere a venae-ſectione, quia per talem vomitionem ſpiritus animales, & vires proſternuntur, E. magis adhuc per venae-ſectionem.*

MEDICAMENTA.

Rad. cyp. calam. arom. menth. ſalv. ſi oriatur a cauſſa frigida *acetoſ. portulac. tarax.* reſpiciunt cauſſam calidam. *flor. balauſt.* conveniunt propter adſtrictionem ſive vim adſtringendi *ſem. anethi, citri* in cauſſa frigida; *frigida ſemina* in cauſſa calida.

Aromat. caryophyll. &c. in cauſſa frigida in bile magis nocent, quia augetur calor.

Vina omnis generis, & aceta.

Spiritus cinnamom. ſaſſafrat. vini aromaticus.

Aceta conveniunt propter vim praecipitandi, non per ſe ſed aliis debent admiſceri; ſi a ſucco pancreatico, magis nocent aceta, ſin vero bile, proſunt.

Aqua Anhaltina in cauſſa frigida, & magis externe quam interne, hinc panem tinctum hac aqua imponimus, etiam in calido, ſi rugae nimis ſint laxae penna inungimus; *Aqua imperial. elixir. citri, elixir. proprietat. Paracelſi, tinctura proprietatis Mynſichti. Aquae adſtring. plantag. folior. quercus, theriacal. cinnamom. cydoniata*, valde proſunt.

Sirup. cinnamom. corall. myrtin. papav. errat. maſtichin. liberant.

Rob. berberum ribium, ſambuci interne, & externe, rob ebuli de comis.

Caro cydoniorum, & omnia ex cydoniis praeparata olea deſtillata, ſi ab humore pituitoſo, & acido a bile magis nocent.

Menth. eſt ſpecific. ſtomachicum ol. menth. externe in omnibus ventriculi affectibus convenit.

Ol. cinnamom. cydonior. ſtomachal. Cratonis; abſinth. coctum & deſtillatum, *junip. maſtich. coct. & deſtillat. nucis Indic deſtillat. &c.* conveniunt, ut & *conſerva menthae, pulpae citri, rad. cichorii.*

Zinziber conditum, nux moſchata condita, *calam. arom. condit. cortices aurantiorum, citri conditi.*

Electuar. diacor. Auguſtan. *diaſcordium externe, & interne, externe in forma emplaſtri.*

Theriaca recens egregie juvat, ſic & mithridatium.

Sal abſinth. ſpecific. in vomitu ad drach. ſem. hinc etiam commendatur a Riverio in febribus ad drach. ſem.

Tar-

Digitized by Google

Tartarus vitriolatus, flores ſalis armoniaci. Species aromat. pulv. ſtomachalis. Querſ getani, vel Birckmanni, pilulae inter purgantia.

Formulae medicamentorum purgantium in pituita craſſa.

Conveniunt hic *pilulae aloëticae ſive Francofurtenſes*, quae poſſunt acui aliquot granis *diagryd.* vel *reſinae jalapae*. In pulvere poteſt omitti ſaccharum, & addi ſcrup.i pulveris jalapae, ne excreſcat doſis.

In inflammationibus, & acredine humorum.

Sirup. diaſereos Andernaci.

Potio ex manna, quoniam in vomitu difficulter retinetur, praeſtat in minori doſi exhiberi.

Extract. rhei vel rhabarb. folior. ſennae, ſanguis rhei, id eſt, tinctura rhabarbari, eſſentia folior. ſennae.

Formulae medicamentorum praeparantium ſunt ſalia varia.

Ex ſtomachicis poteſt vinum medicamentoſum praeparari, vel

℞. *Spirit. dulc. ſalis armon.* vel

℞. *Elixir. vitrioli Mynſichti* drach.ii. dentur gutt. 15.

℞. *Elixir. proprietat. Paracelſi* drach.ii.

Eſſentia abſinth. ſpiritus menthae ãã. drach. ſem.m. d.gt. 15. de his conjunctim ſumtis.

In inflammatione ſi adſit excoriatio tunicae ventriculi debent dari medicamenta mucilaginoſa, & lenientia, ut ex ſemine pſyllij, cydonior. gummi tragacanth. adde ſirup. de roſis ſiccis, quia etiam conſolidat, mel roſatum *urgente dolore*. Si a veneno vomitus, conveniunt opiata cum confectione Alkerm. (quae nempe confortant ventriculum poſſunt addi,) cum ſirup. cinnamom. poteſt dari Auctoris pulvis.

Emulſiones vulgares inflammationem ſiſtunt, & acrimoniam humorum obtundunt. v.g.

℞. *Amygd. dulc.* unc. ſem. *ſem. melonum cucumer.* ãã. *excorticatorum* drach.ii. *papav. albi* drach.i ſem. contuſa emulgeantur cum *aq. folior. querc. plantag. taraxaci* ãã. unc. ii. adde *aqu. cinnam. cydon.* unc. ſem. *laudan. opiat.* gr. ii. *manus Chriſti perlat.* ad gratiam.

Topica imponuntur vel in forma emplaſtri, linimenti aut olei.

Emplaſtrum poteſt ſimplicius praeſcribi hoc modo.

℞. *Emplaſt. ſtomachal.* q.ſ. ducatur ſuper alutam, & illinatur *oleo maſtich.* vel ſtomachic. & obducatur ſyndone rubr. in forma ſcuti.

Vel in forma Auctoris poteſt addi ol. ſtomachal. Cratonis. Poteſt praeſcribi in majori doſi, citr. poteſt addi cinnam. piper. juniper. balſ. vitae, balſam. gummi carannae poteſt ſubſtitui tacamahaca.

Obſerv. 1. In tali caſu ſi ab exulceratione oriatur, conveniunt quae habent vim infringendi acida, & aciditatem illam, v.g. oryza, hordeum, mucilag. cydonior. nec non pinguia *butyrum recens cum cereviſia calida, oleum lini, amygdalar. olivarum.*

Obſerv. 2. omnes enim morbi pancreatis ſunt ſatis cognitu difficiles, & nonniſi poſt vel per mortem manifeſtantur.

Etiam adhunc morbum pertinet *vomitus cruentus*, qui admodum eſt periculoſus, ſiquidem vitae theſaurus ſanguis nempe profunditur, hinc facile in animi deliquium incidunt.

„ *Cauſſa vera eſt obſtructio arteriarum, uteri & lienis, hinc omnes illi qui incidunt in*
„ *talem vomitum ſunt ſive ſplenetici, vel laborant reſtagnatione, & obſtructione men-*
„ *ſium, unde ſanguis acrior factus aperit arterias coronarias, & per illas apertas in ven-*
„ *triculum regurgitat.*

„ *Methodus medendi longe alia eſt, nec enim conveniunt purgantia nec lenientia, ſed*
„ *potius ſanguinis grumos diſſolventia, & conſolidantia, hinc affectus ſi aliquoties infli-*
„ *git ſequitur facile mors ſubitanea vel incurrunt in cachexiam.*

FOR-

F O R M U L AE.

In omnibus ventriculi affectibus, & imbecillitatibus ſive appetitu proſtrato, vomitu, inflammatione, intemperie, anorexia, &c. ſequens ſacculus ventriculo poteſt imponi.

℞. *Comar.abſinth. menth.lavendul.* āā. m.i. *maſtich. tacamahac. nucis moſchat.* āā. drach.i. *flor.anthos,lavendul.roſar.*āā.m.i.*ſalis toſti* unc.iii.aſpergantur ſpiritu abſinthii, vel aqu.anhaltina, & includantur ſacculo, in omnibus ventriculi affectibus.

℞. *Gum.ladan.reſin.pini* āā.drach.iii.ducantur ſuper alutam, f.emplaſtr.

In anorexia ſive appetitu proſtrato non datur ſequenti praeſtantius.

℞. *Pulv. cortic. aurantior.*drach.ii. *tart.vitriolati. ſalis abſinth.* āā. drach.i. m. f. pulvis.

℞.*Conſerv.roſar.vitriolat.*unc.ii.*electuar.diacor.Auguſtan.*unc.i.*ſpir.menthae* drach. i.m.f.conditum.det. magnitudine nuc.caſtaneae, ſive juglandis.

℞. *Pulv.ſtomachal.Quercetani* drach.iii.*faecul.aronis* drach.i. *eboris ſine igne* ſcrup. ii. *pulv.hep.it.rubr.*drach.ii.m.f.pulvis.

℞.*Olei ſtomachal. Craton.* drach.ii. *ſtillatitii menthae*, gt.vi. *zedoar. caryophyllorum* āā.gt.v. m.pro balſamo.

Vel ℞. *balſam. Peruvian.albi* ſcrup.ii. *ol.ſtomach. Craton.*drach.i.*ſtillatit. maſtich. macis* āā.gt.vi.*nuc.moſchat.expreſſ.*q.ſ.pro efformando balſamo.

In Vomitu, & Cholera.

℞.*Aquae cinnam.cydoniat.*unc.iii.*ſirup.corallior.* unc.i. *ſpirit.maſtich.* ſcrup.i. ad drach.ſem.ſum.

℞. *Spirit.theriacal.maſtich.*āā.drach.i.ſum.ſpiritus.

℞. *Aquae roſar.plantag.*āā.unc.iii.*ſucci cydonior. aceti roſacei* āā.unc.i. *pulv.ſantali rubri,roſar.ſiccar.* āā.drach.i. *galliae moſchat.*drach.ſem.*caryophyllor.* gr.iv.m. f. epithema.

℞.*Picis* unc.ii.*ol.cydonior.* unc.ſem.liqueſcant ſimul & fiat dropax, qui ſtomacho applicatus vomitui praeſens adfert remedium.

Si vomitus oriatur a veneno, quod frequens in febribus malignis, conveniunt ſequentia.

℞.*Opiatae,bezoardicae Timaei* āā.drach.i.ſolve in aq.plantaginis. Cujus deſcriptio haec eſt.

℞.*Theriac.Andromachi* unc.ii.*confect. de hyacinth.* unc.ſem.*pulv. bezoard. Sennerti* unc.ii. *magiſt.ſmaragd. perlar.corall.rubr.* āā. drach.i. *terrae ſigillat.* unc.iii.*extract. tormentill.contraierv.*āā.ſcrup.iv.cum *ſirupo de ſcordio*, fiat opiata; felices etiam edit effectus in dyſenteria, alvi fluxu colliquativo, & ſymptomatico; poteſt dari ad drach.ii.vel per ſe vel in forma pulver. vel poteſt diſſolvi in aq.aliqua, vel poteſt dari in forma boli.

Purgantia in affectibus ventriculi.

℞. *Pulv.rad.jalap.*ſcrup.i.*flor.ſalis armoniaci* gr.iv. *faecul.aronis*, gr.vi.m.f.pulvis.

℞.*Maſſ.pilular.hierae picrae cum agarico* ſcrup.i. *pulv.*ſyrii (id eſt, diagrydii) gr.iv. cum *oleo ſtillatitio abſinthii*, f.pilulae.

℞. *Extract.pilular.Ruffi* ſcrup.i. *mercurii dulcificati oleo ſulphuris correcti,diagryd.* āā.gr.vi. *ol.aniſ.*gt.i.cum ſ.q.*aquae cinnam.*f.pilulae n.9.ſum. ut ante.

Pertinet etiam huc *ſingultus*, quia periculoſum ſymptoma eſt in febribus, ſive morbis malignis; curatur alexipharmacis, theriaca externe, & interne. vel

℞.*Extract.theriacal* ſcrup.ſem.*conſerv.menth.*ſcrup.i.*laudan.opiat.* gr.i. *ol.ſtillatit. menth.*gt.i.m.f.bolus: vel

℞.*Theriacae optime*, gr.xii.*laudan.opiat.gr.i.ſ.m. ad ſummum!*ſum.

Coſterus optimo cum ſucceſſu ſequens Regi Sueciae exhibuit.

℞.*Aq.maſtich.theriacal.*āā.unc.ii. *ſpir.angelic.*drach.ſem. *tinctur. bezoard.*ſcrup.ii. *eſſent.caſtorei* ſcrup.ſem.ſum.

Digitized by Google

Non raro ex improviſo deglutiuntur acus, vitrum, vel alia: ſi hoc fit convenit pulmentum ex ſola farina vel frumento Saracenico, cum aq. groſſe coctum: debet aſſumi magna in quantitate, & aeger abſtinere debet a potu per viginti quatuor horas: ſaepe etiam vomitus cruentus ex arteriis lienis obſtructis, ubi convenit ſequens.

℞. *Aq. plantag. polygon.* āā. lib. ſem. *julep. roſar.* unc. ii. *ſucci cydon. ſirup. papav. errat.* āā. unc. i. m. pro tribus doſibus.

℞. *Succi acaciae inſpiſſat. & ſucco cydoniorum* parum mollefacti unc. ii. *terrae ſigillat. lapidis haematit.* praeparati, *corall. rubr. praeparat.* āā. drach. ſem. cum *ſirupo cydoniorum*, fiat opiat.

℞. *Tinctur. corall. verae* drach. ii. ſum. gt. ix.

℞. *Extract. ſymphyt.* drach. i. *liquiritiae* ſcrup. i. *extract. ligni aloës*, gr. v. *balſami roſar. optimi* gr. ii. *ſacchari candi albi in aq. analeptica ſoluti* unc. i. ii. vel iii. folia auri finiſſimi n. iv. f. l. a. confectio in morſulis.

C A P. III.

D E S C O R B U T O.

§. 1. **V**Eteribus hic affectus creditur fuiſſe ignotus, niſi alio cum nomine eum crediderint.

Definitio Auct. eſt prava nutritio: haec definitio eſt nimis generalis, & inſufficiens; competit enim etiam atrophiae, & cachexiae. E. ſymptomata addenda, quae Decker. recenſet.

Non eſt unus morbus ſed multorum congeries a ſanguine peculiariter corrupto, cum maculis.

Pars affecta, non eſt lien (uti Sennert. putat) nec hepar, uti quidem veteres dicebant, quod quidem concedi poteſt ſecundario ſed non primario, glandulae meſenterii conglobatae, & conglomeratae, & in Auct. dictas partes affici certo certius eſt (in affectione hypochondriaca afficiuntur lien & hepar, veteres dicebant.)

Cauſſa eſt chylus inquinatus in ſcorbuto; unde vero illud fiat, an a ventriculo ſive aliunde, controvertitur.

Nihil eſt in rerum natura quod talem habeat convenientiam cum ſanguine noſtro, quam vinum, quod conſtat ex particulis ſulphureis, ſpirituoſis, ſalinis, & phlegmate (unde etiam eſt quod vinum adeo cito, & egregie reficiat & lac ſenum dicatur) quae omnia etiam conſtant in maſſa noſtra ſanguinea, jam cognito modo quo vinum corrumpatur, poteſt etiam facile judicium fieri de ſanguinis depravatione. Corrumpitur vinum variis ex cauſſis.

1) Si vino aliquid heterogenei admiſcetur, quod non pertinet ad illius conſtitutionem, unde oritur effervеſcentia, nimis agitatur fitque acidum: eodem modo ſi aliquid cum ſanguine miſceatur heterogenei, quod non poſſit miſceri cum eo, oritur nimia ebullitio, taliſque turbulenta craſſities.

2) Si vinum nimis diu conſervetur, fit oleoſum ſeu mucilaginoſum; ratio, quia ſi per tot tempora ſervetur, ſpiritus vini ſubtiliores partim avolant, partim ab aliis particulis, quae antea erant ſub ejus imperio, ſupprimuntur, & quaedam particulae ſalinae, & ſulphureae, ſi ſulphureae nanciſcantur imperium, vel ſi ſalinae oriantur effervеſcentiae, fitque vinum hoc modo acidum, & rancidum.

Haec omnia poſſunt applicari maſſae ſanguineae, unde duplex ejus conſtitutionis ſpecies obſervatur in ſcorbuto, *ſalino-ſulphurea, & ſulphureo-ſalina*, ſi particulae ſulphureo ſalinae praedomineutur, ſanguis fit acidus, ſal ejus eſt evectum, & mucilaginoſum, & in hac ſpecie conveniunt antiſcorbutica, quae ſunt valde volatilia, ut ſalia illa fixa in ſanguine volatiliſentur, quae craſſa ſunt attenuentur, & reſolvantur.

Probatur hoc a copia ſymptomatum in omnibus corporis regionibus, *ſi conſulatur regio ſuprema*, adſunt ſopores, vigiliae, dolor capitis, convulſiones, dolores lanci-

pan-

Digitized by Google

nantes, & lacerativi, quae omnia a lympha non poſſunt induci.

In ſecunda regione adeſt reſpiratio difficilis, tuſſis, cardialgia, palpitatio cordis, lipothymia, quae a ſolo ventriculo affecto non proveniunt.

In tertia adeſt dolor colicus, vomitus, diarrhoea, lienteria, in artubus adſunt etiam contracturae, convulſiones.

Recte ideoque dicit ſcorbutum Auctor pravam totius corporis nutritionem, quia non ſolum afficitur ſanguis, ſed & ſpiritus vitales, & animales, immo & ipſe ſuccus nutricius, & nervoſus.

§.3. *Cauſſa* 1 vera eſt aër. E. generatur per contagium, & non ſemper ab erroribus victus, quum obſervemus Tartaros maxime crudis, & ſalitis difficiliſque coctionis veſci cibis; nunquam tamen ſeu raro ſcorbuticus obſervatus fuit in ipſorum regionibus, quia nempe aër apud ipſos non eſt ita putridus; nec in cauſſa eſt mare aut ejus halitus, quum Veneti in medio mari fiti nunquam ſcorbutici fiunt.

Aër E. eſt vera cauſſa ſcorbuti, qui omnis generatur per contagium, qui aër non unicam ſaltem inquinat partem, ſed totam maſſam ſanguineam, & quia adſunt etiam talia ſymptomata, quae a ſanguine non proficiſcuntur: ipſe etiam ſuccus nervoſus affectus eſſe concluditur, & ſic etiam in nervis poteſt eſſe ſcorbutus.

§.4. Differentiae; *ubi praedominantur ſalia volatilia, ibi ſemper ſe probat manifeſtus calor, ibi convenit beccabunga, & naſturtium aquaticum.*

Si tamen accurate velimus loqui, unus eſt ſalſus, alter acidus eſt; *ſalſus* ubi praevalent ſalia volatilia, in quo ſanguis facile effervescit, & ebullit.

Acidus, ubi ſanguis valde eſt craſſus, limoſus & mucilaginoſus acidus.

Auctor putat obſtrui glandulas meſenterii a pituita, unde ſeroſior ſaltem pars transgrediatur: ſed impoſſibile eſt omnia illa ſymptomata poſſe provenire inde.

Signa diagnoſtica; ſunt varia, conqueritur de dolore, &c.

Gingivarum laxitas, quae ab aliis pro ſigno pathognomonico habetur, *ſed ſaepe deeſt, quoniam particulae ſeroſiores communicantur ſuperficiei ſeu aliis partibus.*

Nec etiam maculae, & tubercula ſemper reperiuntur in ſcorbuticis *praeprimis ubi ſanguis eſt faeculentus, & oleoſus*; E. ob iſtam faeculentiam partes ejus craſſiores ſuperficiei cutis communicari, & per ejus poros tranſire, & tranſudare non poſſunt.

Valde ſunt melancholici, nempe in illa ſpecie ubi ſanguis valde craſſus & faeculentus eſt, *in altera vero* (ubi ſulphur. praedominatur) *ſunt ſatis diſpoſiti ad varias excurſiones, ad hilaritatem.*

Prognoſtica: ſcorbutus fixam habens ſedem raro curatur, niſi quandoque palliative; impoſſibile enim eſt ſanguinem taliter corruptum ad naturalem reducere ſtatum.

Pulſus in ſcorbuto ſanguinis limoſi adeoque ad circulationem inepti, ſunt raro, debiles, languidi; velocior vero, & frequentior in altera ſpecie, ubi ſanguis magis eſt fluidus.

Reſpiratio difficilis, ut & palpitatio cordis non eſt adeo periculoſa, quia hic non eſt ſignum malignitatis, ſed quia ſcorbutus eſt infeſtus facultati vitali.

Diaeta in hoc malo eſt optima medicina, quam ſufficientem praeſcribit Sennertus in praxi; nota; *nocent valde omnia acida, fumo aſſata, & nimia ſalita.*

Cauſſa, quod ſcorbutici non laborent peſte, & non facile inficiantur a morbis venenoſis, nec etiam facile fiant dyſenterici, conſiſtit in hoc (1) quod in prima ſpecie ubi ſanguis eſt craſſus, & faeculentus, contagium non poteſt ſeſe inſinuare, quia non invenit poros ſanguis valde tenax eſt & ſibi cohaeret.

(2) In altera ſpecie ſanguinem natura ſemper amandat, & protrudit ad ſuperficiem, ſicuti patet ex exulceratione, & excoriatione: hinc quamvis contagium, & miaſmata horum morborum communicantur maſſae ſanguineae; evibrantur tamen iterum verſus ſuperficiem, nec ſtatum quietumque inveniunt locum.

Hydrops ſequitur quia vitiata eſt nutricio.

Reſpiratio difficilis adeſt; ſi ſcorbutici febricitent, valde laeditur reſpiratio in ipſo paroxyſmo, ut videantur quaſi ſuffocari, quia pulmo laeditur per conſenſum a vaporibus ſtipticis, quae ſeſe agglomerant diaphragmati, & organis reſpirationi dicatis. Et ſi per conſenſum non eſt periculoſum ſignum. Sin vero reſpiratio difficilis cauſſatur ob obſtructionem, vel tumorem pãcreatis, tum periculoſum eſt ſignum.

Maculas non multi facio dicit Auct. quia ſunt in parte ignobili.

Tumores partium proveniunt, quia tartarus magna in copia mittitur ad partes remotiores, adjunctum habet ſerum, quod diſſipatur & evaporatur; tartarus vero relinquitur, unde oriuntur tumores.

Indicationes curativae dicatae ſunt toti maſſae ſanguineae.

Curatio; haemorrhoides conveniunt, quando ſanguis limoſus eſt.

Venae-ſectio non prodeſt propter ſpirituum inopiam.

Purgantia fortiora malum exaſperant, unde potius lenientia adhibenda.

Si ſanguis eſt faeculentus indicatur praeparatio, & inciſio per ſalia volatilia quae fixa poſſunt reſolvere.

MEDICAMENTI.

Vis conſiſtit *in ſale volatili*. E. vulgares deſtillationes non conveniunt.

Formulae Auctoris ſua conſtant laude.

DICTATA MEDICIS.

Decoctum lienis.

℞. *Rad ſucciſ. ariſtoloch. rotund.* ãã. drach. ii. *fol. hepat. nobil. eupator. cochlear.* ãã. m. i. *lumbricor. terreſtrium* num. iii. *ſem. cochlear. foenicul.* ãã. gr. xv. *ſalis tartari* gr. viii. *tamarind.* unc ſem. *fol. ſennae* ſ. l. drach. ii. *rhabar.* (ſ. rhei) *electi* ſcrup. ii. Infundantur per noctem in *ſero lactis* fervido, mane exprimantur, & colentur ſine coctione; colatur. ℞. unc. ii. vel iii. adde *mannae electae* unc. i. *aq. antiſcorbut. cochlear.* ãã. unc. ſem. miſc. f. potio pro una doſi, non ſolum eſt ſpecificum ſed & leniter evacuat.

Vel ℞. *Extract. diacitr.* drach. i. ſolve in *aq. antiſcorbutica frigida Timaei*, adde *ſirup. roſar. ſolutiv. ſimplicis* unc. i. *crem. tart.* ſcrup. i.

Nota; Auct. in ſatis magna copia addit diagrydium, ubi gr. vi. addit, poſſunt ſufficere iii. vel iv. ut in ſuo pulvere.

Formulae medicamentorum praeparantium, ubi conveniunt medicamenta chalybeata v. g.

℞. *Tinctur. martis aperitiv.* unc. ſem. chalybeata enim habent vim fundendi ſanguinis craſſitiem, & ſimul tollendi obſtructiones.

Circa *decoctum ex radice filicis, rhinae, &c.* nota poteſt exinde parari purgans ad dimidiam partem, ſi addantur *fol. ſenn.* drach. iii. incolatur. diſſolve *ſirup. de cichor. cum rheo*, vel *roſar. ſolutiv.* unc. i.

Spiritus ſalis dulcis, &c. hinc talis formula.

℞. *Spir. cochlear. filicis* ãã. drach. i. *ſalis armoniaci acidi* drach. ſem. miſc. ſum. Eſſentia ſcorbutica dentur gt. xv. pro doſi.

Vel ℞. *Eſſentiae pini* drach. iii. *ſpir. ſalis dulc.* drach. i. miſc. ſum. eſſent. gt. xv. in aq. ſequenti.

℞. *Aq. ſummitat. pini, cochlear.* ãã. unc. ii. *theriacalis* unc. i. *ſirup. antiſcorbutici* unc. ſem. ſum.

Pro confortatione nihil efficacius tinctura coralliorum, quae poteſt dari ad gt. xi. vel xv.

Nocent, & coctiones, & deſtillationes. E. per ſolam expreſſionem debent praeparari medicamenta antiſcorbutica pp. ſalia volatilia, hinc ſaepe *praeſtant. ſucci*; quia vero ſunt crudi ita corrigantur.

℞. *Fol. cochlear. naſturtii aquatici, beccabung.* ãã. m. iii. contuſis exprimatur *ſuccus*,

ad-

adde *ſucci aurantior.* unc.i. (tum enim praecipitantur partes craſſae ſuccorum, per inclinationemque ſeparatur ſuccus.)

Medicamenta ad ſymptomata ab Auctore tradita poſſunt tuto adhiberi.

Ad reſpirationem difficilem; *nota* cauſſa vera conſiſtit, vel in ſubitanea jam tum grumeſcentis ſanguinis in anguſtioribus pulmonum perineaculis, ſtagnatione, vel ex irritatione convulſiva nervorum ſpirandi organis inſervientium. In priori caſu conveniunt clyſteres, venae-ſectio, *tinctura croci, enulae, caſtorei, elixir. propriet. confectio alkerm. ſal volatile viperarum, fimi equini:* in poſteriori caſu conveniunt antiſpaſmodica, *ſpiritus ſalis armoniaci, cor. cer. fuliginis, ſanguinis humani, cranii humani;* nullum tamen praeſentius remedium datur *tinctura laudani opiati.*

Diaeta: fugiat cibum difficilis coctionis, caſeum, carnes ſalſas, fumo induratas, marinos piſces; embamniata ex naſturtio, raphano ruſticano, & ſinapi parata ſemper opponantur; potus ſit cereviſia bene cocta fermentata, & aſſervata cum foliis cochleariae, pimpinellae, &c.

C A P. IV.
D E H Y D R O P E.

VEteres ratione partis affectae accuſant hepar; *verum multi dantur hydropici, in quibus hepar adhuc ſalvum*: interim ſecundario poſſe etiam affici non negamus.

Hydrops ſenſim contrahitur, praeprimis ſi *non ex ingurgitatione nimia (tunc enim intra paucos dies poteſt generari)* lymphae, non ſolum in vaſis lymphaticis, ſed & in toto genere venoſo.

Cauſſa: remotae, *primo calor febrilis*: hinc qui in quartana aut tertiana errorem in cibo, & potu committunt, fiunt facile hydropici, quia calor labefactatur, unde vitioſus deinde chylus generatur.

Etiam longae obſtructiones, quae praecedunt hydropem hepatis, & lienis, unde impeditur ſanguinis circulatio, & ventilatio, & eo modo acrior ſit.

Obſtructio etiam menſium, quia propter reſtagnationem ſanguinis acrimonia praeternaturalis inducitur, calorque nativus obruitur a ſanguine iſto faeculento.

Evacuationes nimiae etiam praeprimis haemorrhagiae propter ſpirituum vitalium diſſipationem.

Differentiae: tres ſunt ſpecies, *aſcites*, cujus cauſſa eſt ſerum extravaſatum, & reſtagnans in abdomine, ſi nimium ſit ad pedes etiam venit.

Tympanites, cauſſa eſt ſerum cum flatibus.

Anaſarca, pars affecta eſt totius corporis habitus.

Diagnoſtica: ſatis incurrunt in ſenſus, ad diſtinctionem tamen ſpecierum requiruntur ſequentia diſtinctiva.

In aſcite deprehenditur tumor abdominis cum fluctuatione humoris ſeroſi, adeſt ſimul tumor pedum.

Tympanites nunquam invenitur ſine aſcite, quia nunquã flatus reperiuntur ſine ſero; adeoque diſtenſio muſculorum abdominis eſt major, & magis rigida propter flatus, quia magis diſtendunt.

In anaſarca eſt tumor totius corporis praeprimis circa palpebras oculorum deprehenditur.

In gravidis non raro ſigna hydropis reperiuntur; ibi caute agendum Medico, ne abortum excitet, exhibendo medicamenta ſerum educentia. E. reſpicere debet ipſam menſium ſuppreſſionem, verſus regionem uteri an tumor magis vergat, & an adſint ſigna impraegnationis.

Prognoſtica: *hydrops ſi oriatur a calore nativo ſuppreſſo, a menſium reſtagnatione, a viſcerum obſtructione, raro curatur.*

Sin vero propter nimiam ingurgitationem aquae aut potus frigidi, ut in meſſoribus, facile curatur per cathartica, & diuretica. La-

Infantees fiunt hydropici propter addiphagiam, & voracitatem.

Ergo beneficio medicamentorum cruditates evacuari poſſunt.

Indicationes curativae; venae-ſectio noxia, quia ſtudendum conſervationi caloris nativi: haec vero conſumit ſuccum nutricium, & diſſipat ſpiritus. *Si tamen oriatur ab obſtructione menſium, tum imperanda venae-ſectio praeprimis in morbi principio ubi indicatur.*

Lympha ſeroſior temperanda, lympha ſi diu reſtagnat incraſſeſcit, fit viſcidior, & glutinoſa, hinc praeparantia, & incidentia adhibentur; *partes enim ſubtiliores avolarunt.*

Medicamenta cathartica validiora plus nocent, quam profunt, praeprimis ſi viſcerum robora fuerint corrupta, & debilitata.

Sudorifera etiam praeſcribuntur; ſi tamen ab errore circa potum ortus fuerit, in meſſoribus in principio conveniunt.

Verum ſi hectica, & atrophia adfuerint, nocent ſudores, in anaſarca magis proſunt ſudorifera, quia ſerum reperitur in ambitu corporis, ejuſque totum habitum occupat.

Poſſet vomitus: exulare debent emetica medicamenta; ſi enim fuerint leniora nihil faciunt: at nauſeam ſolum excitant; ſin fortiora debilitant viſcera, imo reſolvunt tonum ventriculi, cujus fibrae jam relaxatae fuere propter nimiam humiditatem; imo etiam ſi fortiora (& mercurius ipſe) emetica fuerint exhibita, tamen vomitus non fuit ſequutus, ſed per alvum ingens evacuatio ſequuta: ratio, quia *acida auferunt vim emeticam, ſicut ſpiritus nitri infringit vim antimonii, ſpir. vitrioli vim guttatim corrigit, jam in hydropicis invenimus talia acida nempe ſerum quod eſt acidum, unde illud ſerum lixivioſum infringit ſal volatile emeticorum. E. non placet Sennert. ſententia.*

Curatio: humores reſtagnantes indicant ſui evacuationem, & quum non ſint diſpoſiti, ſed viſcidi, praeparationem.

Paracentheſis cum fructu inſtituitur, ſi viſcera ſunt adhuc fortia; verum quum nemo facile tamen in principio admittat operationem violentam, inde eſt quod nunquam feliciter procedat.

Deinde debet fieri in umbilico eminente: jam autem non eminet, niſi plane tumeat venter, & ſerum corpus diſtendat, unde viſcera non poſſunt eſſe magis integra ſed ſunt corrupta.

3. Sentiente Hippocrate eſt operatio periculoſa.

Ratio, quare ſerum confertim evacuatum inferat mortem, haec eſt, quia ſerum partim fluidum adhuc partim glutinoſum, & viſcidum obſtruit oſcula, & orificia vaſorum, evacuato hoc oſcula aperiuntur, & hiant & ſic ſanguis paucus qui reſtabat, una cum ſpiritibus vitalibus evacuatur.

MEDICAMENTA.

Lixivium benedictum Mynſichti, aliud lixivium quod Viennae eſt in uſu magni eſt momenti, & eſt tale.

℞. Herb. abſinth. card.bened. agrimon. ſoldanellae, geniſtae cum toto ãã.m.iv. *ſummitat.junip.cum toto* m.viii.

Comburantur, & aliquoties lixivientur cum aqua fontana ſeu fluviali; colaturae. ℞. lib.ii. adde *ſirup. de althaea, de 5. radicibus aperient.* ãã. unc. iii. *ſpirit. ſalis* ſcrup.iv. doſis unc.iv. vel v. *Subſequuntur poſt uſum hujus lixivii, vel aliorum etiam, atroces dolores colici*, quia lixivium eſt valde acre, corrodit, & pungit viſcera interna, & ſerum in cavitate abdominis reſtagnans exagitat. *Ergo occurrendum clyſtere anodyno paulo* poſt ejus uſum, qui poteſt fieri ex lacte: externe etiam anodyna ſeu dolorem mitigantia applicari poſſunt.

Poteſt etiam ex tempore tale lixivium praeſcribi.

℞.Ciner.diuretic. Mynſichti m.iii. vel iv. (unc.iii.) injiciantur cum nodulo vino vel lixivientur cum aq. *Rob.*

Digitized by Google

Rob. de ſpina cervina eſt egregium.

Sirup. domeſticus ſ. de rhamno unc.i.

Succus lumbricorum terreſtrium eorumque *ſal. volatile.*

Cineres bufonum: commendantur in hydrope: vid. *Wierum.*

De doſi Auctores non conveniunt: putamus nos ſcrup.ſem. ſufficere pro 1. doſi, ſubinde & ſenſim poteſt augeri ad ſcrup. i. *ſed nonniſi deſperatis exhibendus pulvis bufonum; eſt enim medicamentum periculoſum*

Purgans ex radice iridis, &c. praeſtat ſi medicamenta in forma ſicca, quam liquida exhibeantur, purgantibus etiam ſemper admiſcenda diuretica.

Si poſt uſum violenti cathartici (purgantis) venter non detumeſcat, malum eſt deſperatum; nam innuit ſerum contineri in ipſis viſceribus, & viſcera eſſe indurata, colligique ſerum magna in copia in veſiculis meſenterio adhaereſcentibus.

Sudoriferum; recommendatur etiam *theriaca,* non ſolum enim confortat viſcera interna, ſed & ſerum diſſipat.

Obſervationes; in prima oſtenditur, quod lympha varie poſſit indurari pro diverſitate temporum, quando in calcem eſt reſoluta non curatur.

In 2. probat paracentheſin eſſe periculoſam, & non poſſe ſanitatem per eam integre reſtitui.

Tale hydragogum poteſt praeſcribi.

℞. *Rob. ebuli, magiſter. jalapae* āā. gr. xv. ad xviii. *crem. tart.* ad ſcrup. i. cum ſ.q. *ſirupi domeſtici,* f. electuarium.

Inter diuretica praecellit pulvis hic.

℞. *Salis geniſtae, abſinth. ſtipitum fabarum, veronic. junip. ebuli, tartari diuretici* āā. drach.i. miſc f. pulv. doſ. drach. ſem. ſingulis matutinis cum juſculo.

Tympanitis requirit peculiaria medicamenta. Carminativa, quae exhibentur vel interne, vel cum clyſteribus injiciuntur.

TALE SIT ENEMA.

℞. *Folior. rutae flor. chamomill. ſambuc. ſummitat. anethi* āā. m. i. *ſem. aniſi, foeniculi, carvi, cumini* āā. unc. ſem. coque in aq. ſimplici; colaturae recipe unc. x. adde *vini malvatici* unc. iii. *elixir. vit. Matthioli* unc. ſem. *olei ſeptem florum Mynſichti* unc. i ſem. *carminativi compoſiti* ſtillatitii ejuſdem drach. i. m. f. enema, quod flatus egregie educit.

℞. *Tinct. ligni ſaſſafr.* drach. iii. *eſſent. carminat. Timaei* drach. ii. m. dentur gt. xxv. in tympanitide.

CAP. V.

DE DYSENTERIA.

DEfinit. concedi poteſt; poteſt etiam ſecundum alios definiri: *intemperies maligna aëris, & corroſiva cum ulceribus inteſtinorum.*

Helmontius, & Gremſius inteſtinorum ulcera adeſſe negant: probant hoc modo, quoniam impoſſibile eſſet ulcera inteſtinorum tanquam partium membranoſarum ita facile, & tam brevi temporis ſpatio poſſe iterum conſolidari, & curari, quorum tamen intra ſex vel ſeptem curationem alii promittunt.

℞. *Verum* diſtinguimus inter varios exulcerationis gradus; alia exulceratio eſt benigna, ubi ulcera non ſunt profunda, quae exulceratio ſuperficiaria intra illud ſpatium poteſt curari; in dyſenteria vero maligna ulcera ſeſe extendunt ad mediam, imo quandoque ad primam tunicam, quae ſane vix intra tres aut quatuor ſeptimanas poſſunt conſolidari.

Partes affectae: ſunt inteſtina tenuia, & craſſa: quandoque afficiuntur tenuia in conſenſum ſimul trahuntur craſſa, & contra. Reliquae etiam partes in conſenſum trahuntur non ſolum ventriculus, ſed & hepar, lien, uterus, ita ut fiat quaſi congeries multorum morborum; in lethali dyſenteria ventriculus in conſenſum trahitur,

hitur, vel propter communem interiorem tunicam inteſtinorum tenuium inflammatam. *Vomitus enim in dyſenteria lethale ſignum.*

Cauſſa: varias agnoſcit dyſenteria cauſſas; oritur vel a maſſa ſanguinea per contagium infecta, vel a coctione maligna in ventriculo. Peccant hoc in morbo humores corroſivi, & acres, quod probant effectus, ſolutio ſcilicet continui, vehementeſque, & acerrimi dolores, qui non fieri poſſunt niſi a particulis ſcindentibus: *verum an ſuccus pancreaticus acidior ſemper generet dyſenteriam dubitamus*; ſiquidem in apertis cadaveribus ſaepe etiam ſalvo ſucco pancreatico reperta fuit cauſſa a Diemerbroeck; interim tamen quod interdum poſſit, non negamus.

Cauſſa eſt quaerenda in tali vi corroſiva humorum, vel vt eſculata, & colocynthiata propter partic. corroſivas ſcindentes pungentes. Antecedentes, & remotae cauſſae ſunt omnia illa, quae humores tales acres poſſunt generare, & reddere, ut cibi acres, facile putreſcentes, *ut ſunt fructus horarii, qui ubi putreſcunt, mutantur eorum particulae quoad magnitudinem ſitum, figuram: (quod facile in putredine fit) nacta igitur alia figura fiunt acres.*

Oritur quandoque ex ipſa maſſa ſanguinea, per contagium, quod ubi communicatum fuerit ſanguini, facile enim particulae venenoſae poſſunt intrare per poros in maſſam ſanguineam, quam corrumpunt & inteſtinis deinde communicantur: ſimilem excitat ſibi motum, ſanguinem ejuſque figuram deſtruit, effervecentiam auget, unde etiam impetuoſius mittitur ad inteſtina, erodit vaſa; & tunicas, fluxumque talem purulentum, & ſanguineum excitat.

Alii dicunt fieri hoc a contagio malignae, & occultae qualitatis, quum videamus etiam in diarrhoea peccare tales humores acres, & corroſivos, nequaquam tamen excitari dyſenteriam.

Verum magna differentia eſt inter modum agendi; particulae enim non eodem modo moventur, motus enim multum facit.

In dyſenteria motus eſt celerior, ita ut quaſi particulae cum impetu ruant e ſuprema regione ad infimam; *in diarrhea vero adeſt* tantum corruptio in ventriculo, interim maſſa ſanguinea ſalva eſt manetque illaeſa; deinde requiritur etiam idem effervecentiae ſeu fermentationis modus, ut etiam videmus in operationibus chymicis.

Sed ortum ſuum trahit a vitioſa in inteſtinis effervecentia minus maligna; ſi vero a contagio, magis maligna.

Differentiae, vel a parte affecta: alia eſt levis. & benigna, ubi tunica ſuperficialiter ſaltem laeditur; gravis ubi ulcera ſunt profunda, unde eſt immedicabilis, & licet conſolidentur etiam, tamen alius morbus ſequitur, hydrops, atrophia, cachexia, tabes, quia nempe pori in priſtinum ſtatum non poſſunt reduci; nam orificia vaſorum lacteorum non ita reſtituuntur ut ante erant E. vitiatur chylus.

2. Ab humore excreto ſeu dejectis, quando excernitur ſanguis purus, & floridus, tunc eſt incurabilis ſeu ſaltem difficilior curatu, quia arteriae ſunt eroſae, & apertae; hinc vires pereunt.

Quando ſanguis eſt concretus purulentus, tuncque in exigua excernitur copia.

Quandoque ſanguis excernitur abſque aliis humoribus, & quando ſanguis quantitate ſuperat alios humores, tunc dyſenteria in ſpecie dicitur; ſin vero mucus ſive alii humores ſuperant ſanguinem, dicitur dyſenteria alba.

Alia differentia ſumitur a ſubjecto ſeu inteſtinis, quandoque tenuia afficiuntur, quandoque craſſa, diverſa enim eſt curatio.

Alia eſt maligna, alia benigna, non quod haec careat omni malignitate, ſed gradus ſunt, ita ut illa ſit benigna, ubi non adeo gravia adſunt ſymptomata, & e contra.

Signa diſtinctiva debent tradi; nam non omnis dejectus cruentus eſt dyſenteria, quia qui haemorrhoidibus laborant non ſtatim ſunt dyſenterici, quod etiam bene

be-

Digitized by Google

obſervavit Crato in ſuis conſiliis medicis, *nam in eo eſt diſcrimen: in tali fluxu haemorrhoidum ſemper ſanguis praecedit faeces; in dyſenteria vero, vel poſt, vel cum faecibus excernitur, deinde conſiderandus corporis habitus, nempe an aeger etiam fuerit obnoxius haemorrhoidibus.*

Diagnoſtica: vel potius ex ipſis ſymptomatibus, adeſt frequens alvi dejectio cum materia acri, pingui, cruenta, purulentaque, & vigiliae, anxietates, ſitis, vomitus, agitatio, &c.

Quaeritur, unde proveniat materia illa albicans quae conſtat ex humoribus ramentoſis, & pinguibus.

Veteres putarunt eſſe ipſam tunicam inteſtinorum eroſam: verum ſi hoc eſſet dyſenteria non poſſet tamdiu durare. E. potius dicimus talia ramenta nihil aliud eſſe, quam fibras humorum, ſicuti obſervatur in ſanguine diſſoluto in aqua, ubi ejus ramenta albicant, ſunt E. fibrae hae humorum, & ſanguinis: fibrae enim in ſanguine evacuato ſi albeſcunt, quare non etiam in corpore.

Quaer. unde proveniat mucus ille? Reſp. humores illi mucoſi oriũtur propter imbecillitatem inteſtinorum, unde nutrimentum inteſtinorum mutatur in tale pus; alimentum vero partium poſſe mutari in pus patet ex oculis, ubi horis matutinis in angulis haeret, & in calculo veſicae, ubi etiam talis excernitur materia mucoſa.

Prognoſtica: ulcus periculoſum in infantibus, ſi nempe profundum; quia fibrae adſunt laxae, & humidae, unde facilis datur ingreſſus, tum etiam quia in infantibus vires facile proſternuntur.

Periculoſior eſt in uno ſubjecto, quam in altero; periculoſior eſt in pueris, ut modo dictum, propter mollia inteſtina periculoſior eſt in mulieribus, quam viris, *quia magis ſcatent humore pituitoſo, ſunt pluribus obnoxiae obſtructionibus: unde etiam incurabilis in illis, quibus catamenia non fluxerunt.* Vel menſium obſtructione laborarunt, quia jam ſanguis reſtagnans fuit corruptus, & acrior factus.

Si afficiatur inteſtinum jejunum, lethale: quia hepar eſt vicinum, tum propter copiam vaſorum lacteorum, & meſeraicorum.

Defuit enim totius corporis nutritio, pori enim laeſi non poſſunt iterum reſtitui.

Facilius in inteſtinis craſſis curatur, quam tenuibus.

Periculoſior eſt ſi floridus excernatur ſanguis.

Periculoſior quae oritur ex contagio; periculoſior etiam illa quae habet febrem prae illa ubi febris deeſt. Vomitus ſi adſit ſemper periculoſa; ſi ſingultus accedit, lethale, ſi angina lethale; *ſi enim deglutitionis difficultas accedit, actum eſt de aegro.*

E. Medicus ſemper in hoc debet inquirere, *qui laborant obſtructione menſium lethalis.*

Indicationes curativae innituntur ſuis fundamentis: debemus reſpicere vires, & ſymptomata; humores quidem indicant evacuationem, quae tamen non ſemper tuto peragitur per alvum.

An conveniat venae-ſectio. Reſp. ſi corpus eſt plethoricum, & dyſenteria poteſt augeri a ſanguine, in plethoricis in principio ſtatim cum fructu poteſt adminiſtrari.

Deinde, ſi oriatur a menſium ſuppreſſione conceſſa eſt, ſi ſcilicet viſcera nondum ſint valde exulcerata, poteſt fieri in pede.

Et ſi fiat per anaſtomoſin conveniet etiam; ſi vero oriatur per diapedeſin, (vel anathiteſin) magis nocet, & *tum conveniunt diuretica*, quae ſerum educant per vias urinarias.

Contra ſi vires non conſtent, ſi magna adſit anxietas, vigiliae, etſi adſit malignitas, debemus abſtinere a venae-ſectione, *quia malignitas non indicat venae-ſectionẽ.*

Evacuationes non ſemper debent fieri per alvum; ſi enim adſit malignitas, diaphoretica, & alexipharmaca adhibenda, & clyſteres emollientes, & abſtergentes injiciendi; ubi vero malignitas non deprehenditur, conveniunt purgantia, *eaſcilicet*

Digitized by Google

licet quae ſiccitatem poſt ſe relinquunt, quale eſt rhabarb. toſtum. Ut vis illa catharctica corrigatur, & ligetur, ne humores nimis commoveat.

Curatio: quo minus aegri cibum, & potum aſſumunt eo melius; quia quo plus cibi, & potus exhibetur, fluxus fit major; praeſtat igitur medicamenta in minori copia, & doſi, & ſaepius exhiberi, nunquam tamen intermiſſis alexipharmacis, & dyſentericis.

MEDICAMENTA.

Radix, aqua & extract. biſtortae, &c. extract: tormentill. aq. plantag. ſuccus & *ſirupus plantaginis, flores verbaſci propter vim anodynam, & paregoricam,* ol. verbaſci.

Radix ſymphyti, ejuſdemque ſirupus, & extract. *propter lentorem, & viſcoſitatem corrigit humores.*

Aqua burſae paſtoris, & folia, aq. & folia equiſeti conveniunt in illa dyſenteria, ubi ſanguis valde ſeroſus. *E. propter vim diureticam.*

Baccae myrti, ſirupus myrtillorum. Externe etiam folia quercus imponuntur, ingrediuntur etiam clyſteres, ſirupus ex foliis quercus, aq. quercus.

Folia ſaniculae egregiae vulneraria valde conſolidant.

Flores balauſtiorum: *omnibus vero praeferendi flores roſarum rubrarum*; leniunt enim dolorem, confortant, conſolidant, clyſteribus admiſcentur.

Inſiti nihil praeſtantius tinct. roſ. rubr. lenit, confortat, etiam in potu ordinario poteſt concedi.

Semina papaveris: non in principio ſed praemiſſis univerſalibus, urgente nimio dolore, vigiliis nimiis. E. in principio nocent, putredo fit major, humores retinentur; *opium praemiſſis abſtergentibus poteſt exhiberi.*

In principio non ſunt exhibenda medicamenta adſtringentia, ut inquit Crato: *ante ſeptimum diem per os adſtringentia non debent exhiberi.*

A medicamentis chalybeatis abſtinendum. E. non convenit lac uſtulatum, potiones chalybeatae etiam, quia ulterius turbant humores, & commovent.

Nux moſchata egregia antidyſenterica, vel in forma pulveris, vel aq. deſtillata ſantalum praeprimis ſi adſit febris.

Conveniunt acacia exſiccata, & rob. acaciorum: *ſed a floribus acaciar. abſtinendum.*

Maſtix, ejus aqua decoctum ſirup. & oleum.

Forma leporis, h. e. linteum in vero ſanguine leporino imbutum, injicitur potui.

Cor. cer. cum uſtum tum philoſoph. praeparatum ejuſdem aqua, & decoctum ſirup. *raſura c. c. injicitur potui ordinario; eſt enim diureticum.*

Gelatina c. c. ſi praeparetur juxta modum in meo pharmaceutico collegio traditum.

Oſſa bovina calcinata, quia imbibunt particulas acres, & corroſivas.

Bolus armena, quia eſt alexipharmacum, habetque vim emplaſticam.

Lapis cryſtalli valde commendatur.

Spiritus, & ſirup. terrae ſigillatae.

Succus rubi idei, vinum cydoniorum ſi rite ſit praeparatum valde convenit, *ut & vinum tenue*, ſi nempe non ſit dulce, ſed paullo acidum; *dulce enim facile bileſcit.*

Vinum generoſum in pauca quantitate.

Narcotica, non in principio niſi praeceſſerint evacuantia, clyſteres abſtergentes, tum urgente dolore, vigiliis, &c.

Clyſteribus abſtergentibus ſolum agendum in dyſenteria, reliqua per diaphoretica.

Ordinem medicamentorum pervertit Barbette, quia primo praeſcripſit narcotica.

FORMULAE AUCTOREM.

℞. *Sang. draconis*, ſed non facile diſſolvi poteſt, unde cum nauſea eſt conjuncta, E. commode non poteſt praeſcribi.

Aqua

Aqua menthae, ſi vomitus adſit, poteſt concedi hic potus non tamen in principio.

Semper, & omnibus medicamentis admiſcenda bezoard. alexiphar. ut aq. theriac. diaſcord. omnibus formulis poſſunt addi *pilulas* laudan. &c. ita illas per ſe exhibere eſt periculoſum, niſi urgent vigiliae, tum ultimis diebus poſſunt concedi.

Recommendantur *pilulae antidyſentericae D. Waldſchmidii, dantur num. v. veſperi ante cubitum; poſſunt etiam in principio cujusvis dyſenteriae exhiberi, in quarum compoſitione notetur, quod theriaca coeleſtis ſit minera; poteſt prognoſis deſumi, ſi exhibentur, & prima nocte effectum ediderint ita ut aeger ſentiat levamen, curabitur: ſin vero nullum levamen inde perceperit, moritur, & omnes moriuntur.*

T O P I C A.

Omnes clyſteres debent conſtare ex abſtergentibus, anodynis, & conſolidantibus, abſtergentes valent in principio.

Alternis vicibus exhibendi clyſteres, ita ut ſi mane exhibitum fuerit enema abſtergens, veſperi exhibeatur conſolidans (ſi tempore veſpertino exhibitus clyſter abſtergens, matutino evacuans.)

NB. *Opiata* rariſſime clyſteribus addi debent, ſed tutius per os ſumuntur *ol. nucis expreſſum etiam interne.*

Linimentum illud externum poteſt etiam exhiberi interne.

Linimentis, & emplaſtris ſemper debemus addere diaſcordium vel theriacam recentem.

P U R G A N T I A.

Quia humores ſunt blande evacuandi, hinc *rhabarbarum*, quamvis ſit lene, tamen prius debet torreri.

℞. *Pulveris rhabarb. parum torrefacti* ſcrup. i. vel drach. ſem. *macis* gr. ii. vel iii. m. f. pulvis.

Vel ſi pulverem reſpuat aeger propter nauſeam, tunc in forma potionis ſequenti modo.

℞. *Rhabarb. electi* drach. i ſem. infunde per noctem in *aq. cichor.* mane facta levi ebullitione diſſolve in colatura *ſirupi de cichor. cum rhabarb.* unc. i. *crem. tart.* ſcrup. i. m. f. potio pro una doſi.

Vel ſi velimus omittere purgantia clyſter. abſtergens.

Decocti hordei unc. x. vel xii. *mellis roſati colati* unc. ii. m. f. enema, quod ſi magis velimus adſtringere, & conſolidare, poſſumus addere ſucci plantaginis unc. i. vel unc. i ſem.

Si dolor valde urgeat, enema anodynum poteſt applicari ſequens.

℞. *Decoct. flor. verbaſci* unc. viii. *ſevi cervini in oleo hypericonis ſoluti* optime drach. ii. m. f. enema.

NB. *Clyſteres (praeprimis anodyni) in minori debent praeſcribi doſi, ne diutius retineantur, & diſtendendo dolorem augeant, hoc probe obſervandum.*

Ol. rhabarb. in diſputatione deſcript. recommendatur.

℞. *Ol. rhabarb.* unc. iii. ſingulis diebus.

Si excrementa ſint valde foetida, adeoque profundam arguunt exulcerationem, tunc commendatur alumen uſtum ad ſcrup. i. clyſteribus debet admiſceri, & injici per alvum.

Pilulas ultimo Auctor praeſcribit, ſemper admiſcet opium purgantibus, quod poteſt concedi ſi ſymptomata valde urgent, & dejectiones ſint frequentes, ſufficit tamen gr. ſem.

Obſerv. 3. ſpiritum vini nonnulli copioſe hauriant, ut ſeſe praeſervent ab hoc morbo, ſed peccant, & magis ſe exinde exponunt periculo, quia ſanguis hinc fit acrior, & facile aperire poteſt orificia arteriarum. E. non commendandus, quia reddit humores acriores.

Omnes qui moriuntur hoc morbo ſphacelo pereunt, & ipſis inteſtina ſunt ſphacelata, quod obſervatur triduo ante mortem, ubi ſitis non magis urget, extrema frigent.

Si dolor valde urgeat, & tamen febricula non percipiatur, aut levis convenit hoc.

℞. *Aqua theriacal.* unc.i. *nuc. moſchat.* unc.iv. vel v. *zedoariae* unc.i. *ſirup. de ſucco menthae, de ſcordio* ā ā. unc.i. m. detur cochleatim.

CAP. VI.

DE FLUXU HEPATICO.

QUem non tanti facit Author, Veteres credidere fieri illum ob hepatis intemperiem frigidam, unde bilis non ſeparata ſanguinem facit fluidiorem, qui regurgitans per venas meſeraicas, talem excitet fluxum.

Definitio: quia hepar non bene elaboravit ſanguinem, ſed ſeroſum plane. E. hepar plane non eſt excludendum; ſanguis enim factus valde ſeroſus in hepate propter caloris nativi defectum in arteriis ſpleneticis adhuc fit vitioſior, reſerat arterias, & talem excitat fluxum.

Eſt affectus non contemnendus, & relinquendus, quia poſt ſe trahit cachexiam, & hydropem propter depravatam nutritionem.

Curatur medicamentis antidyſentericis, nempe quae hepati ſimul ſunt dicata.

Sequens pulvis convenit.

℞. *Eboris ſine igne* drach.ii. *hepatis lupi* praeparati drach.ſem. *ſpecier. diatrion ſantali* drach.i.

℞. *Tinctur. coralliorum anhaltin.* drach.ii. in aq. ſequenti.

℞. *Aq. cichor. agrimon.* ā ā. unc.ii. vel iii. *ſirupi coralliorum* unc.i. m.

CAP. VII.

DE ILEO.

D*Efin.* eſt retentio chyli, & faecum. Eſt dolor acerbus, & exquiſitiſſimus utplurimum, & praeſertim in inteſtinis tenuibus, quae accurato, & exquiſitiori gaudent ſenſu: craſſa vero majorem poſſunt perferre dilatationem, & diſtenſionem.

Retentio chyli, & faecum non adeſt, ſed ſi proprie, & accurate velimus loqui ita explicatur (retentio) quatenus per vias ordinarias non perfertur; nam per vomitum interdum rejiciuntur, & chylus non poteſt ferri neque ad cor neque ad hepar.

Cauſſa: bilis poteſt eſſe cauſſa, quatenus fit nimis oleoſa vel acrior, unde ſuperat aciditatem ſucci pancreatici, inde vitioſa, & plus juſto major fit effervescentia, & ſic inteſtinis intemperies calida inducitur.

Aliat proxima cauſſa hujus affectus eſt ſolutio continui; adeſt enim vehementiſſimus dolor: Illa ſolutio vero fit *vel ab hernia*, ſi exponantur inteſtina aeri frigido, unde mutantur pori, hinc ſpiritus animales non ordinario influunt modo ſed contrario, ita ut una fibra moveatur a parte inferiori ad partem ſuperiorem, quia fibrae ſunt laceratae, & inverſae, cum flatus copioſiores contrariantur qui diſtendunt inteſtina.

2. *Fit ab inflammatione:* omnis intemperies calida eſt continui ſolutio, quae nihil aliud eſt, quam mutatio ſitus, figurae, magnitudinis, &c. quoniam fibrae a ſe invicem divelluntur, pori mutantur, ſitus & magnitudo pervertitur: hinc ſi inflammatio praecedat fibrae a ſe invicem recedunt, inſenſibilium partium fit mutatio.

3. *A faecibus induratis:* etiam fit hoc malum, ubi obſtruuntur pori, inteſtina valde diſtendantur, unde impoſſibile eſt fibras eandem poſſe retinere figuram, & ſitum.

Signa dignoſtica: incurrunt in ſenſus; ſi ab inflammatione tunc ſebſequitur *febris*, quoniam particulae agitatae in una parte agitant etiam alias. Vomitus adeſt propter mutationem pororum, & fibrarum, unde ſpiritus vitioſe influunt.

Ca-

Calor circa umbilicum: praeprimis ſi inteſtina tenuia ſint inflammata, *excrementa nulla*.

Si ab excrementis induratis: ventris dolor gravativus, quia reſidentia in craſſioribus inteſtinis excrementa talem dolorem excitant, quia craſſiora non ita exquiſiti ſunt ſenſus.

Vomitus minus frequens, quia craſſa inteſtina non habent talem conſenſum cum ventriculo.

Anxietas praecordiorum: quae etiam invenitur in quaevis tarditate alvi, quia multa miaſmata attolluntur, quae ſeſe inſinuant cordi, vel diaphragmati.

Febris mitior: propter deficientem, vel ſaltem minorem inflammationem, quia craſſa inflammantur, eſtque inſtar febris ephemerae.

Motus inteſtinorum inverſi: in omnibus ſpeciebus inteſtinorum motus quidem eſt inverſus, ſed ſunt gradus; ſi motus non admodum laedatur, ſequitur vomitus talis. Quod ſi vero plane motus ſit inordinatus, nullis legibus poſſunt coërceri ſpiritus animales; ſi enim & clyſteres, & ſuppoſitoria per vomitum rejiciantur periculoſum eſt, quia tum valvulae plane ſunt immutatae, & aperiuntur.

Prognoſtica: dependet a cauſſis, ſi a faecibus induratis oriatur facilius curatur, quam ſi ab inflammatione, quia faeces illae alvi per clyſteres poſſunt emolliri.

Si vero ab hernia in principio quidem admittit aliquam curationem; ſi vero diu duravit, difficilem admittit curationem.

Curatu fere impoſſibilis ſi ab inflammatione, quia illae inflammationes inteſtinorum non facile poſſunt curari; frigida enim non audemus exhibere propter alia gravia ſymptomata; externa vero eo non poſſunt pervenire.

Periculoſus eſt in ſenibus propter caloris nativi inopiam, non ita in pueris; *lethale malum ſi ſuperveniat ſtranguria, convulſiones, urinae ſuppreſſio, ſingultus.*

Si adſit ſuppreſſio urinae, tanta adeſt extenſio, ut etiam pertingat uſque ad ipſam veſicam.

Indicationes curativae: dolor mitigandus tanquam ſymptoma urgentiſſimum (ad quod dirigenda cura) ſed non narcoticis, potius remotione cauſſae dolorem illum excitantis, quoniam faeces nunquam poterunt educi ſi exhibeantur narcotica, & opiata, ſpiritus animales figuntur, inteſtina non poſſunt iterum reponi, niſi inflammatione, ubi particulae nobiles figuntur.

Inteſtina inverſa reſtituenda: illa autem reſtitutio non poteſt ita facile fieri, niſi emollientia, & diſcutientia, carminativa, & fomenta externa adhibeantur; faeces E. debent emolliri, flatus diſſipari.

Curatio: in inflammatione prodeſt venae-ſectio, quia ibi adeſt ſanguinis efferveſcentia, quae debet ſedari a venae-ſectione alias nocet, quia ita vires magis diſſipantur, & reſolvuntur.

Quo fortiora adhibentur medicamenta ſive ſint purgantia, eo magis alvus obſtruitur, hinc potius emollientia, & diſſipantia adhibenda.

Cucurbitulae: quia ſic flatus diſſipantur, & reſolvuntur, praeprimis ſi praeceſſerit colica flatulenta, ubi nullus eſt exitus faecis alvi.

Sectio: eſt violentum remedium (ubi abdomen aperitur & faeces manibus eximuntur, & inteſtina reſtituuntur) ideo negligitur; ſi vero ab hernia inteſtinali ortus, ſi ileos, ſi aeger eam velit admittere, ſine diſpendio vitae poterit fieri, & cum ſalute.

Clyſteres: magis valent, quam alia medicamenta, quae per os aſſumta ſtatim iterum per vomitum rejiciuntur, unde tota curationis ſpes conſiſtit in legitimo uſu enematum.

F O R M U L A E.

1. Conſtat nimiis refrigerantibus in inflammatione inteſtinorum.

2. Con-

2. Conſtat ſudoriferis, quod per ſudorifera paſſio iliaca facilius curetur, quam per narcotica, & purgantia.

3. *In faecibus induratis*: totum negocium, & curatio conſiſtit in earum emollitione, quod purgantia fortiora non praeſtant, quae humores magis irritant, & flatus augent; *hinc pulvis ille in Auctore praeſcriptus non debet exhiberi niſi in caſu deſperato.*

Pilulae iliacae: non ſunt exhibendae niſi in morbo extremo, & caſu deſperato; ſunt enim valde validae.

Praeſentaneum remedium eſt ſi globulus exhibeatur in volvulo, vel etiam duo deglutiantur, Riverius parat globulum ex mercurio vivo, & cera. vid. River.

Obſerv. 1. cauſſa mortis fuit inflammatio inteſtinorum, quam ſecuta eſt poſtmodum faecum induratio, & retentio.

Obſerv. 2. illa inteſtina ita convolvuntur a flatibus. Dicta enemata proſunt haec.

℞. *Olei lini, raparum* lib. ſem.

Vel ℞. *Cereviſ. recentis fermentantis* lib. i. applicetur extempore.

Vel ℞. *Aquae fontanae calid.* lib. i. *ſalis communis* m. ſem. m. fit. enema. Reliqua petantur ex Auctore.

C A P. VIII.

DE DOLORE NEPHRITICO.

D*Efinitio*: dolor nephriticus nihil aliud eſt, quam ſolutio continui, quae fit vel a calculo, vel ab humore acri.

Quorſum hic morbus ſit referendus ad cauſſas an ad ſymptomata, diſputant Auctores: alii referunt ad cauſſas morbificas, alii calculum referunt ad ſymptomata retentorum, & excernendorum.

Intenſiſſimus adeſt dolor propter magnum conſenſum, qui eſt renibus cum aliis partibus.

Partes affectae: ſunt renes ſecundum totam ſuam ſubſtantiam.

Cauſſae: Auctor duplicem agnoſcit cauſſam, lympham acriorem, & ſeroſiorem, vel lympham craſſiorem; quod attinet primam (acriorem) illa pungendo graviſſimos lumborum dolores excitat, & excitare poteſt citra calculi etiam praeſentiam, quod obſervatur in ſcorbuticis, & hypochondriacis, ubi ſaepe fallitur Medicus; *ex hac lympha acriori, & ſeroſiori calculus non generatur*, quum plures per multos annos arenoſas emittant urinas, nec tamen adeſt calculus; ex lympha vero craſſa (quae nihil aliud eſt, quam pituita craſſa, lenta, viſcoſa, & glutinoſa. Auctor dicit generari calculum, & ſic cum Veteribus conſentit, qui cauſſam calculi dicunt humorem pituitoſum, craſſum, & viſcidum; cauſſam vero efficientem eſſe calorem igneum. *Haec ſententia firmo ſtare ſolo nequit: ſi enim materia calculi eſſet pituita craſſa, tum in iliis partibus ubi abundat pituita in cerebro ſc. & ventriculo frequentius deberet generari calculus, quod tamen non fit, neque calor cauſſa efficiens eſſe poterit, alias juvenes propter calorem illum igneum magis deberent eſſe obnoxii calculo, quam ſenes, quod tamen negat experientia, & ſic in febribus, & inflammationibus ſaepe deberet generari, &c. nec in fluviis, & fontibus poſſint generari tophi cum calor abſit: & ſi concederetur pituitam eſſe materiam calculorum, calculi deberent eſſe friabiles, ut in podagra concreta illa materia eſt, quod tamen non eſt.*

Alii dicunt, ſpiritum lapidificum eſſe cauſſam efficientem calculi, materiam vero ſalia terreſtria, uti obſervamus in vino concreſcere illa ſalia atque inde fieri tartarum.

Verũ quum non poſſit explicari, nec intelligi quid ſit ille ſpiritus lapidificus, non poſſumus credere ita generari calculum; & quum ſal tartari cryſtalliſatum iterum poſſit diſſolvi, calculus vero non, ſalia illa non poſſunt eſſe materia calculi: accedit & hoc quod multi edant cibos ſalitos, nec tamen indeſinant calculoſi. E. Auctor

cla-

clarius debeat explicare, quid ſit ſpir. lapidificus nos dicimus eſſe non-ens.

Verum E. materiam calculi dicimus eſſe ſalia, & materiam terreſtrem; cauſſa vero efficiens eſt humor valde conſtringens, & auſterus, cujus particulae ſunt valde hamatae (ſicuti fieri videmus omnem concretionem a tali humore) acida quidem etiam ſe non tam firmiter infiguntur. E. facile poſſunt diſſolvi; hinc non excludimus plane ſalſeu cum aliis concurrit. E. humor auſterus eſt cauſſa efficiens, ſalia vero cum materia terreſtri ſunt materia, omnia acida corrigunt auſtera, ſic ſi ſpiritus nitri affundatur calculo ſenſim corpus ejus liqueſcit, & diſſolvitur a contrario, & haec eſt ratio, quare ſpiritus nitri tantam habeat vim lithontripticam.

Humor mucoſus, & viſcidus veſicae unde proveniat?

℞. Quia ubi dolor ibi humorum affluxus, jam calculus veſicae graviſſimos excitat dolores, unde humores copioſius influunt, veſica fit craſſior, ſicut in omnibus illis patuit, qui talem urinam mucoſam excrevere. jam quoniam temperies veſicae fuit corrupta, omne alimentum non poteſt ſibi aſſimilare, quod deinde corrumpitur, & mutatur in tale excrementum mucoſum, & viſcidum, nempe in calculo veſicae.

Differentiae: nunc a lympha tenui, nunc a calculo.

Signa diagnoſtica: habent eadem ſymptomata, ipſam aegri conſtitutionem debemus examinare, ſi ſit a calculo facillime urina ſupprimitur.

Urina guttatim prodit, ſi unus ureter ſaltem ſit obſtructus; ſi vero ambo plane ſupprimitur, & oritur Iſchuria.

Dolor circa lumbos, ſtupor in pedis femore ſiniſtri interdum etiam dextri, propter compreſſionem nervi ſeu muſculi cui incumbunt renes; accedit ſtatim nauſea, & vomitus.

Obſervamus etiam copioſas arenulas, nempe in fundo ipſius matulae, in affectione hypochondriaca adhaerent lateribus ſeu parietibus matulae. *In calculo arenulae ſunt durae, in affectione hypochondr. vero ſunt friabiles.*

Prognoſtica: ſi adſit exulceratio renum ſemper pejus eſt, ſi adſit urinae ſuppreſſio malum.

In ſenibus difficilius curatur propter graviora ſymptomata, dolorem, & inflammationem, quae non facile ferunt ſenes, & aetas impar eſt huic oneri ferendo.

Indicationes curativae: in doloris mitigatione plurimum ſitum eſt, *quia impoſſibile eſt curare calculum ſine mitigatione doloris:* rationem dat *Helmontius*, quia dum calculus ingreditur ureteres, fit ureterum ſpaſmus convulſio, & ureteres contrahuntur, quam contractionem, & convulſionem Helmontius vocat criſpaturam, ſiquidem etiam teſticulus in illo latere retrahitur, ubi dolor eſt, quod adeſſe criſpaturam etiam probat: deinde criſpatura illa probatur ex omnimoda urinae ſuppreſſione ut & alvi, *quia ſpiritus animales non poſſunt influere:* ſi adſit talis criſpatura, debemus abſtinere a purgantibus, & diureticis, ſiquidem dolorem augent, ſed anodyna, & narcotica ſummo cum ſucceſſu exhibentur. E. opiata ſed ea caute exhibita conveniunt.

Indicatio: lympha ſeroſior temperanda, debet autem temperari ab acidis, quia eſt ſalina.

Calculus magnus non movendus, atque tum diuretica exhibita dolorem augent neque movere poterunt, quia via eſt impar.

Curatio: corpus cacochymicum purgetur nempe lenibus ſaltem medicamentis, quia fortiora nocent ut antimonialia mercur. &c.

An conveniat venae-ſectio: ſi reſpiciamus illa ſymptomata ut inflammationem renum, & dolorem, quae ſic praeveniuntur a venae-ſectione, convenit utique, alterantia in principio, ubi calculus nondum adeo magnus.

Clyſteres optime hic audiunt, quia alvus ſemper retinenda aperta.

Diaeta ſit exacta: potus non ſit nimius nec cibus, quoniam ventriculus in conſen-

ſenſum trahitur prodeſt eſus raphan. *vitentur lac, & caſeus.*

Medicament. antinephritica.

Hae omnes radices ſunt diureticae; ſi urina cruenta, convenit radix liquiritiae, & althaeae propter viſcoſitatem.

Ab herbis valde calidis debemus abſtinere.

Flores aquilegiae, calcatrippae, & herbarum memoratarum flores conveniunt.

Ficus propter vim diureticam, & vulnerariam.

Sem. milii ſolis optimum, carminativa haec conveniunt propter colicam, *aqu. alkekeng.* & ejus trochiſci, & ejus extract. decoct. hordei, per lig. Heracleoticum Auctor intelligit.

Balſam. ſulphuris aniſat. parcius exhibendus propter metum inflammationis. Tartarus, ſpiritus, tinctura, ſal.

De ſalibus nota: Auctores commendant ſalia lixivialia; ut ononid. &c. verum notum eſt omnia lixivioſa ſtatim infringi ab acidis. E. ſalia iſta a fermento, & acido ventriculi infringuntur, unde deponunt vim ſuam lixivialem ſtatim antequam poſſint pervenire ad renes. E. fruſtra adhibentur.

F O R M U L A E.

Decoctum Auctoris ſua conſtat laude, & poteſt ſecure exhiberi, ut & ſequens miſtura ſeu aq. placet, quia conſtat lenioribus diureticis non ita fortibus.

Notandus hic error vulgi, dum externe imponunt avenam calidam, quia ſic augetur intemperies calida, & ſicca (calor & ſiccitas) renumque inflammatio fit major, hinc potius praeſtant fermentationes humidae ex herbis in lacte coctis.

D O L O R C O L I C U S.

Si doloris ſolum mitigationem deſideremus, ſufficiunt formulae traditae, & ex illis medicamentis poſſunt fieri.

Sciendum tamen eſt, a qua cauſſa oriatur dolor colicus, certum eſt, dari *colicam pituitoſam*, ubi conveniunt phlegmagoga.

NB. Datur etiam *colica biloſa, & ſcorbutica*, quae oritur duplici modo, & cauſſa l. 1. ab humore quodam biloſa acrimonia ſua ſalina, & erodente peccante; l. 2. oritur ab humore melancholico ſua aciditate excedente: utriuſque particulae tum bilioſae tum melancholicae ſeſe inſinuant tunicis inteſtinorum ſeu in plexus nervorum meſentericos ſaeviunt inteſtina diſtendendo, & convellendo dolores excitant, conqueruntur tunc de ſummo lumborum dolore, & putant umbilicum intra trahi. *Quae nunc a bile oritur, curatur per acida quale ſpiritus nitri, & omnibus bilem pinguiorem temperantibus. Quae vero ab humore melancholico oritur colica, ejus acor immanis eſt corrigendus pulvere quodam teſtaceo*, qui nihil aliud eſt, quam talis, qui habet vim imbibendi particulas tales acres, ut creta, oculi cancror. c. c. neq; haec curioſa ſunt, ſed magnum praeſtant uſum in re medica.

Eſt & colica quaedam ſcorbutica: ubi aegri queruntur de intenſo dolore circa lumbos, & non in inteſtinis, ſed in muſculis abdominis, ibi meſenterium afficitur, & cauſſa morbifica haeret in plexibus nervorum, quum ſuccus nutricius eſt depravatus, ſaepe terminatur in paralyſin, & ceſſante paralyſi redit dolor conſuetus, conveniunt antiſcorbutica, & nervina, diuretica, ſudorifera.

Si ab ira oriatur colica (E. a bile) ut quis propter iram incidat in eam convenit ſeq. ℞. *Ol. amygd. dulc.* unc. i. *mannae Calabrin.* drach. vi. miſc. Deinde

℞. *Rad. lilior. acetoſ. foeniculi* āā. drach. ii. *herb. mercurial. verbaſc. melilot.* āā. m. i. *ſem. aniſi, papav. alb.* āā. drach. iii. coq. in ſ. q. aquae.

℞. Colatur. unc. ix. adde *Elect. hierae picrae, diacathol.* āā. drach. vi. *ol. amygd. dulc. chamom.* āā. unc. i. f. clyſter, qui applicetur ſtatim.

In calculo.

Si medicamentum aliquod leniens deſideretur poteſt praeſcribi tale:

℞. *Manna*

℞. *Mann.elect.* unc.i ſem. *olei amygd.dulc.* unc.i. *vini malvatici* q.ſ. m. f. potio. Convenit in calculo, & colica, vel

℞. *Electuar.de tamarind. cum fol.ſennae* unc.i. ſolve in aq. *fragar. adde crem.tart.* drach.ſem. *ſirup.roſat.ſolutiv.* drach.vi. *aq.diureticae ex nucleis* drach.ii. m.f. potio. ſum. *cochlear.* i. Decoctum ſi expetatur.

℞. *Decoct.flor.& fructuum* tamarind. drach.ii. *fol.ſennae parat.* unc.ii ſem. *crem. tart.* ſcrup.ii. *ſirup.diaſereos* unc.i.m.ſ.potio. Sequuntur diuretica.

℞. *Liquor.diuret.ex tart. & nitro, qui valde* laudatur.

Externe poteſt fieri fomentatio hunc in modum.

℞. *Herb.malv.parietar.branc.urſin.* ãã.m.ii. *flor. chamomill. verbaſc.melilot.* ãã.m.i. *rad.alth.* unc.ii. *ſem.foenugraec.* unc.i ſem. *carvi* drach.ii. inciſa, & contuſa groſſe ſ.foment.

Si vero linimentum velis, ℞. *Ung.roſat.de althaea* ãã.drach.iii. *ol.ſcorpionis* drach.ii.m.ſ. linimentum, abdomen etiam poteſt inungi. *Deckeris* formulae tuto poſſunt dari.

Aqua graminis etiam valde laudatur in calculo; videmus in brutis, dum per hyemem veſcuntur foeno, obnoxia ſunt calculis, quod obſervare licet quando hyeme mactantur: dum autem aeſtate iterum veſcuntur gramine, ſolvitur calculus, & animalia iſta bruta iterum eo medicamento a calculo liberantur.

C A P. IX.
DE UTERI SUFFOCATIONE.

D*Efinit.* eſt congeries multorum morborum, & ſymptomatum; hinc fere omnes Medici ſolent confugere ad uterum, ubi talia gravia ſymptomata concurrunt.

Actiones hoc in morbo fere omnes laeduntur, naturales, ubi adeſt corporis laſſitudo, appetitus proſtratus, nauſea, vomitus, faſtidium.

Vitales laeſas oſtendunt ſubitanea virium proſtratio in paroxyſmo, pulſus immutatus; interdum plane deficit, reſpiratio, vel laeſa, vel ſublata plane.

Actiones *animales* laeduntur, quia corruunt ſubito, motus oriuntur convulſivi, & affectiones ſpaſmodicae: aegrae moleſtantur a ſtrangulatione quadam, quaſi praecludantur fauces.

Cauſſa: intricata haec controverſia valde agitata fuit inter Veteres, quaenam vera ſit cauſſa ſuffocationis hyſtericae: Veteres putarunt cauſſam eſſe uteri dislocationem, ut quaſi ſurſum trahatur, & comprimat diaphragma, hoc pulmones, inde non poſſent dilatari, hinc difficilis reſpiratio oriatur; quam ſententiam adhuc defendit Orillingius in ſuis curationibus.

Sennertus vidit falſitatem hujus opinionis, conſiderando connexum firmiorem uteri cum reliquis partibus vicinis: hinc contrariam dicit hanc ſententiam principiis anatomicis, & uterum non niſi vi poſſe dislocari: ipſe vero ſtatuit hanc cauſſam, quod nempe teſtes, & tuba uteri inflentur, agitentur, & dislocentur a ſemine corrupto; quam ſententiam etiam amplectitur Riverius.

Itaque certum eſt, uterum in ſe non poſſe dislocari: quoniam tamen eſt pars membranoſa, facile poteſt inflari, dislocari aliquo ſaltem modo varie hinc inde etiam poteſt convelli, ita ut aliquo modo motum varient, & difficilis reſpiratio oriatur.

Verum haec commotio non poteſt eſſe cauſſa tantorum ſymptomatum graviſſimorum; quomodo enim delirium poſſet excitare ſoporem, convulſionem, ſyncopem ſeu deliquium, & alia, quae adeſſe ſolent ſymptomata; hinc alii putant ſe horum ſymptomatum rationem dari poſſe, ſi dicant, illam inflammationem fieri *ab aura quadam maligna, quae exhalet a ſanguine, & ſemine reſtagnante, & putreſcente*, a quibus elevatur aura illa venenoſa cerebro, & cordi valde & maxime inimica.

Digitized by Google

Highmorus dicit nec uterum nec hypochondria affici, ſed pulmones, & pulmones agnoſcit pro ſubjecto: probat (1) quia a ſanguinis miſſione juvetur morbus, quatenus ab ea ſanguinis fluxus, & motus impetuoſus in pulmones ſiſtitur: unde non magis ab iſto impetuoſiori ſanguinis in pulmones influxu diſtendantur, nec poſſe comprimere diaphragma: (2) a juvantibus, & nocentibus, ſi dentur illa medicamenta, quae habeant vim ſanguinem diſſolvendi, & reſolvendi, ita ut poſſit iterum intrare venam pulmonariam, ſicque iterum refluere, tum ſtatim ceſſare malum dicit, jam autem talia adhibentur in morbo: (3) rationem deſumit ab inſigni laeſione, quam deprehendemus ex conſuetae ſuppreſſione evacuationis, ut v. g. *quando menſes fluxere, & ille fluxus ſupprimuntur jam in paroxyſmo.*

Verum poſitis his non videmus (1) *quomodo illae, quae ſunt valde extenuatae, quomodo virgines, quae chloroſi laborant, & talem ſanguinis abundantiam non habent ſed conſumtae ſunt, poſſint eſſe obnoxiae huic malo.*

(2) *Si pulmones eſſent ſubjectum, tunc facillime poſſent inflammari a ſanguine, & ſemper oriretur peripneumonia: quae ſemper deberet excipere ſuffocationem hyſtericam, quod tamen nunquam fuit obſervatum.*

,, Primus fuit Carolus Piſo, qui correxit, & refutavit hanc opinionem: & cauſ-
,, ſam dicit eſſe colluviem ſeroſam circa principium nervorum reſtagnantem.
,, Haec opinio prae aliis magis videtur probabilis, quum tamen ſymptomata non
,, ſemper oriantur a cerebro primario, ſed ſaepe etiam ab infimo ventre, alia ad-
,, huc cauſſa quaerenda.
,, Si igitur ſymptomata oriantur primario a cerebro, ut ſunt ſopor, vertigo, mo-
,, tus ſpaſmodici, tunc ſubjectum eſt cerebrum, & cauſſa ibidem haeret; quod ſi ve-
,, ro conquerantur de murmure alvi, fluctuatione, de tumore, & globulo palmam
,, repraeſentante, tum morbus oritur ex vaſis uterinis, & meſenterio; nulla enim
,, pars in corpore fere, quae ita multos habeat nervos varioſq; plexus nervoſos,
,, quam meſenterium; ſi itaque in tali aliquo plexu colluvies feroſa colligatur, fit
,, hoc malum, excitat ſpaſmum, motum convulſivum meſenterii, quod deinde
,, hinc inde fluctuat, & movetur. Quod etiam ex ipſa autopſia probant Auctores
,, (in ſectis hyſtericis mortuis ſemper uterum invenerunt extra culpam: e contra
,, vero illuviem ſeroſam in cerebro, & meſenterio *humores vitriolatos, & acres*) qui
,, deſudarunt, & occupati fuerunt in invenienda cauſſa hujus morbi: *denique pro-*
,, *batur etiam, quia paſſiones animi ut plurimum producunt hunc effectum, quia ſpiritus*
,, *animales hinc primario afficiuntur a moerore, & triſtitia.*

Curatio eſt duplex in, & extra paroxyſmum.

In Paroxyſmo exhibenda, quae ſunt dicata generi nervoſo.

Spiritus animales excitant, frictiones, & ligationes fortes inſtitutae: vellicationes etiam pilorum debent inſtitui, inunctiones cum graveolentibus.

Suffumigia etiam ex graveolentibus v.g. ex callis equorum prunis impoſitis, facile excitat aegrum hunc.

Solent enim mulierculae uti pennis, linteo, quibus tradunt peculiarem virtutem, ſed ex ſuperſtitione: *omnia quae in epilepſia, & apoplexia etiam hic conveniunt.*

Convenit *nodus ex ruta, caſtoreo.* Interne poſſunt dari ſequentia.

℞. *Aq. vitae mulier.* unc. ii. *hyſteric. Quercet.* drach. vi. *menthae* drach. ii. *meliſſ.* cum *vino deſtill.* unc. i ſem. *ſirup. de beton.* drach. ii. m.

Vel ℞. *Specif. cephal.* unc. ſem. quod eſt egregium medicament. in ſequenti aqua.

℞. *Aq. hirund. cum caſtoreo* drach. i. *matricariae* drach. x. ſum.

Vel ℞. *Spirit. c. c. ſuccinati* vel etiam *ſpirit. ſalis armoniaci volat.* drach. ii. detur ad vitrum anguſto collo.

℞. *Aq. puleg. artemiſ. hyſter. Mynſ.* āā. unc. i. *ſirup. papav. errat.* drach. ii. m.

℞. *Elixirii uterini Mnebii* drach. ii. vel iii. poteſt dari in aq. praecedenti.

Hoc

Hoc commendamus tanquam arcanum in affectibus uterinis, hoc exhibito ſtatim ceſſat paroxyſmus, & aegra praeſervatur ab hoc morbo.

Externe emplaſtr. poterit applicari umbilico. v. g.

℞. *Cerati matricalis* q.ſ. ducatur ſuper alutam, in medio ponantur *tria grana albethi*: reliquum vero illinatur *ol. galbani*, & obducatur ſindone rubro in forma uſitata.

Extra paroxyſmum conveniunt eadem medicamenta, & purgantia, quae in epilepſia, & apoplexia, ſi modo ſexus habeatur reſpectus.

Hoc *enema* revellens poteſt praeſcribi:

℞. *Herb. puleg. matricar. malvae* āā. m.i. *flor. anthoſ. calendul.* āā. p.i. *rad. leviſtic. bryon. alb.* āā. drach.ii. *ſem. Dauci, carvi* āā. drach.i ſem. coq. in ſ.q. aq. font. colatur. ℞. unc.x. adde *electuar. de baccis lauri* unc.ſem. *hierae picrae* drach.ii. *olei lumbricor. terreſtr.* unc.i ſem. *vitelli ovi*, *ſalis gemmae* drach.ſem. m. f. enema ex tempore applicandum.

C A P. X.

DE HERNIA VTERINA.

Est juxta Veteres, quando uterus prolabitur ut dependeat, & impediat ingreſſum.

Auctor corrigit hanc ſententiam, *& dicit fieri quandam relaxationem tunicae interioris rugoſae.*

Cauſſam dicimus eſſe, vel nimios labores partus, dum propter conatum iſtum ligamenta ita laxantur, ut non poſſint contrahi, etiam a nimio humorum affluxu, qui nimium ligamenta humectant.

Requirit illa medicamenta, *quae conveniunt in hernia inteſtinali*: curari debet adſtringentibus. E. conveniunt *balnea adſtringentia*, *emplaſtrum contra rupturam*, item ſuffitus repellentes: interne etiam adſtringentia, & genus nervoſum corroborantia.

C A P. XI.

DE MENSIUM SUPPRESSIONE.

Definit. etiam dicuntur flores ſuppreſſi a nonnullis.

Generalis eſt *definitio*, quoniam etiam in gravidis ſupprimuntur, nec tamen portendit quid mali. E. ſic neque in gravidis neque lactantibus talis obſtructio.

Recte refertur ad ſymptomata excretorum, & retentorum, quia hic retinentur, quae excerni debent.

Pars affecta: ſub ectum verum eſt uterus, reliquae tamen partes, & viſcera per conſenſum afficiuntur, uti ventriculus, quod apparet ex nauſea, & appetitu proſtrato, vomitu.

Lien etiam & hepar, ut patet ex laeſa ſanguificatione, cachexia: pulmones, & cor, ut oſtendit difficilis reſpiratio, & lipothymia, quae ſymptomata in illis deprehenduntur.

Auctor dicit, ventriculus ſemper eſt origo: quod concedi poteſt, ſi obſtructio originem ſumit a cruditatibus ſanguinis: ſi vero a plethora non poteſt originem deſumere a ventriculo.

Cauſſa eſt humor craſſus, & viſcidus, cauſſa vera eſt dividenda in proximam: proxima eſt *vel ſanguis*, vel humor craſſus, vel vaſorum compreſſio, & obſtructio.

Sanguis quantitate peccans in plethora, nimium diſtendit vaſa, unde fibrae mutantur, mutatis tum fibrarum poris ſpiritus animales non poſſunt influere, unde ſanguis reſtagnans coagulatur ejuſque fluxus impeditur, quia ob mutationem pororum vaſorum etiam ſuo munere fungi nequeunt: ſic lotium excerni nequit propter extenſionem veſicae, quia contrahi nequit; vaſa enim ſemel diſtenſa non poſſunt iterum reduci, & contrahi.

Vel ſanguis peccat defectu, & paucitate, quando ſanguis per alias vias evacuatur unde ſanguis imminuitur, & tanta copia non adeſt, ut debito tempore poſſit fluere, ſed ſuppeditanda materia huic fluxui, vel etiam ſanguis a gravioribus morbis conſumtus eſt, & conſumitur.

Nec etiam in gravidis, & lactantibus fluunt, quia ſanguis abit ad ubera, & nutritionem foetus.

Vel etiam ſanguis peccat qualitate, ut ſit vel nimium viſcidus, craſſus, tenax ob intemperiem viſcerum, v. g. ſi ventriculus laboret intemperie frigida, & accedat intemperies hepatis calida, tunc ſanguis primo elaboratur crudus, poſtmodum vero in hepate plane aduritur; vel etiam craſſitiem induit ob admiſtionem aliorum craſſorum humorum, & ſic humor crudus, & craſſus excitat morbum.

Vel oritur ab uteri clauſura, quae eſt ſive naturalis, & tum incurabilis niſi mature occurratur; vel adventitia, & aſcititia, & tum propter cicatricem, & callum etiam non admittit curationem.

Vel etiam vaſa (uterina) ſaltem comprimuntur, ut non poſſint fluere menſes, quod fit in obeſis.

Cauſſa remota, vel antecedens poteſt eſſe vitioſa viſcerum diſpoſitio, ventriculi hepatis, & lienis, praeprimis ipſius uteri, ejus, vel calida, vel frigida intemperies: *frigida quatenus conſtringit vaſa, vel craſſum facit ſanguinem*; calida, quia potenter reſolvit, & ſic conſumet ſanguinem, & quatenus conſumitur humiditas.

Etiam examinandae cauſſae procatarticae ſcil. ſex res non naturales: ſi virgines menſibus fluentibus ſeſe exponunt aëri frigido; ſic enim pori conſtringuntur, vaſa clauduntur, & ſanguis coagulatur; & ſic non poteſt curari facile.

Animi pathemata graviora etiam: praeprimis moeror, & triſtitia, quia ſanguinis accenſio in cordo impeditur, omneſque coctiones vitioſe fiunt.

Differentia oritur a ſanguine nimio, vel juſto pauciori, vel a vaſorum anguſtiis, quae vel naturalis, vel adventitia.

Diagnoſtica: affectus hic non eſt cognitu difficilis, modo aegrae confiteantur, ſanguis vagatur per arterias unde laſſitudo, & gravitas totius corporis, conqueruntur de motu vario in arteriis in principio.

Nauſeam patiuntur, & vomitum ob ſanguinis reſtagnationem, & corruptionem; pica a nimia acrimonia humorum, qui facile aceſcunt ſi deficit ipſis liber motus.

Pallent, ſebricitant ob laeſam ſanguinis conſtitutionem, diarrhoeam patiuntur ob laeſam efferveſcentiam in ventriculo, adeſt fluxus albus ob intemperiem, & corruptos humores in utero, unde nutrimentum non poteſt aſſimilari.

Baculus in collo, & ſaepe videntur ſuffocari, quia deficit efferveſcentia ſanguinis in corde: vel diaphragma, & pulmones comprimuntur, & nimium conſtriguntur, unde vapores ſtiptici ſeſe agglutinant muſculis colli.

Dolent renes, propter nimiam vaſorum diſtenſionem: *convelluntur* compatiente cerebro a vaporibus illis acribus, & malignis.

Sign. lactis Hipp. &c. quia etiam in mammis viri lac generatur, & etiam in iis, quae nondum expertae ſunt ſuppreſſionem menſium.

Praecipua ſigna ſunt pallor faciei, tumor pedum, reſpiratio difficilis: praeprimis ſi ſcalam aſcendere debent, adeſt nauſea interdum vomitus, inflatio ventriculi, ſaepe etiam inflatio ventris, ita ut non patiantur nimiam veſtium conſtrictionem.

Signa diſtinctiva: quae admodum neceſſaria ſunt, ut poſſimus diſtinguere inter gravidas, quae etiam habent talem ſuppreſſionem menſium, & inter ſuppreſſionem, quae adeſt ſine impraegnatione.

In gravidis color faciei non adeo mutatur, ut in illis qui laborant ſuppreſſione menſium: *ubi primo facies flaveſcit, poſtea palleſcit.* Certum etiam ſignum a ſymptomatibus eſt: ſymptomata in dies in ſuppreſſione menſium augētur; in gravidis vero

ac-

accreſcente foetu remittunt, & ceſſant, & tandem poſt tertium menſem foetus motus percipitur in utero.

Prognoſtica: eſt affectus curatu difficilis, praeprimis ſi oriatur ab humore craſſo, & viſcido, quia ille non poteſt evacuari deinde ſi viſcera ſint debilitata, quia tunc ſtatim regenerant humorem talem vitioſum.

Deinde etiam propter graviora ſymptomata, ut convulſionem, phthiſin, &c.

Curatur facillime ſi oriantur a plethora, per ſolam venae-ſectionem.

Indicationes curativae: ſi ab obſtructione vaſorum, tunc humor craſſus praeparandus, quia alias non poteſt evacuari.

Vomitus poſſet quidem convenire ratione nauſeae, ſed ratione partis affectae non audemus, quia humores trahuntur verſus partes ſuperiores ex nimia concuſſione.

Fermenta viſcerum ſunt confortanda.

Magis methodicae indicationes reſpiciunt, vel ſanguinem quantitate peccantem, evacuandum, vel paucitate regenerandum, uteri clauſura; quod fieri debet manu chirurgica.

Curatio: purgantia non debent eſſe fortiora, quia non evacuarent ſed magis commoverent humores.

Plethoricis vena ſecanda: ſi menſium ſuppreſſio oritur a nimia ſanguinis quantitate, ante tempus fluxus adminiſtranda in brachio, nempe quando non inſtant menſes: inſtante vero tempore menſium in pede, vel talo, quod probe notandum.

Auctor jubet ut hypochondria conſtringantur, quia ſic impediuntur exhalationes.

Suffumigia foetida, quia ſic ſalia illa praecipitantur.

Enemata, praeprimis ſi alvi conſtipatio adſit.

Quaer. ſi ex antiqua menſium ſuppreſſione oriatur morbus acutus, v.g. angina, pleuritis, &c. an venae-ſectio inſtituenda, vel in brachio, vel in pede.

℞. Utique incidendam eſſe venam in brachio, & partibus ſuperioribus, quia periculum eſt in mora, & citius periret aegra, quam poſſet ſolvi talis ſuppreſſio.

MEDICAMENTA.

Omnia medicamenta moventia menſes participant de ſale volatili, & acri, ut & de ſale quodam oleoſo: unde vim habent incidendi, & attenuandi ſanguinem.

(Omnia illa enim habenda, quae adhibent vim incidendi. E. volatilia ſalia, & oleoſa conveniunt.)

Omnia medicamenta ex bryonia conveniunt, praeprimis aqua bryoniae, & quidem compoſitae, quae in Anglia uſitata eſt.

Gentianae aqua extract. *aqu. zedoariae.*

Folia ſabinae, ejus aqua, oleum extract. quae tamen non adhibenda ſuſpectis.

Aqua meliſſae ſimplex, & compoſita.

Sal meliſſae, artemiſiae.

Aq. pulegii egregie menſes movet, & ſpiritus pulegii, ſal rutae, majorana, ſalvia.

Formulae Auctoris.

1. Eſt tinctura.

2. Pilulae laxativae NB. ut & omnibus aliis medicamentis, & purgantibus debent admiſceri ſpecifica ſemper.

3. Pilulae ex ammoniaco, quae ſummo cum ſucceſſu praeſcribi poſſunt, tales etiam habet *Sylvius.*

Praemiſſis univerſalibus, ad fortiora progrediendum. E ſequitur pulvis ab Auctore praeſcriptus.

Sequitur decoctum laxativum, deinde nodulus, qui poteſt irrorari, vel aceto aliquo, vel aqua hyſterica, vel hirundinum cum caſtoreo.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam eſt affectus chronicus, & non tam cito poteſt curari, ibi conveniunt potius vina medicata, de quibus aegra ſaepius poteſt ſumere hauſtum primum in prandio, & coena; vulgus enim putat Medicum non eſſe doctum ſi non ſemper aliquod praeſcriberet.

Formula: Dictatae.

℞. *Rad. enulae, campan. opii. zedoar.* ā ā. drach. ii. *fol. ſalviae, artemiſ. rubrae, meliſſae, odoriferae* ā ā. m. i. *flor. calendul.* m. ſem. *ſemen dauci, leviſtic.* ā ā. drach. i. *crem. tart.* drach. i. *folior. ſennae ſin. ſtip.* drach. x. *rhabarb.* drach. iii. *agarici* unc. ſem. *ialapae tinctura caſtorei irroratae* drach. ii. *cortic. citri, aurantior.* ā ā. ſcrup. ii. Inciſa, & contuſa includantur ſacculo ex ſindone.

Hoc notatu dignum, quod ſanguis menſtruus ſpiret odorem florum calendulae, unde hi creduntur ſpecificum, quod notat Riverius.

Si praemittere volumus praeparantia, & incidentia:

℞. *Croci Martis aperitiv.* drach. i. *faecul. bryon.* drach. i. *ſalis fraxini, armoniaci* ā ā. drach. ſem. *ſuccini praeparati* drach. i. m. f. pulvis, dividatur in 8. partes aequales.

℞. *Extract. cathol.* ſcrup. i. *extract. hellebor. nigri* gr. v. *trochiſc. albandal.* gr. iii. *cum eſſentia ſive tinctura caſtorei* f. l. a. pilulae n. 15. aſpergantur faecula bryoniae.

S P E C I F I C A.

℞. *Eſſentiae ad menſes D. Michaelis* drach. iii. ſum.

℞. *Elixir. Lunatici D. Gelſuſ.* drach. ii. ſem.

Debemus ſemper rationem habere corroborationis viſcerum; hinc convenit ſequens pulvis Coſteri, quem optimum ſemper expertus ſit.

℞. *Spec. dianthos, diarhodon.* ā ā. drach. i. *pulveris aſari, ireos, cyclamin. dictamni albi, ariſtoloch. rotund. cyperi, gentianae, zedoariae* ā ā. ſcrup. ii. *ſuccini albi, myrrhae, cinnamom.* ā ā. drach. ſem. *ſemin. ſeſeleos, dauci* ā ā ſcrup. i. *eſſentiae citri ſaccharatae* ad pondus omnium: m. f. tragea, vid. Coſterum: poteſt eſſe inſtar omnium ſi nonnunquam interponantur leniter evacuantia.

C A P. XII.

DE PARTU DIFFICILI.

D*Efinit.* eſt intercluſus foetui exitus ſcilicet inſtante legitimo partus tempore; quod addendum definitioni.

Pars affecta: variae ſunt & certo non poteſt determinari, nam quandoque eſt uterus adſtrictior, interdum membranae craſſiores, &c.

Cauſſae; etiam ſunt variae; vel enim in cauſſa ſunt mulieres nimis delicatulae, vel viae ſi vel nimis ſint exſiccatae, vel minus patentes, vel foetus ipſe nimis grandior.

Obſervand. (1) *Nunquam exhibenda ſunt partum promoventia medicamenta, niſi verum & legitimum partus tempus inſtet, & in hoc peccant multi Medici: hinc non ſunt in principio adhibenda ſed tum quando dolores augentur, & ſymptomata adſunt graviora, ſi obſtetrix ſitum foetus poteſt explorare manibus, ſi adſunt fortes conatus.*

2) *Abſtinendum ab illis medicamentis, & plane ſi foetus tentet exitum in ſitu praeternaturali, quia nihil iuvant.*

3) Singulis fere momentis cordialibus, & confortantibus parturienti ſuccurrendum, & extra & intra: reliqua ſunt committenda naturae.

Medicamenta Auctoris ſunt laude digna, & tuto poſſunt praeſcribi.

„ *Notandum:* medicamenta partum promoventia etiam danda eſſe ante partum,
„ 5. vel 6. ſeptimanis ante partus tempus, ubi uti ſolemus humectantibus, & rela-
„ xantibus, ut muſculi humectentur, hinc conveniunt balnea, & inunctiones.

Balneum ſequens 5. 6. vel 7. ſeptiman. ante partum convenit.

℞. *Rad. althaeae* unc. iii. *lilior. albor.* unc. ii. *herb. malv. artemiſ. meliſſ. branc. urſin. flor. chamomill.* ā ā. m. ii. *lilior. albor. malv.* ā ā. m. i. inciſa groſse dentur balnea.

℞. *Unguent. emollient. vel clyſmatici* unc. i. *axung. gallin.* drach. iii. *olei chamomill.* drach. ſem. *m. f. unguentum.*

Digitized by Google

Et haec ſunt quae pro praeſervatione poſſunt praeſcribi ante partum.

Iam in ipſo partu.

Ante omnia debet inquiri, an alvus ſit aperta nec ne. E. talis clyſter.

℞. *Herb.mercurial. artemiſ. flor.malv. chamomill.*ā ā.m.i. *flor. lilior. albor.* p.ii. *rad. alth.bryon.ariſtoloch.rotund.*ā ā.drach.iii.decoq.& f.colatura de qua

℞. *ſaltem* unc.vi. (*nam in minori quantitate debet injici, ne nimium diſtendantur inteſtina*) diſſolve. *Electuar. lenitiv.* unc. ſem. *boracis Veneti* drach.ſem.*olei.lilior.alb. amygdal.dulc.*ā ā.unc.ſem.vitelli ovi, f.clyſma.

Poſtmodum inſtante partu, & ingraveſcentibus ſymptomatibus ad alia accedendum.

℞. Pulv.ad partum Auguſtan.ſcrup.i. boracis Veneti ſcrup.ſem.m.pulvis.ſum.

℞.*Pulv. ad partum Auguſtanor.*drach.ſem.*ſalis volat. ſuccini* gr.v.m.f.pulvis.ſum. ut ante.

℞. *Hepat.anguillarum pulveriſati, raſurae ligni ſabinae* ā ā. gr.xv. *margar.* praeparat. gr.vii.m.f.pulvis ſum.ut ante.

℞.*Spirit.fuliginis, ſpirit.ſecundinar.*ā ā.drach.i.ſum.

℞.*Aquae imperial.lii albar.*ā ā.unc.i.*meliſſae* compoſitae unc.i ſem. *Lapid.percarum, ſuccini* praeparati ā ā.ſcrup.i. *confect. alkerm.* drach. ſem. *julep. gemmat. incomplet.* unc.ſem.m.

℞. *Axung.ſerpent.* ſcrup.i. *ol.ſuccini* ſcrup.ſem.m. *ſed nota, poſt partum ſtatim debet removeri.*

Nota: nonnunquam in ipſo paroxyſmo propter nimios conatus ſuperveniunt motus convulſivi, & tunc non ſolum partum promoventia, ſed & antiſpaſmodica ſunt exhibenda, ut

℞. *Arcani epileptici* ſcrup.ſem. ad ſcrup.i. ſimul hic pulvis etiam promovet partum, eſt & anti-epilepticum, & antiſpaſmodicum.

Nonnunquam poſt partum ſuperveniunt dolores colici a ſanguine coagulato nimium diſtendente, tunc externe adhibentur carminativa.

In doloribus colicis puerperarum:

℞. *Chamomill.vulgaris, Romanae, meliloti* ā ā. m. i. ſem. *abſinth. artemiſ. menth. criſpae, matricar. meliſſ. pulegii, ſerpilli, flor.calendulae* ā ā.m.ſem. *ſem.anethi, aniſi, carvi* ā ā.drach.ii. *inciſa groſſe*, poſſunt includi, & coqui in vino, vel lacte, vel aqua expreſſus imponi externe.

I N T E R N E.

℞. *Sperm. ceti elect.* drach.ſem.ſum.

Etiam ſymptoma familiare eſt puerperis alvi obſtructio, ubi caute procedendum eſt, quia purgantia nocent, & ſolum lenitivis movenda.

Nota: lochiis naturaliter fluentibus nunquam purgandum praeſertim primis diebus; conſtat enim experientia, illas quibus ſecundo, tertio, quartove die diarrhoea accidit, utplurimum interire: *quod ſi lochiis ſuppreſſis poſt ſeptimum aut nonum diem alvi fluxu corripiantur, liberari utplurimum: quo igitur longius diſtat puerpera a diebus partus, eo tutius adminiſtratur medicamentum purgans, & contra.*

Facillime etiam incidunt in febres puerperae, quarum curatio poteſt deſumi ex Riverio, qui ſecuram, & tutam in his methodum medendi docet.

C A P. XIII.

DE NIMIO MENSIVM FLVXV.

NB. IN *principio huius affectus optime convenit venae-ſectio* in brachio praeprimis ſi ſit ob inſignem anaſtomaſin, in aliis cauſſis tutius adhibentur medicamenta adſtringentia.

℞. *Tinct. Martis aperitivae* drach.iii.

℞. *Sperniolae Crollii* gr.iv. *Recommendamus etiam pulverem D. Timaei.*

℞. *Rad.urtic.mortuae,cort.radicis mori,acinorum granatorum* ā ā.drach.i.*lapid.hae-*

ma-

*matri.*drach.i.gr.xv. *laudani opiati* ſcrup.ſem.m.f.pulvis.ſum. doſ.drach.ſem. poteſt exhiberi in ſequenti emulſione.

℞. *Amygdal.dulc.*unc.ſem. *ſem.melon. cucum.excorticatorum* āā.drach.ii. *contuſa emulgeantur cum aq.burſae.paſtoris, plantag.folior. quercus* āā.unc.ii. *colaturae adde aquae cordialis temperatae.*unc.ſem.*manus Chriſti perlatas ad gratiam.*

Multa etiam externa adſtringentia, & fluxum impedientia adhibentur, vel in forma emplaſtri, vel linimenti, de quibus habet Deckers; multa enim videri poſſunt in curatione dyſenteriae, quae hic etiam poſſunt exhiberi.

Notae in Chirurgiam

BARBETTE,

DE VULNERIBUS.

Lethalitas vulnerum poteſt colligi.

1. Ex aegri ſtatu.

2. Quando nihil in curatione intermiſſum, aut error aliquis commiſſus, qui vulnus potuit augere.

3. Attendendum ad inſtrumentum, quo quis fuit fauciatus, an nempe fuerit venenatum.

4. Prognoſis inſtituitur quando accedit animi deliquium, convulſiones, aliaque ſymptomata, aegerque paulo poſt extinguitur.

5. Prognoſis eſt quaerenda in diſpoſitione vulnerati, nempe ſi aeger eſt cacochymicus: ſed tunc vulnus non eſt abſolute lethale, ſed lethale factum, propter cacochymiam.

6. Aetas erit conſideranda, juvenum enim vulnera citius curantur, quam ſenum.

7. Vulnus etiam aliquod poteſt fieri lethale, ex abſentia Chirurgi.

8. His addi poſſunt prava aëris diſpoſitio, quae maxime nocet vulneribus.

9. Obſervanda accuratiſſime diaeta.

10. Inteſtinorum craſſium vulnera non ſunt lethalia, niſi vulnus admodum fuerit profundum.

11. Veſicae vulnera, ſi in fundo fiant, ſunt lethalia, ſin fiant in parte carnoſa; poſſunt ſanari.

Hildanus pericula vulneris reduplicati deſcribit, & funiculum, ope cultelli via facta per illud trahit inuncto prius funiculo digeſtivo, illudque per aliquot dies ibidem, relinquit, poſt aliud ſubſtituit. Vide obſerv.83.&84. cent.4. Hildani.

IN CURATIONE.

Ante omnia extranea e vulnere ſunt eximenda.

2. Labia vulneris ad ſe invicem ſunt attrahenda.

3. Symptomatum, ac potiſſimum urgentioris ſymptomatis, habenda eſt ratio.

4. Videndum, ut labia coaleſcant, ſed medicamenta non faciunt coaleſcere, ſed ſaltem quae coaleſcentiam impediunt, amovent.

5. Diaeta maxime omnium eſt obſervanda.

6. Aër eſt vitandus.

7. Videndum ut unus idemque ſanguinis ſtatus obtineatur.

8. Pus, quod e vulneribus profluit, nihil aliud eſt quam chylus.

9. Acida, putrida, aliaque ſimilia vulneribus ſunt inimica.

IN

Digitized by Google

I N D I A E T A.

Quo vulnus eſt laevius, eo largius, & plus vulneratus cibum capere poteſt: quo autem vulnus eſt gravius, eo minori victu debet uti, nempe juſculis, jure pullorum, cum paſſulis majoribus, quae maxime conveniunt vulneratis.

P R O P O T V.

Vinum interne nocet vulneratis, debet ideo exulare: externe vero mirum in modum ſanat.

Cereviſia tenuis, cum raſura c. c. vel decoctum hordei cum paſſulis, commendantur.

Motus nocet, quies, enim ſanat, aër non debet mutari.

Iram vulnerati ceu peſtem fugiant; ira enim ſaepiſſime efficit, ut ex vulnere non lethifero, fiat lethale.

S Y M P T O M A T A.

Febris ſymptomatica, quae praecipue eſt curanda.

Oriuntur autem variae febrium ſpecies, nempe febris ephemera, putrida, continua, intermittens, tertiana duplicata, vel ſimplex.

C A V S S A E F E B R I V M.

Cauſſa febris ephemerae, eſt turbata ſanguinis miſtio, in tali tamen febri turbatio eſt minor, quam in aliis febribus, ſoletque in principio vulneris adeſſe: oritur alias ex ebrietate, venere, longiore moratione in ſole ut & ira.

Febris haecce quam facillime poteſt degenerare in putridam, & quidem.

1. Cauſſa ipſius Medici, quando exhibet medicamenta calidiora.

2. Cauſſa adſtantium, quando aegrum ad iram concitant.

3. Cauſſa ipſius aegri, quando aſſumit vinum, aliaque nocentia, vel eſt inquietus, &c.

Cauſſa febris putridae continuae.

Haec febris oritur, quando pus a vulnere ad cor devehitur. Febris haecce raro circa initium, ſed plerumque circa diem quartũ vel quintũ ſolet oriri. *Initio* indicat febrem putridam, calor maxime intenſus, qui in aliis febribus ſolet eſſe remiſſior.

2. Graviora ſymptomata, ſunt 1. ſitis nimia, vigiliae, & quando febris invadit cum rigore.

Porro attendendum ad diſtinguentia.

Si pus non ita large profluit in febre, quam alias, tunc febris eſt putrida, materiaque profluit verſus cor: magnus tamen puris profluxus non ſemper pro bono ſigno eſt habendus.

2. Cauſſa eſt inflammatio vulneris.

3. Apparatus humorum vitioſorum in corpore.

Habendum pro bono ſigno, quando iram diarrhoea ſequitur, ſed quando haec non ſequitur, febris ſequitur.

Febris aliquando eſt continua, pro diverſitate diſpoſitionis ſanguinis, quando nempe materia continuo affluit: ſed quando materia per intervalla affluit, oritur febris intermittens.

P R O G N O S I S.

Febris ephemera rariſſime eſt periculoſa, uti nec intermittens. Sed febris continua ſaepius degenerat in hecticam.

C V R A T I O.

Purgantia ante diem 11. non ſunt exhibenda.

Venae-ſectio convenit vulneratis, & quo maturius inſtituitur, eo tutior erit curatio, ſiſtit namque haemorrhagiam, febres, aliaque ſymptomata.

Alvi adſtrictio non adeo eſt periculoſa, uti diarrhoea.

Tota curatio conſiſtit in blandiori diaphoreſi promovenda, & conſervanda.

Digitized by Google

2. In humorum fermenteſcentium praeparatione.

Pro primo ſcopo obtinendo ex.gr.

℞. *Lap.cancr.ppt.bezoar.Orient.*ãã.ſcrup.ſem.miſc.f.pulv.

℞. *Aq.flor.ſambuc.veron.*ãã.unc.i.miſc.

Veronica maxime conveniens vulneribus omnibus medicamentis addi debet.

Pro altero ſcopo.

℞. *C.c.uſt.ppt.cran.hum.ppt.lap.ſciſſ.Angl.*ãã.gr.vi.*arcan.dupl.*gr.iii.miſc.f.pulv.

℞. *Aq.febrif.card.bened.papav.errat.*ãã.unc.ii.*aq.cortic. citr.*unc.i.*miſt.ſimpl.*drach. ſem.*ſirup.papav.errat.*unc.ſem.miſc.

Miſtura ſimplex maxime convenit vulneratis.

Poſſunt quoque dari ſpecifica, quae in febribus ſunt uſitata.

Diaeta maxime eſt commendânda.

2. *INFLAMMATIO.*

Haec oritur ab obſtructione, hic venae-ſectio eſt inſtituenda.

2. Adhibenda ſunt medicamenta, quae vim habent deobſtruendi.

Parti inflammatae, non vero ipſis vulneribus imponi poteſt, medicamentum ſequens, lac virginis dictum.

℞. *Fol.tuſſil.flor.ſambuc.*ãã.m.i.coq.in vino cum lytharg.*aceto,ceruſſa myrrha*,poſt coct.filtretur, f.cataplaſma, calide imponitur, tumorem, dolorem, & inflammationem ſedat.

3. *ERYSIPELAS.*

Symptoma periculoſum.

CURATUR.

Aqua flor.ſambuci, theriaca, diaſcordio, quod ſi fluida minus placent, adhibenda ſunt interne antifebrilia.

4. *HAEMORRHAGIA.*

Hoc ſymptoma eſt omnium periculoſiſſimum, quia brevi temporis ſpacio aegrum non ſolum interimit, ſed & impedit, quo minus vulnus poſſit curari.

Huic itaque ſtatim ſuccurrendum, ſed obſervandum, ſi ſanguis non ita large profluat, non ſtatim profluvium eſſe ſiſtendum.

Quum ſanguis valde eſt floridus, magnum vas eſſe ruptum, indicatur, & tunc vulnera utplurimum ſunt lethalia.

Ligatura fortior, in vulneribus gangraenam cauſſatur, quia humorum, & ſanguinis reſtagnatio cohibetur: fieri itaque poteſt, ut ex tali cohibitione gangraena oxoriatur.

CURATIO.

Cauterium potentiale certiſſimum fertur remedium.

Cauterium actuale, eſt ferrum, vel aurum ignitum: quod vulneri admovetur, ſicque cruſta inuritur.

Cauterium potentiale eſt, quando medicamenta adhibentur, quae cruſtam inurendi vim habent, uti ſunt *calx viva, vitriol.* ſed poſt aliquod tempus, ſi cruſta emolliatur, vel per Chirurgũ incautũ detrahitur, tunc ſanguis de novo profluere ſolet.

NB. venae minores debent claudi.

Certiſſimum eſt remedium, ſi vas ruptum digitis comprimatur, donec ſanguinis profluvium ceſſaverit, quod Principi Aureliae in capite vulnerato, auxilio fuit.

Obſ. ligatura in principio debet eſſe fortior, ſed tunc ſaepius debet relaxari, hoc fieri poteſt, ſi imponatur charta luſoria duplicata, ſed relaxato vulnere, vulnus non tangitur, neque crepitus lupi extrahitur, ſed in vulnere relinquitur.

Venae-ſectio quoque convenit, & facit, ut febris impediatur, ſecundo prohibet, ne ſanguis tantam excitet inflammationem.

Obſervandum circa venae-ſectionem ne ſanguis cõtinuo emittatur, ſed per interval-

villa; Chirurgus enim manum venae debet admovere, ut ſic profluvium paullulum ſiſtatur, hocque ſaepius debet fieri.

I N T E R N E.

Exhibenda ſunt medicamenta, quae ſanguinem cohibeant.

E X T E R N E.

Adhiberi poteſt pulvis hicce ſtegnoticus.

℞. *Farin. volat.* unc. ii. *bol. Armen.* unc. i. *gipſ. colophon.* āā. unc. ſem. *ſang. drac.* drach. ii. *alumin. uſt. vitriol. alb.* āā. drach. ii. *calc vivae* unc. i. *pilor. lepor.* drach. ſem. miſc. f. pulv. adhibetur cum albumine ovi.

NB. Colophonium pulveriſatum ſiſtit haemorrhagiam.

Vitriolum alumen calx, habent vim cauſticam, ſuntque potiſſima medicamenta ſtegnotica.

Ex vitriolo paratur liquor quidam famoſus, qui nihil aliud eſt, quam ſolutio vitriol. ſed famam non ſuſtinet, ſiſtit quidem ſanguinem, in vulneribus exterioribus, ſed non internis: ſed hoc remedium non tuto applicatur, ob vim cauſticam, quia fucum ſaltem facit, cruſtaque delapſa, ſanguis iterum profluit, ſolvitur autem vitriol. in aqua pluviali: dicunt etiam ſolvi vitriol. in aq. aluminis, ſed quia volunt per deſtill. parare non procedit, nihil enim per alembicum egreditur de alumine.

I N T E R N E.

Dari poſſunt *pulveres teſtacei, emulſiones cum aq. urticae*, quae hic valde laudatur: tinct. ſulph. vitrioli ad gutt. vii. vel ix. & *opium*, tanquam ſalutis anchora. Obſervandum, ſi opiata velis adhibere, an jamdum magnum ſanguinis profluvium ſit factum, ſi hoc ſit, & poſt uſum opiatorum, oculorum aegri color mutatur, non amplius opiata profunt, ſed nocebunt.

Obſ. Si in dyſenteria opiata adhibuerit, alteroque mane color oculorum aegri eſt mutatus, certe non ſuperabit morbum: ſi autem color immutatus fuerit, indicio eſt, aegrum poſſe reconvaleſcere.

Modus applicandi.

Optimus videtur, ſi medicamenta imponantur cum charta bibula, ſaepius duplicata.

5. *D O L O R.*

Symptoma eſt urgens, oritur autem a medicamentis acribus, & corroſivis adhibitis: item, ſi aliquid vulneri inciderit, nempe pili, fragmenta vitri, pars inſtrumenti cujuſdam, globulus, &c. item, quando pus in vulnere retinetur, quod eſt acre, mordax, hinc exitus ipſi debet parari, item humorum affluxus nimius.

Medicamenta externa.

Anodyna, roſacea, &c.

6. Convulſio, & ſpaſmus.

Si pars aliqua capitis, vel nervea, & membranoſa eſt vulnerata, hoc ſymptomate fere omnes moriuntur.

Curatio externa.

Adhibenda ſunt confortantia, *axungia, pinguia, ol. lavendulae deſtillatum, &c.*

I N T E R N E.

Cinnabarina cum pulvere *Marchionis*, v.g.

℞. *Pulv. Marchion.* unc. ſem. *cinnab. nat.* gr. vi. f. pulv. pro 1. doſi.

℞. *Aq. ceraſ. nigr.* unc. ii.

NB. Aq. ceraſ. nigr. ſaepius debet bibi a vulnerato, convulſionibus obnoxio.

7. *H Y P E R S A R C O S I S.*

Oritur, vel propter victum largiorem, vel ob laudabilem ſanguinis diſpoſitionem.

Videndum autem hic, an ſit caro ſana, an ſpongioſa.

Excreſcit caro ſpongioſa, in vulneribus malignis, venenoſis, & ex oſſium carie.

C V R A T I O.

Alumen *uſtum* vulneri inſpergitur.

Si eſt ex ulcere *mercurius praecipitatus.*

Conveniunt quoque pulv. exſiccantes, ut *ſaccharum*, & ſimilia.

8. Gangraena, & Sphacelus.

Ad gangraenam inſtantem cohibendam, vel praeſentem tollendam, convenit decoctum, quod habet *Timaeus*, & cataplaſma, quod ibidem tradit, vel *epithema contra eryſipelas*, quod exſtat pag. 20. volum. primi, locorum communium, quod vocatur lac virginis.

I N T E R N E.

Conveniunt bezoardica, *pulvis cordialis precioſus*, *&c.*

Res alienae vulneri ſunt eximendae.

Quae vulnus incidunt ſunt, grumi ſanguinis, quae non ſolum dolorem, ſed & inflammationem augent, quae vulneri ſunt eximendae: ſin autem haemorrhagia ſit timenda, ſanguis in vulnere debet relinqui. Item, pili quando ſunt circa vulnus, auferendi, & abradendi, vulnus vino calido eſt abſtergendum: ſi oſſa ſunt fracta, nullibique adhaerent, ſtatim ſunt eximenda: ſin autem firmiter adhuc adhaereant, hoc opus ſoli naturae eſt committendum.

Globus vulneri immiſſus, antequam vulnus obligetur, extrahi debet, certis inſtrumentis, quorum tria genera habet Sturmius: Si globulus uſque ad partem oppoſitam corpus tranſierit, ibique haereat, novum foramen eſt incidendum, per quod globulus poſſit extrahi: alias quidam medicamentis, vi attrahendi praeditis, hoc ſolent efficere: *ſed dubitatur, an talis vis medicamentis poſſit ineſſe*, ſed per talia medicamenta, vulnus nempe dilatantia, globulus ſaepius fuit extractus. Sed optimus pro hoc malo eſt balſamus atque emplaſtrum, novacula.

Modus labia vulneris attrahendi, & in tali ſtatu conſervandi.

Labia vulneris debent conjungi, & in tali ſtatu conſervari, hoc fit ſola ligatura, in vulnere recto: ſed in tranſverſis vulneribus ligatura ſola non ſufficit, ſed adhibenda ſunt medicamenta valde glutinoſa, vel adhibenda eſt ſutura.

Modus vulnera deligandi conſiſtit in eo, ut tempore hyemali longiores faſciae adhibeantur, quam tempore aeſtivo.

Non totum vulnus emplaſtris ſutoriis eſt obligandum, ſed nonnullae partes, hinc plurima fruſtula emplaſtri imponuntur.

Niſi ſumma urgeat neceſſitas, nulla ſutura eſt adhibenda.

M E D I C A M E N T A.

Sufficit reſina pini.

S V T V R A.

Obſ. Quando pars nervoſa eſt vulnerata, ſutura plane nullum habet locum, cavendum etiam, nec acus vulneri profundius indatur.

2. Non totum vulnus ſutura conducendum, ſed tantum aliquae partes; puri enim egreſſus debet relinqui, & foramen, per quod turunda poſſit indi, & eximi.

Turundae in parvis vulneribus non ſunt neceſſariae, in profundioribus non ita profunde ſunt immittendae, ne prohibeant creſcentiam carnis.

M E D I C A M E N T A.

Sint vel digeſtiva, & ſarcotica, ex. gr. *terebinthina*, *gummi elemi*, *balſamus Indicus*, *&c.*

S A R C O T I C A.

Emplaſtrum diapalmae, *Norimbergenſe* ob minium, *ſaturninum Mynſichti.*

E P V L O T I C A.

Adhiberi ſolent *tereb, mel. roſar, gumm. elem, balſ. Ind.*

IN-

I N T E R N E.

Adhiberi ſolent potiones ex regno vegetabili, & animali.

2. Medicamenta ſanguinem alterantia, vulnuſque conſolidantia, quae ſanguinis aeſtum mitigant, & quae habent vim adſtrictoriam, & ſaponariam, quae quo ſimpliciori modo praeſcribuntur, eo fortius juvant, & ſi pauco cum vino coquantur.

I N D O S I.

Fere omnes maximos committunt errores, quod nempe multis utantur potionibus; utendū enim iis cochleatim, in forma aquae cujuſdam, interpoſitis tribus vel 4. horis, ſic melius, & pro palato cura ſuccedet, neque nauſea ſtomacho creabitur: formula talis potionis poterit eſſe.

℞. *Pyrol. virg. aur. artemiſ. bet. rubr.* āā. m. i. hujus pulv. ℞. cochl. 1. coq. cum vini albi menſ. i.

NB. hae ſpecies menſe auguſto debent colligi, in umbra ſiccatae, poſtmodum pulveriſari.

De potionis vulnerariae inſufficientia, vide obſerv. 83. centur. 4. Hildani.

Vel ℞. *Gallitricae ſeu ſanguinar. pirol. vinc. per-vinc. conſ. ſarac. matr. ſylv. ſeu baeder. ſylv. ſanicul. veron. alchimill. baeder. arbor. artem.* āā. m. i. ſem. *alb. grae.* drach. x. coq. cum cereviſia.

Si ſub forma pulveris placet: en habes.

℞. *Lap. cancr. cum ſal. ppt.* f. pulv.

℞. *Aq. veron.*

NB. his potionibus vulnerariis addi debet rad. ſarſaeparill.

Conveniunt etiam certae herbarum ſpecies, certis membris: ex. gr. *betonica* convenit capiti, *fragaria* renibus, *agrimonia* hepati, &c.

Unguenta armaria.

Magnopere laudantur a *Paracelſo, Gabelchovero, Oſvvaldo Crollio,* Polypragm. ſive *Colero*, inter recentiores ſunt *Helmontius*, & poſt hunc *Maxvelli.*

Fundamentum operationis.

Eſt hoc: dicunt ſanguini ineſſe balſamum vitae, & in aëre eſſe ſpiritum mundi; ſi igitur inſtrumentum quoddam, vel linteum aut lignum, ſanguine humano tinctum, ejuſmodi unguentis ungatur, deferri vim iſtam per ſpiritum mundi, ad hominem, cujus ſanguine unctum eſt inſtrumentum, aut aliud quid, eo modo, quo magnes trahat ferrum, citra motum, & quemadmodum felis, ciſtae incluſa, percipitur, quando aliquis hypocauſtum intrat.

Modum applicandi.

Quod attinet, fere in hunc modum procedunt: ſumunt inſtrumentum, quo vulnus eſt inflictum, aut aliud quid, ſanguine vulnerati tinctum, deligationemque, certo impoſito medicamento inſtituunt: obſervant hic etiam an vulnus ſit rectum an obliquum, ſaepiuſque vulnus urina abſtergi jubent.

Ad circumſtantias diſcrepantes.

Si attendamus, & diſcrepantium numerum invenimus, quod (1) non omnia vulnera, niſi laevia poſſint curari hoc remedio. (2) *Fabricius Hildanus* teſtatur, ſi fruſtra ſaepius hoc remedium fuiſſe adhibitum. (3) Auctores in praeparatione medicamenti non conveniunt; quidam enim aliqua omittunt, quidam vero addunt. (4) Quoad tempus etiam non conveniunt, quidam namque dicunt, medicamentum hoc parari debere, ſole exiſtente in libra: quidam vero, ſole exiſtente in leone Alii aliter, formula unguenti talis poteſt eſſe.

℞. *Uſneae* unc. i. *mumiae* unc. ſem. *ping. human.* unc. ii. *ſang. human.* unc. i ſem. *ol. lini* ſerup. ii. *roſac. boli* āā. drach. i. m. f. unguentum.

Solent etiam adhibere pulv. ſympatheticum, quem ſole exiſtente in leone praeparant,

parant, nempe vitriol. calcinatum, quod quidem non ob occultam, ſed manifeſtam aliquam cauſſam juvat; obligatur enim vulnus quoque hocce remedio.

De Vulneribus nervorum, & tendinum.

Omnia acria in vulneribus nervorum debent exulare.

Bontekoe negat vulnera ſeu puncturas nervorum,ſed eſſe tendinum vulnera,refutatur a Muys.

An nervus aliquis plane ſit diſſectus, exinde colligitur: (1) quando vulnus eſt transverſum, praeſertim ubi prope articulum aliquem fuerit inflictum: (2) ubi vulnus haeret in capite, muſculus nervus eſt vulneratus,ſi in cauda,tendo,(3)quando motus, & perceptio perit, nervus eſt vulneratus: quando autem inſignis adeſt dolor, tendo eſt vulnerata, ſeu nervus ad nimium non plane eſt praecisſus.

P R O G N O S I S.

Nervorum vulnera ſunt periculoſiſſima, quia facile putreſcunt: punctura tamen periculoſior eſt ſectione, quia medicamenta nervos non poſſunt attingere, & vulnus admodum eſt anguſtum.

Tendinum vulnera non adeo ſunt periculoſa, ac nervorum vulnera.

Convulſio, in his vulneribus, ut plurimum ſolet eſſe ſignum lethale.

Attendendum ad ſymptomata.

In ejuſmodi vulneribus debet ſupervenire tumor, ſi non adſit, aut ſi adſit, ſubito tamen ceſſet, peſſimum eſt ſignum, quia indicat pus revehi ad cor, vel ad ipſum cerebrum.

Idem judicandum de inflammatione.

Conſideranda quoque eſt conditio puris, quod effluit, ſi ſit ſeroſum, malum eſt tamen: malum quoque ſi ſit lacteum,& glutinoſum: tertio ſi aqueum; hoc enim pus indicat, pravitatem deferri ad cerebrum, indeque facile convulſiones, & epilepſia poſſunt oriri.

C V R A T I O.

Dolor, & inflammationes ante omnia ſunt leniendae, utpote a quibus graviſſima ſolent oriri ſymptomata.

E X T E R N E.

Olea poſſunt adhiberi, quae demulcent, & propter tenuitatem partium facile penetrant,ut *ol.lumbr.terreſtr.ol.lil.albor.ol.vulp.coſt.ol.de caſtoreo.*Paraei experimentum.

℞.*ol.ſtill.terebinth.*unc.i.*ſpir.vin.*drach.i.*camph.*drach.ſem.m.inſtilletur vulneri.

Sylv. commendat quoque *ol.terebinth.* cerumina auris ab Helmontio commendantur *balſ.Indic.ol.ſtill.lavend.laur.ſuccin.*omnibus addi debent *lumb.terreſtr.*

Frigida externe nocent, ut & aër frigidior, medicamenta, tepida nervis calida tendinibus conveniunt: candelis cereis debent uti, non ſebaceis: humida nocent, exſiccantia vero proſunt: vulnus apertum debet ſervari turundis: ſi ſit punctura, ſectio debet inſtitui, quae fieri debet ſub forma crucis.

Conveniunt ſpiritus vini, quamvis ſit acrimonia praeditus, tamen haec acrimonia eſt volatilis, ſubitoque ceſſat: propolis, quod eſt ſpecies pinguedinis,conficiturque inſtar cerae, ab apibus: ol. cerae, ſed hoc prius temperandum cum *gummi elemi*, aut *terebinthina*: *aq.calcis viv.* rite praeparata.

Emplaſtra, & cataplaſmata.

Empl.diapalm.cataplaſmata, quia ſiccant calorem nativum conſervant, putredini reſiſtunt, & gangraenam prohibent: in hunc modum poſſunt praeparari.

℞.*Mic.panis alb.invet.*lib.ii.*fol.ſcordii,rutae* āā.unc.i ſem.*ſummit.abſinth.* drach.i. add. *vini Gallici*,q. ſ. f. cataplaſma.

Cataplaſma hoc tepide applicatur, magnopereque laudatur in puncturis a *Jacobo van Meckern.*

In

In magna putredine ſequens quoque commendatur unguentum.

℞. *Vng.digeſt.tereb.* āā.drach.i. *ung.baſil.*drach.ſem. *pulv.myrrh.* ſcrup.i ſem. *antimon praecipitat.*drach.ſem. *ſpir.abſinth.*gt.viii.

Strenue commendanda, vinum interne non convenit, poteſt eſſe decoctum c.c. vel hordei, vel decoctum pro epilepſia, ſemen coriandri, viſci quercus; a riſu aegri abſtineant, venerem, ceu peſtem fugiant.

Obſ. Quando ſanies in maxima copia profluit, & quando eſt inſtar albuminis ovi quod limicerium vocant, indicatur, ligamenta eſſe diſſecta.

Obſ. Quando magna adeſt inflammatio adhiberi poteſt cataplaſma, cum oxymelide ſimplici, e.gr.

℞. *Farin.volat.hordei pulv.roſar.rubr.chamomill.*āā.q.p. adde *oxymel.cum ol.lumbric.terreſt.*f.cataplaſma.

De vulneribus ſclopetis inflictis.

In hiſce vulneribus non ſolum eſt continui ſolutio, ſed inferunt quoque ſanguinis, & ſpirituum animalium alterationem: adeſt quoque non ſimplex continui ſolutio, ſed globulus aliquid de ſubſtantia ſecum abripit; ſi enim globulus paullulum penetrat, non poteſt dici vulnus ſimplex, quia nervi, & tendines vulnerantur.

DIFFERENTIA.

Haec vulnera, vel ſunt ſine, vel cum oſſium fractura, haec poſteriora ſunt curatu difficiliora.

PROGNOSIS.

Si globulus penetrat cavitatem aliquam inſignem, ut cavitatem thoracis, vulnus eſt periculoſius, quam ſi fuerit in parte quadam carnoſa: porro quae cum oſſium fractura, ſi os vulneribus ſaltem dehiſcit.

In curatione.

Omnibus medicamentis admiſceri debent *ſpir.vini balſ.Indic.*

Ubi magna contuſio, ſtatim ſcarificandum: ubi magna putredo *mercur.praecipitati* tantillum cum mundificantibus miſcendum.

Si empyreuma adſit convenit *crem.calc.viv.cum melle.*

Interne *nitrum, acetum bezoard.tinct.bezoard.diaſcord antim.diaph.*

1. Obſervari debet accurata diaeta, ubi non ſolum eſt habenda ratio victus, quietis, animi paſſionum, ſed & aëris; ſaepius enim aër peculiarem quandam fovet qualitatem: ſic in expugnatione Candiae omnes fere laeſi, ſunt mortui, quamvis vulnera fuerint levia, propter venenatam aëris qualitatem ſanguini Germanorum valde infenſam: ſic comes Waldecenſis, in tibia, granata manuaria leviter vulneratus, eſt mortuus.

2. Omne quod vulnus incidit, debet extrahi, quod fit, vel per attractionem, vel per impulſionem: attractio fit vel inſtrumento, vel medicamento, quod magnes ſolet ingredi: ſed uſus talium medicamentorum, jam fere omnis deſiit, quia magnes pulveriſatus vim ſuam amittit, unde attractio fit manuali operatione inſtrumento aliquo, quod verus eſt magnes, pro globulo extrahendo; quod ſi orificium vulneris valde ſit anguſtum, debet dilatari, quo inſtrumentum commodius indi, globuluſq; extrahi poſſit: ſi etiam fragmenta oſſium adſint dilatatio haec valde eſt neceſſaria: ſi autem globulus uſque ad partem oppoſitam penetraverit, impellendus eſt potius ad eam partem, ibique per novam ſectionem extrahi debet, vel per cauterium potentiale eſt evocandus.

SYMPTOMATA.

Sunt (1) gangraena, (2) haemorrhagia, (3) dolor, (4) tumor.

1. *GANGRAENA.*

Primum ſymptoma, quae ſolet in tres gradus dividi (1) quando in parte laeſa eſt caloris nativi diminutio, colorque ſenſim mutatur in cadaveroſum, hicque voca-

tur

tur gangraena: (2) quando calor eſt emortuus, adeſt livor, foetor, vulnuſque ad contractum eſt frigidum, vocaturque ſphacelus: (3) quando tota pars penitus eſt emortua, vocaturque ſideratio.

C A V S S AE.

Gangraenae, ſunt obſtructio, & ſanguinis in circulum reditus ſufflaminatio; quia ſpiritus valde exagitantur, ſicque membrum illud non amplius poſſunt influere, tandemque hoc modo emoritur.

E X T E R N AE.

Sunt aër frigidior, venenum &c.

Primus gradus gangraenae eſt ſanabilis, ſecundus, & tertius autem ſine amputatione vix poſſunt ſanari.

C V R A T I O.

In gangraena, & ſphacelo initio ſtatim inſtituenda profundior ſcarificatio, hoc facto, pars ſcarificata abluitur *aceto fortiori* calido; corruptus enim ſanguis per ſcarificationem extrahitur, acetum penetrat, obſtructionemque tollit.

Si profundior adeſt putredo, poſt lotionem vulneri debet applicari aqua phagaedenica, cum ſpir. vin. miſta, miſceturque cum tertia parte mercur. ſublimati, juſta enim doſis mercur. ſublimati debet obſervari. Aqua haecce paratur hoc modo.

℞. *Calcis vivae recent.* lib. ii. *aq. pluv.* lib. x.

Stent per triduum, ſaepiuſque agitentur poſtea reſidente in fundo calce, filtrentur, & decantentur: aquae filtratae adde *mercurii ſublim. corroſ. pulv.* unc. i.

Sic color aq. eo momento ex albicante mutatur in flaveſcentem, hoc pulv. in fundo reſidente, aq. in uſum vocatur.

Vel applicatur ſtatim ſpir. vin. in quo unguentum aegyptiacum eſt diſſolutum, vel cataplaſma de quatuor farinis, quod paratur hoc modo.

℞. *Farin. hord. fabar. lupuli, foenu gr.* āā. q. p. adde oxymell. fiat cataplaſma.

Super impoſito fotu ex marrubio, & abſinthio, cum vino coctis, vel prius coquuntur cum aqua, poſtmodum, in fine coctionis additur vinum, ne vinum per coctionem vim ſuam amittat.

Ubi magna adeſt inflammatio, novacula auferatur: ſi vulnus ſit valde ſordidum, fortiora adhibenda ſunt medicamenta, nempe calx viva, cum aqua recenter extincta, poſtmodum areſacta, & pulveriſata, miſcetur cum ſp. vin. & in forma cataplaſmatis, parti imponitur.

Quod ſi videamus, inflammationem non profundius ferri, adhibenda ſunt digeſtiva ex *terebinthina*, *vitello ovi*, & *ol. ovorum* tantillo, linimentum: ſed ſi forte hoc remedium non ſatis exſiccat, nec ſorditiem omnem tollat, adhibendum unguentum ſuppurativum.

Si videmus, vulnus meliorari, nec tantam adeſſe ſorditiem, ſumitur *ung. diapompholygos* ſuperimpoſito *empl. diapalmae*. Sunt, qui tota curatione imponunt aquam calcis vivae, ſed notandum, quod tunc doſis mercur. ſit minuenda, ſufficit pro uſu quotidiano unc. ſem.

Sed quando gangraena ulterius procedit, cogitandum de amputatione, non in ipſa articulatione, ſed paullo ſupra eam: modus operandi deſcribitur a Fabricio, Hildano, & Sculteto.

2. H AE M O R R H A G I A.

Quum ſanguis, vitae theſaurus, largius profluit.

Triplici modo ſolet inhiberi.

1. Immiſſa turunda ex crepito lupi, vel ſpongia.

2. per ligaturam arctiorem, quae priora duo locum habent in vulneribus parvioribus.

3. Per cauterium actuale, vel potentiale.

Li-

Ligatura eſt minus tuta, hinc ad cauteria eſt confugiendum: Galli utuntur vitriol. albo, cum albumine ovi, cum bombyce, ſeu charta emporetica, vulneri intruſo.

Pulvis ſympatheticus etiam poteſt adhibere: ex. gr.

℞. *Vitriol.cyprin.part.*ii.*tragacanth.part.*i. contuſ.immittantur vitro,exponantur radiis ſolaribus, per totum dierum canicularium curriculum,poſt in ſubtiliſſimum redigantur pulverem.

Quod ſi nec haec remedia ſufficiant, confugiendum ad cauteria actualia.

Aliqui dicunt, vulnera ſclopetorum non tantum ſanguinis emittere, ac alia vulnera, propter uſtionem, quod quidem verum, ſi ille, qui vulnus inflixit, prope adſtitit vulnerato, alias non convenit cum experientia; globuli enim non ſunt calidi, multo minus igniti, ſed impetu agunt: hinc vulnera,ſagitta inflicta, non adeo ſunt periculoſa, ac vulnera globulis inflicta, & haec res uſque adeo eſt evidens, ut globulus, e cera confectus, & bombardae immiſſus, non liqueſcat, ſed ſi cera fuerit exſiccata, penetrat aſſerem.

Rurſus, ſi globulus in acervum pulveris pyrii emittatur, pulvis iſte non accenditur, niſi globulus corpus aliquod durum feriat, indeque ignem eliciat.

Illa nigredo, quae percipitur, provenit non ab ambuſtione,ſed a contuſione:hinc inter vanitates ſunt habenda illa verba, quae a nonnullis pro arcanis habentur contra ambuſtionem.

Neque vulnera haec proprie ſunt venenata, ſed laeſio fit ſecundum minimas particulas, majorque impetus hic eſt,quam in punctura vel ictu.

3. DOLOR.

A quacunque etiam cauſſa proveniat, demulcent olea, ut, *ol.chamomill. ol. hyperic.cum ſp.vini*, vel cataplaſma, ex gr.

℞. *Fulig.ſplend.*unc.ſem.*vitell.ovi,ol.hyperic.ſp.vini* āā.q.ſ.m.f.cataplaſma.

Quia autem major eſt contuſio, non debent habere vim humectandi, ſed exſiccandi potius medicamenta uſitatoria ſunt ſequentia.

1. Digeſtiva, ex *terebinthina,ſp.vini, vitello ovi,& ol. ovorum*: elapſis aliquot diebus, adde *aloës, myrrh,* āā. q.p. tandem ubi magna adeſt putredo, adde *praecipitati rubri* drach.i. ad unc.i. unguenti praecedentis: quoties digeſtiva vulneri induntur, debet lavari ſp.vini. De aqua phagedaenica dictum ſupra.

Si os quoddam ſit carioſum, *tinct.aloës compoſita*, vel

℞.*Sp.vini* lib.i.*aloës* drach.ii.*myrrh.ſacch.cand.*āā.unc.i.

Stent in digeſtione, in cineribus calidis per 12.horas.

NB. Si ſp.vini non ſit ad manus, ſpir. frumenti optimus poteſt adhiberi.

Si vulnus degeneret in ulcus,ſaepius per ſyringam ſequens aqua eſt immittenda.

℞.*Aq.pluv.*lib.iii. infund. *herb.matric.vinc. per vinc. ſanic.prunell. hyperic. bugloſſ.* āā.m.i. *rad. ariſtol.rot.*drach.ii. coquantur ad partem tertiam, adde ſp.vini, vel aq. v.t.part.iii. ulcera egregie quoque mundificat ol.ex ſucco apii.

Ad carnem abſumendam,adhibetur alumen,vel ſolum,vel cum *Mercur.praecipit.*

Inter emplaſtra commendantur,empl.diapalmae,de minio,ſtypticum Crollii.

De vulneribus venenatis.

Sunt venenata, non reſpectu ſui, ſed reſpectu injectionis, quando inſtrumentum fuit tinctum veneno, vel ab animali venenato vulnus fuit inflictum.

SIGNA.

Sunt tumor, dolor, inflammatio, delirium, convulſio: quando color mutatur, accedunt graviora ſymptomata, praeter manifeſtam aliquam rationem.

Haec vulnera ſunt periculoſiſſima, quia venenum miſcetur ſanguini, ſicque ad cor defertur.

Digitized by Google

C U R A T I O.

Venenum ante omnia debet extrahi, cucurbita, aut cauterio actuali, quod omnibus palmam eripit; ſi autem ob nervos vulneri ipſi non poſſit adhiberi, adhibendum tamen eſt in parte vicina. Purgatio, & venae-ſectio nocent.

I N T E R N E.

Conveniunt ſudorifera, cordi imprimis quoque eſt proſpiciendum, *malum citrinum, ſal. viperarum, bezoar. diaſcordium, tinctur. bezoardica*; regioni cordis debet imponi, ol. ſcorpionum, vel magnum Matthioli.

De vulneribus particularibus.

In capite ſutura per acum non habet locum ubi pericranium eſt laeſum, ob ſenſum exquiſitum, nocent pinguia, ob acidum, proſunt exſiccantia.

Meninges eſſe laeſas, conjicitur ex largiori haemorrhagia, hinc quando ſanguis largius profluit, indicatur, meninges eſſe laeſas.

Vitanda hic venus & ira, quia cerebrum admodum commovent; leviſſima etiam vulnera capitis praeſertim circa ſuturas, per quas multa vaſa tranſeunt, pro magnis habenda.

Vulnera faciei.

Per ſuturam non debent curari, ſed per emplaſtrum conglutinans. Muys commendat emplaſtrum baſilicum.

In oculorum vulneribus.

A pinguioribus eſt abſtinendum, ſanus oculus aeque ac ſauciatus, debet deligari. Laudatur a nonnullis lac muliebre, ſed quia facile aceſcit, non prodeſt.

P U L M O N E S.

Eſſe laeſos, conjicitur, ex difficili reſpiratione, & ſputo cruento.

Vulnera abdominis.

Si inteſtina fuerint collapſa, & ſauciata, ſutura debet inſtitui in craſſioribus, ſed quia ſtatim inteſtina ab aëre alterantur, ablui debent ſpir. vin. vel vino calido.

Si portio aliqua lienis, vel hepatis putrefactae ex vulnere expendeat, debet praeſcindi.

C A S U S I.

Vulneratus fuit quidam, in metatarſo pedis, a ferro decidente, ibidemque vulnus infligente, ſimulque oſſa ſubjecta laedente.

C O N S I D E R A N D A E.

Hic primo qualitates vulnerum, quod nempe vulnus hocce ſit compoſitum, quia os non poteſt laedi, niſi ſimul nervi, & tendines laedantur.

S Y M P T O M A T A.

Quae jam adſunt, vel inſtant, ſunt (1) dolor, qui erit exquiſitiſſimus, quia nervi, & tendines non plane ſunt praeciſi. (2) inflammatio, (3) febris, & ſpaſmus, (4) convulſio, tandemque (5) gangraena.

P R O G N O S I S.

Tale vulnus admodum eſt periculoſum, (1) quia nervi, & tendines ſunt laeſi, (2) propter contuſionem; nervi enim contuſi difficulter ſuppurantur: ſemel autem ſuppuratis difficillime iterum ſiſtitur ſuppuratio, ſicque vulnera haec abeunt in apoſtemata, & ulcera maligna.

C U R A T I O.

In omnibus vulneribus urgentiſſimum ſymptoma eſt haemorrhagia, quae hic non adeſt, adeoque hoc vulnus facile poteſt deligari, ante omnia eſt abluendum, & a ſanguine coagulato depurandum.

Hoc facto, digeſtivum aliquod vulneri eſt inſtillandum, ad promovendam ſuppurationem, hocque digeſtivum debet eſſe calidum, quia adſunt nervi, & tendines; frigida enim nervis, tendinibus, & oſſibus ſunt inimica, ut aër frigidior.

Hoc

Digitized by Google

Hoc facto, imponendum emplaſtrum digeſtivum.

℞. *Tereb.Ven.*unc.ſem. *gumm.elem.* drach.ii. *balſ.Peruv.*drach.ſem. *ol.cerae* ſcrup. ſem. *ol.hyperic.*q.ſ. m.f.linimentum.

Primis diebus imponi debet emplaſtrum ſtypticum.

Facta ſuppuratione, digeſtivum debet mutari, & miſceri cum mundificantibus, qualia ſunt: *ſpir.vin. mel.roſ. ung. aegypt.* vulnus hoc ad minimum ter de die debet deligari.

℞. *Digeſt.*ſupradict.add.*ung.aegypt.*drach.i.ſem.miſ.

Si partes adſint jam cadaveriſatae, debent removeri, quo citius hoc fit, curatio eo melius procedit: ſi maxima adſit putredo, adhiberi poteſt.

℞. *Unguent.digeſt. Mercur.praecipit.rubr.*drach.ſem.miſ.

Sed, ut ipſis ſymptomatibus obveniamus, integer pes *ol.lumbric.* eſt inungendus, vel etiam *ol.roſar.* & ſupra, & infra vulnus imponi debet *emplaſtrum diapalmae*, ceu digeſtivum quoddam egregium.

Dum fit ſuppuratio, metuenda febris ſymptomatica, quia multae partes contuſae adſunt.

P R O G N O S I S.

Si corpus ſit cacochymicum, tunc febris talis poteſt fieri lethalis, quia ſuperveniente ſpaſmo, aeger ſubito poteſt extingui.

Ex ſtatu vulneris indicatur, febrem eſſe lethalem, ſi nempe vulnus valde eſt exſiccatum, partes flaccent, color eſt lividus.

C V R A T I O.

Febris eſt tollenda, per ſudorifera, & diaphoretica, non per purgantia.

℞. *Aq.flor.ſambuc.card.bened.*āā.unc.i.*ſpir.theriac.camph.*drach.ſem.*diaſcord.* drach.ſem. miſc.

Pulvis, qui ſine perceptione notabili ſanguinem mundificat.

℞. *C.c.ſ igne ppt.*ſcrup.i.*cinnab.antim.vel nat.*gr.v.m.f.pulv.

℞. *Aq fumar.* unc.i ſem.ſum.cum pulv.

℞. *Bezoar.orient.*gr.vi.*cinnab.nativ.* gr.iii. *myrrh.* gr.i.*ſal.volat.c.c.* gr.ii.m. f.pulv. ſum. ut ante.

℞. *Tinct.antim.ex regul.*unc.i ſem. doſ.gt.xxv.

℞. *Aq. fumar.* unc.iii.inſtilletur tinct.& ſum.

Ad vulnus cicatrice obducendum, convenit *empl.diacalcyt.* valde exſiccans.

Suppuratio fit ante diem 4.

C A S U S 2.

Si in eadem parte, vulnus tranſverſim gladio fuerit inflictum, ideoque ob obliquitatem plurimi nervi, & tendines fuerint abſciſſi.

P R O G N O S I S.

Tunc vulnus eſt periculoſiſſimum, ob nervorum, & tendinum copiam, timendum quoque partem eam ad motum futuram inutilem.

C V R A T I O.

Multum hic ſitum erit in legitima deligatione, & ut pes convenienti ſitu conſervetur.

Labia ejuſmodi vulneris per ſuturam non ſunt adducenda, quoniam nervi nullam patiantur ſuturam: & quia magnam puris copiam eructant: vulnus enim debet ſervari apertum, digeſtivum, calide ſatis, vulneri eſt adhibendum; vulnus aëri haud diu debet exponi, alias adhiberi poſſunt medicamenta, in primo caſu praeſcripta.

C A S U S 3.

Exponitur graviter in humero vulneratus acinace, & quidem tranſverſim, Medicus & Chirurgus accerſuntur, reperiuntque magnum hiatum, & quod labia a ſe admodum receſſerint.

Digitized by Google

P R O G N O S I S.

Vulnus hoc admodum eſt periculoſum, quia eſt in parte excarni, cui multi nervi, & tendines ſubjacent.

C V R A T I O.

Haemorrhagia eſt ſiſtenda, vulnuſque vino lavandum, inditis ſtypticis, labia vulneris ſunt adducenda, ad quod ſolum emplaſtrum glutinoſum non ſufficit, ſed in medio vulneris ſutura eſt inſtituenda, & in fine emplaſtra glutinoſa ſunt adhibenda, quae filo inter ſe debent conjungi.

Brachium eſt attollendum, ideoque ſub axillis lintea duplicata ſunt geſtanda.

Sympromatibus naturae eſt ſuccurrendum, medicamentis defenſivis, quia pars vulnerata thoraci eſt proxima: hinc in thorace ſolent oriri dolor, tumor, inflammatio, &c. adeoque thorax cum toto brachio inungi debet *ol. ſpicae, ol. chamomill. ol. roſar. ol. lumbricorum*, partibus vicinis ſuperimpoſito emplaſtro ex *gummi elemis* ex. gr.

℞. *Gumm. elem.* unc. i ſem. *maſtic.* drach. vi. *reſin. pin.* unc. ſem. *colophon.* drach. v. *ol. roſar.* unc. ii ſem. *tereb. optim.* unc. ii. *ſucci beton. capriſ.* ãã. lib. ſem. vel unc. iv. coq. ad ſuccor. conſumtion. adde *cerae tantillum.* fiat emplaſtrum.

Egregium hoc eſt emplaſtrum defenſivum, atque cephalicum.

℞. *Empl. gumm. elem. nervin. diapalm* ãã. unc. ſem. miſc. adde *ol. lumbric.* detur ut emplaſtrum, defenſivum pro pectore, & cubito.

Sed quum pars haecce vulnerata vicina ſit ſpinae dorſi, haec inungi debet ſequenti unguento.

℞. *Vng. ſpaſm. Mynſicht.* unc. i. *ol. lumbric. vulp.* ãã. unc. ſem. miſc.

Sed, ſi larga haemorrhagia non adſit, digeſtiva vulneri ſtatim debent indi, ex iis quae jamdum deſcripta ſunt.

Facta ſuppuratione, exſiccantia ſunt adhibenda.

Ipſi vulneri imponi debet *emplaſtrum diapalmae*, vel *ſtypticum Crollii*.

℞. *Terr. vitriol. dulc.* unc. ſem. *ol. hyperic. cerae* ãã. q. ſ. miſc. f. emplaſtrum ſtypticum.

Saepius circa articulationem oritur dolor, ſequitur tumor, citra manifeſtam aliquam rationem, quod malum eſt ſignum, quia indicat, nervum aliquem eſſe valde laeſum, tunc epithema aliquod eſt adhibendum, quod vim adhibeat reſolvendi, & diſcutiendi, ut *lac virginis*, vel, *olibanum, myrrha, lithargyrium*, coquenda cum vino, & parti quae dolet imponenda: vel epithema ex *Zwoelffero*.

C A S V S 4.

Vulnus in cubito punctim inflictum, ſanguis cum impetu profluit, ex quo cognoſcitur, arteriam eſſe laeſam.

Hic haemorrhagia primum eſt ſiſtenda, medicamentis ſtypticis, vulnuſque dilatandum.

Brachium eſt elevandum, retro vulnus locus eſt quaerendus, ubi ſit arteria, quo loco bene notato imponi debet pulviſculum, cum arctiori ligatione.

Adhibendus eſt liquor quidam ſtypticus, ſi adſit, vel pulvis ſtegnoticus, ſupra praeſcriptus, cum albumine ovi.

Immittenda turunda, quae tamen arteriam non debet attingere.

Generoſum remedium internum, nempe venae-ſectio in parte oppoſita debet adhiberi.

Obſervanda hic veniunt, quae ſaepius ſunt monita, vulnus, ſi larga fuerit haemorrhagia, ante biduum non eſt deligandum, in detectione obſervandum, ne ſtegnoticum plane, vel etiam vi quadam eximatur, alias haemorrhagia recrudeſcit; relicto medicamento ſtegnotico, inditur digeſtivum, ad puris generationem promovendam, quod hic debet eſſe liquidum ſatis, praeparatum cum ol. cerae, quod maximam in puncturis habet efficaciam.

C 4.

C A S U S 5.

In amputatione manus, haemorrhagia eſt ſiſtenda, cauterio actuali, vaſaque majora aduri debent ferro ignito, ſtypticumque ſtatim eſt applicandum, cum albumine ovi, ſuper impoſita veſica ſuilla madefacta: pro prima deligatione hoc ſufficit. Trunco imponitur defenſivum, pro affluxu ſpirituum impediendo, quod eſſe poteſt, decoctum adſtringens cum vino rubro; vel epithema ex *bolo*, cum *albumine ovi*, & *alumine*.

Poſt triduum tollitur ligatura, tumque illa cruſta, a cauterio facta non debet removeri.

Oſſium, & nervorum habenda eſt ratio, unguento digeſtivo ſuperimpoſito, vulnuſque priori modo debet deligari, emplaſtrum imponi debet magis exſiccans.

In tertia deligatione imponitur pulv. exſiccans, ex *rad. irid. croco Martis*, *ceruſſa, c. c.*

C A S U S 6.

In apice digiti infixa fuit ſpina, cujus aliqua pars intus remanſit, hic eſt metuendus dolor, extendens ſe per totum brachium, inflammatio, tumor convulſio, delirium, tandemque mors.

Vulnus dilatandum primo, exiguaque turunda immittenda, ne novus cauſetur dolor.

Si ſpina extrahi poſſit, ante omnia erit extrahenda, extracta ſpina medicamentum digeſtivum fluidum vulneri eſt immittendum, v.g.

℞. *ol. cerae* drach. ſem. *juniperi* drach. i. *aq. theriac.* drach. ii. *vitae* drach. iii. *ol. ovorum* ſcrup. ſem. miſc. calide imponendum.

Cataplaſma ex micis panis, ſupra deſcriptum toti manui eſt imponendum.

Vulnus ſecundum lineam rectam eſt dilatandum ſi commode fieri poſſit.

Digeſtivum dilui poteſt cum ol. vel aq. theriac. deinde cataplaſma eſt imponendũ, vel emplaſtrum diapalmae, puri exitus parari debet, his factis, apparet demum quale ſit vulnus.

Hinc imponendum digeſtivum, exſiccans, & mundificans ſequens.

℞. *Ol. ovor. opt.* unc. ſem. *tereb.* drach. ii. *reſin.* unc. ſem. *vitriol. alb.* drach. ii. *maſtic. myrrh.* ãã. drach. iii. *ceruſſ.* drach. i. *oliban.* drach. ii. *camphor.* drach. iii. f. l. a. unguentum. digeſtivum, in ulceribus, & vulneribus nervorum.

Tali digeſtivo uti poteſt in omnibus vulneribus nervorum, quia abſumit humiditatem.

Vulnera thoracis.

Vulnera, ſi penetrant ad cavitatem abdominis, facile cognoſcere poſſumus 1. ex ſitu, in quo aeger fuit laeſus, 2. ex ſymptomatibus, 3. ex ſanguine, aliiſque excretis.

Cognoſcitur inteſtina eſſe laeſa, 1. ex loco affecto, 2. ex gravitate ſymptomatum, quae ſunt: animi deliquium, anxietates, inquietudo, convulſio, febris: 3. ab excretis per vulnus, quando autem vulnus adeo eſt exiguum, ut excreta non poſſint exinde exire, Chirurgus turundam extractam naribus debet admovere, & odorare an excrementorum odor poſſit percipi.

Poteſt autem cavitas abdominis transfodi, citra ullam inteſtinorum laeſionem, quando inteſtina ſunt vacua, nec flatibus turgent, quod etiam poteſt fieri, ſi attendatur, an oblique vulnus fuerit inflictum, ſi hoc, non facile laeduntur inteſtina.

Poteſt hoc idem cognoſci, ab excreto ſanguine per alvum & vomitum, hinc clyſter injectus inſpici debet an aliquid cruoris ſecum vehat.

Vulnera abdomini inflicta, vel egrediuntur ab altera parte, vel ſunt lateralia, quae ſunt periculoſiora.

Vulnera a tergo ſunt periculoſiora, quam in parte antica.

Vulnera lateralia, quae circa coſtas infliguntur, ſunt periculoſiora, quam circa anteriorem partem, quia perioſtium laeſum, facile in conſenſum trahit pleuram,

hinc-

hincque facile pleuritis ſolet ſupervenire: metuendum quoque, ne pus colligatur, & detineatur inter pleuram & muſculos coſtales, quod pus, ſi in cavitatem erumpat, lethalem inferre poteſt morbum.

Vulnera, quae a tergo infliguntur, quo propiora ſunt ſpinali medullae, eo periculoſiora.

Poſſibile quoque eſt, ut globulus, gladius, penetret thoracem, citra pulmonum, laeſionem, ſi ſcilicet fit in exſpiratione, ubi contrahuntur pulmones.

Quando vulnus aliquod magnum penetrat uſque in cavitatem, ex haemorrhagia largiori poſſum conjicere, pulmones, vel vas aliquod magnum eſſe laeſum: ſi autem vulnus punctim eſt inflictum, tunc ſanguis cum tuſſi rejicitur, percipiturque reſpirandi difficultas; ſuccedit febris, dolor pectoris, inflammatio pulmonum, tandemque mors.

Magnam in cavitate pulmonum fieri putrefactionem, conjicitur ex anhelitus foetore, ut & ex foetore turundae extractae: in tali vulnere ſanguini exitus debet parari, per decubitum aegri in vulnus, nareſque & os debet claudi, quo eo melius exeat ſanguis. ſi autem vulnus non ſit ſatis amplum, indita cannula, ſanguini debet parari exitus; quoniam autem ſanguis extravaſatus ſtatim grumeſcit, injectiones quoque debent inſtitui: ubi obſervandum, quod ab omnibus acrioribus atque acidis, pectori admodum inimicis, ſit abſtinendum.

Venae-ſectio in vulneribus pectoris nunquam debet intermitti, quia vena illa, quae ſecatur parti vulneratae eſt vicina, praecaveatur itaque pleuritis, reſpiratio ſit liberior, & inflammatio inhibeatur.

Nec ſudorifera hic ſunt omittenda, quia ſanguinem grumoſum diſſolvunt, & praecavent pleuritidem: e contra purgantia ſunt fugienda, quia in morbis pectoris ne hilum quidem proficiunt.

Hinc Chirurgus vocatus deligato vulnere venae-ſectio inſtituat: Medicus interea cardiacum, quod ſimul ſanguinem grumoſum diſſolvit, praeſcribat: ex.gr.

℞.*Aq.cherefol.card.bened.veronic.card.Mar.*ãã.unc.i ſem.*acet.deſt.*drach.i.*lap.cancr.ppt.*drach.i.*antim.diaph.*drach.ſem.*ſirup.haed.terreſtr.*unc.i. miſ.

Vel, ſi maxima adſit reſpirandi difficultas, atque anguſtia, ex.gr.

℞.*Sperm.cet.*drach.i.ſum.cum cerevíſia calida.

Statim fieri debet clyſteris injectio, ex gr.

℞.*Rad.mal.alth.*ãã.drach.iii.*herb.violar.endiv.*m.i. *flor.ſambuc.chamomill.*ã. p. i. coq.colat.℞.lib.i. adde, *ol.lini recent.ſol.nuc.*ãã.unc.i.*vitellum ovi*, *ſal.tartari* drach. ſem.miſc.f.enema.

Elapſis jam aliquot diebus, commendanda ſunt diaphoretica, ex.gr.

℞. *Corall.ppt.*gr.xv.*unicorn.ver.*gr.vi.*antim.diaph.*gr.xii.f.pulv.

℞. *Aq.veron.*unc.i ſem.ſum.cum pulv.

Interea tuſſis aegrum valde torquet, accedit febris, cum dolore pectoris pungitivo, tuſſis exiſtit propter irritationem, febris eſt a ſanguine putreſcente; cujus effluvia turbant miſtionem ſanguinis, tum, ſi aeger ferre poſſit, venae-ſectio eſt reiteranda, eademque conveniunt, quae in pleuritide; aegerque in thorace aliter non tractari debet, quam pleuriticus: ſanguis putrefactus per expectorationem debet removeri, adhiberique ſimul debent refrigerantia: ex gr.

℞.*Aq.papav.errat.card.Mar.*ãã.unc.i ſem.*c.c.citr.veron.chaeref.*ãã.unc.i.*conf.alkerm.* drach.ſem.*ſirup.violar.papav.errat.* ãã.unc.ſem.*ſpir.ſulph.*gt.vii.miſc.

Neceſſariae quoque erunt potiones vulnerariae, quae refrigerant: ex.gr.

℞.*Hordei* p.i.*raſ.c.c.*drach.iii.*rad.liquir.chinae* ãã.drach.ii.*rad.farfar.enul.*ãã.drach.i.*herb.hed.terreſtr.pulmonar.fypol.veron.* ãã.m.i. *paſſul.minor.* unc.i. coq. cum aq. fontan.colat.℞.lib iii.add. *ſirup.de jujub.viol.*ãã.unc.i ſem.miſc.

Externe praeter defenſiva, ſupra poſita, imponi debet fomentum, ex gr.

℞.*Fl.*

Digitized by Google

℞. Flor. chamom. ſambuc. melilot. āā. m. ſem. *ſummit. aneth. herb. origan.* āā. m. i. *ſem. lini ſoenu. graec.* āā. unc. ſem. inciſa groſſe, f. foment.

Si vulnus autem totam cavitatem penetraverit, & in tergo ſit exitus, utrique orificio immittenda turunda, parata ex empl. ſtyptico, quam iningunt digeſtivo aliquo ſicque immittenda.

Ejuſmodi vulnera, utplurimum ſunt lethalia, moriunturque aegri circa diem 7. 11. 14.

Aërem ceu peſtem, & venenum debent fugere: hinc, quoties vulnus aperitur, ſacculus calidus ex herbis vulnerariis, cum vino coctus, iterumque expreſſus interea debet imponi.

Si ex humorum affluxu intus pus fuerit collectum, in interſtitiis coſtarum interiorum vulnere ad cavitatem uſque non penetrante, veſicatorium, vel cauterium eſt adhibendum, vel ſi fortius ſit, lanceola puri exitus eſt parandus.

De Vulneribus capitis.

In capite laeduntur, 1. cutis, 2. muſculi, 3. pericranium, 4. cranium, 5. meninges 6. denique ipſa cerebri ſubſtantia.

SYMPTOMATA.

Vulnerum in capite ſequentia ſunt: 1. *haemorrhagia*, 2. *dolor*, 3. *tumor*, 4. *inflammatio*, 5. *convulſio*, 6. *ſpaſmus*, 7. *epilepſia*, 8. *gangraena*, 9. *ſopor*, 10. *vomitus*, 11. *delirium*, 12. *phrenitis*, 13. *paralyſis*, 14. *ſtupor*, 15. *apoplexia*.

NOCENTIA.

Sunt frigida, ut aër frigidus &c. ira, vinum, omniaque calida.

DIFFERENTIAE.

Vulnera haecce vel ſunt tantum ſuperficialia, vel profundiora: haec, vel ſunt cum vel ſine cranii laeſione: cum cranii ſubſidentia, vel abſque ea: cum meningum & cerebri laeſione, vel ſine ea.

Generaliora remedia.

Quae in omnibus capitis vulneribus conveniunt ſunt venae-ſectio, clyſteres.

Specifica interna.

Pulvis Marchionis, cum cinnabari, cranium humanum, cum cinnabari.

Aq. deſtillatae.

Aq. ceraſ. nigr. aq. flor. tiliae, aq. fl. poeon. aq. lil. convall. addi quoque poſſunt aq. cephal *aq. hirundin. aq. epilept. Langii* quae eſt inſtar omnium.

Externa ſunt.

Styptica, digeſtiva, mundificantia, empl. de betonica, quod inſtar omnium eſt.

MENINGIBUS.

Sunt dicata ſequentia: *mel roſarum, aq. vitae, aq. theriacalis.*

CASUS 7.

Si quis vulneratus fractura cranii Chirurgo curandus tradetur: vulnus 1. eſt mundificandum, pilique prope adſtantes abradendi.

Vulnera illa caute ſunt examinanda, ne meninges imprudenter laedantur.

Prioribus diebus cognoſci poteſt, ſanguinem extravaſatum reſtagnare intra cranium & meninges, exinde, quando aeger conqueritur de dolore gravativo, ſubſequentibus diebus accedit inflammatio, febris, delirium.

Vulnere mundificato fracturae oſſium, quae meninges premunt, ſunt eximendae, ſi commode citra meningum laeſionem fieri poſſit; ſi ad meninges deveniri poſſit imponendum eſt *mel roſarum*, cum *aqua vitae* tantillo, a cujus uſu nonnulli abſtinent, donec videant, magnam adeſſe putredinem: ſi ex foramine ſanguis non poſſit effluere, neque etiam pus, elici debet per trepanationem.

De Trepanatione.

Quaer. an in principio trepanatio ſit inſtituenda? Reſp. ſi facta ſit magna percuſ-

cuſſio. vulnuſque admodum ſit profundum, ſi adſit ſopor, ſtupor, & paralyſis, tunc utique trepanatio ſtatim eſt inſtituenda, ſaepius quoque latent fragmenta oſſium, inter cranium & meninges, quae nonniſi per trepanationem poſſunt extrahi.

Sunt, qui trepanationem plane rejiciunt, dicentes 1. duram matrem firmiter adhaerere capitis cranio, eamque circa periculum mortis laedi non poſſe. 2. Si aliquid debeat eximi, fit laceratio vaſorum. 3. Meninges facile poſſunt laedi. ℞. Hic caute eſſe agendum.

In fractura oſſis, ubi non eſt metus graviorum ſymptomatum, nulla inſtituitur trepanatio.

Trepanationem pro voto ſucceſſiſſe, conjicitur exinde, ſi ex vulnere, per trepanum facto, pus vel ſanguis effluit.

Quando ſanguis extravaſatus latet inter piam, & duram matrem, tunc ſanguis per trepanationem non poteſt elici, neque trepanum hic ullum habet uſum, ſed ut Medicus famae ſatisfaciat, & ne videamur aliquid omiſiſſe, utique inſtituenda eſt trepanatio: hoc idem reſponderi poteſt, quando objiciunt, locum, ubi ſanguis extravaſatus lateat, eſſe incertum.

Quando cranium non eſt fractum, magna tamen facta eſt percuſſio, tum in principio nulla inſtituenda eſt trepanatio, & ſi nulla adſint graviora ſymptomata, ſed tum demum eſt inſtituenda, quando ſanguis extravaſatus incipit putreſcere.

In ipſa operatione auribus indere ſolent bombycem, ne ſtrepitus ab aegro audiatur: videndum quoq; utrum vulnus ſatis ſit apertum, niſi hoc, fiſſura debet dilatari.

R E M E D I A.

Potiones vulnerariae ſunt exhibendae.

℞. *Herb. chaeref. beton. verben.* āā. m. i. *flor. hyperic. primul. ver. lilior. convall. anthoſ. ſalviae* āā. p. i. *rad. ariſt. rot. poeon.* āā. unc. i. coq. in aq. fontan. colat. ℞. lib. ii. adde *ſirup. de beton.* unc. ii. ſpir. vitriol. gr. xv.

℞. *Pulv. March. ſpecif. cephal. D. Mich.* āā. ſcrup. ſem. f. pulv.

NB. Hoc bis de die dari debet.

Si laudanum opiat. velis adhibere, in minima fieri debet copia, mallem tamen ſuadere emulſiones cinnabarin. pulverem Marchionis.

NB. *Obſervatum fuit hactenus, omnes in capite graviter vulneratos, ſi lumen vel candelam ferre non potuerunt, fuiſſe mortuos.*

Sanguinem extravaſatum contineri ſub dura matre, & ipſa cerebri ſubſtantia, indicatur paralyſi, & apoplexia.

Totum arcanum conſiſtit in attentione admodum percuſſionis, ad partem affectam, & ſymptomata, jamque his probe conſideratis, medicamenta antea laudata adhibeas, ne poſt mortem cauſſa mortis redundet in Medicum, probeque perpendas, an trepanatio ſit neceſſaria.

Si ſanguis e naribus, & auribus poſt acceptam plagam effluat, malum eſt ſignum, quoniam indicat, maximam factam eſſe percuſſionem.

De Ulceribus.

Ulcera cum vulneribus conſentiunt, quoad continui ſolutionem, diſſentiunt, quoad humorem acrem, qui continui ſolutionem efficit.

P R O G N O S I S.

Ulcera longius ſerpentia, parteſque vicinas exedentia plus alunt periculi, quam ſimplicia. quae cum carie oſſium periculoſiora ſunt, quam abſque ea. Ulcera, quae poſt variolas remanent, curatu ſunt difficillima: ulcera diuturna non abſque peri-

cu-

culo ſanantur, quia habentur pro fonticulis, quae difficiliter curantur.

C A U S S AE.

Sunt humor acris, corroſivus, plus minus dilutus, videmus enim magis fluidum, & viſcidum, hicque oriuntur ulcera ſicca maligna, aliaque genera: cauſſae ortum trahunt ab humore, a ſanguine & lymph i ſuppeditato, vel a ſanguine, & lympha in ipſo ulcere demum corrupto, & nato; in ea enim parte haeret acrimonia, quae ſanguini delata malignitatem infert: hinc haec ulcera difficillime curantur, quia malignitas non inhaeret ſanguini.

C U R A T I O.

Purgationes, & venae-ſectio aliquando conveniunt, quando nempe humores vitioſi a ſanguine tranſmittuntur; purgantia conſtare debent ex melanagogis, ex. gr.

℞. *Extr. belleb nigr.* gr. vi. *cathartic.* gr. viii. *Mercur. dulcif.* gr. i. *reſin. jalap. oleo ſuball.* gr. vii. *ol. cinnamom* gt. i. *cum tinct. antimonii.* f. pil. n. xv. deaurent. f.

NB. Mercur. dulcificatus omnibus catharticis addi debet.

Si per aliquot dies continuare velimus purgationes, ſolemus uti vino medicato, quae in ſcabie quoque ſunt uſitata: ex. gr.

℞. *Rad. apii, rub. tinct ariſtol. rot.* āā. drach. iii. *herb. fumar. rut. murar. cetarach. hepat. nobil.* āā. m. ſem *flor. cētaur. minor.* p. ii *fol. ſēnae* unc. i ſem. *rhabarb. agaric.* āā. unc. ſem. *mechoacan.* drach. ii. *turbith gummo.* drach. ii. *fibr. belleb. nigr. ppt.* drach. i ſem. *crem. tart.* drach. i. *cinnamom. macis, nuc. moſch.* āā. drach. ſem. *ſem. card.* unc. i. *paſſul. minor.* unc. i. ſem. incıſ. & cont. groſſe, dentur ad nodum.

Affundatur per noctem aq. ſabror. vel chalybeata, calida, mane admiſceatur vini m. ſem. ſtent ſpatio 24. horarum, utatur ſingulis mane ad vitrum.

Venae-ſectio utique erit neceſſaria, niſi ſanguis admodum ſit acris, hinc in cancro exulcerato venae-ſectio non convenit.

Si magnus adſit ardor, convenit *ſaccharum Saturni*, quod non ſatis poteſt laudari.

Si adſit intemperies frigida, convenit balſamus ſulphuris cum terebinthina aliquot guttis, quod & eſt ſarcoticum.

In intemperie humida convenit *emplaſt. Normbergenſe*, omniaque exſiccantia: ſulph. admodum proficuum: habetur quoque inter arcana *decoctum reguli antimonii*, quo alvus bis de die elui debet, ſuperimpoſito emplaſtro ſulph. & croco Martis. *Zwoelferus* habet decoctum ex antimonio, quod magnopere laudatur.

Omnia ulcera ſunt ab acido.

Egregium emplaſtrum eſt hoc T. G.

℞. *Ung. d. apomph.* unc. ſem. *de liquirit.* drach. ii. *diacalcyt. gryſy* āā. unc. ſem. *gum. elem.* drach. ii. *ſacchar. Saturni* drach. i. m. in mortario plumbeo vel lapideo, piſtillo plumbeo, f. magdal.

(2) Adhibendum revulſorium, quod praeſtant fonticuli, (3) quia ſic tuto curari poſſunt ulcera, materia namque acris ad alium exitum diverti poteſt.

Pinguia, & oleoſa nocent, quia acidum quoddam habent, hinc ulcera fiunt acriora ſicque nocent.

Medicamenta ſaepius debent renovari, quia participant de acrimonia.

Hyperſarcoſis aliquando adeſt, tum conveniunt *aq. viridis*, vel *alumen uſtum*, & *Mercur. praecipit. rubeus.*

Labia aliquando ſunt calloſa, tunc non facile curantur ulcera, niſi labia tollantur: proſunt ſcarificatio, aqua cauſtica, aqua viridis; confugiunt quidam ad novaculam.

Nonnunquam vermes ex inſeſſu muſcarum ulceri inhaerent, confuſa hoc linimentum eſt *tinct. aloës* cum ſpir. vini parata exſiccat, putredini reſiſtit, vermes enecat, hac bis vel ter de die ulcus debet ablui.

O C A-

CARIES OSSIS.

Haec plus habet in receſſu, ante omnia caries eſt tollenda: an caries adſit, cognoſcitur, ſi fiſtula praeceſſit: ſi humores diutius detenti reſtagnant: ſi ulcera cicatrice rupta recrudeſcunt: ſi caro eſt flaccida, ſpongioſa, livida: ſi pus foetidum aut valde ſeroſum copioſius effluat.

CURATIO.

Duo hic ſunt ſcopi. (1) Videndum, ut ad os pervenire poſſimus, (2) ut pars exeſa a ſana ſeparetur; his obtentis, reliquum facile ſanatur, ulcus manuali operatione dilatetur, vel medicamentis, per ſyringam injectis: pulvis ex mumia, & euphorb. quae in omnibus laudantur, vel liquor, quem Auctor habet, commendatur.

Si haec remedia nihil efficiunt, confugiendum eſt ad cauterium actuale: illud autem aliquoties infeliciſſime eveniſſe recenſet Marſchette, in ſuis obſervationibus.

VLCVS DEPASCENS.

Malignum, gradu ſaltem differt a praecedenti.

CVRATIO.

Praeter purgantia adhiberi debet venae-ſectio.

Interne hic fidelem praeſtant operam ſudorifera, longo tempore in uſum vocata, decoctum lignorum, cuilibet doſi adde tinct. antimonii gt.xx.vel xxx.

Externe conveniunt *thermae*, vel *balnea* artificialia, ex calce viva; ol.ſulph. ſcoriis Martis, antimonio crudo, cum aq. pluviali parata, vel decoctum pro uſu externo. Egregium habet *Poterius* in pharmacopoea ſpagyrica, ex.gr.

℞. *Bacc. juniper.* p.i. *rad. ariſt. rot.* drach.i. *ſummit. hyperici, flor. chamom.* ā ā. p.ii. *myrrh. elect.* drach.ſem. *Mercur. ſublim.* drach.ii. f.decoct. in ſufficienti quantitate aquae.

Si magna adſit putredo, imponi poteſt aliquando *ung. aegyptiacum*, dilutum cum Spir.vin. vel aq.ſambuci, addo aliquot gt.ol.ſulph.

DE FISTVLIS.

Fiſtula eſt ulcus ex humore acri, qui agit per cuniculos.

SIGNA.

Ulcus eſſe fiſtuloſum cognoſcitur, quando labia ſunt alba, & dura, vel etiam aliquot foraminula obſervantur, vel exploratur ſtylo, vel candela cerea, admodum tenui.

PROGNOSIS.

Fiſtulae difficillimae omnes curantur, quia medicamenta eo non poſſunt pertingere. Oriuntur facile in ano & muſculis, & ex fluxu haemorrhoidum, ſi non probe tractentur.

CVRATIO.

Diaeta bona, purgationes frequentes, quibus omnibus addi debet *Mercur. dulcificatus*: commendantur quoque *potiones vulnerariae*.

Frictiones, coepa, vel allio, pane aſpero, hirundines, elixirium proprietatis, in magna quantitate ſumtum aperiunt fluxus haemorrhoidum.

Ipſi ventriculo eſt proſpiciendum, ſtomachalibus, ex.gr. *eſſ. abſinth. compoſ.* tinct. Mart. NB. Martialia in fiſtulis maxime proſunt.

Balnea naturalia, Wisbadenſe, Embdenum, conveniunt, quia habent vim exſiccandi, corroborandi.

Fiſtula ſecundum artem tractetur, ad quod Auctor egregia proponit remedia. Convenit quoque ung. F. Wurzii, quod eſt inſtar omnium, & inungitur turunda immittenda, vel tinct. antimonii, cum tinct. tartari bis vel ter de die. Fiſtulae citius non poſſunt curari, quam ſi incidantur canales, ſi nempe pars affecta hoc patiatur.

DE

DE AMBVSTIONE.

Tres recenſentur ambuſtionis gradus. (1) Quando cuticula eſt laeſa, (2) cutis & veſiculae, (3) caro muſculoſa, tuncque pars affecta apparet nigra.

PROGNOSIS.

Quo plures partes ſunt laeſae, eo eſt periculoſior; a fulmine ambuſtio utplurimum eſt lethalis, quia tota ſanguinis miſtio corrumpitur.

Cauſſa eſt advertenda; ſi a pulvere pyrio facta ſit ambuſtio, vel a ferro candente, periculoſior eſt, quam ſi facta fuerit a ſtramine.

CVRATIO.

Interne ratione terroris, conveniunt cardiaca, venae-ſectio, clyſteres, pulvis Marchionis, pulvis cordialis pretioſus, cardiaca, ſtatimque empireuma eſt evocandum pars laeſa igni admoveatur, aq. calida, atramento, lixivio fovenda, vel coepa cum ſale, aut alumine contuſa, vel fuligo imponatur.

Si ambuſtio eſt profundior, videndum, ut eſchara decidat.

Linimentum ex ol. *roſar. & album. ovi*: aliud ex *cremore calcis* & ol. *nucum*: aliud ex *aqua ſperm. ran. ol. nucum & albumine ovi* diutius debet agitari, contra ambuſtionem a pulvere pyrio.

℞. *Sacch. Saturni* unc. i. *ol. ovor.* unc. ii. *butyr. recent.* unc. iv. m. f. linimentum.

Adhibetur quoque felici cum ſucceſſu, ung. alb. camphorat. quod miſceri poteſt cum ol. cerae & roſarum.

De Vlceribus particularibus.

IN CAPITIS

Ulceribus vitanda ſunt acria, & pinguia, repellentia, Mercurialia, propter materiam morbificam, & quia infenſa ſunt ſyſtemati nervino hinc caute agendum.

IN OCVLORVM

Ulceribus, vitanda ſunt omnia acria, frigida, dolorem augentia, adhiberi poteſt cataplaſma egregium hoc.

℞. *Pomor. dulc. decort.* n. iii. coq. *in aq. euphraſ. & aq. roſar.* ad mollit. trajic. per ſetac. add. *ſacchar. albiſſ.* drach. iii. *Saturni* drach. i. *croci* gr. v. *camphor.* gr. xv. f. cataplaſma.

Et quum ulcera oculorum facile abeant in fiſtulam, hinc ſumma adhibenda eſt diligentia. Auctor egregia habet medicamenta.

NARIVM

Ulcera, ſi intus lateant, cognoſcitur: quando foetor e naribus provenit, haecque curatu ſunt difficillima: interne conveniunt purgantia, acidulae, elix. propriet. decoctum lignorum, & quae habet Auctor.

ORIS

Ulcera facillime degenerant in ulcera ſerpentia, & maligna. Auctor habet gargariſmos, quibus addi poteſt una vel altera gutta ſpir. vitriol. commendatur quoque pro ſuffimento atramentum commune, ſi turundae formentur e pilis leporinis, bene inebriatae atramento, quae etiam in haemorrhagia narium adhibentur.

VESICAE

Ulcera curantur frequentioribus injectionibus, quia reliqua medicamenta eo non poſſunt pervenire: curantur aqua calcis vivae, quae talis: aqua communi injicitur calcis viva, ſed videndum, ne nimis acris fiat, poſtea calce in fundo reſidenti ol. nucum debet admiſceri.

In meatus urinarii

Ulceribus, metuendum ne caruncula oriatur, egregium ung. fuſcum F. Wurzii indi poteſt beneficio candelae cereae: interne conveniunt omnia, quae in lue Venerea, pillul. Francofurt. vel pillul. mercuriales, decoctum lignorum.

PEDVM

Ulcera tractantur arctiori ligatura, quia ſic humorum influxus cohibetur.

Digitized by Google

De Tumoribus.

MOrbi conformationis ſunt, quae conjunctos ſaepius habent morbos intemperiei.

C A U S S A.

Tumorum eſt humor aliquis, qui colligitur, vel per lentam congeſtionem, vel per impetum: per lentam congeſtionem, quando ſanguis laborat intemperie craſſa, humoremque craſſum alicubi deponit, qui ob craſſitiem non poteſt progredi, facit huc pororum perverſio. Quum impetu fit tumor a cauſſis externis, nempe a lapſu, dolore, &c.

Signa diagnoſtica.

In ſenſus incurrunt; in principio enim pars incipit intumeſcere, in augmento dolor augetur; in ſtatu ad extremum pervenit, in decreſcentia paulatim imminuuntur ſymptomata.

P R O G N O S I S.

Si tumor fit ex pituitas & melancholia, eſt chronicus; ſi vero ex bile, & acido, plus alit periculi.

Habenda in prognoſi eſt ratio partis affectae; ſi enim tumor circa partes non adeo carnoſas, vel aliquam partem nobiliorem exſtiterit, plus alit periculi, quam ſi in ignobiliori.

Humores vel diſſipantur, ſi ſymptomata, & tumor decreſcat, ſoppurationem praeceſſit dolor; induratio oritur ex praepoſtero uſu repellentium.

C U R A T I O.

Conſiſtit (1) in fluxus inhibitione, (2) in congregatorum ablatione, quum materiam intercipiunt: intercipientia non ſunt ponenda in ipſa parte affecta ſed in ſuperiori parte: hinc ex albumine ovi, bolo Armena, terr. ſigillata, imponuntur cataplaſmata parti vicinae.

Repellentia ipſi parti affectae imponuntur, iiſque in principio debet uti, ſed non debet fieri a parte ignobiliori ad nobiliorem: hinc uſus eorum fere exſpiravit. Incommoda, quae repulſionem inſequuntur, ſunt obſtructio magis augetur, ſunt enim frigida, ſtyptica, incraſſantia, unde major inflammatio, & gangraena ſequi ſolet: modus operandi eſt hic, v.g. aqua frigida, refrigerando, hoc eſt quietem inducendo, humores incraſſando, obſtruendoque poros., hinc omnia repellentia naturae ſunt frigidae, terreſtria, craſſa, &c.

Ad partem oppoſitam ignobiliorem debet fieri revulſio, idque vel ſecundum longitudinem, vel latitudinem, v.g. in ophthalmia venae-ſectio, & fonticulus in brachio adhibetur, quod eſt revulſorium.

Derivatio fit in parte vicina, ubi veſicatorium excitatur.

Ipſa pars roboranda.

Ablatio fit reſolventibus: ſed haec in inflammatione non tuto adhibentur, quia humor per talia incraſſatur, ſicque difficilius curatur; hoc videmus in eryſipelate, quod, niſi caute tractetur, facile abit in gangraenam, nempe ſi adhibeantur frigida: ſi autem calida adhibeantur, atque reſolventia, facile curatur, quod videmus ſi adhibeatur ſpiritus vini.

Reſolventia conſtant ex partibus ſubtilioribus, rigidioribus, camphoratis, ſpiritu vini.

Suppurantia impediunt partium ſubtiliorum exitum, humoremque magis exagitant, ut mutetur in pus.

De

De Tumoribus in ſpecie. Inflammatio.

Quae eſt tumor praeternaturalis, cum dolore & rubore.

Ad eam non ſolum requiritur extravaſatio, ſed etiam reſtagnatio, quum ſanguis ingreditur vaſa minutiora, atque ſic ob anguſtiam non poteſt progredi, ſicque reſtagnat, & inflammatio cauſſatur.

Signa diagnoſtica ſunt, rubor, dolor, calor, pulſatio, ſplendor.

PROGNOSIS.

In parte nobiliori inflammatio eſt periculoſa, in ignobiliori facile curatur.

CVRATIO.

Diaetae, ſexque rerum non naturalium bona eſt habenda ratio, vinum nocet, cibi ne ſint calidi, aromatici &c. poteſt eſſe cereviſia tenuis.

Humoris affluxus revellitur venae-ſectione in parte oppoſita inſtituta, derivatio fit ad partem vicinam: Auctor plura habet repellentia.

NB. Repellentia ſemper miſcenda ſunt reſolventibus: Auctor praeponit duo cataplaſmata, notatu digna.

Suppurantia non ſtatim in principio ſunt adhibenda, ſed attendendum, an humor poſſit diſcuti: ſi autem dolor augeatur, Auctoris cataplaſmata poſſunt adhiberi.

SYMPTOMATVM

Habenda ratio, quorum urgentiſſimum eſt febris, quae hic eſt ſymptomatica: curari debet non purgantibus, quia haec ceu peſtis hic ſunt fugienda: danda potius blandiora diaphoretica, non tamen clyſteria ſunt omittenda, quae apprime conveniunt in quavis inflammatione: in parte ignobiliori inflammata, mitiſſima quidem adhiberi poſſunt purgantia, ſed in parte nobliori, plane exulari debent.

Secundum ſymptoma urgens eſt dolor, contra quem Auctor egregium proponit cataplaſma.

DE ERYSIPELATE.

Quod eſt tumor, ortus ex bile, vel ſulphure, in ſanguine contento.

SYMPTOMATA.

Sunt dolor, calor, inflammatio, febris.

CAVSSA.

Eſt efferveſcentia particularum ſulphurearum, propter bilem abundantem, ſed utplurimum oritur a cauſſa externa, nempe ob frigus, ſic puerperae patiuntur eryſipelas, quando mammae frigori diutius fuere expoſitae.

Signa diagnoſtica.

Sunt: aeſtus, dolor, febris, quae invadit cum horrore, inſequitur calor, ſentitur dolor, paulo poſt rubedo, & tumor.

PROGNOSIS.

Eryſipelas non eſt periculoſum, niſi ab exteriori ad interiorem partem repellatur: ſi eſt in parte tendinoſa, plus alit periculi, quam ſi eſt in parte carnoſa.

CVRATIO.

Diaeta probe eſt obſervanda, ubi etiam ratio eſt habenda ſex rerum non naturalium: aër frigidior per inſpirationem poteſt admitti, ſed non debet admitti externe ad partem affectam.

Purgantia ſunt omittenda, venae-ſectio ratione febris poteſt adminiſtrari, qua praemiſſa, ſudorifera ſunt adhibenda, ex *aq.flor.ſambuc.rob.ſambuci.* Externe oleoſa, & pinguia, ut & repellentia ſunt vitanda.

Auctor commendat quaedam: poſſunt etiam ea, quae in inflammatione adhiberi, ſed tamen omiſſis oleis.

Pro cura prophylactica flor. ſambuc. coquantur cum lacte, ſacque horis matutinis aſſumatur.

Ster-

Digitized by Google

Stercus ovinum convenit propter ſale, creta vulgaris pulveriſata prodeſt, quia abſorbet, ut & farina liquiritiae.

Mynſichtus habet pulverem, qui applicari poteſt cum charta emporetica coerulea: alii praeparant chartam cum cera, & ol.roſarum: ſin haec non ſatisfaciant, adhibendum cataplaſma ex foliis tuſſilagin.ſupra deſcriptum, ſub titulo, inflammationes vulnerum.

D E   O E D E M A T E.

Oedema eſt tumor pituitoſus, qui facile oritur in hydrope, & cachecticis: diſſert gradu ſaltem & quoad fluiditatem a tumore aquoſo, facile oritur in pede.

S   I   G   N   A.

Sunt, color albus, ſi tangatur cedit digito, & fovea relinquitur.

C   A   V   S   S   A.

Eſt humorum circulantium craſſities, & reſtagnatio lymphae.

Diſcutientibus, humorique motum reconciliantibus; venae-ſectio hic non indicatur, quia non adeſt plethora, vel nimius motus; venae-ſectio hic potius noxam, nempe humoris obſtructionem poteſt inferre.

Conveniunt purgantia, ex jalapa, agarico, ſem. cartham. fol. ſenn. extr. panchym.extr.diacarthami & ſudoriſera. Reſpiciendum in purgantibus ad morbum praeſentem, qui, ſi non fert purgantia, v.g. phthiſis, debent omitti.

Quae in forma liquida exhibentur, fortius juvant: v.g. *lixivium e cineribus ſarment. viciſſim*: ſaepius calide imponitur aq.calc.vivae, ſuffimigium ex aceto, ſuper laterem caleſcentem.

NB. Proſunt quoque ſudoriſera, ex. gr. decoctum lignorum, quod videri poteſt apud Scultetum: pag.43.

℞. *Extr.diacarth.*drach.i.vel ſcrup.iv.ſolv.in vino adde *tart.vitriolati* gr.xii.*ſirup. roſar.ſolut.*drach.iii.*aq.mirab.*drach.ſem.miſc.pro una doſi. Si fortius deſideretur.

℞. *Gumm.gutt.correct.*gr.viii.vel xii. ſolv.in *aq.cinn.mom.*adde *julep. roſar.* q.ſ.

D E   S C I R R H O.

Scirrhus eſt tumor admodum durus, oritur ex pituita, acida, auſtera ejuſmodi tumores facile oriuntur ſub axillis, circa collum, in mammis, circa hypochondrium ſiniſtrum.

I   N   T   E   R   N   E.

Conveniunt, quae habent vim volatilem, ſal. viperar. volat. tinct. antimonii, ſpir.ſal.armon. aromaticus.

E   X   T   E   R   N   E.

Quae vim habent diſſipandi, emolliendi, v.g. empl. diaſulphuris Rulandi, quod malaxari poteſt cum ol. tartari, ſi tumores hi imprudenter tractentur, degenerant in gangraenam; hinc ſemper videndum, utrum poſſit emolliri.

Sunt, qui externis admiſcent ſalia volatilia.

De tumore aquoſo.

Tumor aquoſus convenit cum Oedemate.

I   N   T   E   R   N   E.

Conveniunt purgantia, quae habet Auctor.

E   X   T   E   R   N   E.

Cataplaſma Auctoris; ſtercus columbinum convenit propter nitrum, proſunt epithemata ex nitro, ſale armoniaco, & ſpir.vin. ut & *Williſii* empl.diaſaponis.

D E   H Y D R O C E P H A L O.

Hydrocephalus eſt tumor aquoſus capitis, curatu difficilis, ſi aliquoties cathartica fuerint adhibita, convenit ſpir.ſalis armoniaci; tinct.antimonii; *Timaeus*, curavit cataplaſmate aliquo ex farinis: poteſt quoque applicari fomentum in forma ſicca, ex cineribus: ſem.milii, ſem.carvi, & ſale communi, quae intra linteum duplicatum imponuntur.

De

Digitized by Google

De Tumore flatulento.

Tumores flatulenti facile oriuntur in hypogaſtrio, conveniunt hic omnia quae adhiberi ſolent in colica, ex flatibus, empl. carminat. *Sylvii*, ung. carminativ. *Mynſicht*. ol. carminativum ejuſdem.

De Atheromate, Steatomate, & Meliceride.

Tumores hi propria includuntur capſula: Atheroma, & Meliceris oriuntur in omnibus partibus: Steatoma in glandulis, poſt febrem quartanam: manibus poſſunt tractari.

Omnes difficile curantur, interne conveniunt diſcutientia, quae promovent ſanguinis circulationis itum, & reditum, pro diverſitate partium, diverſa tumoribus his imponuntur nomina; externe conveniunt diſcutientia, ſed ſi haec non ſufficiant, confugiendum eſt ad cauterium potentiale: ſed obſervandum hic, quod hoc in parte nervoſa non habeat locum; vel exſcindantur, hic autem obſervandum, ne largior haemorrhagia excitetur, primo inciſio debet fieri uſque ad pelliculam, ne materia excitetur, ſecundum longitudinem, pellicula debet liberari a cute, & carne, & poſtmodum extrahi, quod poteſt videri apud *Scultetum*, & *Tim.*

DE HERPETE.

Herpetes ſunt tubercula parva, & quoniam flaveſcunt, accuſatur bilis; interne conveniunt ſanguinem purgantia, ſudorifera, antimoniata, acidulae. Externe, ſaliva hominis jejuni, addito ſucco citri, vel rubigine ferri; pulvis cretae, cum lacte dulci, & addi poteſt nitrum.

Curantur etiam externe lamina plumbea Mercur. illita, & ſuperimpoſita. *Iacob van Meckern* ſuppeditat alium modum curandi, nempe per fortiorem concuſſionem, ſemel vel bis ſuperimpoſito cerato Vigonis.

De Scrophulis ſeu ſtrumis.

Oriuntur potiſſimum circa collum, ab obſtructione, & lympha craſſa, & utplurimum ſunt a menſibus ſuppreſſis, & partu difficili.

Externa remedia ſunt duplicia, vel reſolventia, vel exedentia: ſi ſunt in parte muſculoſa, poſſunt exſcindi, notari poſſunt unguent. Auctoris, ut & empl. ex ranis cum Mercurio, ſale volat. armoniaco; ut & aliis, proficuum quoque eſt ol. lacertarum, cujus praeparationem vide apud Scultetum.

Interne, convenit electuarium ex pulv. lacertar. & melle, de quo horis matutinis per 40. dies capiat aeger magnitudinem nucis moſchatae; vel pulv. ſequens.

℞. *Pulv. contra ſtrumas, Querc.* drach. iii. *arcan. duplic.* drach. ii. miſc. fiat pulv. doſis quantum capit cuſpis cultri, bis de die luna decreſcente ſumatur.

NB. Si ſtrumae tendant ad ſuppurationem, curetur ung. Auctoris. Sunt, qui habent pro arcano, hoc: ſi ſtrumae bis vel ter fricentur manu hominis mortui.

DE BUBONE.

Hic ſymptoma urgentiſſimum eſt dolor: externe conveniunt ol. vulgaria, ſcorpionum: bubo benignus eſt reſolvendus, malignus vero ſuppurandus ut & Venereus, interne convenit decoctum lignorum.

DE CARBUNCULIS.

In his ſigna ſunt: dolor exquiſitiſſimus, rubedo in locis vicinis, poſtmodum ſupervenit nigredo, in locis excarnibus, ut carpo manus, regione cordis pars talis tractetur, ut pars ambuſta, ſcilicet eſchara eſt promovenda, ut decidat: eundem in finem facit empl. Auctoris, cruſta ſeparata, convenit ung. fuſcum F. Wurzii, cui ſemper addenda eſt theriaca: venae-ſectio nocet in carbunculo cum peſte, ſed ſine peſte convenit: ut & ſudorifera, v. g. *diaſcord. bezoar. Orient. & Occident. tinct. bezoard.* frigida, ut ſunt ſuccus citri, &c. in peſte admoveri debet ferrum ignitum & anthraci, & buboni; nihil enim inſenſius veneno peſtilentiali, quam ignis.

DE

DE CANCRO.

Cancer eſt tumor praeternaturalis, durus, cum diſtenſione vaſorum, ſanguiferorum: eſtque vel exulceratus, vel non exulceratus: mammae facile eo corripiuntur, propter conſenſum inter uterum & mammas, hae, quum magis aëri exponuntur in lactatione, item, propter congeriem glandularum.

Cancer occultus mitius eſt tangendus manifeſto, manifeſtus, ſive exulceratus, non eſt attingendus: malum hocce curatu eſt difficillimum; ulceratus enim in virginibus annoſis nunquam, in juvenculis vero admittit curationem. *Tim.* omnia habet remedia contra cancrum, epithema ex farina milii in cancro occulto optimum eſt remedium, ſed quum tumor increſcit, confugiendum ad operationem manualem, nempe cancer eſt exſcindendus, ſed & haec operatio eſt periculoſa: calidiora, & exagitantia vitentur, ne acre illud volatile exagitetur: caro bubula in cancro occulto immitti ſolet, quia ea ſaturatur acidū volatile, hinc Saturnina valde proſunt, ut empl. Saturninum; Auctor commendat quintam eſſentiam arſenici, ſed quis eum imitetur. Interne primo conveniunt melanagoga, poſtea tinctur. antimonii. Tulpius in cancro ulcerato utitur ſequenti pulvere.

℞. *Plumb. liqueſ.* q.v. add. *Mercur. viv. & Mercur. vit. tantillum.*

Sic omnia redigere potes in pulv. friabilem.

DE GANGRAENA.

Si gangraena ſit a frigore, pars affecta fricetur nive, & aq. frigida, poſtmodum foveatur aqua, in qua theriaca, vel Mithridatium eſt ſolutum, vel imponatur fomentum Auctoris.

Si ex ſuffocatione caloris naturalis, ab obſtructione, convenit aqua phagaedenica, ſupra deſcripta; ſi ex ſcorbuto, interne conveniunt omnia aromatica, externe ea remedia, quae Auctor habet, ſpir. antiſcorbuticus, quo pars externe foveatur. Sequens admodum eſt efficax.

Saepius in morbis chronicis ex longo decubitu ſit gangraena oſſis coccygis. Vide Hild. obſ. 3. cent. 1.

℞. *Spir. naſturt.* unc. ii. *ſalis* drach. ii. miſc. imponatur externe calide.

Pars cadaveriſata ſeparanda a ſana: ſi ſedata gangraena reperiatur caries oſſis, ſequens adhibeatur.

℞. *Spir. vin.* unc. iii. *ſpir. vitriol.* ad acidit. ſ. miſtur.

DE PARONYCHIA.

Hic urgentiſſimum eſt ſymptoma dolor; Auctor habet cataplaſma ex lacte, dolore ſedato fiat inciſio, deinde admoveatur theriaca, cum ſpir. vin.

DE ANEVRISMATE.

Saepe talis tumor fit abſque inciſione; tuncque eſt inſtar ovi gallinacei cum pulſu ſimili, qui eſt in corde.

Abſtinendum hic ab apertione, & ſuppuratione, quia propter haemorrhagiam curari non poteſt; adſtringens, & repellens optimum eſt, hinc lamina plumbea, decoctum adſtringens, & ſolutio vitrioli in tali caſu optimo cum ſucceſſu applicantur.

DE OPHTHALMIA.

Hic hirundines applicari debent vaſis temporalibus, qui locus eſt optimus. Venae-ſectio ſub lingua convenit.

Digitized by Google

COLLEGIUM MEDICUM PRACTICUM,

Ad Caſus Medicinales

TIMAEI

LIBERI.

DE AFFECTIBUS CAPITIS,

CASUS I.

De Cephalalgia bilioſa.

Torquatus de comitibus, Dux Guadagnuoli. Exercitus Imperatorii Campimareſchallus Generalis, conſtitutionis calidae, & ſiccae, aetatis conſiſtentis, variis corporis exercitiis deditus, cibiſque dulcibus, aromaticis, & vino generoſo gaudens, menſe Iunio Anni MDCXXX. de dolore capitis mordaci, & pungente, abſque notabili gravitatis ſenſu querebatur. Facies & oculi ad flavedinem quandam ſive colorem citrinum tendebant, ſomnus erat brevior & interruptus, lingua ſicca, & amaritudine infecta, pulſus frequens & velox, urina interdum tenuis & aquea, mox iterum tincta, & citrina.

RESOLUTIO.

OPtima methodus eſt, ſi in explicatione alicujus affectus primo proponamus apparentias, & phaenomena ejus; cognitis enim illis facile cauſſam cognoſcere poſſumus; cognita vero & inventa cauſſa alicujus morbi non erit adeo difficile ſimul contra illum invenire remedia. Quoniam vero Medicus ad aegrotum accerſitus non ſemper phaenomena ex aegroto, vel adſtantibus, qui ſufficere putant ſi unum ſaltem indicent, expiſcari poteſt, occaſionem quaerat interrogandi, & inquirendi donec praeſentium omnium phaenomenum, non advertentibus aliis, exactam conſecutus ſit notitiam.

Methodũ hanc obſervavit Auctor noſter etiam in praeſenti caſu primo de cephalalgia bilioſa, in illo enim omnia phaenomena recẽſet, quibus poſitis non potuit aliter eſſe, quin Italus ille laboraverit cephalalgia bilioſa; antequã vero reſolutionẽ, & phaenomenũ explicationẽ hujus affectus aggrediamur, pauca ex oeconomia animali praemittenda. Notũ quod ſanguis ex ſiniſtro cordis ventriculo pro nutritione, & conſervatione diſtribuatur per totum corpus, & quidem per duos ramos aſcendentem, & deſcendentem: per aſcendentem vehitur ſanguis ad partes ſuperiores; per

deſcendentem ad inferiores; de tranſportatione ſanguinis per ramum aſcendentem praeprimis hic aliquid dicendum; quia vero non quilibet ſanguis ita commode pervenire poteſt ad partes ſuperiores, ejus conſtitutio diligentius rimanda. Secundum Ariſtoteles autem ſanguis humor eſt non homogeneus id eſt cõſtans particulis diverſae figurae, magnitudinis, diverſae ſoliditatis, &c. Verum ſi ſecundum recentiorum opinionem loqui velimus, aeque dicere poſſemus eſſe humorem homogeneum non ex ea ratione, quatenus ſanguis conſtet particulis aequalibus; ſed quatenus diverſae hae particulae in unum conſpirant motum, ac, non obſtante tali diverſitate, ordinariam illam circulationem ſeu ſanguinis fluxum, & refluxum citra confuſionem peragunt parteſque ita uniunt; quum vero juxta naturae leges ſubtile prae craſſo facile ad ſuperiora aſcendat, hinc etiam ſubtilior pars ſanguinis, ſeu particulae ſanguinis ſubtiliores, & ſumme agiles per ramum aſcendentem facilius aſcendunt, dum craſſiores partes ſeu craſſior ſanguis naturaliter potius inferiora petit, ſubtilis ille ſanguis in ramo aſcendente infunditur arteriis carotidibus, & cervicalibus, utraeque in minutiſſimos diſtribuuntur ſurculos (plexus choroides dictos,) qui dum propagantur & explicantur per totum cerebrum etiam membranulis cerebrum cingentibus inſeruntur; per quarum poros ſanguis ille adductus quaſi filtratur, relictis craſſioribus particulis, quae vel in cerebri, & circumjacentium partium nutrimentum abeunt, vel tanquam a nutritione ſuperfluae immediatae ex tubulis in vaſa rejiciuntur, vel mediate anaſtomoſes nempe venas intrant, quomodo ad cor redeunt. Quamdiu igitur ſanguis legitime conſtitutus eſt & dicto modo verſus ſuperiora movetur, tamdiu etiam nemo laborat cephalalgia; quamprimum vero in ſanguine particulae praedominantur craſſiores, pituitoſae, bilioſae id eſt oleoſae, & acres, ac cum ſanguine verſus caput rapiuntur, illae tanquam peregrinae invenientes minutiſſimos anguſtos, & improportionatos poros ac tubulos, dum illos ingredi non poſſunt, vi irruere conantes, moleſtiam circa fibras vellicant: & in hoc conſiſtit vera ratio ſolutionis continui, unde dolor ſeu cephalalgia bilioſa a ſanguine nempe bilioſo hoc eſt, conſtante ex partibus partim acribus partim oleoſis, & tali cephalalgia Italum laboraſſe ex ante dictis conſtat, & ulterius per phaenomena in propoſita noſtra hiſtoria claret.

Ut igitur medice procedamus, recte praemittitur explicatio phaenomenum, inter quae eſt (1)

Dolor capitis. Quaer. an dolor ille ſit ſymptoma an ipſe morbus? ℞. quia immediate ſequitur cõtinui ſolutionem, eſt ſymptoma, & quum Medici plerique ſymptomata dividant 1. in actionis laeſae, 2. excretorum & retentorum, 3. qualitatis mutatae, merito dolor hic ad ſymptoma actionis laeſae refertur; laeditur enim actio, nempe ſenſatio, id eſt motus quidam peregrinus, & improportionatus infertur partibus ſenſu donatis. Dolor eſt triplex: pungens ſeu mordax, diſtenſivus & gravativus: diſtenſivus oritur a flatibus, quia diſtendunt membranas: gravativus eſt ab humore craſſo viſcido, & glutinoſo, qui pondere ſuo quaſi premit, & dolorem excitat talem; ſin vero particulae ſint valde acres, rigidiores, inhaerent poris, pungunt & vellicant, unde dolor mordax & pungens, & quia noſter Italus talem dolorem ſenſit, clarum eſt eum laboraſſe cephalalgia bilioſa, id eſt in ipſius ſanguine praedominium obtinuiſſe particulas acres.

(2) Abſque notabili gravitatis ſenſu fuit dolor; ut fiat dolor gravativus requiritur humoris pondus, & ſoliditas, (id eſt, humor viſcidus glutinoſus) quia vero aegroti ſanguis fuit repletus partibus tenuibus acribus & valde mobilibus, non potuit non inde oriri dolor pungitivus, & mordax, minime vero gravativus, particulae enim illae acres ulterius ſemper pergunt neque diu in aliqua parte haerẽt, ut gravitatẽ talẽ inducere poſſint; hinc recte, Auctor noſter dicit, abeſt gravitas ob tenuitatem bilis: conſtat autem bilis partibus quibuſdam ſalinis, & quibuſdam oleoſis,

id

id eſt continet particulas quaſdam, teneres & molliores quales reperiuntur in oleoſo: quia autem oleoſa ſimul volatilia ſunt, & facile efferveſcentiam excitant, ideo illis adjunctae ſunt partes quaedam duriores, & rigidiores, & hae facile talem dolorem pungitivum excitare poſſent, & iſtiuſmodi particulis conſtat ignis, hinc ſi adjicimus ſal, potentius urit.

(3) *Facies, & oculi ad flavedinem quandam ſeu colorem citrinum tendebant*: qualis ſub cute humor, talis color ipſius cutis: ſanguis quamdiu retinet legitimam ſuam diſpoſitionem, & miſtionem, tamdiu rubicundus manet: quando vero aliae ibi admiſcentur particulae ita ut in eo praedominentur, alia fit textura, ſicque alius color; hinc Hippocr. dicit, in homine amarum, & dulce, & alia ſexcenta moleſtia non afficiunt, nempe quamdiu legitime manent miſta in maſſa ſanguinea: aſt ubi horum ſecretum quidpiam fuerit, & conſpicuum fit, tunc hominem moleſtia afficit, ſi igitur color eſt flavus, e. ſanguis bilioſus id eſt continet particulas bilioſas, hoc eſt oleoſas, & acres volatiles.

Quaer. hic, quare oculi, & facies prae aliis partibus colore tali citrino inficiantur? R. 1) Quia faciem & has partes prae aliis intuemur. 2) quia facies eſt pars vicina cerebro, & eſt pars capitis, caput autem eſt pars affecta: e. quam facile particulae acres propter vicinitatem iſti parti communicari poſſunt. 3) quia oculi conſtant tunicis valde tenuibus: e. facile color humoris ſubjacentis tranſparare poteſt.

(4) *Somnus brevior, & interruptus.* Somnus eſt ſubſidentia pororum cerebri, vigiliae vero eorundem apertio; in ſomno enim ſpiritus aliquo modo ſunt ligati, ſi cum ſanguine aſcendente partes tales acres ad cerebrum tranſportantur, ſubſidentes cerebri poros conantur aperire, apertoſque ſervare, quod etiam propter duritiem, & rigiditatem ſuam ac cerebri mollitiem facile producere poſſunt; ſi enim illae particulae eſſent pituitoſae minime poſſent. *A vaporibus acribus, & calidis ſomnus brevior eſt & interruptus*, dicit Auctor noſter ita Veteres ſaepe ad explicandam alicujus morbi cauſſam morbificam confugiunt ad vapores, & exhalationes, ſicque putant caput corpori eſſe inſtar alembici, ad quem vapores e corpore aſcendant, ac per ejus poros eliminentur, quaſi extra vaſa ejuſmodi exhalationes fieri, & per cranium tanquam durum, & conſtrictum os penetrare poſſent.

Credimus igitur quod illud quod defertur ad cerebrum, per arterias, debeat deferri, hinc quando iſtae particulae acres per arterias apportantur ad cerebrum, non poſſunt ibidem intrare poros improportionatos, ſicque vi intrantes talem punctionem, & dolorem cauſſantur.

(5) *Lingua ſicca, & amaritudine infecta*: omnes cibi qui aſſumuntur prae ſe ferre amaritudinem non vitio cibi, ſed linguae, haec quia ſpongioſa, rara & multis arteriis praedita, facile imbibit particulas illas bilioſas per arteriolas cum ſanguine illinc allatas; hinc in omnibus morbis inſpicienda lingua, quia ſaepiſſime ex lingua ſanguinis diatheſin cognoſcere poſſumus: his particulis bilioſis poris linguae ſeu muſculi (eſt enim muſculus) infuſis, ſi particulae ciborum in ore diſſolutae admiſcentur, in illarum bilioſarum poris quaſi includuntur, ita ut nullum in fibrillis excitare poſſint motum, unde motus qui excitat guſtum, fit ſolus a particulis bilioſis, unde omnes cibi mentiuntur ſaporem amarum, accedente etiam vitio ipſius ſalivae; ex bilioſo enim & depravato ſanguine non poteſt non fieri ſaliva bilioſa, & depravata, hinc depravatur etiam guſtus.

(6) Pulſus frequens, & velox. Quo ſanguis celerius agitatur eo celerior pulſus, hinc ſi ſanguini oleoſae particulae acres admiſcentur, tunc vis augetur, ſemel autem motae particulae rigidae non facile ab aliis obviam fientibus obrui, & in motu ſuo ſiſti poſſunt, & quum ſanguis conſtans particulis talibus rigidis, & acribus celerrime cordis perfluant thalamos, pulſus non poteſt non eſſe celerior.

(7) Urina modo tenuis, & aquea modo tincta, & citrina. Urinae colorem calo-

Digitized by Google

ris non eſſe cauſſam ex eo cognoſcimus, quod interdum in morbis calidiſſimis pallida urina fit? oritur autem color urinae cum ſero incoquuntur particulae lunae,& ſulphureae. Urinae vero ſeparatio fit in renibus, & quidem per praecipitationem mediante fermento, illud fermentum, ſi ſanguis eſt corruptus, etiam facile corrumpitur, & quia in aegroto noſtro ſanguis eſt corruptus, hinc, dum acriores, & mobiliores partes ſanguinis raptae ſunt ad cerebrum, reliquae craſſiores propter debile fermentum in renibus non potuerunt ſegregari; ideo cumulatae ſunt in tubulis ejus quos obſtruxerunt, unde urina fuit aquea & tenuis, dum fermentum iſtud iterum factum validum, ejecit ſimul partes ſalſas, & ſulphureas, ſicque iterum reddita fuit urina tincta, & citrina: alia ratio diverſi coloris urinae haec eſſe poteſt, ſanguis per arterias emulgentes ad renes adductus minutiſſimos ejus ingreditur anfractus ſeu tubulos, hinc quando ſanguis pluribus conſtat partibus oleoſis, facile tubulorum renum aliqualis obſtructio produci poteſt; quoniam particulae oleoſae valde ſunt ramoſae inaequales,& propter hanc irregularem figuram facile in renum cumulantur tubulis, iis inhaerent eoſque obſtruunt ac ulterius pergere non poſſunt, & propter hanc obſtructionem urina redditur tenuis, & aquea; dum vero particulae aquoſae, quae ſunt flexiles ac omnibus poris ſe accommodare poſſunt, continuo tubulos illos permeant, tranſeundo ſemper quaſdam ramoſas, & tubulis inſtar ſepis impactas ſecum ad veſicam ducunt, hinc brevi obſtructio illa tollitur, unde urina non diu manet pallida, ſed iterum fit citrina.

Si recenſita phaenomena apparent, Medicus certus eſſe poteſt, quod dolor ſit ex mordacitate bilis; cujuslibet autem morbi Medico cognita eſſe debent, ut ſemper aegroto dari poſſit anſa; hinc Medicus aegrotum dolore capitis laborantem accedens, ſtatim ex eo quaerere debet, num dolor iſte ſit mordax ſeu gravativus, inſpicere debet linguam, & oculos, ſaepe enim cauſſam morbi manifeſtare poſſunt, pulſum explorare, num placide dormiat vel inquietus ſit, urinam etiam examinare debet, & his apparentibus certus eſſe poteſt adeſſe cephalalgiam bilioſam. Explicatis apparentiarum cauſſis jam ad cauſſam ipſam.

Cauſſa autem duplex immediata ſeu proxima, & mediata (ſeu remota, procatarctica, & occaſionalis.)

Cauſſa immediata eſt inter quam & morbum nihil intercedit, e. dolor eſt morbus, & ſolutio continui eſt cauſſa immediata, quia inter dolorem, & ſolutionem continui nihil intercedit: ubi enim dolor, ibi ſolutio continui, non vero eſt talis ſolutio aliqua qualis fit ab enſe aliquo ut in vulnere, ſed talis quae conſiſtit ſaltem in improportionato motu filamentorum nerveorum meningum a particulis acribus, & improportionatis porulos minutiſſimos vi intrantibus. Williſius etiam doloris capitis proponit cauſſam tract. de anima brutor. pag. 146. eamque dicit eſſe diſtractionem ſpirituum animalium, per quam diſtractionem, & reliquae convellantur partes ut ita fiat ſenſatio moleſta. Williſ. ſequitur Anton. le Grand. de cauſſa vera doloris capitis, dum agit; verum reſpõdetur; illam ſpirituum fugam eſſe potius productam a cauſſa morbifica, dum enim fit talium partium vellicatio ſpiritus ad talem exploſionem invitantur; ſic in epilepſia eſt talis ſpirituum exploſio illorumque diſtractio, & tamen illam diſtractionem non ſequitur dolor, dum in intẽperie frigida, ubi ſpiritus non adeo ſunt volatiles, ſed quaſi ſepulti jacent, magnus dolor ſentitur, ut in ſequenti caſu. Unde vero ille dolor? nemo dicet quod a ſpirituum tali diſtractione, & exploſione, quum propter intemperiem pituitoſam non ſint apti ad illam inſtituendam, deberent enim eſſe volatiles.

Cauſſae mediatae referuntur vel ad naturales, non naturales, & praeternaturales; ad naturales cauſſas in hac hiſtoria refertur.

(1) Temperamentum: fuit enim conſtitutionis calidae, & ſiccae, ut Itali omnes eſſe ſolent propter regionem calidam: ibi enim terra calidiſſima eſt, hinc etiam mul-

multi ſerpentes reperiuntur, qui amant calida, & fervida, & quia ſol copioſe agit in corpora humidum conſumitur, unde habent naturam ſiccam, & pori propter exſiccationem fiunt valde anguſti, hinc in temperamento calido,& ſicco quam facile praedominantur particulae oleoſae, & acres.

(2) Regio: fuit Italus, e. magis proclivis ad intemperiem ſanguinis bilioſam acrem, & fervidam.

(3) AEtas: fuit aetatis conſiſtentis, quae incipit anno 35. & ad 48. ſecundum alios ad 50. extenditur, in hac aetate conſtitutis quoad nutritionem nihil recedere nihilque accedere putat; hinc dicitur aetas conſiſtens, in qua ſanguis facile contrahit intemperiem calidam ſeu bilioſam, quum e contra in ſenectute facilem, frigidam, & pituitoſam contrahamus intemperiem.

Cauſſae non naturales ſunt 6. aër, cibus, & potus, &c. aër, corripitur tali dolore menſe Jun. e. aër fuit calidiſſimus, qui relaxavit poros ſicque ſanguinis motum agitavit; hinc aeſtate febres ardentes ſunt ſatis frequentes, & quia in aëre calido copioſa fit inſenſibilis tranſpiratio: maſſa enim valde agitatur e materia ſubtili, hinc ſanguis fit acris, id eſt, partes volatiles diſſipantur, acriores vero manent in maſſa ſanguinis.

(2) Quoad cibum & potum: fuit uſus cibis dulcibus aromaticis, quali autem veſcimur cibo talem ſanguinem habemus: ſi ſumimus cibum calidum, ſanguis fit calidus, ſi ſalſum, ſanguis fit ſalſus, & ſeroſus, aromatici auferunt bilem, quia conſtant ſale volatili oleoſo, dulcia facile fermentant, acidum & acre continent, hinc facile bileſcunt, & ita acre in ſanguine cumulant, (3) quoad motum & quietem: variis corporis exercitiis fuit deditus; in confectione ſalis obſervandum, ut 1. diu coquatur aqua ſalſa, 2. ut agitetur frequentius, quia per agitationem volatilis abeunt in auram, rel quae acres cohaerent, & ſic fit ſal, eo modo ſanguis noſter per varia corporis exercitia multum agitatur, ita & multae partes volatiles diſſipentur, unde remanent rigidae, & acriores, ſicque fit ſanguis acris; accedit vinum generoſum, in quo eſt ſal quoddam volatile oleoſum ſeu copioſum ſulphur, quod bilem augere poteſt.

Antequam ad ſigna prognoſtica tranſitum faciamus, pauca adhuc de oeconomia animali ad meliorem explicationem, praemittenda. Debemus ſemper probe diſtinguere inter circulationem ipſius ſanguinis per arterias, & venas, & inter humores circulantes, ſi illorum humor: circulationem qui nutriunt, quum non in omnibus locis obſerventur anaſtomoſes, & venae ſemper tendebant ab anguſto ad anguſtum, hinc non omnis ſanguis qui per arterias ad omnes partes vehitur a venis poteſt recipi per anaſtomoſes propter copiam, & celeriorem motum, ſicque, plus ſanguis advehitur, quam revehitur. Dicendum e. eſt, quod dum arteriae a ſanguine extenduntur, & pori aperiuntur, internae particulae plurimae fluxiles egrediantur ex poris arteriarum in interſtitia fibrarum ſeu tubulos partium ſolidarum, quales innumeri in ſolidis reperiuntur, & quales inveniunt poros tales adhaerent radicibus filamentorum; quia vero non omnes adhaerere poſſunt, ſuperflue ex tubulis in vaſa lymphatica recipiuntur non amplius ſub forma ſanguinis ſed lymphae (in nutritione enim ſanguis varie mutatur) vaſa autem lymphatica in itinere iterum conjunguntur cum venis, ſicque fit humoris circulantis circulatio; quod autem ex tubulis ſub forma lymphae in vaſa lymphatica excipiatur probatur inde, dum obſervamus lymphae motum eſſe a circūferentia ad centrum, nunquam vero a centro ad circumferentiam, ut ex ligatura tumoris pedum probatur.

Prognoſt. recte dicit Auctor noſter hunc affectum carere periculo, quia reſpondet aetati, temperamento, & regioni; eſt enim Italus, & conſiſtentis aetatis, in qua aetate, & temperamento facile partes acres praedominantur.

Curatio: (1) humor ille acris qui eſt cauſſa ſolutionis continui, & conſequentis do-

Digitized by Google

doloris, evacuandus. (2) Intemperies ſanguinis acris alteranda; nam totus ſanguis tali laborat intemperie acri, & ſic totus eſſet evacuandus, e. ſaltem alterandus, & temperandus.

Quod attinet primam indicationem: notum varia eſſe purgantia, quaedam enim dicata ſunt humori melācholico quaedam bili: quaedam pituitae, &c. Aſt diverſitas haec non quaerenda in qualitate aliqua occulta, ſed in ipſa humorum diverſa conſtitutione. E.g. bilis quia eſt valde volatilis, facile ſequitur motum cujuslibet purgãtis: pituita vero quum non ita mobilis requirit fortius purgans, &c. pro purgante in hoc caſu ante omnia convenit rhabarbarum; notandum etiam hic error eorum, qui putant in omnibus capitis affectibus omnia remedia eſſe adhibenda in forma pilulari ſeu ſicca, nulla vero in liquida, nam mera eſt ſuperſtitio; liquida enim citius, & facilius deduci poſſunt ad partem affectam longe diſſitam, quia facile diſſolvuntur, quum e contra ſicca diuturnam, & longam requirant moram ad ſui diſſolutionem.

Humor itaque ille acris feliciter ejicitur per infuſionē rhabarbari (ut Auctor noſter innuit) ita videlicet ſi per noctem infunditur in aqua aliqua deſtillata, mane ſaltem parum coquitur, ne partes ſubtiles per coctionē abeant in auram, pro majori ſtimulo, & recluſione additur ſal aliquod, ut vel ſal tartari, vel crem. tartari, eſt enim inſtar clavis quod medicamenta reſeret; idem eſt ſi ſumitur ſal abſinth. betonic. vel aliud alkaliſatum; habent enim eandem qualitatem, ex additione ſalis, quod rhabarb. melius reſeretur, exinde probatur, quia aqua illa cui infunditur, accipit colorem rubicundum, (quod non fit ſi rhabarb. ſolum in aqua deſtillata infunditur abſque ſale) quod ſignum eſt rhabarb. radicaliter eſſe recluſum.

Infuſionem talem rhabarbari invenies apud Mynſicht. ſub forma decocti ſennae cum rhabarb. quod valde tutum.

Fervor, & acrimonia ſanguinis temperatur per aquoſa, quo copioſior aqua eo minor acrimonia ſalis, & e contra quo minor copia eo major acrimonia; ita etiam ſi ſanguis ſalſedine laborat, & abundat ac aquoſa adhibentur, tum temperantur ſalia ut acrimonia non ita poſſit percipi; recte igitur Auctor noſter in Julapio ſuo adhibuit aq. endiv. lactuc. cichor. quae ſunt aquoſa, & partium acrium motum retardant, addidit acida quaedam ut acet. ſirup. granat. berber. illa enim praecipitando ſalia acria maſſae ſanguinis intemperiem bilioſam alterant ac temperant.

Somnus, qui ab exuviis maſſae ſanguinis pungentibus interrumpitur, inducitur per medicamenta ſomnum conciliantia: talia ſunt quae partim oleoſitate ſua temperant acrimoniam, partim etiam frigida ſunt, quae ſiſtunt motum celeriorem partium ſanguinis, quod praeſtant emulſiones ex ſeminibus, e.g. ℞. ſemin. 4. frigid. maj. ãã. drach. i. praeſcribuntur autem ſemina, vel cum corticibus ſeu ſine eis, ſi diureſis ſimul requiratur cum corticibus praeſcribenda; illae emulſiones autem habent quandam oleoſitatem (ſemina enim omnia ſunt oleoſa) qua corrigunt acrimoniam maſſae ſanguinis ſunt etiam frigida quia lente incidunt, hinc imbibent motum partium volatilium in maſſa ſanguinis.

Externa applicantur praeſertim ſi cauſſa haeret extra cranium, dictum fuit caput quidem eſſe partem affectam, verum non quoad omnes partes ſed illas quae gaudent ſenſu exquiſito, ut meninges, &c. hinc quaer. an cerebrum, & cerebellum etiam ſint partes ſenſibiles? ℞. neg. conſtant enim filamentis valde mollibus, in quae nullus ſenſus ſeu dolor cadit, etiam ab ipſis nullus motus ad glandulam pinealem deferri poteſt; ulterius partes capitis ſunt duplices internae, & externae, ſeu intra, & extra cranium ſenſiles intra cranium ſunt duae meninges, pericranium, nervorum tunicae, &c.

Extra cranium etiam ſunt variae; ſi igitur partes capitis externae afficiuntur, tuto adhibentur externa medicamenta ut in Auctore noſtro. Verum peccavit Auctor

no-

Digitized by Google

noſter dum in hoc caſu adhibuit externa cephalica liquida;illa enim facile in poros, & per ſuturas in caput intrare cerebroque noxam inferre poſſunt, unde raro perveniendum ad liquida praeſertim in tali cephalalgia pituitoſa, & biliosa, ſtuporem enim ipſis ſpiritibus animalibus inducere poſſunt.Conveniunt tamen ſi in forma ſicca applicantur ut ung.alabaſtrinum, quod etiam ab ipſo Auctor noſtro : valde depraedicatur, vel herbae ſiccae applicari poſſunt, &c.

Diaetam accurate deſcribit Auctor noſter:vitandum vinum, quia facile fermentat, & bilem auget.

CASUS II.
De Cephalalgia pituitoſa.

HISTORIA.

Regina Vxor Viri Nobiliſſimi Domini COSMI a SIMMERN, Aulici Caeſarei, aetate ſexagenaria, temperamenti humidi, & frigidi, tempore hyberno capitis dolorem contraxerat, cum ſenſu gravitatis, & tenſione. Aderat & mentis quidam ſtupor, omniumque ſenſuum tarditas, & perpetua in ſomnum propenſio, oculi intumeſcebant, per os, palatum & nares multum ſalivae, & pituitae ſubinde excernebatur: urina cruda, craſſa & albicans: pulſus parvus, tardus, mollis & rarus. A tertia hora noctis uſque ad nonam invaleſcebat dolor.

RESOLUTIO.

Phaenomena, quibus apparentibus dicimus aliquem laborare cephalalgia pituitoſa, ſunt

(1) Capitis dolor in ſpecie ſenſus gravitas, & tenſio quaedam: hic dolor eſt contrarius illi in cephalalgia biliosa. Quaer. igitur, unde & quomodo oriatur? ℞. ſanguis, conſtans partibus craſſis viſcidis, & ad motum ineptis, ad cerebrum aſcendens, dum intumeſcunt arteriae, infunditur in poros partium,imo in ipſos minutiſſimos meningum poros, & quum ibidē propter novum ſemper inſequentem ſanguinem partes illae viſcidae cumulentur, & profundius in poros impellantur, fibras aliquomodo quoad ſitum mutant, membranas extendunt, unde dolor talis gravativus; inhaerent autem exuviae ſanguinis poris partium intra, & extra cranium;quum vero materia morbifica non ſit acris,dolor gravativus(non acutus)oritur, quaſi pondus incumberet capiti.

Tenſio indicat copiam materiae morbificae, ita enim augentur partes pituitoſae ut valde extendant membranulas citra tamen corroſionem, hinc tenſio illa non habet conjunctum exquiſitum dolorem.

(2) Adeſt mentis quidem ſtupor:ob ſanguinem valde craſſum,& ad motum minime aptum, & quia ex ſanguine craſſo,& viſcido craſſi degenerantur ſpiritus animales, & in minori copia, hinc mentis ſtupor,quia quamvis anima imperet excurſiones ad partes, propter viſciditatem non ſunt diſpoſiti,ut illas perficere poſſint.

(3) *Senſuum tarditas*: quia ad ſenſus externos, & internos requiritur activitas ſpirituum ut nervos impleant, quo motus impreſſi ad cerebrum deferri poſſint, quum vero in intemperie maſſae ſanguinis viſcida ſpiritus ſint pauci, & flaccidi, omnes motus ſiunt tardiores; ex ſanguine etiam debent fieri fermenta v.g. ventriculi, ex ſanguine vero viſcido, & craſſo non poteſt non generari fermentum vitioſum ventriculi, & ſic etiam actio ventriculi laeditur, a fermento tali viſcido, & ad ſolvendum inepto dependent cruditates ſuae ſanguini communicatae, augent intemperiem ejus viſcidam; & ſic fermentum vitioſum poteſt eſſe cauſſa auctae intem-

temperiei viſcidae ſanguinis, & viciſſim intemperies ſanguinis viſcida poteſt eſſe cauſſa fermenti viſcidi, & corrupti, unde cauſſa poteſt eſſe effectus, & effectus poteſt eſſe cauſſa. Spiritus quando ſunt craſſi laeditur etiam motus cordis, & fit ſegnior in hoc caſu quum adfuerit ſpirituũ paucitas, e ſenſuum tarditas, partes enim ſufficientes inflari non poſſunt, quae motum impreſſum ad cerebrum deferre debent.

(4) Perpetua in ſomnum propenſio, partim quia pori implentur ab humore pituitoſo viſcido, partim quia ſpiritus non ſunt ſufficientes, ut poros cerebri apertos ſervare, eoſque inflare poſſent, quo motus ad cerebrum adferri poſſint.

(5) Oculi intumeſcunt, propter impeditam circulationem humorum circulantium, obſtruunt enim tubulos, ut non poſſint excipi a vaſis lymphaticis, & ad cor reduci, unde intumeſcentia.

(6) Per os, nares, palatum multum pituitae effluit, quia tanta eſt copia humoris pituitoſi ut etiam ad glandulas ſalivales copioſe tranſportetur, unde interdum ſi humor ſit valde vitioſus, & glutinoſus, oritur totalis obſtructio narium, quod eo pejus eſt; ſin vero adhuc fluxilis aliqualiter eſt, in palatum rejicitur.

(7) Urina cruda, craſſa, alba &c. quia tanta eſt ſanguinis intemperies viſcida & craſſa, ut non ſolum exuviae illae pituitoſae ad partes ſuperiores ſed & ad renes copioſae amandentur, ac cum aliis partibus urinam conſtituentibus excernantur; quia vero in ſanguine dominium obtinuere exuviae variae crudae, craſſae, pituitoſae, &c. hinc urina excreta modo fuit cruda, modo alba, modo craſſa, &c.

Obj. Non ſemper in intemperie ſanguinis viſcida redditur urina cruda alba ſeu craſſa, ſed ſaepe tennis valde. ℞. Tunc tubuli renum obſtruuntur a materia glutinoſa, unde partes remanent in corpore craſſiores, tenuiores vero ſeu ſerum tenue profluit, & ejicitur, unde urina tenuis.

(8) Pulſus parvus mollis, & tardus. *parvus* eſt (1) quia ſpiritus animales in ſufficiẽti copia non influunt in cor ceu muſculum, pauci enim ex craſſo ſanguine generantur, hinc etiam in tantum cor non movetur, & dilatatur. (2) Ipſe ſanguis non adeo opus eſt ad fermentandum hinc manet craſſus, & tardiu movetur in arteriis.

Mollis eſt quia praedominantur in ſanguine partes molliores, pituitoſae, fluxiles.

Tardus, quia ſanguis ille craſſus, in arteriis non ſufficienter movetur.

Rarus, quia partes in ſanguine valde inaequaliter accenduntur.

(9) Ab hora tertia noctis ad 9. ingraveſcit dolor; Auctor noſter addit rationem, ſed minime ratio eſt, experientia enim hoc docuit, deſideramus autem rationem quare tum temporis pituita moveatur?

Recentiores quia obſervarunt diverſitatem motus humorum in corpore circa meridiem, noctem, diem, &c. dicunt has diverſitates dependere ab alia materia ſubtili tum temporis influente, partim etiam a diſpoſitione humoris quod uno tempore citius fermentant quam altero. Obſervamus autem pro diverſitate influxus aſtralis diverſas etiam tum in hominibus tum etiam brutis fieri alterationes. Gallus poſt meridiem noctis ad clamores irritatur: ratio quia ſol appropinquans noctis frigus propellit, ſicque aura illa ſubtilis novam in gallo alterationem efficit.

Cauſſa immediata eſt continui ſolutio ſeu tenſio: dolor enim eſt vehemens, ſed tenſio ſaltem adeſt. Mediata proximior eſt humor pituitoſus viſcidus.

Mediatae cauſae ſunt vel naturales vel nonnaturales, & praeter naturales: naturales ſunt temperamentum humidum, & frigidum.

Nonnaturales, aër hybernus frigidus, is enim facile ſanguinis motum ſiſtit, inſenſibilem tranſpirationem impedit, unde craſſae partes in ſanguine cumulantur, & ipſe incraſſatur.

Progn. affectus curatu difficilis eſt, partim propter conſtitutionem ipſius ſubjecti

(quia

Digitized by Google

quia in aetate ſenili & nullae exuviae fuerunt in ſanguine collectae: 2. propter conſtitutionem ambientis aëris, eſt enim in hyeme: hyeme etiam morbi frigidi difficulter curantur: hoc tempore dicit Hipp. aphor.40.ſect.2. raucedines, & gravedines in valde ſenibus non coquuntur;coctio vero illa conſiſtit in ſanguinis fluxibilitate: in ſenibus vero quia coctio illa vel deficit,vel imbecillis eſt propter imbecillitatem fermentorum nempe ventriculi, & cordis, ergo humor craſſus, & viſcidus facile in illis augetur.

Curatio conſiſtit in hoc, 1.obſtructio tubulorum cerebri, & meningum reſeranda eſt. 2. materia evacuanda:illa vero quum valde craſſa, & glutinoſa ſit,non poteſt commode evacuari niſi reddatur fluxilis, & quia partes craſſae cohaerent, debent divelli ut tandem iterum cum ſanguine miſceri ac per alvum e corpore eliminari poſſint.

Obſtructio illa tollitur per medicamenta interna, & externa; interna quia longum iter expedire debent uſque dum ad partem affectam cerebrum perveniant, debent ita eſſe conſtituta, ut non facile in motu impediri, ſed integris viribus ad cerebrum pertingere poſſint: talia ſunt quae partes habent valde rigidas duras, & mobiles, ut ſunt communia illa ligna guajac. ſaſſafras, rad. chinae, ſarſaparill. cortices tamariſci fragini guajaci,&c.haec enim partes rigidas in ſe continent,quae non facile in ſuo motu ab aliis occurrentibus inflectuntur; tales rigidae, & durae partes cum ſanguine aſcendente ad cerebrum adductae, ac in tubulos membranarum cerebri infuſae, rigiditate, & duritie ſua humores incraſſatos cohaerentes incidunt, attenuant, diſſociant ac fluxiles reddunt, unde facile in venas refluere & e corpore eliminari poſſunt;hinc decoctum lignorum in omnibus affectibus frigidis, viſcidis,ae pituitoſis a Medicis valde recommendatur.

Ligna quum non debeant in fundi in aqua aliqua deſtillata, (ſufficiẽs enim non eſt) ſubſtitui debet vinum, & addi ſal aliquod alkalinum; addi poſſunt pro lubitu. medicamenta alia amara, quae etiam conſtant partibus talibus, quae abradere poſſunt humores craſſos, ut card.benedict.betonic.majoran.,&c.

Adhibito decocto alterante purgans quoddam detur,quo pituita viſcida jam diluta ſanguini iterum infundi, & eliminari poſſit.

Externe conveniunt quae etiam vim habent attenuandi, incidendi ac deobſtruendi; adhibentur vel in forma ſicca vel liquida: ſicca, ut in cucupha, qualia ſunt aromatica, quae in pulverem craſſum ſcil. rediguntur, & inter lintea duplicata conſtituuntur: illa aromatica conſtant ſale quodam volatili, unde per poros caput intrare ac in tubulis obſtructionem tollere, & quia valde penetrantes ſunt ac partes acres habeant, humorem in tubulis craſſum reſolvere, & excutere poſſunt.

Auctor noſter commendat deſtillatum ex ligno ſaſſafras,loco hujus ſubſtitui poſſunt olea ſuccini,lavendulae,anthos & cephalica alia; habent enim vim penetrãtem haec olea propter volatilitatem, hinc etiam facile ſeſe poris inſinuare,& humorem reſolvere valent.

Tandem harum viſcidarum exuviarum ſeu ſanguinis pituitoſi regeneratio eſt impedienda, optime hoc fieri poteſt, ſi habeamus rationem fermentorum praeprimis in ventriculo, inteſtino duodeno, etiam in corde,&c.

C A S U S III.

De Cephalaea ſcorbutica.

Vitioſae illae effervefcentiae,quae in ſcorbuticis deprehenduntur, oriuntur ex conflictu ſalium vitioſorum in maſſa ſanguinis: ex conflictu illo tandem in

coagulum mutantur, in quas partes iſtud coagulum defertur; in illis cruciantes dolores oriuntur, qui vocantur dolores ſcorbutici; hinc etiam ſi cum ſanguine coagulum iſtud ſeu ſalia coagulata deferuntur ad cerebrum, & membranularum ſeu meningum poros anguſtiſſimos ingrediuntur, ita iis infiguntur, ut etiam vix ab aliquo medicamento expelli poſſint, unde vehementiſſimus, & incurabilis fere oritur dolor capitis ſcorbuticus, ut ex ſequenti hiſtoria apparet.

H I S T O R I A.

HOneſtiſſima Foemina, Vrſula Kundenreichia, Dom. Melchioris civis, & mercatoris Coibergenſis p.m. vidua, conſtitutionis quidem calidae, & ſiccae, multis tamen defluxionibus obnoxia, anno aetatis ſeptuageſimo tertio. ſub initium autumni in vehementiſſimum capitis dolorem incidit cum vigiliis contumaciſſimis, difficili reſpiratione & cordis anguſtia ac palpitatione. Facies pallida erat vel potius livida: pulſus parvus, debilis & inaequalis; urinae variae, interdum albae & craſſae, interdum rubrae, turbidae, cum ſedimento farinae laterum non abſimili: ſupervenit tumor poſt aurem ſiniſtram, qui quum diſcuti non poſſet, convenientibus remediis emollitus, & apertus eſt. Profluit materia tenuis, feroſa ex flavo nigricans qualis ichor ab atra bile eſſe ſolet, ſed nullo cum levamine; ſaevientibus namque in miſeram abſque ulla remiſſione doloribus atrociſſimis, tandem e vita deceſſit.

Quaer. an illi qui ſunt conſtitutionis calidae, & ſiccae etiam obnoxii eſſe poſſint defluxionibus: videtur enim contra naturam eſſe, quum in defluxionibus magna praeſupponatur humiditas? ℞. Obſervamus illos homines qui ſunt rarioris teſturae & calidioris naturae etiam obnoxios fieri defluxionibus; illa ſiccitas vero non eſta defectu ſeri, ſed a ſanguine acri, & quia laborant tali intemperie acri etiam corpus nutriri non poteſt; ideo dicimus quod in calidis, & ſiccis naturis non fiat defluxio talis, qualis ab humore pituitoſo, ſed quoniam ſanguis acris ſeu ſalia coagulata modo in hanc, modo in aliam ruunt partem, & dolorem inferunt, vocamus defluxiones; hinc etiam probe diſtinguendum inter dolores qui fiunt ab humore pituitoſo, & dolores ſcorbuticos; illi non ita ſunt vehementes, & corrodentes, ſed gravativi, interdum nulli, hi vero ſcorbutici ut ardor, dolor & calor ſunt vehementiſſimi ſicque hi hoc modo obnoxii ſunt defluxionibus, qui nempe laborant intemperie acri, talis enim ſanguis facile efferveſcit, ebullit & nunc in hanc nunc in aliam partem ruit. Auctor hunc capitis dolorem vel ſcorbuticum propter peculiaria ſymptomata quae in hoc dolore, non vero etiam in aliis capitis doloribus obſervantur, hic enim dolor a ſalibus ſcorbuticis valde acribus ortum habet.

Adſunt enim (1) vigiliae contumaciſſimae: ſalia enim non permittunt ut pori cerebri ſubſideant, ſed ſemper vellicant, unde ſpiritus ſemper turbantur, & accurrunt:

(2) Difficilis reſpiratio: quod ſymptoma in ſcorbuticis communiſſimum eſt, ad reſpirationem requiritur legitima diſpoſitio muſculorum abdominis, quando vero muſculi abdominis referti ſunt ejuſmodi ſalibus ſcorbuticis, (ut in ſcorbuto) eum difficultate attollunt, & ſic difficultas oritur reſpirandi; altera cauſſa, quando ipſi pulmones obſtructi ſunt: quo ad cellulas vel nervulos, a materia quadam viſcida, & craſſa, aër ingrediens propter obſtructionem non poteſt ſufficienter poros intrare, & cellulas omnes inflare ac permeare, unde etiam oritur difficilis reſpiratio in ſcorbuto; tertia cauſſa, quia ſanguis in ſcorbuticis a motu ſaltem leviſſimo faeillime effervefcit, hinc ſi celerrime a corde in pulmones effunditur, pulmonesque non ſint recte diſpoſiti, ſed obſtructi, ſanguis reſtagnat, quia ipſi obex ponitur, quod ſaepiſſime experiuntur illi qui ſcalam aſcendunt.

(3) *Cordis anguſtia, & palpitatio*: cordis anguſtia oritur a reſtagnatione ſanguinis circa pulmones, & propter ſanguinem acrem fibrae, & nervuli cordis irritantur,

tur, & quia ſpiritus ad irritationem talem accurrunt, laeditur motus cordis, ſicque oritur palpitatio cordis.

(4) Facies pallida, & livida propter inſufficientem ſanguinis, & humorum circulantium motum, unde ſanguis ubique fere reſtagnans redditur impurus.

(5) *Pulſus parvus:* ex intemperie ſanguinis, ille enim ſi praeter acrimoniam accipit viſciditatem ut in ſcorbuto fit, tunc in corde aequaliter non poteſt accendi, unde pulſus parvus, & inaequalis: quum vero ex illo ſanguine pauci generentur ſpiritus, oritur pulſus debilitas.

(6) Urina modo alba, craſſa, modo rubra, &c.

Quaer. unde recrementa illa quae in urina conſpiciuntur? ℞. a vitio efferveſcentiae in inteſtino duodeno, illius effectio eſt ſegregare humorem alibilem ab excrementitio, quod etiam fit ſi duo humores bilis, & ſuccus pancreaticus rite manent diſpoſiti: quando vero labem contraxerunt tunc faeces manent immiſtae, quae tunc cum ſero partim ad veſicam tranſportantur, hinc pro diverſitate admiſtorum urina modo alba, modo rubra, &c.

Quia vero ſanguis laborat intemperie acri, facile hi humores ſeu fermenta labem contrahere poſſunt, quia ex tali ſanguine acriori, & corrupto generantur.

(7) Alvus ſicca, & obſtructa: quia illa efferveſcentia in inteſtino duodeno non recte fit propter nimiam viſciditatem, & aciditatem ſucci pancreatici; acida enim coagulant, unde ſcorbutici, & melancholici fere ſemper habent alvum tardiorem; exſiccantur enim & indureſcunt faeces propter viſciditatem, & aciditatem ſucci pancreatici.

(8) Maculae apparent: videmus quod guttula alicujus humoris acris ſi incidat in laminam, corroſionem & maculam producat; eodem modo ſanguinis exuviae acres in ſcorbuticis corrodunt vaſa capillaria; hinc ex vaſis a ſanguine ſecretae ac in cutem ſuffuſae tales maculas producunt, & pro varietate corrupti ſanguinis variant etiam macularum colores, hinc aliae ſunt lividae aliae rubrae, &c. ſaepius a tergo ſequentes exuviae ſecum ducunt exuvias illas cuti inhaerentes, unde interdum evaneſcunt: dum vero de novo aliae extra vaſa inſtillantur, iterum apparent.

(9) Supervenit tumor ad aurem: is dum apparuit ſpem fecit reconvaleſcentiae, ſed fruſtra, non enim fuit criticus ſed ſymptomaticus, ac indicavit inſignem copiam humoris morbifici, prodiit enim nullo cum levamine, dolor etiam aperto tumore non remiſit.

(10) Humor qui effluxit fuit ichor volatilis & ſic concluſum, quod partes activae ſubtiliores ſanguinis ejectae fuerint relictis craſſioribus, & vappidis, unde facile potuit ſphacelus accidere; omnes enim ſcorbutici moriuntur ſphacelo: ſanguis enim fit quaſi mortuus, & vappidus propter defectum partium activarum, quae fermentationem illam ordinariam blandam debebant continuare, quae ceſſat. Et hae ſunt cauſſae apparentiarum, quibus praeſentibus certo concludere poſſumus, adeſſe cephalaeam capitis ſcorbuticam.

Prognoſis: curatu difficilis eſt propter ſequentes rationes: 1. propter aetatem, in ſenibus enim curationes ſemper difficilius inſtituuntur: 2) afficitur pars nobilis, & quidem ſine remiſſione doloris: 3) propter ſymptomatum congeriem, quo enim plura gravia ſymptomata adſunt, eo difficilior curatio; facultas vitalis, & animalis laeditur. Animalis: adſunt vigiliae per quas ſpiritus valde conſumuntur, dolor (refertur enim ad ſenſum & facultatem animalem) vehemens; vitalis: adeſt difficilis reſpiratio, pulſus parvus, debilis &c. urina modo alba modo rubra, &c. alvus obſtructa, quae tamen ad naturalem facultatem alias referuntur. Ergo tum liquor animalis tum vitalis afflicti fuerunt.

Cauſſa procatarctica fuit diſpoſitio calida, & ſicca, accidit tempus autumnale, autumno autem potiſſimum ſcorbutus exacerbatur, catarrhi, raucedines, notante Hippocrate valde communes ſunt.

Digitized by Google

Curatio: methodice Auctor noſter aggreſſus eſt curationem. Evacuatio duplex eſt, univerſalis & particularis, ſemper univerſalis praecedat particulari, quod Auctor noſter obſervavit, dum in curatione praemiſit enema, praeprimis quia alvus etiam fuit obſtructa; quo diutius enim durat alvi obſtructio, eo magis caput laeditur.

Poſt enema adhibēdum eſſet purgans; verum quum humor ſcorbuticus, praeſertim quum abundat aciditate, nulli cedat medicamento purganti, & ſanguis melancholicorum, & ſcorbuticorum ita diſpoſitus ſit, ut a leviſſimo purgante fermentet, & ebulliat, & patientes graviſſima incurrant ſymptomata, unde Medicus accuſatur, quum tamen culpa non ſit in Medico, ſed humore ſcorbutico plus juſto acido; ergo Auctor noſter recte praemiſit aliquod praeparans, ut nimirum viſciditas, & aciditas humorum infringatur, parteſque oleoſae, & activae, quo circulatio fieri poſſit, reddantur & reſtituantur. Praeparans tale fuit lene ex decocto laxativo, & quidem recte: abſtinendum enim a ſcammoneatis, diagryd. reſinis, helleboro: ſubſtitui vero debent apozemata ſeu decocta ex levioribus purgantibus, & humidioribus praeparata.

Praemiſſis his ad ſymptoma urgentiſſimum reſpiciendum, nempe vigilias, quod etiam Auctor noſter facit? NB. licet dolores non cedant adhibitis, tamen non ita facile ad opium confugiendum eſt, quia enim per vigilias ſpiritus conſumti ſunt, opium rel quos, qui tamen pauci, plane extinguere poteſt. Ergo nunquā opium adhibendum, niſi vires adhuc ſint fortes. Denique quia etiam cerebri capitis, & cordis fuit habenda ratio, recte Auctor noſter adhibuit cephalica, & corroborantia. Sicque fecit ſuum officium, nihilque eorum omiſit, quae in naturae, & artis poteſtate ſita ſunt: quia vero aegrotae ſanguis valde fuit corruptus, extincta eſt.

C A S U S IV.

De Hemicrania.

Eſt vehemens dolor qui dimidiam capitis partem affligit. Quaer. quomodo hoc poſſit fieri, quod interdum una pars prae alia laboret? quomodo interdum in capite ſiniſtra pars prae dextra dolore afficiatur, interdum vero dextra relicta ſiniſtra, ut in hac hiſtoria, quaſi limites poſiti eſſent ipſi dolori? Reſp. ſi cum ſanguine aſcendente humores alii vitioſi per arteriolas carotides, & cervicales ad cerebrum ducantur, per has vel illas arterias ſeu ramos tendunt ad hanc vel illam partem: arteriae vero tum carotides, tum cervicales, in quibus humor vitioſus advehitur, in internos diſtributae ſunt ramulos, in quibus jam praeſens vitioſus humor faciliorem abitum, & convenientiores poros invenit, facilius etiam illos ingreditur ſeu jam tendant ad partem ſiniſtram ſeu dextram; tales pori vero ſucceſſive fiunt, & facti ſunt.

Obſervamus enim quod hemicrania non una vice inducatur ſed ſucceſſive, praecedit enim dolor totius capitis vagabundus per intervalla affligens, donec ita ſenſim pori arteriolarum ad certam partem tendentium adaptantur, in quos ſubinde humor morbificus ad hanc vel illam partem ruere poſſit: & hoc modo hemicrania dextra in aegra noſtra fuit inducta.

H I S T O R I A.

Margaretha Bondin, illuſtriſſimi Baronis Nicolai Gubernatoris Halmſtadenſis in Suecia conjux, calidioris temperamenti, & in flore aetatis conſtituta, per circuitus vehementi capitis dolore afficiebatur in dextra potiſſimum parte: durabant ſaepe immaniſſimi cruciatus per integrum diem, a cerebro ad oculi dextri radicem pertin-

tingentes, tanta cum ſaevitia, ut nec lucem tolerare, nec ſomnum capere poſſet, quin & levi tactu exaſperabatur malum, ut nec manum ferret, nec pectinem.

EXPLICATIO PHAENOMENUM.

Adeſt (1) dolor acutus, quia partes membranoſae afficiuntur: (2) dolor tendit ad oculi dextri radicem, quia habent eandem ſubſtantiam, membrana enim quam habet globus oculi, originem habet a meningibus craſſa, & tenui; quum vero humor tendat ad dextram partem, etiam dolor ad dextri oculi radicem percipitur.

(3) Auctor noſter a contactu exacerbatur, propter mobilitatem ſalium.

(4). Lucem non fert aegra propter motum, qui facile exagitat humores vitioſos; a lumine enim agitati ſpiritus ſimul ſalia illa volatilia peccantia exagitant.

(5) Somnus nullus: propter continuam illam a ſalibus acribus volatilibus vellicationem, quae poros cerebri non permittit ſubſidere.

Cauſſa hemicraniae eſt humor quidam acris fixus his ſimul, qui facile in partem capitis infundi poteſt; hinc etiam curatio reſpicit ſanguinem fervidiorem.

Quaer. an venae-ſectio recta inſtituta ſit aegrae? ℞. affirmative, & quidem ſummo cum commodo, quia fuit in flore aetatis conſtituta. Venae-ſectio enim fervorem, & calorem maſſae ſanguinis refrigerat, & temperat, humorumque raptum ad caput impedit, &c.

Recte Auctor noſter poſt lene purgans adhibuit ſudoriferum aliquod, quia ſalia ſunt valde volatilia, ut etiam a leviſſimo motu ſudoriferi alicujus poſſint expelli, & illud eo magis, quod ipſa jam tendant ad circumferentiam. Reliqua quae Auctor noſter praeſcripſit, potius reſpiciunt ipſum fervorem, & intemperiem maſſae ſanguinis calidam & acrem. Et quia dolor in hoc caſu fuit urgentiſſimum ſymptoma, recte Auctor noſter anodyna adhibuit, inter alia etiam emplaſtrum ex verbena: Foreſtus tantam huic herbae in capitis doloribus adſcribit vim, ut etiam ſub pulvinari poſita capitis dolorem arcere dicat. Optime Auctor noſter adhibuit fermentum, in illo enim aciditas quaedam eſt, mediante qua ſalia volatilia acria in maſſa ſanguinis praecipitat, eamque ita refrigerat, & temperat.

CASUS V.

De dolore Capitis ab ebrietate.

HISTORIA.

Magiſter quidam Equitum, cujus nomini honoris gratia parco, homo intemperans, gurges atque helluo, fruges conſumere natus, quum ſolenni bibulorum feſto, quod bacchanalia vulgus vocat, vino generoſo largius ſe invitaſſet, in capitis dolorem incidit, adeo vehementem, ut Cyclopes in cerebrum migraſſe putaret, dieſque noctesque inſomnes duceret, non ſine magna mentis anxietate, & perturbatione.

RESOLUTIO.

Hic dolor oritur a ſanguinis motu perturbato qui praeceſſit; in vino enim acidum quoddam volatile latet, quod communicatum ſanguini facile effervescentiam inſtituit: per illam autem effervescentiam craſſiores quaedam partes ad cerebrum raptae quum ſint acidae, facile cum ſpirit. animalibus, qui alkalinae naturae ſunt ſimilem effervescentiam in cerebro incipiunt, (omne enim alkali cum acido fermentat) unde laetitia, hilaritas in ebriis, quum etiam haec fermentatio ſeu pugna inter acidum, & alkali in cerebro non ita diu ſubſiſtere poſſit, ſpiritus tandem coagulantur ab acido, ita ut non amplius hilaritas ſed ſubſequenter profundus ſopor in ebrio deprehendatur, imo ſaepe mors, uti a variis Auctoribus varia notantur exempla.

Hinc

Hinc etiam curatio conſiſtit in acidi mitigatione, & ſpirituum animalium reſtauratione, quod fit ſi acidum in cerebro tollatur, fermenta viſcerum reſtituantur, hinc ſtomachica valde conveniunt accedente aliquo remedio, quod ſimul fervorem maſſae ſanguinis alteret, & temperet.

Quod vero ebrietas ab acido aliquo volatili inducatur, probatur a juvantibus; omnia enim illa quae deſtruunt acidum volatile vim habent ebrietatem arcendi, & retardandi, unde laudantur amygdalae amarae (1) quia oleoſitate qua gaudent acidum illud volatile deſtruunt, & quaſi ligant. (2) quia ſunt diureticae, hinc humorem ingurgitatum ad veſicam ducunt, & cum urina educunt, & hoc ſi non fiat facile iſte humor ad cerebrum rapitur; ob hanc rationem illa vina quae aliqualem vim diureticam habent non tam facile ebrietatem inducere poſſunt. Quod autem vino acidum volatile inſit, probatur a ſpiritu vini, qui nil aliud eſt, quam acidum vini a phlegmate ſolutum, & ideo ſpirit. vini facile ebrietatem cauſſatur: ſpir. vini ſi miſcetur cum alkali aliquo tũc facile coagulatur: ſi ſpir. vini affunditur oleo tartari, vel alii fixo alkalino, & abſtrahantur ſimul, tum manet quidem ſpiritus volatilis, ſed deperdidit acidum volatile, quod ita probatur, quia ſal tartari gravius eſt factum, ex qua ponderoſitate concludere poſſumus aliquid de ſpir. vini receſſiſſe, ſalique tartari acceſſiſſe.

Inter alia medicamenta, quae arcent ebrietatem etiam ſal volatile c.c. eſt. Spiritus ſal armoniaci praeprimis potentiſſimam vim habet acidum volatile infringendi, & obtundendi; hinc inter bibendum inditur vino ad gut. x. xv. ad xx. ubi egregiam habet vim ebrietatem retardandi, ita ut etiam a quibuſdam vocetur ſpiritus a Sixon.

Et quia omnia oleoſa acidum vini inebriativum corrigunt, ideo in ebrietate emulſiones adhibentur, ut emulſio amygd. oleoſitate enim quam habent emulſiones, acidum vini obtundunt. Quamvis etiam ipſe ſpir. vini aliquid oleoſum contineat, quod ſic probatur. Aqua fortis externe etiam ſaltem exhibita atrociſſimã infert corroſionem, & dolorem propter acidum cauſticum quod habet. Sin vero ſpir. vini, & aq. fortis invicem miſcentur anatice, & cohobantur, tum aciditas cauſtica ab oleo ſpir. vini corrigitur ita, ut etiam contra multos affectus tuto intra corpus aſſumi poſſit.

CASUS VI.

De Phrenitide.

QUamdiu ſanguis in legitima ſua miſtura, & motu quoad partes illum conſtituentes conſervatur, tamdiu nulli ſanguinis oriuntur morbi, actionesque vitales manent integrae; quamprimum vero ratione miſturae ac motus mutantur, non pauci oriuntur morbi, actionesque vitales non parum etiam mutantur. Idem poſſumus dicere de ſpiritibus, qui conſtant partibus oleoſis, acribus, & aquoſis, quamdiu hae illas legitime tẽperant, harmonice conveniunt, & in unum eundemque motum conſpirant, tamdiu etiam ſpiritus animales non perturbantur, neque animales actiones mutantur; quamprimum vero in ſpiritu praedominantur praeter naturã acres partes, ſtatim miſtura turbatur, motus laeditur, ac conſequẽter laeduntur actiones animales. Illa autem perturbatio ſpirituum provenire poteſt vel ex sãguine aliiſque humoribus, vel ab aliquo extraneo ſeu extrinſecus accedente. Ex ipſo ſanguine, quod videmus in paroxyſmis febrilibus imprimis autẽ in ebriis, ubi ſaepius cum ſanguine tales heterogeneae partes, ad cerebrũ translatae ac cum ſpiritibus miſtae, miſturã atque motum illorum varie laedunt: & quemadmodũ a ſanguinis laeſa miſtura, & perverſo motu dependere dicimus varias febriles effervescen-

veſcentias, & ebullitiones, ſic etiam a laeſo ſpirituum motu eorundemque miſtura, varia deliria, variae incaleſcentiae, incenſiones ac diverſae perceptiones dependere poſſūt; in ebriis propter multas heterogeneas partes communicatas ſpiritibus animalibus confuſe in cerebro movētur; ita ut tumultuoſo impetu incidant, & impellantur in glandulam pinealem; quae ideo in nullo certo motu conſervatur, ſed hinc inde fluctuans occaſionem menti praebet, ut varie circa actiones animales erret, variaſque perceptiones habeat; anima enim judicat ſecundum motus allatos. Aſt in perturbatione ſpirituum animalium nulli certi ordinarii adferuntur motus. Ergo & nullae ordinariae cogitationes, & perceptiones oriuntur.

A cauſſa extranea, & miſtura ſpirituum animalium laedi poſſunt, nempe a certa aliqua materia ſubtili; obſervamus enim quod ſaepe diebus canicularibus in canibus ſpiritus ita turbentur, atque in motu laedantur, ut etiam in rabiem adigantur, obvioſque ſumma cum ferocia invadāt, a nulla alia cauſſa, quam certa aliqua materia ſubtili tum temporis influente, motumque ſpirituum turbante; id quod etiam certum argumentū eſſe poteſt, bruta non opus habere peculiari ſic dicta forma ſubſtantiali, ſi ſola illa materia ſubtilis in canibus rabidis tales turbationes cauſſare, eoſque ita diſponere poteſt ut ignis & aqua non reformident.

Obſervandum porro eſt, ſpiritus non ſemper in ipſo cerebro perturbari, ſaepe enim illa perturbatio fit & incipit in parte aliqua etiam a cerebro longe remota, & poſtmodum continuatur, uti obſervare licet in affectibus hyſtericis, & hypochondriacis, ubi in nervis circa uterum, & hypochondria ſpiritus turbantur, qui ad cerebrum delati ſimilem turbationem ſpiritibus in cerebro hoſpitantibus incutiunt, & ita in ordine mutantur ut delirium oriatur. Ex dictis itaque patet, quomodo a materia ſubtili induci poſſit phrenitis. Nunc ad ipſam hiſtoriam, ubi delirii iſtius phrenitici principalis cauſſa fuit materia ſubtilis ſub cane influens.

H I S T O R I A.

JOannes Bulgrin, Filius magnifici, & excellentiſſimi Viri Domini Andreae Bulgrin, illuſtriſſimi Principis Pomeraniae in Epiſcopatu Caminenſi Cancelliarii, ſub caniculam anni MDCXXVIII. nullo alio praecedente morbo, vigiliis contumacibus febre continua, & delirio perpetuo detinebatur, facies ſaturato rubore conſpiciebatur ſuffuſa, oculi torvi, modo fixi, modo vagantes, vociferabatur, e lecto interdum proſiliens adſtantes impetebat: interrogatus reſpondebat cum iracundia, dictorum geſtorumque omnium immemor.

R E S O L U T I O.

Ut a materia ſubtili phrenitis induci poſſit, requiritur certa ſpirituum diſpoſitio, quae quum non in omnibus ſit una eademque, etiam unus prae altero citius vel rarius phrenitide corripitur; qui enim ſanguinem, & ſpiritus habēt valde craſſos tam facile ad tales excādeſcentias irritari non poſſunt, ut in ſenibus: juvenes vero quum habeant ſanguinē calidiorem, & fervidiorem, facilius phrenitici fiunt; quia ſpiritus illorum ita diſpoſiti ſunt, ut facile in talem excandeſcentiam a materia ſubtili adigi poſſint: & haec eſt ratio quare juvenes frequentius, rarius vero ſenes phrenitide corripiantur, & quare enim inter ipſos juvenes unus prae altero tali morbo laboret: hinc etiam non omnes canes rabidi fiunt ſed multi, quia non omnes ſimilem ſanguinem, & ſpirituum animalium habent diſpoſitionem.

Phaenomena: plures dantur delirii ſpecies quaedam eſt ſine febre, ſed cum furore, & dicitur mania: quaedam eſt ſine febre, & furore, ſed cum timore, & triſtitia, diciturque melancholia: quaedem eſt cum febre continua, & furore, & tunc phrenitis eſt. In praeſenti caſu igitur quum delirium ſit cum febre, & furore, recte ab Auctore noſtro phrenitis dicitur. Rationem formalem, & cauſſam immediatam graviſſimi hujus affectus dicunt eſſe inflammationem membranarum cerebri. Quaeritur, quomodo inflammatio iſta fieri poſſit in partibus membranoſis? ℞. a ſangui-

ne

ne biliofo, is tanquam ſumme mobilis e vaſis ſuis effuſus ingreditur porulos membranarum ibique putreſcit, & accenditur, accenſus accendit ſpiritus, unde delirium, & quando cum ſanguine refluo cordi communicatur, ſimul febris oritur: verum ſi ſanguis effuſus ita putreſceret, & accenderetur, multi phrenitidem producere deberent morbi, praeprimis vehemens dolor capitis, quod tamen non fit, quum phrenitis ex improviſo inducatur. Dicimus igitur, quod quidem phrenitis interdum ab inflammatione tali cerebri oriri ſoleat, talis autem inflammatio aliter fit ac veteres explicant. Potius oritur quoties corpuſcula triangularia incidunt in poros rotundos, & tunc quilibet porus rotundus tria juxta ſeſe relinquit ſpatia, propter trinam ſuperficiem, ad replenda illa ſpatia relictam, & impediendum vacuum, materia ſubtilis copioſius influit, partes ſive humores illos obſtruentes valde commovet, qui commoti dum pergere poſſunt, valde turbantur, ſicque inflammatio oritur.

Obj. ſi inflãmatio oritur a certo materiae ſubtilis influxu, quaere ſaltem membranulae in cerebro inflammantur, & non ſimul aliae partes extra cranium, antequam enim ad internas, & in ſpecie ad membranulas materia ſubtilis perveniat, prius externas permeare debet. Quaerit. ergo quare hae non potius inflammentur. ℞. Fulmen deſtruit enſem illaeſa vagina, quia in vagina reperit poros convenientes, quos libere permeare poteſt: in enſe vero dum offendit poros irregulares propter reſiſtentiam eorum, ejus texturam deſtruit. Ita & materia ſubtilis quia in partibus extra cranium offendit ſatis convenientes poros, ſine turba illos permeat: in membranulis vero internis quum portiones poris inhaerentes obſtent, talem turbam & agitationem ſubſequentemque inflammationem cauſſat. Ergo inflammatio in aliqua parte oritur, quoties pori in tantum obſtruuntur, ut materia ſubtilis cum impetu influat, parteſque valde moveat, unde major ebullitio, & major calor.

Non tamen hic putandum, quod phrenitis ſemper oriatur ab inflãmatione membranae cerebri, ſed ſaepe eſſe ſymptoma quod phrenitidem comitatur. Hinc dicimus cum celeberrimo Williſio, cauſsã phrenitidis fere ſemper eſſe perverſum ſpirituum animalium motum, quatenus in confuſionem adiguntur, ac eorum textura mutatur; in ſtatu enim naturali ſpiritus influunt ordine certo, in praeter naturam vero tumultuarie, unde & tam inſignes in phantaſia, & ſenſibus internis deprehenduntur mutationes.

(1) *Adeſt febris continua*: propter ſpirituum animalium miſturam laeſam, eorundemque perverſum motum, quia enim in cerebro partes valde ebulliunt, quaedam cum ſanguine ad cor revehuntur ibique ſimul miſturam ſanguinis mutant, unde effervescẽtia, & ebullitio oritur; quum autẽ continuo tales ebullientes partes ſanguini ſuppeditentur, febris eſt continua; accedit & diſpoſitio ipſius ſanguinis in aetate juvenili, quae valde bilioſa eſt, ac quam facile ebullire poteſt. Auctor noſter habet rationem quae inſufficiens eſt, non enim explicat quomodo in corde fiat illa effervescentia.

(2) *Facies rubet*, praeſertim circa genas propter copiam ſalium volatilium, illa enim quum abundent in ſanguine phreniticorum, augent colorem ſanguinis purpureum; obſervamus enim in ſanguine per venae-ſectionem evacuato, ab injecto ſale aliquo volatili, colorem rubicũdum valde augeri; in arteficialibus ſi elixir. propriet. paretur cum mẽſtruo quodam, quod non ſit acidum, obſervamus inde extrahi liquorem quendam rubicundum; huic ſi additur ſal aliquod volatilis ac per aliquot dies in loco calido iterum digeritur; videmus tincturam illam quoad rubedinem valde fuiſſe auctam a ſale volatili, ſic & quia in phrenitide ſanguis valde ebullit & facies rubet, concludere poſſumus provenire a copia ſalium volatilium.

(3) *Oculi torvi*: ob nimium ſpirituum animalium affluxum, ac inde dependentem nimiam fibrarum inflationem.

(4) Modo vagantur, modo ſubſiſtunt: prout ſpiritus animales ira excandeſcentes nunc in hanc nunc in illã magis ſive minus determinantur partẽ, ſaepius copioſe

ex-

excurrant ad oculos unde vagantur, modo pauci unde ſubſiſtunt, modo ad artus unde variae geſticulationes, &c.

(5) Vociferatur, omniaque cum contentione &c. prout enim ſpiritus incidunt in glandulam pinealẽ ita & fiunt perceptiones in mẽte; in vertigine ſpiritus in gyrũ agitati eo modo incidunt in glandulam pinealẽ unde mens putat omnia objecta in gyrũ agi; in phrenitide cum adſit magna ſpirituũ excandeſcentia, varie & confuſe in cerebro moventur, varioſque ac inordinatos motus imprimunt, unde mens non poteſt nõ cõfuſe judicare nec errores ſuos cognoſcere. Quod mens judicet juxta motus impreſſos ex hoc etiã poteſt probari, dum percipimus interdũ in ſomno varios dolores aequales illis ab enſe productis, ratio, quia tunc ſpiritus in glandula pineali talem cauſſant motum, qualem alias enſis produceret.

Riverius movet controverſiam, num ratiocinatio cum phantaſia laedatur in vertigine? Id quidem negat dicens, ſi hoc eſſet, vertiginoſi putarent objecta vere in gyrum verti, quod tamen non fit; agnoſcunt enim imaginationis errorem, pag. 218. cap. 1x. reſpondetur vero, quod utique laedatur, in vertigine nempe exacta, & ſatis vehementi, & quidem in ipſo paroxyſmo non cognoſcunt errorem, apprehendunt enim alia corpora ut a lapſu caveant.

Carteſius dicit: imaginatio nihil aliud eſt, quã quando mens ſeſe applicat ad veſtigia impreſſa; quum autem mens ita immediate ſe veſtigiis applicare non poſſit, rectius dicimus, imaginationem dependere a reflectione, & pictura quaſi ſpirituum animalium in glandulam pinealem: quia vero in phrenitide ſpiritus varie, & confuſe moventur, hinc etiam confuſe reflectuntur ad glandul. pinealem, unde confuſa, & varia ſibi imaginantur: illud etiam in inſomniis fit interdum, dum ſpiritus ita inordinate agitantur, varii motus glandulae pineali imprimuntur, unde variae illae, & ridiculae in ſomno connexiones.

(6) Dictorum geſtorum immemor: quia ſpiritus illi valde excandeſcentes, impingunt in veſtigia impreſſa, eaque occludunt, & pervertunt.

(7) Urina in hoc affectu utplurimum eſt pallida: dicunt provenire ex raptu bilis verſus caput, ſed ex falſa hypotheſi, quaſi bilis tingeret urinam, contrarium ex ſolo ſapore demonſtrari poteſt: ſi enim quaedam guttulae bilis urinae ineſſent, tota amara eſſet, aliquot enim guttulae bilis totam liquoris menſurã amaram reddere poſſunt, propter vim ſeſe diffundendi qua pollet: ſapor autem urinae ſalſus eſt non amarus. Rectius itaque dicimus in phaenomenon urinam eſſe renuem & pallidam, quia partes amarae, quae debent conſtituere bilem, ſero non incoquuntur, ſed in ſanguine remanent, & ad cerebrum transferuntur.

(8) Phreneti floccos, & legunt & removere conantur, quaſi oculis obvolitarent. Quaer. unde? ℞. Anima ſemper judicat ſecundum conſuetudinem; hinc quia ſimiles motus, & radii a ſpiritibus animalibus in glandulam pinealem imprimuntur, quales alias fiunt in oculo ſi flocci revera obvolitant, fit talis mentis conceptus.

Signis diagnoſticis nõ opus habemus, quum recenſita ſunt quaſi patognomonica. Prognoſtica: eſt effectus valde periculoſus ratione partis affectae nobilis afficitur enim cerebrum, & ſpiritus animales.

Curatio: motus ſpirituum perverſus reſtituatur, eorumque, & ſanguinis turbata miſtura redintegretur, ſicque delirio, & febri occurrimus, actioneſque vitales, & animales reſtituuntur; ſi enim motus ſpirituũ perverſus corrigatur, ceſſat inordinatus eorum ad cor influxus, ſicque ceſſat febris; quia ſanguis in phrenitide valde ebullit, & in motu peccat, indicat revulſionem, quae fit per venae-ſectionem.

Quaer. in qua parte inſtituenda? ℞. Si phrenitis originem trahit ex ſuppreſſione menſium, haemorrhoidum, vel lochiorum, tunc ſemper in pedibus, nunquam vero in brachiis inſtituenda, quia melius fit revulſio verſus partes inferiores: ſin vero ab alia cauſſa oriatur, vena aperienda in brachio, & quidem cephalica; multi

ſuadent apertionem venae cephalicae in cubito, quia proxime conjuncta eſt cum arteria ſubjacente, unde ſanguis ſubtilior felicius evacuari poteſt, praeprimis quum in phrenitide ſanguis peccet ratione ſubtilitatis. Vid. exemp. Thoneri. Quia vero phrenetici valde ſunt inquieti, & facile propriis manibus ſibi vim inferunt, vulnus in venae-ſectione non debet adeo magnum eſſe, bene etiam obligari debet emplaſtro ſatis noto ex pilis lepor. albumine ovi, &c.

Ad ſanguinis calidioris verſus caput raptum impediendum recte Auctor noſter epithema refrigerans, & praecipitans ex aqua roſarum, & aceto externe adhibuit, poſtmodum propter nimiam ſpirituum animal. agitationem repellentia tentavit, ac fronti ac temporibus applicavit: reliquis vero diebus reſolventia.

Ad revulſionem praeter venae-ſectionē, & alia tentavit Auctor noſter nempe frictiones, ligaturas, eò modo enim ſpiritus animales avocantur, & ad conſueta munia admonentur. Veſicatoria etiam adhibuit, quibus humor acris non tantum evocatur, ſed & ſpiritus in ordinem rediguntur.

Altero poſt venae-ſectionē die Auctor praeſcribit lene purgans, ita nempe bene, omnia enim fortiora, & calida purgantia vitanda; paſſulatum ſufficit, vel ejus loco enema aliquod refrigerans, & laxans injici poteſt.

Vigiliarum etiam ratio habenda, (tanquam urgentiſſima ſymptoma) contra illas Auctor adhibuit refrigerātia ſomnum inducentia ac vires conſervantia. Refrigerantia debent eſſe praecipitantia, ut nitrum perlatum, acetum deſtill. antimoniū diaphor. omniaque ponderoſa, & gravia, ut margar. corall. omnia teſtacea, obicem enim ponunt ſpirit. animalibus quo minus ita poſſint excurrere.

Ad ſanguinis effervescentiam Auctor commendat valde ol. perlar. quod duplex eſt, vel per deliquium, ſi in loco frigido ſive cella liqueſceret; alterū per deſtillationem: dubitamus vero an tales praeſtet vires, quas Auctor ipſi adſcribit, dicit enim Auctor noſter pauculae ejus guttae mirabiliter ſpectac. &c. verum id etiam praeſtat ſpir. urin. ergo ex hoc ſolo effectu tales vires, colligere non poſſumus, melius igitur, & felicius in illa effervescentia ſanguinis adhibentur praecipitantia & acida.

Cauſſam phreneticor. diximus inflammationem membran. cerebri. Objectio contra hanc ſententiam haec poteſt eſſe: ubi inflammatio, ibi tumor: ubi tumor ibi pororum compreſſio: ubi pororum compreſſio ibi ſpirituum animalium influxus impeditus, & ſic potius affectus aliquis ſoporoſus oriretur, quam febris & vigiliae, deliria, propter illam compreſſionem enim partium ſubſident pori cerebri, unde ſomnolentia eſſe deberet. ℞. Illa inflammatio oritur a paucis partibus valde volatilibus & acribus non vero craſſis, unde etiam tantus tumor eſſe non poteſt. Sin vero humor aliquis in magna copia inſtillatur in cerebri membranas, tunc cerebrum comprimitur, ut in apoplexia a lapſu fit.

C A S U S VII.

De Delirio Scorbutico.

H I S T O R I A.

Uxor Zachariae Movii Aromatarii, nulla praecedente febri inopinato mentis alienationem incurrebat abſque aeſtu & ſiti, urina reddebatur craſſa, & rubra, pulſus durus, & ſerratilis, qualis in pleuritide deprehendi ſolet, in cruribus maculae purpureae, & ſublividae eſfloreſcebant; gingivis levi contactu ſanguinem fundentibus, malum ut ſubito invadebat, ſic praeter rationem iterum remittebat.

R E S O L U T I O.

Saepius hoc delirium eſt periodicum, & affligit per intervalla, nempe pro diverſa natura, & ſubtilitate humorum; hinc videmus quoſdam delirare in novilunio,

nio; aliquos in plenilunio, &c. ſaepius etiam hoc delirium ex ſanguine incipit, dum nimirū tales partes heterogeneae ad cerebrum transferuntur, ac miſturā ſpirituū turbant; quod autem hoc delirium fuerit productum ex diſpoſitione ſcorbutica, patet ex maculis hinc inde apparentibus purpureis, & defectu ſitis; raro enim in ſcorbuticis obſervari ſolet ſitis. Auctor noſter curationem inſtituit praeſcribendo antiſcorbutica.

CASUS VIII.

De Mania.

HISTORIA.

ANdreas Alartus, juvenis viginti ſeptem circiter annorum, temperamenti calidi, & ſicci, de capitis quadam gravitate, & aurium tinnitu diu conqueſtus, poſtquam tempore aeſtivo vehementiori corporis motu nimium incaluiſſet, noctesque aliquot inſomnes duxiſſet, multa abſurda, & inepta loqui, & agere coepit cum inſigni ferocia, adeo ut obvios interdum invaderet, veſtes & tegumenta dilaceraret, per plateas hinc inde vagabundus diſcurreret, neſcio quae ſubinde ſecum muſſitans. Oculorum obtutu videbatur intentus, minax, torvus & truculentus, corporis robur admirandum, ut vinculis vix contineri poſſet.

RESOLUTIO.

Admiranda eſt illa animae paſſio, quam obſervamus in mania, ita ut etiam inter maniacum, & brutum nulla differentia appareat: antequam vero ad hujus affectus explicationem procedamus, pauca in genere ſunt praemittenda.

(1) Quamdiu ſanguinis fermentatio ſe juxta naturae leges habet, tamdiu pro rei exiſtentia in cerebro ſatis feliciter generantur ſpiritus: illi in ventriculis cerebri ſunt quaſi in aequilibrio, & indifferentia, ita ut non plures determinentur ad hanc, quam illam partem, ad hos ſive illos nervos; ita etiam ſunt in aequilibrio, ut a minima etiam cauſſa facile copioſius ad hanc, quam illam partem determinari poſſint. Et cauſſae illae ſunt vel automaticae, unde diverſi motus (neſcia mente) producuntur: vel eſt mentis nutus, qui ſtatus vigiliae eſt, ſ. n. anima vult, homo eſt in ſtatu vigiliae.

Commercium autem inter duas illas ſubſtantias materialem, & immaterialem, extenſam & cogitantem conſiſtit in hoc, ut nempe certi quidam motus corporis certas quaſdam in mente excitent cogitationes, & v. v. certae quaedam cogitationes certos pro voluntate mentis motus corporis alligatos habeant: quoad prius corpus agit, & mens patitur: quoad poſterius mens agit, & corpus patitur, praeterea nemo non animadvertit multos dari in corpore motus, quorum inſcia eſt mens, & viciſſim multos cogitandi modos nihil commercii habere cum corpore. Ut autem eo clarius appareat, in quonam conſiſtat ille furor mentis, & inſania, bene eſt notandum, animi tranquillitatem in eo conſiſtere, quod mens placide a motibus corporis afficiatur, & quod ope ſenſorii communis pro ſua voluntate determinet ſpiritus in hos potius nervorum tubulos quam in alios: id eſt; anima tamdiu manet tranquilla, quamdiu motus in corpore fiunt placide ſine tumultu vi & injuria, & v. v. etiam tranquillitas mentis in hoc conſiſtit quamdiu motus conſequuntur motum pro imperio ipſius mentis, mania ſemper oriri videtur, vel a cauſſa externa aliqua paſſiones in animo excitante: ſic hiſtoriae teſtantur, a terrore, moeſtitia, nimia ira, vindicta, melancholia, &c. exortam eſſe maniam: vel a cauſſa interna, ut a nimio impetu ſanguinis producto, a fortiſſimo quodam fermento, & quoties a cauſſa procatarctica fortiſſimum fermentum in ſanguine melancholico generatur, ut inde ſpiritus tanta vi in ventriculos cerebri, vel ipſum

cerebrum impellantur, ut ſponte ſua ſine mentis directione quaquaverſum volitent, & jugum excutiant; toties & facile mania oriri poteſt.

Spirituum enim generatio conſiſtit in blanda ſanguinis fermentatione, & quamdiu illa durat, ſpiritus in cerebro retinentur in aequilibrio: quamprimum vero ſanguini talis impetuoſus incutitur motus a fermento aliquo peregrino in ſanguinis latente, ut in melancholia cum impetu ruunt, in cerebrum ſimul partes craſſiores intrant, unde illa differentia tollitur, & ſpiritus ita moventur, ut nõ auſcultent animae imperio.

Addendum & hoc, mentem plurimum ex conſuetudine judicare, ſic in vertigine ex motu ſpirituum animalium in gyrum judicat ipſa objecta quorum hi ſimulacra ſunt, moveri in orbem; in morbo regio omnes cibos judicat amaros: in incubo, & partibus amputatis ſimile quid facit; in incubo enim humor ille vitioſus ſimilem motum ſpiritibus animalibus in cerebro degentibus imprimit, qualem pondus thoraci incumbere. Cauſſae procatarcticae morbi hujus ſunt variae res externae, & fortuitae, anni tempus imprimis, hinc Hippocr. ſect. 3. aphor. 20. vere inquit quidem mania: quamvis juxta eundem omni tempore morbi fiant, quod & de noſtro affectu verum eſſe comperimus; aetas juvenilis, ſpiritus vini, ira, excandeſcentia, &c.

Per fermentum, de quo ſuperius, intelligo ſat multum, & acidum volatile, quo ſi ſanguis melancholicus impraegnatur antea terreſtris ad talem raptum ſit valde proclivis. Videndum etiam quomodo ira fiat, quoties nempe homo gravi aliqua contumelia, quae vindictam poſtulare videtur, afficitur, quum mens circa illud veſtigium rerum detineatur, ſpiritus nutu ſenſorii communis ex certa agitatione orto, per nervorum tubulos in omnia corporis membra ad vindictam inſervientia impelluntur; ubi facile nunc intelligere poſſumus, ſpiritus illos per omnia membra influxos ſanguinis, & humorum circulantium jamdum a fermento (cauſſa antecedente) motorum motus reddere celeriores; unde majori vi & copia ſubtiliores ſanguinis partes in cerebri vẽtriculos effundũtur, & quum oſcula, & pori jam valde dilatentur, ſimul craſſiores particulae eo abeunt, quae quum in motum ſint abreptae, majore jam vi per ventriculos lineis rectis feruntur, & in poros quoſcunque ruunt; unde ſublata ſpirituum indifferentia nutus ſenſorii communis nullam amplius poteſtatem exercere poſſunt; ſicque fertur equis auriga nec audit currus habenas.

Fomes in aliqua corporis parte exiſtens occaſionem praebet morbo huic, tali pacto, quando obſtructio fit in tubulo aliquo, tum a tergo inſequentibus remora injicitur, ita ut ſepimentum quaſi faciant circa materiam obruentem, hac tamen lege ut ſubtiliores partes penetrent, & fibras intrent; quod ſi forte alia materia ſubtilis ab aſtris, a luna tranſmittatur, quae poros harum partium penetrans illas ſecum rapiat in ſanguinem, tunc ſanguis celerius movetur, & plures partes ad cerebrum transferuntur, quae ſine mentis determinatione motum ſuum continuant, quo accidit, ut cum aliis ſpiritibus quibus innatant, forte fortuna incidant in aliqua veſtigia cerebri antea facta, & menti vivaciſſime repraeſentent varias ſpecies, quae ſi menti fuere delectabiles, ſequuntur motus huic cogitationi connexi, cantus, ſaltationes aliaque effecta; ſin vero remanſerunt veſtigia irae, vel incendii, &c. in quae ſpiritus incidant, & ſua reflectione eadem menti repraeſentent, ſequuntur effecta vindictae, ut dilaceratio veſtium,) aut fugae aut clamorum ſimiliumve, quae ideis illis antea repraeſentatis connecti ſolebant.

Unde patet, quod mens patiatur ab illis veſtigiis cerebro ab aliqua cauſſa impreſſis: nam quia ex certis cogitationibus certi fiunt in corpore motus, hinc ſi aliquod veſtigium altius, & diſtinctius ſua raritate cerebro ſit impreſſum, quod antea menti admirationem ſeu perturbationem ſemel vel iterato repraeſentaverit, ſpiritus

ritus facilius in illud veſtigium influentes idem menti continuo repraeſentant, unde mens ad conſideranda nova objecta difficillime adduci poreſt. Quoties nunc ſanguis forte fortuna in majorem motum fuerit abreptus, ſpiritus potius per poros iterata cogitatione magis patefactos influunt, quam per alios, & ſic in veſtigium jam ſatis paratum potius, quam in alia incidentes mentem circa hoc ſingulare objectum detinent, & ſic propria vi ſenſorium commune pro ſuo fluxu dirigentes, menti obtrudunt, quaſi imaginem, ac ſi jam illud periculum antea per illud repraeſentatum corpori immineret, & ſic mens omnia ſua media ad juſtum ratiocinium non uſurpans, in miſeriam hujus morbi incidit.

Judicium mentis hic depravatum eſſe non libenter dicimus, quum mens qua talis non fallatur in ſuo judicio; quia optime adhuc dirigit ſpiritus, ac ſi revera tale repraeſentatum objectum requireret; ſed quia nos aliorum actiones ſolemus ſecundum noſtras pro norma determinare, dicimus, illum hominem delirare, quum tamen ſecundum rei veritatem aeque in ſuis eſt occupatus, & attentus ac nos in noſtris ſumus: unde manifeſtum eſt, vitium in eo ſaltem conſiſtere, quod mens priuſquam ſpiritus determinaſſet, ad cauſſas non reſpexerit, utrum revera eſſent ab externis an ab internis productae, ita ut praecipitantiae error ſit. Omnia itaque ſic ſiunt quae lege divina, ex certis motibus certae ſiunt cogitationes, & v. v. Et quia aliter afficimur, ſi nobis incendia homicidia, contumeliae repraeſentantur, quam ſi omnia ſiunt tranquilla; unde ſequitur, ut ſi nunc ab aliqua cauſſa interna aeque efficaci, ac externa menti incendia repraeſentantur, non mirum eſſe clamores edi, quia tali repraeſentationi illi motus natura connexi ſunt, &c. mens lege conjunctionis patiens quidem: ſed actiones ſua in corpus orbata eſt, ita ut una pars (pax verbo ſit) conjunctionis ſit ablata.

Nulla febris adeſt in mania, quia hic nullam habemus inflammationem, & ſanguinis maſſa non eſt adeo turbata, in quo febris conſiſtit eſſentia, ſanguis enim ſaltem in motu peccat in mania.

Pars affecta eſt ſanguis, motus ſpirituum in ventriculis cerebri, aliaſque indifferens, & conſequenter ex conjunctionis lege ipſa anima etiam afficitur.

(1) Maniaci ſunt valde robuſti: robur provenit ex vehementiſſimo ſpirituum in muſculos influxu, & quia non adeo ſubtiles ſunt, per poros non ita avolant.

(2) Non laeduntur facile a frigore: intenſiſſimum enim poſſunt ferre frigus, licet denudati incedant, (ita ut etiam multi confugiant ad incantationes, putantes hos morbos provenire a daemone) ratio, quia ſpiritus aliaeque partes per poros cutis emanantes ſufficienter movent fibrillas, ut ſuperent quietem ab aëre inductam; vel quia impreſſio a frigore facta pervenire nequit ad ſenſorium commune, quia illo magno ſpirituum motu in cerebri ventriculis radiationes ad ſenſorium ire impediuntur; vel quia mens ab internis nimium occupata externa minora non attendit, neque frigori illi externo auſcultat, ita ut non tanti faciat quietem fibrillarum nervearum.

(3) Adeſt capitis gravitas & aurium tinnitus: indicium poros ſatis eſſe dilatatos, ut & partes craſſiores cerebrum potuerint intrare.

(4) Poſteaquam tempore aeſtivo vehementiori, &c. tum temporis enim materia ſubtilis copioſius influit, unde major exagitatio. Auctor noſter accuſat bilem atram, illa autem conſtat ſale, & acido volatili, & hoc fermentum tum temporis fuit extricatum.

(5) Noctes inſomnes: quia pori valde ſunt aperti, motuſque ſanguinis eſt vehemens.

(6) Abſurda loquuntur: quia ſpiritus ferocius permeantes cerebrum menti offerunt veſtigia antea oblata, hinc judicat mens ac ſi eſſent praeſentia.

(7) Cum aliquali ferocia: quia illa repraeſentatio menti ingrata.

(8) Au-

Digitized by Google

(8) Audax erat veſtes, &c. nonnunquam invadunt obvios, ſi vero aliae imagines offeruntur, manſueti ſunt.

Curatu difficilis, ſaepius incurabilis, ſi ab impetu ſanguinis ſenſorii communis fibrillae quibus ſuſpenditur, diſrumpantur, & ea undique ab omnibus ſpiritibus ſine lege moventur, unde nulla connexio in ratiocinio, quia ſine connexione nunc hoc nunc illud menti repraeſentatur.

Tota curatio conſiſtit in ſanguinis, & ſpirituum motu compeſcendo, quod fit per venae-ſectionem largiorem, ſi vires permittant.

Vel ſi pori aliqui ſenſorii a craſſiuſculis particulis obſtruantur, (exceptis illis per quos ſpiritus ad veſtigia antea animadverſa vulgo feruntur) mania etiam fit perpetua.

Conducit aërem impraegnare particulis ex opiatis emanantibus, inter quae camphora incendi poſſet, tum quod ſpiritus diſſipat, tum quod ſanguinem coagulat; hinc Auctor noſter etiam nitrum adhibuit cum aqua anagallidis, compeſcit enim fervorem ſpirituum, & ſanguinis.

Largior venae-ſectio convenit, quia ſubita tali mutatione preſſio ſanguinis ſenſibiliter imminuitur, vaſorumque oſcula collabuntur, & ad priſtinam figuram, & magnitudinem ducuntur.

Sanguinis fermentatio ſiſtenda lapidibus praetioſis cum opio. Advertendum etiam ad ipſum fermentum ſanguinis, hinc conveniunt chalybeata, quae felici cum ſucceſſu uſurpantur.

Salis copia acidis fringenda, ut ſpiritu ſalis, nitri, camphor. qui infringunt acrimoniam ſalinam; acidum vero chalybeatis deſtruendum: purgantia validiora vitanda, quia ſanguinis motus augendo eumque fermentando poros magis reſerant, ut ita plures ſimul, & craſſiores partes tranſmittantur ad cerebrum.

Malum facile recrudeſcit, ſi nempe oritur ex fomite reſtagnante in parte aliqua, pro diverſa tunc exiſtente materia ſubtili injicitur in ſanguinem, & maniam producit.

CASUS IX.
De Caro.

HISTORIA.

AGneta, Viri Magnifici, generoſi, & nobiliſſimi Dom. Eberhardi Brehmen, Gubernatoris Provinciae Narvenſis filia, virgo viginti circiter annorum temperamenti frigidi, & humidi, Anno MDCXXXV. ſub finem autumni aëre intempeſto, pluvio, & frigido, longum iter ex Livonia in pomeraniam faciens fructibus horariis, & multo lacte tam dulci, quam ebutyrato hinc inde in diverſoriis, praeſertim ruſtribus, paſta, tandem Colbergam deveniens, de dolore capitis gravativo aliquandiu querebatur, tandem inopinate in ſomnum profundum incidebat, ſenſu & motu quaſi ablato, ut nec vellicationibus nec vociferationibus quantumvis clangoroſis excitari poſſet, acu tamen in planta pedis puncta, pedem contrahebat, caeterum oculis clauſis inſtar ſtipitis aut trunci immota jacebat, niſi quod reſpiratio aliqua ex parte videbatur libera.

RESOLUTIO.

Intemperies frigida facile poteſt degenerare in affectum aliquem ſoporoſum; talis caſus proponitur nobis in hiſtoria noſtra. Riverius ſub uno capite omnes affectus ſoporoſos comprehendit. Videamus quomodo, & in quo differant affectus ſoporoſi inter ſe. (1) in apoplexia omnes ſenſus ex & interni omnino ſunt ablati, in praeſenti caſu non fuit apoplexia, quia motus adfuit, & reſpiratio libera. (2) in le-

lethargo adeſt febris, delirium, neutrum obſervatur in aegrotante. (3) catalepſis eſt, quando aegrotus ſervat illum ſtatum in quo eſt quando tali morbo corripitur, ut ſi extendat manum ita ſervatur, ſi oculi ſunt clauſi, manent clauſi, ſin aperti, manent aperti. (4) epilepſia ſemper habet comitem convulſionem: affectus hyſterici habent etiam ſua peculiaria ſigna,& ſemper conſideranda praecedentia ſigna affectum hyſtericum, ut dolor capitis lumborum, ventris diſtenſiones, &c. quae videri poſſunt apud practicos. Vid. etiam Barbett. prax. pag. 216. fuit igitur carus.

Carus eſt continua prepentio in ſomnum, etiamſi excitantur, ſtatim iterum incidunt in ſomnum.

Cauſſa hujus effectus quaerenda eſt, vel in diſpoſitione ſpirituum animalium, vel obſtructione pororum cerebri: anima hic non poteſt accuſari, manet enim illa facultas determinandi ſpiritus verſus hanc vel illam partem: nec accuſari poteſt glandula pinealis, illa enim ſatis apta eſt ad ſpiritus in hanc vel illam partem propellandos, modo ſpiritus rectius ſeſe habeant: nervi etiam ſunt illaeſi, qui motum poſſunt deferre, ſi modo a ſpiritibus ſufficienter inflantur: cerebrum etiam non eſt in culpa quoad ipſam ſubſtantiam, ſed quoad poros, quatenus illi ſunt obſtructi, quo minus poſſint ſpiritus illos permeare, unde talis propenſio in ſomnum. Recte ergo cauſſa proxima eſt obſtructio pororum cerebri ab humore craſſo & viſcido;& ſpirituum animalium inopia malū hoc augetur, vigiliae enim durant tamdiu,quamdiu ſpiritus animales ſufficienti copia generantur & ad partes amandantur;ſi vero ſpiritus deficiunt in copia,non poſſunt inflare omnes poros, & ſtatim oritur in ſomnum propenſio: illa autem materia obſtruens cerebrum, quae eſt viſcida, colligitur ſucceſſive in cerebro propter viſcidam intemperiem ſanguinis ibique haerens porulos obſtruit, unde etiam dolor gravatiuus. Cauſſa enim non tantum obſtructio cerebri eſt, ſed & ſpirituum animalium inopia.

Cauſſa mediata & antecedens ſunt vel naturales non-naturales & praeternaturales. Naturales temperies viſcida & pituitoſa ſanguinis,ſi enim talis viſcidus ſanguis in corpore generatur & cerebro cōmunicatur, pori carotidum & cerebri plus juſto dilatātur, meatus a craſſis partibus occupantur. Adeſt ſpirituum animalium inopia, qua ex ſanguine craſſo & viſcido non poſſunt elici in ſufficienti copia partes illae volatiles ſeu ſpiritus;peccant etiam ſpiritus animales in motu, quia ſunt craſſiores,hinc tardius incedunt,& quamvis corpori motus aliquis imprimatur,nō tamen ſtatim accurrunt & irritari poſſunt, ſic quamvis oculis adhibeatur lumen, tamen non vident,licet aures clamoribus repleantur, non audiunt; ſed in illis aegris excitandis requiruntur, fortiores & violentiores motus ut puncturae, ſi enim iſti motus vehementes corpori imprimuntur, tandem ſpiritus irritantur, ut ad illos influant: quia vero non influunt ſufficienter, ſtatim ſomnus redit. Non naturales, aër, autumnus frigidus, ſub finem autumni longum iter fecit, quo tempore ſanguis incraſſari ſolet, acceſſit uſus fructuum, lactis, quae omnia ſanguinem incraſſant & viſcidiorem reddunt, anſamque dant, ut pituita in maſſa ſanguinis copioſe colligatur.

(1) Phaenomena: acu planta pedis puncta pedem contrahit, quia hic motus aliquo modo fortis eſt, hinc ſpiritus influunt; a levi enim motu ſpiritus illi craſſi ad influxum irritari non poſſunt.

(2) Inſtar ſtipitis aut trunci immota jacebat, oculis clauſis, propter defectum ſpirituum animalium,quia non poterant inflare partes.

(3) Reſpiratio libera. Quaerit, quare? quum enim omnes actiones & ſenſus tum interni tum externi ceſſent, & pori cerebri obſtruantur, ſpiritus non ſufficienter generantur: ergo reſpiratio ceſſare deberet. ℞. pori quo frequentius aperiuntur, eo facilius aperiri poſſunt: ergo ſpiritus a prima nativitate in nervos & organa reſpirationi dicata, influxere, pori illi valde fuerunt dilatati propter illum ſpirituum

ani-

animaliũ continuum;& ſic quia nervi illi valde ſunt ampli,ſpiritus influunt citra ullam determinationem ab objecto aliquo ſeu ipſa mente: nec etiam obſtat cerebri obſtructio vel ſpirituum animalium inopia,ſufficiens enim cavitas relinquitur adhuc in illis nervis quos ſpiritus ingrediuntur, quamvis mens illas non determinet, neque homo audiat, & omnes ſenſus ablati.

Signa diagnoſt: ut ſciamus qualis ſit affectus, omnes apparentiae probe conſiderandae ſunt.

Prognoſt. omnes affectus ſoporoſi valde periculoſi & curatu difficiles, quia 1. cerebrum obſtruitur, unde irradiato in reliquas partes a ſpiritibus animalibus poteſt fieri.2.Spiritus animales qui ſunt rectores machinae pneumaticae, ſi enim illi in ſufficienti quantitate non influunt, corpus inſigniter laeditur.

Curatu difficiliores ſunt,quia tota maſſa ſanguinis valde craſſa & viſcida eſt,unde integra curatio requiritur ad talem temperiem viſcidam debellandam. Auctor noſter ſtatim adhibuit gland. acriorem, quia viſcidus fuit ſanguis, quia etiam propter viſcidiorem ſanguinem in variis partibus ſubcutaneis ortae ſunt obſtructiones variae, recte frictiones inſtituit, quibus humores reſolvuntur: pro diſſipanda etiam materia roborantia inſtillavit.

Linguam,palatum theriaca & caſtor. frontem vero & nares oleo rutaceo &c. inunxit. Dices theriaca eſt opiatum, quare ergo in affectu ſoporoſo exhibetur? (1) Diſtinquitur inter theriacam recentem & antiquã,antiqua enim vere vim ſua opiatam perdidit, recens vero adhuc illa pollet: (2) in theriaca etiam praedominantur aliae partes valde calidae; videmus enim quod ex uſu immodico theriacae,facile febrem contrahere poſſumus, quia habet tales partes, quae continent copioſe materiam ſubtilem, debet igitur theriaca aliquamdiu ſtare antequam exhibeatur, ſicque adhibitae partes volatiles penetrant per poros & viſcidam materiam reſolvunt.

Caſtorum cum fructu fuit adhibitum conſtat enim partibus valde ſubtilibus volatilibus, (quod ex odore cognoſci poteſt,) quae poros penetrantes ſpiritus irritant, & pituitam reſolvunt olea illa externe adhibita, (fronti naribus, ut ol. rutae ſuccini, &c. continent in ſe ſale volatile mediante quo poris & glandulis ſe inſinuant, & pituitam incidunt fluxibilemque reddunt.

Interea nota,in affectibus a materia viſcida illa eſſe adhibenda, quae conſtant partibus rigidis & duris, interim tamen tenuibus, quae facile poris ſeſe inſinuare, nec ab aliis occurrentibus in motu ſuo impediri poſſunt, talia ſunt omnia ſpirituoſa, ut & ſalia volatilia, aromatica, ligna illa guajaci, ſaſſafras, rad. enul. levíſt. imperat. herb. beton. meliſſ. origan. majoran. thymus, roſmarinus, flor. primul.veris,&c. haec enim omnia conſtant partibus rigidis & duris ſed tenuibus, unde habent vim penetrandi humores craſſos incidendi, attenuandi & fluxiles reddendi.

(2) Conveniunt medicamenta valde calida, tum actu talia, tum potentia: ſi enim illa calida adhibentur augetur calor in ſanguine, unde ſanguis craſſus reſolvitur, fit fluxilis, & pro ſpiritibus generandis aptus redditur.

Auctor dicit: at fruſtra omnia, placuit itaque ſternutamenta experiri,&c. ſternutatoria habent tales particulas rigidas,participant etiam acrimonia quadam; quamprimum enim offendunt membranulas, vellicationem inſtituunt, & ita ſpiritus ad talem motum ſpaſmodicum & excretorium irritant. Aſt non ſemper tuto ſternutatoria adhibentur in his caſibus,quia magna fit cerebri commotio, per quam facile materia illa viſcida peccans ſeſe profundius in cerebrum inſinuare & apoplexiã inducere poſſet; ab intẽpeſtivo enim ſternutatoriorũ uſu multi apoplectici facti ſunt, ut teſtantur hiſtoriae medicae: in hoc tamen caſu juvant, & per os & nares multa pituitoſa & viſcida ſunt rejecta; hac tamen rejecta materia non

fuit

fuit cauſſa obſtructionis cerebri nec in cerebro latuit,ſed in glandulis ſalivalibus & variis interſtitiis,in illa enim cõcuſſione pori ſunt aperti,ut ita humor effluxerit.

Poſtmodum ſpirituoſa dedit Auctor noſter ut ſpiritus animales melius excitarẽtur, ac copioſius citiuſq; generentur:moribundis enim ſi ſpiritus vini infunditur, excitantur quaſi ex ſomno profundiori,illa enim ſpirituoſa infuſa fauces tranſeũdo in cerebrum per poros penetrant,& hinc inde latentes adhuc ſpiritus excitant, ut quaſi reviviſcant: ſi vero uſque ad ventriculum perveniant, per poros ſanguinem intrant,atque illum agitant, motumque de novo ſanguini conciliant.

Quum in hoc caſu non fuerit obſtructio particularis ſed univerſalis, Auctor noſter etiam enema juſſit applicari, ſubſequenti die recruduit, quia materia morbifica nondum fuit educta. Tandem & Auctor noſter praeparantia praeſcripſit, illa etiam conſtare debent ex partibus rigidis ſed tenuibus.Et praemiſſo univerſali purgante,iterum errhina & apophlegmatiſantia commendavit.Ad cerebri corroborationem vero eſſentia roriſm.fuit uſurpata, ut & eſſent.lavend.& ſalv. magiſt. ſucc.cornu alcis &c.haec vero non propter unam eandemque cauſſam cerebro ſunt dicata, quaedam enim quatenus ſunt ſpirituoſa, & ſic materiam praebent pro generandis ſpiritibus: ut ſunt roſmarin. lavend. & ſalv. &c. quaedam vero cerebro ſunt dicata, quia ſunt ponderoſa, unde meatus obſtructos reſerant, dum materiam morbificam ex tubulis premunt ſua gravitate, ut ſunt ſuccin. corall.margar.&c.Optime etiam in hoc caſu exhibent externa,quia ſimul vim habent ad tubulos penetrandi & viſciditatem reſolvendi.

Illa mentium obſtructio fuit morborum productum in aegrotante, a ſanguine craſſo & viſcido, qui obſtruxit oſcula vaſorum, acceſſit ſimul inopia ſpirituum animalium,qui ſanguinis fluxibilitatem conſervare debent, ſi non fit, oriuntur pertinaces obſtructiones.

C A S U S X.

De vertigine per conſenſum ventriculi.

H I S T O R I A.

GEorgius Cyriacus, Judicii Provincialis Schiefelbeinenſis in Neo-Morchia Praeſes, per intervalla ſcotomiam quandam oculis effundi, omniaque in gyrum verti ſentiebat,idque potiſſimum jejuno ventriculo,aderat & nauſea & oris amaritudo, abſque ullo capitis affectu aut ſenſuum laeſione. Aſſumto cibo ceſſabat malum.

R E S O L U T I O.

Duae vertiginis ſpecies occurrunt in praxi, una per eſſentiam, & tunc cauſſa morbifica latet in cerebro & continuo affligit; altera per conſenſum, quando ex improviſo ſcotomia corripitur aeger,& tunc cauſſa non haeret in ipſo cerebro, ſed ab aliis partibus communicatur. Vertigo oritur variis ex cauſſis: plethorici ſaepe conqueruntur de vertigine propter pororum compreſſionem in cerebro; ſi enim vaſa in cerebro a plethora nimis diſtenduntur,premuntur intervalla & pori cerebri,ita ut ſpiritus propter illam compreſſionem non poſſint ſecundum lineam rectam cerebrum omneſque ejus poros permeare: hinc in ſe invicem reſilientes circumgyrantur & motu circulari moventur, unde vertigo in plethoricis oritur.

In ebrietate vertiginis cauſſa quaerenda eſt in nimia ſanguinis effervescentia, ubi non ſolum partes ſubtiliores rapiuntur verſus cerebrum, ſed & craſſiores: in omni enim fermentatione ex. gr. cereviſiae, muſti &c. partes faeculentas & craſſiores una cum ſubtilioribus eructare obſervamus.

Craſſiores enim partes ſemel motae valde moventur, & longe e centro recedere conantur; ſic globulus plumbeus e bombarda exploſus fortius movetur,

Digitized by Google

quam ſi lignum exploditur vel aliud quid; partes illae craſſae ad cerebrum raptae ſimiliter poros ibidem obſtruunt, ut ſpiritus libere non poſſint progredi, unde reſilientes circumgyrantur, & vertiginem cauſſant. Eodem modo vertigo producitur in febribus; febricitantes enim praeprimis in ipſo paroxyſmo conqueruntur ſemper de vertigine: ratio, quoniam in illa febrili effervescentia multae partes craſſiores cum ſubtilioribus per arterias rapiuntur verſus cerebrum, ibique modo vertiginem inducunt, extra paroxyſmum nulla vertigo adeſt, quia nulla adeſt effervescentia.

In noſtra hiſtoria vertigo eſt per conſenſum ventriculi, ipſius cauſſa generatur in ipſo ventriculo; in quo iſte partium conſenſus conſiſtat alibi dictum; in hoc caſu recipiens eſt cerebrum & ſpiritus animales, pars mandans eſt ventriculus.

Signa tum praecedentia tum praeſentia conſideranda, oritur (1) vertigo jejuno ventriculo. Auctor noſter accuſat vapores acres ex ventriculo exhalantes & ad cerebrum delatos; verum tales effumationes non poſſumus admittere, quia ex ventriculo & aliis partibus nihil poteſt deferri ad cerebrum niſi per vaſa; hinc dicimus cauſſam eſſe materiam quandam acrem in ventriculo jejuno hoſpitantem, quae ſi nihil inveniat in quod agat, in ventriculo fluctuat & vellicationem inſtituit, quae vellicatio ſeu motus ſpaſmodicus communicatur reliquis ſpiritibus in cerebro hoſpitantibus propter conſenſum, ſi ex particulari convulſione ſaepius poteſt induci univerſalis, ut colica infantibus nihil aliud eſt, quam motus convulſivus in inteſtinis, qui motus poſtmodum toti corpori communicari poteſt; & haec per conſenſum ventriculi. Explicatio eſt juxta mentem Williſii. Dicimus vero interdum etiam hanc vertiginem excitari, quando humor ille acris in jejuno ventriculo relictus effervescens cum ſanguine per vaſa ad cerebrum defertur.

(2) Adeſt nauſea: illa oritur, quando ſuperius orificium ventriculi conſtringitur & clauditur: ſin vero inferius vellicatur, tunc vomitus oritur, quia tunc motus incipit ab inferiori parte ventriculi ad ſuperiorem, ſicque ejicitur quod ineſt.

(3) Adeſt oris amaritudo: quia maſſa ſanguinis valde biloſa & acris, ex tali etiam ſanguine acri acres generantur ſpiritus, propter communionem tunicae ventriculi & faucium; ut ſi fauces irritantur pluma vel digito, facile oriatur vomitus; quoties itaque ventriculus repletur bile & tali humore acri, toties irritatur tunica, quae extenditur ad apicem linguae (vertigo plerumque eſt prodromus apoplexiae & epilepſiae) hinc a quibuſdam dicitur parva epilepſia, differunt enim ſaltem gradibus, &c.

(4) Aſſumto cibo ceſſabat malum: quia a cibis aſſumtis humor iſte acris effervescens & ſe ipſum quaſi fermentum in ventriculo temperatur, unde ceſſat illa vellicatio & ſic vertigo; hinc multi non poſſunt ferre jejunium, ſed incidunt in vertiginem, & lypothymiam; quamprimum vero cibum aſſumunt ceſſat, quia a cibis ille humor acris temperatur, ut non poſſit vellicare nervos.

Curatio ab Auctore noſtro methodice fuit inſtituta.

In ipſo paroxyſmo videndum, quomodo ſpiritus animales in priſtinum ordinem redigantur, quod poteſt fieri per ſpirituoſa, externe balſama poſſunt applicari & naribus vel aliis partibus inungi. Extra paroxyſmum vero videndum, ut cauſſa morbifica e ventriculo evacuetur, quod poteſt fieri vel ibi beneficio alicujus emetici; vel infra beneficio blandioris catarctici.

Quum vero humor iſte in ventriculo ſit valde acris, & ſanguis valde fermentatur, metus eſt, ne a purgantibus vellicatio iſta in ventriculo promoveatur, ſanguiniſque effervescentia augeatur; hinc bene praemittitur praeparans aliquod, quod acrimoniam humorum mitigat: talia ſunt aquea, quae diluunt fermenta & partes fermentantes acrioreſque, unde Auctor noſter adhibuit aquam endiv. acetoſ. ci. hor. &c.

Trac-

Praemiſſis vero praeparantibus optime purgans aliquod poteſt dari. Educto per purgans humore in ventriculo peccante, videndum ne cauſſa morbifica regeneretur; quod fit per coctionem juvantia & corroborantia; hinc ſemper reſpiciendum ad cerebrum & ventriculum. Auctor noſter pro confortatione praeſcripſit electuarium quod ingreditur conſerva roſar. vitriolat. ratio quia acria conpeſcuntur per acida.

Auctor etiam commendavit tragaeam, quam ingrediuntur multa ponderoſa, corall. ſucc. &c. haec enim impediunt quo minus humor actus in ventriculi cavitate fluctuet. In victum vitet vaporoſa ut lac, caepas, &c. omnia acria & calida quia ſanguinem valde movent & acriorem reddunt.

Exulet Cypris intempeſtiva & Bacchus, quia ſpiritus depauperant, ſanguinem movent & ſpiritus in motu laedunt. Nocent etiam affectiones animi inprimis ita quia ſanguinis motum augent, unde multae partes heterogeneae ad cerebrum rapiuntur, poros ejus obſtruunt, quo minus ſpiritus ſecundum lineam rectam progredi poſſint.

A rotarum circumgyratione &c. tanta enim vis eſt objectorum ut lumen varie ad oculos reflectere poſſint.

CASUS XI.

De Memoriae imminutione.

HISTORIA.

ANno M.DC.LXI. ſub finem hyemis, cujus Auſtrina & humida fuerat conſtitutio, Dominus Laurentius Henning, Camerarius Colbergenſis, ſexaginta trium circiter annorum, curis & animi moerore aliquandiu affectus, nullo praecedente vel comitante morbo in eam memoriae imbecillitatem, imminutionemque incidit, ut praeteritorum, viſi munitus, aegre recordaretur, quin & praeſentium ſeu dictorum ſeu factorum ſubito obliviſceretur, eademque interrogata, per momenta quaſi repeteret, ſalva tamen ratione & phantaſia.

RESOLUTIO.

In hoc caſu proponitur memoriae imminutio & quidem tanta, ut non tantum praeteritorum, ſed & praeſentium aeger oblliviſcatur.

Praeceſſit triſtitia & moeror. Quaer. quomodo a moerore & triſtitia oriatur imminutio memoriae? ℞. plura requiruntur ad felicem memoriam praeprimis (1) cerebri bona temperies, quae conſiſtit in motu nervulorum, qui conſervat calorem, ut omnes partes retineant convenientem calorem: (2) requiritur debita partium quantitas: (3) unitas quia alias interrumperentur veſtigia: (4) ſpirituum animalium recta conſtitutio, illi debent eſſe in ſufficienti copia & ſatis fortes, ut veſtigia ſemel impreſſa iterum aperire poſſint.

Prae aliis vero obſtat (1) mollities cerebri nimia; molle enim cerebrum facile admittit veſtigia & impreſſiones: ſed quam facile etiam extinguuntur, uti aqua ab objecto aliquo facile admittit veſtigia, ſed impreſſiones facile fieri poſſunt? (2) obſtat illegitima craſis ſpirituum, ſi nempe ſunt craſſiores, ut in noſtro caſu; proceſſit enim moeror in quo ſanguis & ſpiritus valde incraſſantur; in tali moerore enim ſpiritus fuerunt vocati ab aliis negociis, & circa unicum objectum fuerunt occupati; hinc in ſufficiente quantitate non ſunt determinati ad partes & tubulos ut ſanguinem fluxilem redderent, ſicque circulatio ſanguinis fuit aliqualiter impedita & ſanguis incraſſatus, craſſus talis ſanguis permeans cerebrum ineptus eſt ad replenda & aperienda veſtigia cerebri impreſſa vel nova excitanda, ſed potius propter craſſitiem cerebri poros obſtruit & veſtigia impreſſa extinguit: unde memoriae imminutio.

Digitized by Google

Curatio: (1) tardior ſanguinis motus debet promoveri per medicamenta calidiora & effervefcentiam juvantia: (2) ſpiritus debent reſtaurari per ſpirituoſa confortantia. Vide in Auctore noſtro.

NB. Prae omnibus conveniunt quae conſtant partibus rigidis & duris, quae integris viribus ad locum affectum poſſunt pervenire, talia fiunt ex ſerpillo, major. ſaſſafras, roremarino, ſalvia, &c.

C A S U S XII.

De epilepſia ab utero.

H I S T O R I A.

Barbara Conjux Joachimi Loeſſaovvich, Civis & Mercatoris Colbergenſis, menſium obſtructiones ultra ſemeſtre paſſa, circa uteri regionem in pectine & utroque inguine ac dorſo dolebat, abdomen diſtendebatur, aliquando & cor palpitabat cum inſigni reſpirationis difficultate, noviſſime toto corpore convellebatur, cum ſenſus motusque voluntarii omnimoda ablatione.

R E S O L U T I O.

Notum ſpiritus conſtare partibus oleoſis, acribus & aqueis: oleoſae ſunt quidem inflammabiles ſed ad fermentandum ineptae, hinc additae ſunt acriores ut vis augeatur, ſi enim nitrum igni additur fortius urit: ne vero fiant valde fortes temperantur ab aqueis. In menſium ſuppreſſione ſanguis reſtagnans in vaſis circa uterum, quum amiſerit motum progreſſivum, retinuit tamen motum inteſtinum: in tali vero reſtagnatione ſanguis fit acris, ille in vaſis delatus ad cerebrum ſpiritibus talem motum exploſivum inducit, ut tollatur in cerebro indifferentia, & ſpiritus animales cum impetu ruant ad ſyſtema nervoſum, & epilepſiam producant; quae nihil aliud eſt, quam violenta & impetuoſa aliqua ſpirituum in nervos exploſio. Epilepſia oritur vel ex vitio uteri vel ventriculi, ſaepius etiam ex parte valde remota, ut ex. gr. ex digito, ex quo aura quaedam fermentalis cum ſanguine aſcendit verſus cerebrum & epilepſiam inducit. Proponitur in noſtro caſu epilepſia ex utero, ubi ex reſtagnante ſanguine generati fuerunt ſpiritus acres, qui talem exploſivum motum nanciſcuntur, ſicque indifferentia in cerebro tollitur.

Signa praecedentia quae confirmant eſſe epilepſiam ex utero ſunt (1) dolor circa uteri regionem in pectine utroque inguine & dorſo, & inflatio propter ſanguinis reſtagnationem: (2) cordis palpitatio, illa non debet explicari ex vitio ſanguinis ſed ſpirituum animalium qui ita cum impetu influunt per nervos cordi dicatos: (3) reſpiratio difficilis Auctor noſter dicit propter vapores aſcendentes, ſed tales aſcenſiones vaporum non admittimus, quia cum ſanguine per vaſa aliquod debet communicari huic vel illi parti. Ergo dicendum eſt, quod oriatur a reſtagnatione ſanguinis: ſi enim ſanguis in vaſis reſtagnat, partes tanquam a pondere comprimuntur, unde reſpiratio laeditur, ipſum etiam diaphragma eſt laeſum, quia ſpiritus animales ad illud inordinate fluunt; unde libere moveri non poteſt ipſe ſanguis corruptus, ſi ingreditur pulmones, quia ad motum ineptus, non ita commode in cellulis dilatari poteſt, oritur iterum difficilis reſpiratio.

Nota epilepſia fere ſemper oritur a fermento quodam peregrino & exotico cerebro communicato, ut in ira, febribus ardentibus phreniticis variolis, morbilis, &c. illud fermentum poteſt latere in tubulo aliquo alicujus partis vel uteri vel hepatis &c. etiam per longum tempus ſine periculo; illud autem fermentum communicatur cerebro, ſi ſanguis valde ebullit, tunc enim velociſſime perrepeat omnes partium tubulos, ac ubi fermentum haeret, ſecum rapit & cum

ſan-

ſanguine ad cerebrum tranſportat; hinc ſemper praecedere debet inſignis ſanguinis motus, ut in febribus.

Curatio duplex eſt in & extra paroxyſmum: in paroxyſmo videndum (1) ut ſpiritus in ordinem redigantur & ad cerebrum recurrant: (2) ut omnes ſenſus excitentur; fit hoc quando radii luminis objiciuntur aegrotanti: ut ſpiritus incipiant fluere ad oculos, aures implentur clamoribus, acria inflentur naribus, os aperitur cochlearque ligneum inditur, quod inungi poteſt ſpiritu tinctur. caſtor. vel alio ſpiritu volatili, frictiones inſtituuntur; &c.

Si aeger ad ſe redeat, tum demum habenda eſt ratio cauſſae morbificae: quia vero in hoc caſu epilepſia fuit ex obſtructione menſium, Auctor noſter exhibuit enema ex hyſtericis quae plurima emittunt effluvia, quae effervefcentiam novam in ſanguinis maſſam inſtituere poſſunt.

Injecto clyſtere juſſit ſecare venam, non vero in brachio, (quia ſuppreſſio menſium revulſionis gratia indicat venae-ſectionẽ in partibus inferioribus, ſed in pede venam ſaphaenam; ſi enim in brachio fuiſſet ſectio-venae tunc obſtructio menſium aucta & ſanguis verſus cerebrum magis fuiſſet motus: ergo ſemper probe diſtinguere debemus inter plethoram univerſalem & particularem; interdum enim ſupprimuntur menſes ob nimiam copiam ſanguinis ſeu plethoram, & tunc in brachio venae-ſectio fieri poteſt, ut imminuatur prius ſanguinis copia, ut deinde eó melius & felicius in pede inſtituatur, menſeſque promoveantur. Poſt venae-ſectionẽ ad fermentum vitioſum reſpiciendum, in hunc finem Auctor noſter vinum medicatum praeſcripſit ex purgantibus antiepilepticis & hyſtericis: facto hoc appropriata commendavit nempe graveolentia, quae ſpiritus animales efferos reprimunt, in ordinem cogunt & hinc inde currentes ad quietem diſponunt; ſi enim ſuaveolentia exhibentur paroxyſmus augetur, quia ſunt molliora & facile cedunt motus ſpirituum animalium, vel etiam ſpiritus animales alliciunt; obſervamus enim ſi foetida exhibeantur & objiciantur, quod ſpiritus fugiant & reprimantur; ſin ſuaveolentia, advolant potius: ponderoſa illa appropriata ut ſucc. matr. perlar. ung. alcis &c. conveniunt (1) quia alkali continent quo acidum imbibunt: (2) propter pondus ſpiritus animales in motu ſiſtunt.

Ad ſuppreſſionem menſium Auctor noſter exhibuit pilulas, quas ingrediuntur aloëtica, in tali caſu conveniunt. Sic qui frequenter uſurpant elixir. propriet. facile incidunt in ſanguinis fluxum, hinc debent addi myrrha, caſtoreum &c.

Tandem praeſervationis loco circa phaſes lunae ſuaſit antepileptica, quia circa illa tempora ſanguini peregrina corpuſcula communicantur, quae in illo ebullitionem excitare poſſunt; in juvenculis enim circa novilunium erumpunt menſes: ratio, quia tum peregrina corpuſcula illarum ſanguinem & quidem bene diſpoſitum intrant, eumque ita exagitare ac commovere poſſunt, ut vaſorum oſcula referentur & ſanguis effluat, &c.

C A S U S XIII.

De Apoplexia.

H I S T O R I A.

E*Gidius Senatorii ordinis, & Secretarius Colbergenſis optime meritus, a Sereniſſimo Electore Brandenburgico ad munus Archivarii vocatus actis publicis in Archivo Sedinenſi evolvendis, ſeparandis & in ordinem redigendis ultra trimeſtre incumbens, & foetore quem a ſitu & ſqualore fornicibus incluſa volumina contraxerant, in dolorem capitis incidit, mox & catarrho correptus, cum aeri frigido, funus integerrimi quondam viri Dn. Chriſtophori Cundenreichii comitatus, ſe exponeret*

Digitized by Google

poneret, domum repetens in foro ſubito concidit, voce & reſpiratione intercepta, motuque & ſenſu omni oboliito, paulo poſt cum ſtertore e vita diſceſſit.

R E S O L U T I O.

Antequam ſtupendi hujus morbi phaenomena explicentur, quaedam praemittenda tum ex phyſica generali, tum oeconomia animali. Ex phyſica generali obſervandum, dari in hoc univerſo materiam quandam ſubtiliſſimam a Carteſio aetheream dictam, quae omnia intervalla replet, & poros, quos in hoc univerſo ratione percipere poſſumus; hinc facile colligere poſſumus illam debere eſſe indefinitae figurae, indefinitae magnitudinis &c. hujus autem materiae inſenſibilis quidem ſed intelligibilis cognitio ſumme neceſſaria eſt, utpote ſine qua nulla phaenomena in hoc univerſo explicare valemus. Ex oeconomia animali notum, (1) quod ſanguis per ramum aſcendentem juxta naturae leges aſcendat ad cerebrum, ubi per internas arteriolas, carotides & alias quaſi tranſcolatur, ita ut ſubtiliores partes relictis craſſioribus ex poris arteriolarum intrent ventriculos cerebri, ſpirituſque animales conſtituant, qui in ventriculis morantur uſque dum a mente determinantur: (2) conſiderandum mutuum illud commercium inter corpus & animam, illud in quo conſiſtat vide ſupra in caſu de mania: (3) ſciendum etiam quod mens noſtra ſaepius judicet juxta conſuetudinem & ideo ſaepiſſime falſo judicat, dum judicat ſecundum motus antea allatos. Ad ipſum affectum jam progrediendum.

Affectus hic dicitur apoplexia: quia ſubito corruunt qui corripiuntur. Phaenomena poſſunt dividi, (1) in praecedentia, (2) in illa quae paroxyſmum conſtituunt, & (3) quae ſequuntur, ſicque habebimus cauſſas, differentias & effectus.

Praecedentia ſigna ſunt quae apoplexiam praecedere ſolent, ſuntque ingenii ſtupiditas, torpor, dolor capitis gravativus, ſomnolentia, vertigo; haec ſolent eſſe prodromi apoplexiae: ſi igitur Medicus obſervat quendam de his conqueri, facile & recte praedicere poteſt ipſum hominem brevi corripi forti apoplexia.

Ingenii ſtupiditas & torpor fit, quatenus ſpiritus animales peccant quantitate & qualitate; ſi enim peccant quantitate & in ſufficienti copia non adſunt, tunc etiam genus nervoſum & fibras nerveas non poſſunt ſufficienter inflare & irradiare, ut motus poſſint integri deferri ad cerebrum: ſi ſpiritus etiam peccant qualitate fit ingenii tarditas, quoniam nempe propter ſpiritus craſſos motus & impreſſiones lente & interrupte deferuntur ad cerebrum; hinc etiam mens non ita promte inſurgit in conſiderationem hujus impreſſionis, quia judicat juxta motum allatum.

Si una cum partibus ſanguinis ſubtilioribus ſimul craſſiores viſcidae rapiuntur verſus cerebrum; tunc pori plexus choroidis plus ſolito dilatantur, in illa dilatatione partes craſſiores viſcidae ſeu pituitoſae una cũ ſubtilioribus intrant poros meningum & cavitates cerebri: dum vero relinquuntur a ſubtilioribus, haerent in poris & tubulis, ſicque ſenſim obſtruunt cerebrum: quum vero continuo novae, pituitoſae & craſſae cum ſanguine aſcendente accedunt, obſtructio illa etiam augetur, ſicque tandem partes extenduntur & fit dolor capitis; quia vero illae partes cumulatae non ſunt ſalſae nec acidae, ſed pituitoſae, ideo dolor talis non eſt pungitivus ſed gravatiuus. Eaedem partes craſſiores pituitoſae oblinũt ſuperficiem concavam ventriculorum, ſicq. poros obſtruunt licet nõ in totum tamẽ in tantum, ut ſpiritus animales non poſſint progredi ſecundum lineam rectam, unde moventur motu circulari, & repraeſentant menti ideam motus circularis, quae poſtmodum judicat ac ſi omnes res viſibiles circumgyrentur, ſicque fit vertigo.

Eaedam partes craſſae, viſcidae & pituitoſae obſtruentes tubulos, quia non ſuppeditant convenientem materiam pro generandis ſpiritibus animalibus; hinc omnes

omnes pori tubuli non poſſunt inflari, unde fibrillae nerveae cerebri ſibi invicem incumbunt, clauduntur, ſicque fit ſomnolentia. Quem haec explicata ſymptomata aliquamdiu afflixerunt, is tandem ex improviſo corripitur apoplexia, aboletur ſenſus & motus remanente adhuc difficili reſpiratione & pulſu.

Et ſic omnia quae in apoplexia ſeu paroxyſmo apoplectico occurrunt, poſſunt explicari (1) per nimiam pororum cerebri & plexus choroidis apertionem & dilatationem: (2) per obſtructionem cerebri & principii nervorum: (3) per ſpirituum animalium paucitatem & craſſitiem; & ſic nihil in apoplexia occurrit quod non clare & diſtincte poſſimus percipere & explicare.

Aliter fieri non poteſt, quin corruat aeger, quia denegato ſpirituum animalium influxu relaxantur muſculi illi extenſores in cruribus quae debent inflari; ad illorum inflationem autem ingens copia ſpirituum animalium requiritur, dictum vero ſpiritus peccare in quantitate vel qualitate; ſi igitur nulli generantur, etiam nulli poſſunt influere; ſin pauci generantur, non ſunt ſufficientes ut magnos illos muſculos inflare poſſint; ſenſus abolentur externi & interni; illi enim peragi non poſſunt citra opem ſpirituum animalium. Si ergo talis ſanguis craſſus cerebrum ingreditur, qui totam ſuperficiem concavam ventriculorum cerebri oblinit, & obſtruit principium nervorum, tunc etiam ceſſet ſpirituum animalium ſecretio, vel ſi ſecernantur, tamen ſecretorum influxus in nervos inhibetur & impeditur propter illam principii nervorum obſtructionem: & haec eſt ratio, quare ſenſus ex & interni ceſſent, quod non videant, nec audiant, &c.

Manet tamen reſpiratio adhuc: in vulgus etiam notum, quo corpus frequentius exercetur, eo fit robuſtius; qui ſaepius gladios dirigunt manu dextra, fortiores ſunt in manu dextra, quam ſiniſtra, & contra: & illa pars prae alia eſt & videtur etiam major; ratio eſt, quia partes tales frequentius uſurpatae contrahunt fibras robuſtiores, duriores, & craſſiores, unde etiam tubuli fiunt majores, ut ſpiritus animales facilius & copioſius per tales poros influere poſſint.

Quoniam ergo a primis annis ſpiritus continuo fluxerunt in organa ſeu nervos reſpirationi dicatos, etiam illi nervi prae aliis propter talem continuum ſpirituum influxum majores acceperunt poros; hinc quamvis in cerebro ſpiritibus animalibus denegetur ingreſſum in poros aliorum nervorum ingredi tamen poſſunt hos valde dilatatos & apertos; ſicque manet adhuc aliqualis reſpiratio: ſi vero poſtmodum in cerebro materia morbifica augetur, & ibidem partes craſſiores ſucceſſive cumulantur, tunc etiam tandem ſequitur obſtructio horum nervorum reſpirationi dicatorum, & ſic pro diverſitate & copia cauſſae, reſpiratio erit vel liberior ſeu difficilis, unde Medicus ex reſpiratione faciliori vel difficiliori in apoplecticis poteſt praedicere, vel materiae morbificae in cerebro copiam, vel ejus paucitatem, & mortem, vel ſalutem: haec etiam ratio poteſt eſſe, quare pulſus manet adhuc in paroxyſmo apoplectico.

Jam apoplexia ita poteſt definiri: eſt abolitio omnium ſenſuum ex- & internorum, manente difficili reſpiratione & pulſu.

Dividitur apoplexia in ſanguineam, quae oritur a ſanguine in cerebro extravaſato & grumeſcente; & humoralem ſeu pituitoſam, quae oritur a lympha ſeu craſſa ſeu fluida; fluida enim etiam poteſt obſtruere & obtinere principium nervorum; de humorali hactenus fuit dictum.

Apoplexia ſanguinea oritur, quatenus ſanguis extravaſatur in cerebro, illa extravaſatio poteſt fieri vel a cauſſa aliqua externa, ut percuſſione, contuſione, &c. vel etiam interna, dum ſanguis nimis fermentat, & effervеſcit; ita enim vaſa valde extenduntur & rumpuntur tandem, ſaepe etiam vaſa in cerebro non rumpuntur, ſed eorum oſcula aperiuntur, ut ſanguis in ſubſtantiam cerebri irruat, quia volantibus ſubtilioribus, & aqueis, ibidem ſic extravaſatus grumeſcit, poros ac ſuperficiem ventriculorum cerebri concavam, principiumque

ner-

nervorum obſtruendo ſpirituum animalium influxum prohibet,ac eo modo apoplexiam producit, unde nullus amplius ſenſus,nullus motus: ſi talis ruptio ſeu apertio vaſorum fit in pulmonibus, vocatur haemoptyſis; ſi in vaſis meſenterii oritur dyſenteria; ſi in vaſis uterij haemorrhagia uteri: aſt ſi in cerebro, apoplexia,&c.

Notum, quod multi fiant apoplectici, ac extinguantur a globulis proxime, praetervolantibus, etiamſi ab ipſis non laedantur, illud fit propter vaſorum in cerebro rupturam, ſanguiniſque extravaſationem, quae non fit extra cranium, ſed in ipſa cerebri ſubſtantia: producitur autem illa ruptio ab impetuoſo aëris motu; materia ſubtilis enim maximo cum impetu ingreditur cerebrum & vaſa, quumque in altera parte non ita commode poſſit ingredi, ſanguinem valde exagitat, & oritur tanta fermentatio & lucta ut vaſa rumpantur.

Phaenomena in hoc caſu, (1) ex foetore quem &c. *in dolorem capitis incidit:* ſupra dicta huc poſſunt applicari. Chartacea ſi diutius ſervantur in loco uliginoſo, ubi non liberior datur aëris tranſitus, tandem ſi moventur emittunt varia miaſmata, quae corpori & ſanguini adſtantium modo per poros,modo inſpirationem communicari poſſunt, quod etiam factum in hoc caſu, ubi partes illae ſqualidae & pituitoſae ex chartaceis exhalantes ſeſe inſinuarunt illius viri maſſae vel per inſpirationem vel poros corporis, ſicque partes viſcidas & glutinoſas in ſanguine auxerunt, qui talibus partibus ſqualidis & craſſis inebriatus translatus ad cerebrum illius & plexus choroidis minutiſſimos poros plus juſto dilatavit, poros meningum intravit, unde ſucceſſive partes illae viſcidae cumulatae ſunt, ac obſtructio producta, unde dolor gravativus, ſeu idea doloris gravativi menti fuit repraeſentata: quoniam vero ex partibus illis craſſis & uliginoſis ſpiritus ſatis lucidi & vegeti, non potuerunt generari quo ſanguinis circulum & debitam fluxibilitatem conſervarent, ſanguis reſtagnavit,unde producti ſunt catarrhi & defluxiones.

Quum aëri frigido ſe exponeret: partes illae uliginoſae iterum e corpore partim exhalarunt, unde cerebrum non ita ſtatim illis fuit repletum: verum accedens aër frigidus illas exhalantes ſiſtebat & repellebat, hinc in magna copia ad ſubſtantiam cerebri remeantes principium nervorum obſtruxerunt, ſpirituumque influxum prohibuerunt; hinc ſubito concidit.

Voce & reſpiratione intercepta peſſimum fuit ſignum: quia magna in cerebro fuit copia partium craſſiorum & viſcidarum, ita ut non tantum poros nervorum potuerint obſtruere, ſed etiam illos valde apertos reſpirationi dicatos, ſicque indicium fuit materiam morbificam valde eſſe copioſam, parteſque obſtruentes valde craſſas.

Motu & ſenſu omni abolitio: denegata enim ſpirituum ſecretione vel ſecretorum influxu, ceſſat etiam motus.

Cum ſtertore e vita diſceſſit: reſpiratio ſtertorea ſemper ſolet eſſe lethalis, quia materia peccans profundius nervis impacta eſt.

Dictum fuit ſupra, chartacea non ſolum contrahere ſqualorem, ſed & adſtantes inficere poſſe, exinde patet; ſi enim in cella ſeu alio loco, in quo radii ſolares non ita ſparguntur, per aliquot dies reponantur, vaſa quaedam aenea vel ſtamnea, videmus ſtatim ungi peregrino colore vel maculis,&c.

Auctor putat cerebrum contraxiſſe quandam malignitatem: verum omnia poſſunt explicari per nimiam illam dilatationem pororum plexus choroidis, qui innumeris conſtat arteriolis & venis,& eſt quaſi rete ex arteriis factum.

Signis diagnoſticis non opus, quia explicatio phaenomenum ſufficit.

Signa diſtinctiva ab aliis ſoporoſis affectibus (1) diſtinguitur *a lethargo* qui pedetentim invadit, apoplexia vero ſubito, in lethargo etiam eſt febris quae in principio apoplexiae non obſervatur: (2) *a caro*, eo laborantes ſi vellicantur

ſen-

Digitized by Google

ſentiunt, ſi vocantur oculos aperiunt, audiunt, ac ſi acu punguntur membra contrahunt, quod in apoplexia non fit, tolluntur enim omnes ſenſus & motus: (3) *a catalepſi*, quia hi non corruunt in terram ut apoplectici, ſed manent in tali ſitu, in quo ſunt ſi corripiuntur: (4) *a ſyncope*, quia in ſyncope facies non eſt colorata ac pulſus ablatus eſt: in apoplexia vero pulſus aliquamdiu manet & facies colorata.

Prognoſis: Auctor noſter recte ex Hipp. dixit eſſe apoplexiam fortem & lethalem; fortis vero vocatur ſi reſpiratio valde eſt laeſa; levis, ſi reſpiratio liberior & pulſus, & ſi Medicus obſervat poſt venaeſectionem reſpirationem fieri liberiorem, ſalutem praedicere poteſt; ſi pulſus etiam bene ſe habet.

Curatio: quia propter obſtructionem tubulorum & totius cerebri omnes ſenſus & motus abolentur, videndum quomodo ſpiritus poſſint excitari, & materia morbifica e tubulis excuti; hinc ſtatim jubent Medici inſtituere ligaturas & frictiones, quia per illa commotiones ſpiritus excitantur, ac eorum ope materia facilius e tubulis excutitur; oculis offeruntur corpora luminoſa, aures clamoribus debent repleri, imprimis apoplectici proprio nomine debent nominari & vocari, quia ſpiritus jam ante ſunt conſueti in illas partes fluere, etiam pori aperti quia ſaepius influxerunt, etiam fibrae ita ſunt diſpoſitae, ut facile talem impreſſionem ſaepius factam melius recipiant & deferant. Naribus acria debent inflari, ut ſalia volatilia aromatica, & quae habent partes rigidas ut ſimul obſtructiones referent.

Applicantur clyſteres ex acrioribus, quia illa agitatio multum poteſt conferre ad ejectionem materiae: Auctor noſter praeſcripſit enema ex volatilibus, quae fermētationem in maſſam ſanguinis poſſunt inſtituere & partes craſſas diſſolvere.

Pulpa colocynthidis in petia ligat. Quaerit. quare hoc? ℞. ne tranſeant partes craſſiores, quae quia nimis acres ſunt, facile inteſtinorum vellicare & exulcerationem excitare poſſent: ſubtiliores vero abradunt leviter humores.

Semen ſeſeleos, carvi &c. haec fermentationem in maſſam ſanguinis augent.

Colat. ℞. unc. x. in minori enim quantitate enema debet injici, ut diutius maneat in corpore; ſi enim quantitas excedit, iterum effluit; ſi in minori quantitate injicitur & tunc effluit, malum eſt ſignum, quia indicat reſolutionem omnium partium, & ſi Medicus hoc videt praedicere poteſt aegrum non evaſurum, adduntur hierae picrae, oleum rutae, caſtor. &c. qui acrimoniam habent, ſal gemmae ut ſtimulet.

NB.. Si clyſter inter horam reddatur, bonum eſt; ſi plane non reddatur, malum, quia indicat ſpiritus non influere, ut motum periſtalticum producant.

Clyſteribus bene additur aqua benedicta, quae emetica eſt: crocus debet infundi in vino poſtmodum agitatur, & ſi in fundo reſidet crocus ſive pulvis, tunc per inclinationem effunditur, ita tamen ut plures partes liquori maneant immiſtae, liquor ille ad unc. ij. vel iij. additur clyſteribus, vide Riverium. Non vero hic intelligitur crocus vulgaris; ſed ex minerali regno, qui a colore ſic dicitur: in caeteris ad excitandos aegros nihil omittendum, unde poſſunt fieri inunctiones, ori poſſunt infundi ſpirituoſa; omnia illa quae capiti ſolent applicari aromatica & copioſam vehunt materiam ſubtilem.

Quaer. an conveniat venae-ſectio in apoplexia? ℞. diſtinguendo inter apoplexiam ſanguineam & humoralem; ſemper venae-ſectio convenit in ſanguinea, quamvis ſanguis in cerebro ſit extravaſatus; verum in pituitoſa, ſi aetas adſit ſimilis, non niſi cum proteſtatione aliqua inſtitui debet venae-ſectio imprimis ſi adſit reſpiratio ſtertorea, ne culpa in Medicum redundet. Tandem etiam cucurbitulae ſolent applicari capiti, vertici, vel etiam circa futuram coronalem; extremum remedium ſolet eſſe dicunt, Foreſtum, Medicum celebrem apoplexia correptum monſtraſſe digitis adhuc locum ubi cucurbitulae ſolent applicari,

quod tamen adſtantes intelligere non potuerunt; Medicus vero poſt mortem accedens ex adſtantium relatu facile colligere potuit, virum illum deſideraſſe adhuc cucurbitularum applicationem.

Qr. an enemata conveniant in paroxyſmo apoplectico? ℞. enemata ſunt duplicia alia lenientia, alia commoventia; lenientia tuto adhiberi poſſunt, quia leniter pituitam educunt: quae vero praeparantur ex acrioribus, catarrhos augent, pulſum imminuunt, ac reſpirationem difficiliorem reddunt, quia miaſmata illa ſeſe inſinuant maſſae ſanguinis, materiam pituitoſam valde commovent, ut profundius ſeſe inſinuet in nervos patulos reſpirationi dicatos; ergo tutius leniens enema praemitti poterit, quod & monet Haeferus &c. Obſervamus quod a fortioribus ſemper pulſus & reſpiratio imminuantur a corpuſculis cum ſanguine ad cerebrum delatis, praeprimis ſi inteſtina faecibus ſint repleta. De vomitoriis ſimilis oritur quaeſtio; quidam enim approbant, quidam prohibent? ℞. Saniores Medici jubent abſtinere a vomitoriis, dum enim magna vi conantur excutere humores e ventriculo valde commovent muſculos, qui quum in apoplexia ſemper ſint reſoluti, vomitus redditur difficilior propter denegatum ſpirituum animalium influxum, unde facile oritur ſuffocatio; ideo etiam poſt cibum aſſumtum vomitus difficulter excitatur, quia diaphragma nimis comprimitur &c.

Quidam in ipſo paroxiſmo adhibent purgantia; ℞. a fortioribus abſtinendum, quia intrant maſſae ſanguinis & cum ſanguine ad cerebrum delata agitando occaſionem praebent, ut materia pituitoſa profundius ſeſe inſinuet nervis reſpirationi dicatis; hinc antequam forte purgans exhibeatur, ſemper praecedere debent praeparantia; ut via ab infarctis liberetur & evacuetur: in ipſo paroxiſmo vero abſtinendum.

Quaer. an toto etiam adhibeantur ſternutatoria? ℞. Concedi poſſunt in apoplexia humorali: in ſanguinea vero a rupto vaſe vel effuſione ſanguinis, nocent; ſi enim talis partium capitis agitatio & concuſſio excitatur, tunc ſanguis extravaſatus fortius adigitur in poros nervorum ſicque malum augetur; ſanguis enim talis humor non eſt, ut per illam concuſſionem poſſit eliminari.

CASUS XIV.

De Paralyſi.

SPinalis medulla in cerebro diſtribuitur in duos truncos, dextrum & ſiniſtrum; ſi igitur materia morbifica ſeſe inſinuet in ſpinalem medullam, ita ut utrumque truncum obſtruat, tunc oritur totalis reſolutio; ſin vero verſus unum truncum derivetur, tunc unius lateris reſolutio oritur, quam vocamus paralyſin; hinc definitur: eſt abolitio motus & ſenſus in partibus unius lateris.

Si totus humor vitioſus deſerit cerebrum & ingreditur ſpinalem medullam, tunc cerebrum in paralyſi manet immune; ſi vero humor ita copioſus eſt, ut poſt ingreſſionem in ſpinalem medullam portio quaedam remaneat, & nervos quoſdam cerebri obſtruat, tunc ſenſuum in- & externorum aliqua imbecillitas percipitur in paralyſi: ſi humor vitioſus ſit in minori copia, tunc ſaepe ſaltem reſolvitur una pars vel unicum membrum, ut pars faciei, ſaepius ſolum brachium, ſaepius tantum pes, dum nimirum humor morbificus propter paucitatem deſerit alios nervos, & ſolum hos huic vel alii parti dicatos intrat & obſtruit.

HISTORIA.

NObiliſſimus Dominus Fridericus a Kleiſt, Venationum in aula Neoſedinenſi Magiſter, aetate ſexagenarius, poſtquam aliquandiu capitis dolore, oculorum ſcotomia & vertigine laboraſſet, ſubito lateris ſiniſtri reſolutione tangebatur, adeo

Digitized by Google

adeo ut nec brachium nec pedem movere poſſet; ſermone tamen & intellectu integris. Latus affectum deprehendebatur actu frigidum, ſanum e contra calidiſſimum.

RESOLUTIO CAS.

Cauſſae naturales ſunt temperamentum, aetas &c. aegrotus fuit ſexagenarius, ergo temperamenti frigidi & humidi.

Nonnaturales: fuit deditus venationibus. Praeceſſit dolor capitis gravativus propter compreſſionem tubulorum cerebri & extenſionem meningum a partibus vitioſis viſcidis; praeceſſit vertigo, cauſſa eſt quia materia morbifica eſt viſcida, ſicque oblinit ſuperficiem ventriculorum cerebri & poros obſtruit in tantum ut ſpiritus animales, qui ſemper moventur ſecundum lineam rectam, in tali motu impediantur; dum enim offendunt ad parietes obſtructos, reſiliunt ac menti ideam motus ovalis ſeu circularis repraeſentant.

Subito lateris ſiniſtri reſolutione tangebatur adeo ut nec brachium nec pedem movere poſſet; quia materia morbifica occupavit truncum ſpinalis medullae in latere ſiniſtro, unde ſimiliter brachii & pedis ſiniſtri nervi ſunt obſtructi.

Sermone tamen & intellectu integris, quia nervi in cerebro poſt ingreſſum materiae morbificae erant immunes ab omni labe.

Latus affectum deprehendebatur actu frigidum. Quaer: quare membra paralytica ſemper ſint frigida, quum tamẽ ſanguis arterioſus aeque ad illa fluat quam alia? ℞. calor partium non tantum a ſanguine eſt, ſed & humoribus circulantibus. ſpiritus animales, qui ſanguinis motum & fluxibilitatem conſervare debent: quia ergo ſpiritus animales in latere affecto ad partes ſufficienter non influunt, hinc motus humorum circulantium ſegnior eſt & frigus percipitur.

Calor major in parte ſana: quia mutatio aliqua oritur in ſpiritibus animalibus, quia enim inaequaliter influunt, etiam in ſanguinis maſſam aliqualis alteratio oritur.

Antequam ſuſcipiatur curatio, prognoſticum inſtituatur hoc modo.

Malum curatu difficillimum (1) ratione humoris peccantis, quia eſt valde craſſus & viſcidus: (2) ratione partis affectae, quia truncus ſpinalis medullae eſt obſtructus, ad quem medicamenta vix penetrare poſſunt; ſi etiam accedit aetas ſenilis & tempus anni incommodum.

Curatio: (1) primae viae ſunt liberandae ab infarctum: ergo in principio minorativum exhibendum, quod etiam fecit Auctor noſter: (2) ſanguis frigidus & viſcidus corrigendus, alterandus & fluxilis reddendus per attenuantia, incidentia, cephalica & nervoſo generi amica, ut loquitur Auctor noſter.

Facta praeparatione tali, humor evacundus: quia vero illud una vice fieri non poſſet, hinc praeſtat decoctum ſeu apozema aliquod catharticum praeſcribere, quod ſingulis diebus ad uncias iv. exhiberi poteſt.

Liberatis ſic ab obſtructione poris partium internarum, etiam pori in ſuperficie ſunt aperiendi, quod poteſt fieri per ſudorifera: illa debent conſtare ex partibus duris, rigidis, qualia ſunt ligna illa uſitata, (vulgaria enim ſudorifera non ſufficiunt) unde Auctor noſter recte praeſcripſit decoctum aliquod ſudoriferum ex ligno guajac. ſaſſafraſ. flor. ſalviae & aliis.

NB. Circa praeparationem hujus infuſi, debet addi tartarum ad facilitandam extractionem, & ingredientia debent infundi vino, ſeu anatica portione vini & aquae fontanae; quia partes rigidae & durae non facile ſuppeditantur ſoli aquae: ſin vero tartarus accedat, pori recluduntur & melior fit extractio.

Quoties exhibetur tale decoctum, aeger ſudare debet in laconico ſeu arcula; Auctor noſter ad facilitandos ſudores ex decocto herbarum vapores ſuſcitavit: verum praeſtat ipſe ſpir. vini rite praeparatus, ſi ille exhibetur eodem modo ſtatim ſudor ſequitur; inſunt enim ſpiritui vini partes rigidae & duriores, quae majo-

rem vim habent, quam herbarum partes molliores; herbae enim iſtae conſtant partibus mollioribus.

Quoniam morbus chronicus eſt, Auctor noſter pergit, & continuat uſum medicinae, praeſcripſit pilulas ex extr. ſolut. & magiſterio agarici: quoniam vero non proſtant in officinis, alia debent ſubſtitui; hinc talis formula poteſt praeſcribi. ℞. *Extract. cephal. Mynſicht. ſcrup. j. diagryd. gr. ij. ol. ſtilat. ſuccin. gtt. ij. f.* pilulae deaurentur fortiter. Vel ℞. *Extract. panchymagog. Crollii ſcrup. j. &c.* Vel quia peccat humor viſcidus ℞. *Extract. melanag. Mynſicht ſcrup. j.* &c. Auctor noſter ulterius pro roboratione praeſcripſit *eſſentiam ambrae*: verum hujus eſſentiae uſum omnes ferre non poſſunt; habet enim vim inebriativam & ſanguinem fermentare facit, omnem enim ebrietatem praecedit fermentatio ſanguinis; in ſexu foeminino plane abſtinendum ab uſu hujus eſſentiae, ejus loco praeſcribi poteſt tinctura ſuccini ad gt. xij. vel xv.

Ulterius Auctor noſter miſturam quandam adhibuit, quam ingreditur eſſentia roris marini: verum quia non proſtat in officinis niſi ex mandato Medici, etiam hanc formulam imitari non poſſumus & mutanda hoc modo.

℞. *Aq. cephalic. Langii unc. iii. & ſem. carbuncul. unc. j. lil. convall. cum vino diſtill. unc. ii. & ſem. tinctur. ſuccini drach. j. ſpirit. lavend. lilior. convall. &c.*

Poteſt etiam ſubſtitui ſpirit. c. c. ſpir. ſalis armoniac. ſal volatile oleoſum Sylvii.

Auctori noſtro nec ingratae fuere ex ſuccino rotulae. Nota, in quavis intemperie ſanguinis frigida & humida, capitiſque morbis frigidis conveniunt hae rotulae pro capite. Poteſt variari haec formula, ut loco ſuccini ℞. *Species contra apoplexiam Auguſt. vel pulverem Marchion. vel pulverem cephalicum Michaelis*: reliqua poſſunt in tali doſi retineri, in ſexu foemineo vero debet omitti ambra.

Tandem externe Auctor praeſcripſit unguentum pro ſpina latere affecto. Nota omnia pinguia linimenta & unguenta ſunt ſuſpecta, quia obſtruunt poros, ac inſenſibilem tranſpirationem impediunt, humoreſque reddunt viſcidiores hinc magis laudantur aquae, ſpiritus, ſpiritus penetrantes, qui acuuntur ſale volat. aqua Anhaltina, ſpiritu convulſivo DD. Willſii ſpir. formicar. ſpir. urticae minoris, addi poteſt ſpiritus cor. cer. ſal. armon. ſpiritus urinae poteſt acui ſale volat. Spir. tinctura caſtorei &c. haec enim incidunt materiam craſſam & viſcidam, & abſtinendum a pinguibus, quae talem mucilaginem praeſeferunt.

Diaeta accurate praeſcribitur ab Auctore noſtro.

Qr. adhuc; quare membrum paralyticum in principio intumeſcit, poſtmodum vero exareſcit, quum tamen ſanguis arterioſus aequaliter diſtribuatur tum ad membrum paralyticum, tum ſanum?

℞. Illud provenit a tardiori motu humorum circulantium, quia enim membro paralytico denegatur ſpirituum animalium influxus, ſanguis in tubulis & vaſis lymphaticis reſtagnat, unde ſaepe rumpuntur, & lympha exſtillat, unde tumor. Quia vero poſtmodum tubuli depravantur & varie mutantur, ideo deficit appoſitio ſucci nutricii, hinc tandē pars illa exareſcit & talem maciem contrahit.

CASUS XV.

De melancholia hypochondriaca

incipiente cum ſcorbuto

HISTORIA.

A*nno M.DC.LII. Menſe Novemb. admodum Reverendus, nobiliſſ. & excellentiſſ. Dn. Fridericus Rungius, Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarius intimus, Pomeraniae Orientalis Cancellarius & Canonicus Colbergenſis, Compater, Affinis & Frater meus honorandus, profundis & aſſiduis cogitationibus ſubinde* deti-

detinebatur, adeo ut ad interrogata aliquando non reſponderet: aderat ſenſus gravitatis in capite, obſcuritas oculorum, anguſtia cordis, hypochondriorum tenſiones, maculae in cruribus & perpetua in ſomnum propenſio.

R E S O L U T I O.

Carteſius dicit, nihil aequalius inter homines diſtributum quam mens ipſa: id eſt, nulla datur differentia inter animas hominum, & quamdiu organa rite ſunt diſpoſita, tamdiu animas ſuas perficit operationes; hinc multa adſcribuntur animae, quae tamen rectius organis indiſpoſitis adſcribenda eſſent, quod enim alii prae aliis gaudeant feliciori ingenio, alii meliori memoria &c. multi tribuunt animae, quum tamen organorum diſpoſitioni meliori vel debiliori hoc tribuendum eſſet; qui enim ſpiritus prae aliis habent meliores, meliores etiam producunt vel producere poſſunt actiones. In foetu ſeu infantibus anima non judicat, & diſtinctas perficit operationes, non quod mens ita ſit diſpoſita, potius quia organa ſunt indiſpoſita, quae menti debent inſervire; habent enim membra adhuc molliora & mucilaginoſa & propter talem fermentorum & nervorum mollitiem impreſſiones factae diſtincte non poſſunt recipi & ad cerebrum deferri, hinc anima etiam in infantibus nō poteſt diſtincte judicare: poſtmodum vero dum mucilago conſumitur, partes & filamenta nerviq; fiunt duriores, tunc organa fiunt aptiora, motuſque etiam diſtinctius imprimuntur; unde infantes incipiunt ratiocinari ac diſtinctius cogitare. In ſenibus vacillat ingenium, viſus imminuitur, aliaeque plures actiones laeduntur, non quod mens ſeneſcat, quae non mutabilis eſt nec mutatur, ſed quia organa mutantur; exſiccantur enim filamenta cerebri & rugoſa fiunt, & quia ſic mutatur ſtatus priſtinus, etiam impreſſiones non diſtincte offeruntur menti, unde etiam diſtincte judicare nequeit. Si ſenex haberet oculum ut juvenis, tunc etiam videret ut juvenis; quoniam vero in ſenectute partes oculi exſiccantur & mutantur, hinc viſus etiam imminuitur; ex. gr. licet quis ſciat pulchre pingere litteras & tamen non habet calamum rite adaptatum, etiam eleganter litteras pingere non poteſt, quum tamen culpa non ſit in ſcriba ſed in calamo: ita etiam de anima procedit hoc; ſi enim corpus non eſt aptum, etiam anima ſuas actiones perficere non poterit, culpa autem non eſt in anima, quae non mutatur, ſed in organis ineptis.

Quamdiu igitur omnes machinae noſtrae partes ſecundum naturae leges manent diſpoſitae, ac filamenta leviter ac molliter pulſantur, tamdiu etiam juxta naturae leges actiones fiunt: quamprimum vero filamenta ſunt laeſa & fortius pulſantur, tunc incipit delirium: quemadmodum cithara ſuavem producit harmoniam & concentum, ſi quoad omnia rite diſpoſita, ſi chordae juſtam habeant tenuitatem ac debite ſint extenſae legitimeque pulſentur. Contra vero ſi hoc non ſit, tunc ceſſante illa harmonia, potius diſſonantia oritur. De delirio igitur agendum: de deliriis variis actum eſt hactenus, ſed jam de eo, quod eſt a timore, triſtitia, anxietate, citra tamen manifeſtam cauſſam; & vocatur delirium melancholicum: melancholici vero dicuntur illi, qui citra manifeſtam cauſſam incedunt anxii, triſtes, timidi, cogitabundi, varias habent cogitationes & phantaſmata, poſſibilia ipſis videntur impoſſibilia, &c. Dixi ſine manifeſta cauſſa triſtes; qui enim triſtis eſt ex manifeſta aliqua cauſſa, vel propter obitum alicujus amici, vel deperditionem bonorum ex incendio, &c. non eſt dicendus melancholicus, adeſt enim iſtius triſtitiae manifeſta cauſſa.

Deliria varia occurrunt in melancholia; alii enim putant ſe eſſe Reges; alii ſe eſſe ex vitro conflatos, &c. Ut autem veram melancholiae cauſſam ac ſedem inveniamus, praemittendum, quomodo ſex res nonnaturales poſſint melancholiam inducere: ſi verſamur in aëre lucido & temperato, ſumus hilares, quia ſanguinem in legitimo fluxu conſervat: ſin vero ſub aëre craſſo, nebuloſo ac pluvioſo,

ſo, ſolito ſumus triſtiores ac laſſitudinem percipimus: hinc palam fit aërem tribuere quid ad melancholicam diſpoſitionem, quatenus nempe aër ille craſſus incraſſat ſanguinis maſſam, ex quo ſanguine craſſo & faeculento non poſſunt non generari ſpiritus craſſi, qui minus prompti ſunt ad offerendas has vel illas menti ideas, ob quas actiones requiruntur ſpiritus lucidi ac mobiles.

Craſſiores vero hi ſpiritus ſemel moti diutius ſervant ſuum motum, nec ab aliis in motu impediuntur, ut ſpiritus lucidi ſeu ſubtiles: & haec eſt ratio quare melancholici ſemper cogitent de uno ſeu altero ſaltem objecto antea menti repraeſentato; ſi enim ſpiritus illi craſſi ſemel modificati ſunt ab objecto aliquo, tunc ſemper eandem irradiationem offerunt menti, unde ſemper idem cogitatur, atque hoc modo aër craſſus poteſt eſſe cauſſa melancholiae: illi enim qui habitant in aëre ſubtiliori & calidiori, raro fiunt melancholici; qui vero in aëre frigido, ſaepe.

2 Cibus & potus: cibus craſſus reddit ſanguinem craſſum, faeculentum & admodum ineptum; hinc ſpiritus animales non poſſunt rite ſecerni & elici. Motus nimius diſſipat maſſae ſanguinis particulas volatiles, unde reliquus incraſſatur. Quies vero nimia impedit ſanguinis volatiliſationem, partes activae a ſanguine non extricantur, ſicque fiunt ſpiritus ad inſerviendum menti minus apti.

Hiſce praemiſſis recte in melancholia accuſantes ſanguinis intemperiem craſſam, viſcidam, ac faeculentam a vitioſo quodam acido: hunc ſanguinem craſſum melancholiae cauſſam eſſe patet variis rationibus; obſervamus enim infantes lactantes & alios nunquam fieri melancholicos, quamdiu utuntur cibis molliorihus ac fluidioribus, quia ſanguis tamdiu ab his cibis non diſponitur ad melancholiam. Haemorrhoides ſupervenientes melancholiae optimum remedium, quia ſanguinis portio craſſa ac faeculenta evacuatur, hinc reliqua portio melius exaltatur & volatiliſatur.

Melancholici ſi indulgent irae vel vino utuntur, facile fiunt maniaci; ratio, quia partes ſanguinis craſſiores tardius motae, quamprimum accenduntur ac a vino impelluntur, tunc majori vi & motu moventur; craſſae enim partes ſemel motae valde deinde moventur & non facile impediuntur: ſi igitur partes craſſae & faeculentae in melancholicis fortius agitantur a vino, & ſimul ſpiritus craſſi in talem motum vehementem cientur, cerebri partes varie pulſant, ac ſic maniam producunt. Hinc etiam maniaci valde robuſti ſunt, vix a quatuor poſſunt detineri, ex ea nempe ratione, quia craſſi illi ſpiritus ſemel moti magnam habent vim in partibus: peccat enim in melancholia ſanguis craſſus faeculentus, & partes illae craſſae ſegnius moventur, ſed conſtanter ſeu continuata ſerie; in mania vero etiam peccat ſanguis craſſus & faeculentus, ſed partes illae craſſae in maniacis velociſſime moventur.

Ad varias cogitationes requiruntur etiam ſpiritus animales rite diſpoſiti; ſi enim ſint nimis ſubtiles, judicium valde labefactatur, juxta ordinem non promoventur, ſed avolant in auras, in febribus ardentibus nimis ſunt ſubtiles, hinc abeunt in auras, tunc etiam conqueruntur de laſſitudine, varia etiam oriuntur deliria; ſin vero ſint craſſiores ut in melancholicis, tunc tardius incidunt, & ſemel incidentes in veſtigia cerebri ac ab illis reflexi, eandem menti ſemper repraeſentant imaginem, quae putat tunc illam ſemper eſſe praeſentem. Spiritus vero determinantur non tantum a mente, ſed & ab objecto aliquo vel in- vel externo, imo ſaepe a veſtigiis ipſius cerebri: hinc ſi ſpiritus animales ſimili modo determinantur a veſtigiis, quali modo antea determinabantur ab aliquo objecto, tunc etiam ſimilis imago repraeſentatur menti: ſic ſaepe melancholici imaginantur ſe videre Diabolum. Quaer. an fiat naturaliter? ℞. affirmando, quia ſpiritus animales ſunt valde craſſi & ſegnius moventur, hinc incidentes in veſtigia impreſſa olim a cornibus tauri, pectore leonis, cauda draconis, varie a veſtigiis

illis

illis ad mentem reflectunt, unde propter celeritatem cogitationis mens haec omnia conjungit, & unam ideam format, ut cogitet ſe videre Diabolum; poſtmodum autem ſpiritus non facile ceſſant a tali repraeſentatione, quia craſſi ſunt, craſſiores vero diutius ſervant motum ſuum & non impediuntur ab aliis.

Febricitantes & alii aegroti ſaepe putant oculis obvolitare muſcas vel alia animalcula, quia ſpiritus animales jam ita determinantur ut antea determinabantur, quum animalcula eſſent praeſentia, & ſic menti eandem ideam repraeſentant, & quemadmodum multa in inſomniis menti repraeſentantur a ſpiritibus incidentibus in veſtigia antea impreſſa, ita etiam in melancholicis fit: melancholici enim ſunt quaſi ſomniantes.

Illa ſanguinis craſſities & faeculentia in melancholicis oritur ab acido vitioſo. Quaer. ubi illud generetur & ſedem habeat? Veteres putant cauſſam eſſe atram bilem, quae ex ſanguine in liene ſeparatur, & ſanguinis maſſae iterum communicatur, unde lienem in melancholia ſemper accuſant. Verum ceſſat ſchola illa atrabiliaria; eſſet enim contra beneficium naturae, ſi lien ſegregaret excrementum, ac iterum maſſae ſanguinis eo inficeret. Non tamen lien ab omni culpa eſt, conſtat enim plurimis nervulis ut ſpiritus poſſint copioſius affluere, & ſanguinem a coagulatione praeſervare; quo magis enim recedit a corde ſanguis, eo magis proclivis eſt ad coagulationem. Si ergo lien laborat vitio vel obſtructione, ita ut pori in fibris nerveis lienis obſtruantur, ſpiritus etiam non poſſint affluere, & ſanguinis coagulationem praeſervare, fluxibilitatemque ejus conſervare, unde ſanguis redditur melancholicus, hoc eſt acquirit craſſitiem & faeculentiam: (2) acidum illud vitioſum poteſt etiam communicari ſanguinis maſſae ex ventriculo, ſi fermentum ſit nimis acidum, ex quo chylus corruptus intrat ſanguinem, qui ſubinde fit mucilaginoſus: 3) etiam ex ſucco pancreatico ſi ſit nimis acidus, tunc enim incraſſat chylum, qui ad ſanguinem delatus eum reddit faeculentum.

Acidum autem ineſſe ſanguini melancholicorum probatur a juvantibus; curatur enim melancholia per volatilia, quae habent vim faeculentiam illam incidendi & acidum vitioſum infringendi.

Dictum quod acidum iſtud vitioſum poſſit ſanguini communicari (1) ex liene, (2) ex ventriculo, (3) ex pancrate, 4) illud etiam fieri poteſt ex tubulo aliquo; ſaepe enim obſervatum, quod ab ulcere producta fuit melancholia, quatenus nempe acidum vitioſum fuit maſſae ſanguinis communicatum.

Omnia quae occurrunt in melancholia explicare poſſumus per ſanguinem craſſum ac faeculentum, & exinde craſſos & in motu tardiores elicitos ſpiritus: item per acidum vitioſum, quod ſanguinem incraſſat, & faeculentum reddit.

Phaenomena, quibus ſe prodit ipſa melancholia, in hoc caſu ſunt: *profundis & aſſiduis cogitationibus detinebatur*. Quia ſpiritus craſſi incidentes in veſtigia ſemper menti repraeſentant unam vel talem ideam, & in repraeſentatione iſta etiam non poſſunt facile impediri, quod facile fieret ſi eſſent ſubtiliores, quamvis etiam alii motus imprimantur, tamen ſunt debiliores. Auctor noſter dicit melancholiae hypochondriacae ſemina in meſenterio, liene &c. Verum eſt quod melancholia ſaepe trahat originem ex hypochondriis ut meſenterio, liene, &c. & tunc vocatur melancholia hypochondriaca, ſeu per conſenſum, quia acidum vitioſum ibidem communicatur: ſi acidum vitioſum communicatur ex ſtomacho, vocamus melancholiam per conſenſum ſeu ſtomachicam; ſaepe etiam vitio uteri ex reſtagnantibus menſibus producitur melancholia, & ſic ſemper fontem melancholiae quaerimus in illis partibus quae acidum communicant, quamvis delirium melancholicum proxime a ſanguine craſſo inducatur.

Pergit Auctor noſter ſenſimque fumoſis exhalationibus caput & cerebrum, &c. Verum tales exhalationes non admittimus; explicari enim non poteſt quomodo

in

in ſeu extra vaſa poſſint ad cerebrum aſcendere: dicendum igitur erit, quod acidum vitioſum incraſſet ſanguinem, ex quo craſſi generantur ſpiritus, imo etiam ipſi ſpiritus animales quod craſin degenerant & fiunt acidi.

(2) *Ad interrogata aliquando non reſponderet*: hoc explicandum eſt (1) per continuum itum ſpirituum animalium craſſorum, & motus de novo impreſſi debiliores ſunt: (2) flacciditas quaedam in nervis eſt, quia ſpiritus illi craſſi non ſunt ſufficientes, ut generis nervoſi tremulum motum conſervare, ac nervos rite extendere ac inflare poſſint; hinc ſequitur quod etiam tonus nervorum labefactetur, quia non recte ſunt extenſi: (3) adeſt ſenſus gravitatis in capite; ſpiritus enim craſſi permeantes ipſum cerebrum ſemper propter craſſitiem comprimunt partes & tubulos, unde idea talis gravitatis ſenſus menti raepreſentatur, quia vero talis compreſſio non fit a re acri, ideo tantum gravitas adeſt.

(4) Viſus obſcurior, partim vitio ſpirituum, qui non ſunt ſatis lucidi ſed craſſi; partim vitio ipſorum in oculis humorum, qui debent eſſe clari & pellucidi, facile autem infici & impuri reddi poſſunt ab acido ſanguine; quod fit in melancholia.

(5) Adeſt cordis augiſtia: Auctor noſter accuſat vapores in tranſitu cor laedentes. Verum vapores tales incluſi in vaſis vel etiam extra vaſa non poſſunt cordi communicari, ſed quicquid cordi offertur eſt ſanguis, qui quum in melancholicis non aptus ſit ad aſcenſionem, nimiam moram trahit in corde, unde talis anxietas oritur; vel anxietas illa oritur, quatenus ſpiritus nimis craſſi nimis coarctent cordis ventriculos, quo ſanguis non ita feliciter poſſit permeare.

(6) Hypochondriorum tenſiones: Melancholici ſemper conqueruntur de inflatione in hypochondriis praeſertim ſiniſtro, hinc etiam Medici plerumque lienem accuſant. Nos dicimus, quod pars affecta hujus tenſionis ſit peritonaeum; cauſſa humores circulantes: quum enim ſanguis ſpiritibus animalibus non poſſit ſatis conſervari fluxilis, unde ſegnius motus per tubulos extendit membranas & alias partes, ut etiam ſpirituum animalium prohibeatur influxus, in nimia autem illa extenſione illae partes quae debent egredi per inſenſibilem tranſpirationem retinentur in poris muſculorum abdominis ac inteſtinorum, unde flatus oriuntur ac obſervantur, qui clauſtra perrumpere conantur, ut in terrae motu fit, dum aër includitur, qui egredi conatur.

(7) *Maculae in cruribus*: Auctor noſter dicit ab ebullitione humoris melancholici. ℞. talem ebullitionem particularem in partibus admittimus, non vero univerſalem: in melancholicis enim ſanguis nimis tarde movetur. Oriuntur autem illae maculae, dum ſanguis ille craſſus perveniens ad minima vaſa capillaria, reſtagnat; in reſtagnatione illa vaſcula quaedam capillaria rumpuntur, unde guttulae exſtillantes in ſuperficiem tales maculas conſtituunt, quae primo ſunt rubrae, poſtmodum vero dum ſubtiliores abeunt, mutantur, & ſic ſemper pro varietate humoris variant maculae illae in colore; accidit quod ſanguis ſit ſcorbuticus, qui quum nimis ſit acris facile vaſa capillaria corrodere poteſt, hinc etiam in ſcorbuticis ſemper tales maculae conſpiciuntur.

(8) Adeſt propenſio in ſomnum: (quod quidem fit in hoc caſu, alias in pluribus melancholicis vigiliae moleſtant, quia ſpiritus animales craſſi ſemel moti continuo moventur) oritur autem haec propenſio in ſomnum non a vi humorum narcotica, ut Auctor noſter putat, ſed a craſſis ſpiritibus, qui cerebrum & ejus tubulos ſufficienter inflare non poſſunt.

Prognoſis: eſt affectus curatu difficilis & chronicus, quia corrigi debet tota maſſa ſanguinis: ut autem hoc fieri poſſit, requiritur longum temporis ſpatium.

Curatio: ſanguis craſſus & faeculentus indicat attenuationem ac volatiliſationem; acidum vitioſum indicat ſui mitigationem; quod ſi fiat, ſpiritus animales iterum generantur ſubtiliores, & ad debitas operationes apti; unde pro inciſione & attenuatione Auctor noſter praeſcripſit miſturam quandam, quae corrigit aci-

dum

dum vitioſum conſtat ſale volatili copioſo. ℞. *Sirup. aperit. cort. citri, cochlear. &c.* ſalia hae continent copioſum ſal volatile. Loco hujus miſturae poteſt etiam fieri decoctum. Verum melius illa volatilia exhibentur per ſuccos expreſſos, quia in coctionibus ſalia volatilia abeunt in auram. Ergo recte Auctor noſter praeſcripſit in forma ſirup. quia melancholia eſt morbus chronicus, & tota ſanguinis maſſa corrigi debet, ideo per plures ſeptimanas imo menſes medicamentorum uſus eſt continuandus; unde fieri poſſunt longa decocta, vel etiam loco decocti deſtillatum aliquod melancholicum praeſcribi poteſt pro aliquot menſibus: recte etiam ſuademus uſus acidularum quae participant de Marte, vitriolo & ſalibus, beneficio quorum corrigunt glutinoſam ſanguinis intemperiem; illae enim partes metallicae omnes corporis maeandros, & tubulos anguſtiſſimos poſſunt perreptare; atque humores viſcidos obſtruentes reſolvere & fluxiles reddere. Illa Martialia etiam corrigunt ac deſtruunt vitioſum in ſanguine acidum, quod peccat in melancholico ſanguine; ſi enim Martialia intra corpus ſumuntur, acidum vitioſum agit in illa, ſicque tertium fit & acidum parit. In ſpecie pro morbo hoc profligando conveniunt vomitoria, quia in primis viis ſolet peccare mucus quidam craſſus, qui adhaeret parietibus ventriculi & inteſtinorum & fermentationem impedit: pro muco hoc eliminando non ſufficiunt cathartica blandiora, etiamſi adhibeantur, quod tamen praeſtant fortia vomitoria, in tali enim concuſſione quem excitant, mucus ille facile abraditur & ejicitur: pro vomitorio tali optimus eſt tart. emet. Mynſ. qui exhibetur a gr. iij. ad gr. iv. ad ſummum, vel ita promiſcue gr. iij. exhiberi poſſunt. ℞. *Tart. emet. Mynſ.* gr. ij. f. pul. detur in cochleari cereviſiae calidae & poſtmodum ſuperbibatur juſculum vel cereviſia calida; laudatur etiam ſulph. antimonii cujus praeparatio habet Willis, detur ad gr. v. In melancholia omnibus praeferenda ſunt medicamenta talia purgantia antimoniata ob duplicem rationem: (1) quia humores craſſos peccantes valde diſſolvunt & fluxiles reddunt, ita ut rejecti appareant in majori copia: (2) quia etiam curationem quandam politicam perficiunt, dum nimium humores valde tingunt & corrumpunt, ut appareant ſub colore viridi, patiens videns illos ita coloratos ab antimoniatis & rejectos humores copioſos putat, & credit, jam omnem vitioſam materiam e corpore eſſe deturbatam, & ſic ceſſat in patiente illa phantaſia & phantaſmata, quibus melancholici obnoxii ſunt; accedit quod etiam melancholicis & aliis validiora plerumque expetuntur medicamenta.

Vomitoria etiam illa conveniunt, quia in hoc affectu requiruntur medicamenta fortiora; leniora enim nihil praeſtant, quia ſpiritus animales ſunt valde craſſi, & lento gradu accedunt, unde non ita facile ad talem ſpaſmodicam contractionem irritari poſſunt, quum vero fortiora prae aliis irritent fibras, prae aliis etiam convenient.

Praemiſſo emetico praeparantia exhibenda ſunt. Formulam habet Auctor noſter ubi recommendat ſirupum ſuum aperitivum, & ipſa praeparantia fortiora ſunt; praeparantur vero praeparantia illa ex limatura Martis: in hunc uſum etiam proſtat in nonnullis officinis ſirupus aperitivus Mindereri, quod optimum eſt medicamentum. Auctor addit etiam antiſcorbutica, quia ſimul peccat intemperies ſanguinis viſcida.

Si per aliquot dies continuatum fuerit, aperitivum purgans exhibendum, ſpecificum medicamentum eſt extractum hellebori nigri rite praeparatum, doſis hujus extracti eſt ad unc. j. Auctoris praeparatio vid. tract. de morbis venenatis. Recentiores praeparant cum ſpiritu vitrioli, ſic enim partes illae volatiles acres corriguntur.

Nota: ſaepius interponenda ſunt enemata, clyſteres enim valde proficui ſunt in curatione melancholiae, illorum enim beneficio mucus ille in quo latet

Digitized by Google

acidum vitioſum educit, aciditatem temperando, alvum lubricitando, ac mu- cum illum fluxilem reddendo.

Auctor pro corroboratione electuarium praeſcribit, quantum tamen poſſibile a dulcibus & ſaccharatis abſtinendum, ſiquidem obſervandum eſt, quod ſaccharata acidum vitioſum augeant, ut inde variae fermentationes vitioſae oriantur; acidum enim illud vitioſum in praeparatione a calce acquirunt, unde & ſaccharata dentes & oſſa exedunt.

In caſu ſequenti etiam commendat clyſterem, qui poteſt retineri, vel ad ejus imitationem alius praeſcribi.

Cui non placet extract. helleb. nigri, ſubſtituat extract. diacitri ad unc. iv. vel etiam infuſum foliorum ſennae, & rhabarb. ſale tart. praeparatum, alias enim nunquam feliciter extrahitur, & hoc ſal eſt inſtar clavis reſerantis partes purgantium.

Exhibito purgante progrediendum eſt ad alterantia, quae etiam debent eſſe fortiora: hinc deſumi poſſunt ex mineralibus, ut tinctura Martis cum ſucco pomorum Borsdorff. praeparata, datur ad gtt. 40. in aqua quadam diſtillata, vel juſculo, vel ſirupo aperitivo, pro varia intentione Medici.

Tinctura lapidis lazuli adhibetur tum pro alteratione tum purgatione, eſt valde vehemens, unde etiam vix ad gtt. iv. dari poteſt. Praeparatur vel cum ſpiritu urin. vel cum ſpir. vin. tart.

Inter alia ſemper felici cum ſucceſſu exhibetur ſpiritus ſal. armoniaci. E regno vegetabili in hoc morbo commendatur crocus, & ex eo praeparata, ut tinct. croci cum ſpir. vin. praeparata; haec enim valde penetrat, ſanguinis craſſam intemperiem corrigit, & ſimul ſomnum conciliat.

Auctor dicit poſtremo, ad venarum meſaraicarum, & viſcerum caliditatem emendandam, commendat ſerum lactis caprini. Lac caprinum prius praecipitatur in ſerum cum ſucco [illegible] tamarindis, vel ſpiritu vitrioli huic ſero admiſcentur ſucci expreſſ. v. gr. lact. caprini in ſerum praecipitati unc. iv. adde ſucc. beccab. naſturt. ana recenter expreſſ. etiam fiat potio: poteſt etiam addi ſuccus cochl. acetoſ. acetoſall. cichor. citri, aurantior. omnes hi ſucci recenter debent eſſe expreſſi, cum vero hi ſucci facile vappeſcant; intra tres vel quatuor dies ſemper de novo ſunt praeparandi, diutius etiã poſſunt ſervari, ſi addatur parum ſacchari & craſſamentum in vaſe ſervetur at tantum liquidum aſſumatur.

Auctoris opiata antimelancholica egregium cordiale eſt, & omnis effectus vel in eo conſiſtit, quatenus acidum vitioſum deſtruit & fermentum melancholicum corrigit, ſic in corall. bezoar. &c. latet alkali quoddam volatile quod explicat ſe in corpore noſtro & acidum vitioſum corrigit. Emulſio Auctoris cum aqua hypnot. ſua etiam digna eſt laude, & vel ita ſervari poteſt, vel etiam alia adhuc addi poſſunt.

CASUS XVI.

De Incubo.

HISTORIA.

Generoſus & ſtrenuus Dn. Abrahamus Schonnickel, Equitum in exercitu Imperatoris Magiſter, ebrietati deditus, quoties ſupinus decumberet, ſub initium ſomni onere graviſſimo ſe premi, interdum ab hoſte invadi & quaſi ſtrangulari ſomniabat, ita ut neque clamare, neque ſe movere, neque fugere poſſet, donec tandem multo labore & conatu de ſomno expergiſceretur.

RE-

Digitized by Google

RESOLUTIO.

Raro Medicus vocatur ad morbum hunc curandum ; quia interdiu non affligit ſed de nocte, pro errore in victu commiſſo.

Obſervandum quod radix hujus morbi non quaerenda ſit in cerebro, ut ſtatuit Auctor, ſed potius in organis inſpirationi & exſpirationi dicatis. Reſpiratio perficitur aeque ſpiritibus animalibus in diaphragma influentibus, illud prout notum ex Anatomicis, pendulum eſt in corpore noſtro, & quod reſpiratio fieri debet ſecundo influunt, & planam figuram imprimunt ipſi diaphragmati, ſi ita planum efficitur coſtae retrahuntur verſus ſpinam, unde partes in abdomine comprimuntur, qui muſculi, ne detur vacuum, aërem internum in pulmonibus premunt, ut ita fiat exſpiratio, illi ſpiritus vero qui ita planum reddunt diaphragma, in exſpiratione vel pereunt &c.

His praemiſis videndum quomodo fiat incubus, ubi metus ſuffocationis ac ſtrangulationis eſt, ac aegri putant pondus incumbere thoraci, quod removere conantur, hinc multi ad magiam referunt non vero ad cauſſas naturales. Hic conſiderandum, quod anima ſaepius judicet ſecundum conſuetudinem, quando pondus thoraci imponitur reſpiratio redditur difficilis, quia diaphragma non poteſt fieri pendulum, ac libere contrahi vel dilatari nequit, in ſomno ſi ſpiritus non influunt in organa reſpirationis ſimilis motus inducitur, unde anima in tali affectu judicat ſecundum conſuetudinem, quaſi pondus incumberet & impediret liberum diaphragmatis motum.

Stangulatio oritur non a vaporibus, ut putant, ſed ab intercepto metu ſpirituum, ſi enim illi non ita libere influunt in muſculos, quorum valvulae non quidem penitus obſtruuntur, ſed in tantum ut libere non poſſint influere, unde etiam muſculi faucium a ſpiritibus non irradiantur ſufficienter, ideoque ſubſident. Cauſſam etiam non eſſe in cerebro, probatur quia ex certo quodam decubitu aegrotantis in hoc vel illo latere, vel juxta Auctorem ſi ſupinus decumbat facile oritur: decubitus autem talis nihil facere poteſt ad communicationem vaporum, ſed potius muſculi in illo decubitu ita diſponuntur, quo & facilius poſſint obſtrui, ne ſpiritus in illos libere influent.

(2) Quia obſervamus quod hic affectus tantum oriatur ex errore diaete, ergo etiam tanto medicamentorum apparatu non opus, prout Auctor apparatum habet, & patiens facile curatur per convenientem victum, ſi modo auſcultet Medico.

Errores igitur diaetae malum augent, quatenus illae partes craſſiores & crudiores ad muſculos diſpoſitae, ſpirituum motum & influxum aliquo modo impediunt, quo minus libere in muſculos poſſint influere. Auctor in caſu dicit, quod equitum Magiſter ebrietati deditus incubo fuerit correptus, ratio quia fuerunt ſimiles motus quales inferri potuerunt a manu hoſtili &c. ſicque anima judicat ſecundum conſuetudinem.

Auctoris incubus quem ſigna detegunt a levi obſtructione &c. Notum quod pori & tubuli nervorum organis reſpirationis dicatorum, valde ſint magni & patuli: ſi igitur cauſſa incubi eſſet in cerebro, prius deberent obſtrui tubuli ac pori aliorum nervorum, quia anguſtiores ſunt: quoniam autem magis patuli reſpirationi dicati obſtruuntur, in hoc morbo patet radicem non eſſe in cerebro, quare enim magni pori deberent obſtrui, non vero illi anguſtiſſimi.

Ulterius Auctor: quoties enim per crapulam & ebrietatem &c.

Certe ſi humor inſtet in cerebro prius deberent obſtrui pori minutiſſimi, non vero illi anguſtiſſimi aliorum nervorum in cerebro: ſicque ſemper procederet apoplexia incubum. Auctor: levior eſt obſtructio alias enim apoplexiam vel carum induceret. In caro reſpiratio eſt libera, in apoplexia etiam in principio, & tamen non adeſt incubus, ergo pori illi patuli non obſtruuntur in eo.

Curatio, tanto apparatu non indiget, ſufficit diaeta.

Poſſet quis adhuc objicere: incubus eſt gradus ad apoplexiam, ergo etiam ſedes in cerebro ſtatuenda eſt, unde etiam Auctor, quod aeger fuerit epilepſia extinctus, cujus radix eſt in cerebro.

R. Hic morbus oritur circa errorem praeprimis cibi & potus, ut ſi continuo quis ſe ingurgitet vino vel cereviſia, ad ebrietatem & cum crapula lectum petit. Ex inordinata diaeta tali etiam epilepſiam oriri poſſe & mortem non negamus, interim tamen non ſequitur, quia ex inordinata diaeta tum incubus, tum affectus aliquis ſoporoſus produci poteſt, quod cauſſae ſint in una parte; hoc potius ſequitur, quod ibidem morbi ex eadem cauſſa oriantur; pro diverſitate enim cauſſae morbi diverſi producuntur, qui tamen non habent unam eandemque ſedem.

CASUS XVII.

De Catarrho.

HISTORIA.

Nobiliſſimus Dominus Bernhardus ex finibus Regni Turcici per Podoliam & Poloniam tempore hyberno in Pomeraniam iter faciens, gravitatem quandam & tenſionem capitis ſentiebat cum defluxione ad fauces, tuſſi & rejectione materiae viſcidae & pituitoſae, nares erant obſtructae, facies ſubtumida, ſomnus profundus, urinae albicantes & turbidae, alvus ſuppreſſa.

RESOLUTIO.

Quum ſemper oriatur pro diverſa mutatione aëris & tempeſtatum; quaedam praemittenda ſunt ex phyſica generali, ut melius cauſſam invenire poſſimus. Notandum eſt primo quod materia elementorum pro vario ad nos cum Sole acceſſu & receſſu dum omnia miſcet, agitat ſimulque rotat in orbem, tempeſtates efficiat, viciſſitudines temporum atque rerum producat, jam haec, jam illa nobis exhibendo phaenomena, quibus cum timore corporis noſtri fabrica nolens volens auſcultat, tot ſubinde alterationes, morbos ac ſymptomata incurrit.

Notandum 2. quod ſanguinis noſtri maſſa ex innumeris figura & magnitudine ſit conflata particulis, & per univerſum corporis ambitum, non obſtantibus millenis viarum anguſtiis alacriter moveatur, ac diſtribuatur: hic numerus, ſi conſtat ex tot particulis ſalinis, acidis, gummoſis, aqueis & neſcio quibus, quot requiruntur ad temperiem ſanguinis legitimam, ſanguis bene conſtitutus audit, figura vero & earum magnitudo, quatenus diverſas hinc inde habent extremitates & eminentias pro quarum diverſitate varie varieque motae, dum juxta ſe invicem poſitae latos efformant poros, pororumque interſtitia relinquunt, ut materia ſubtilis parva vel magna quantitate cito vel tarde per ea fluere ac ferri neceſſitetur, atque hinc in ſummum eas ſanguinis particulas ſecum agitet motum, vel ſegniter juxta ſe moveat, eatenus vel calida vel frigida temperies vel intemperies inde exſurgit; ſi enim ſumme juxta ſe agitat partes, oritur calor & contra, ſunt verba D. Craan &c.

Ex dictis jam patet, quomodo diverſae ſanguinis partes, quoad magnitudinem, figuram, ſitum &c. contra ſeſe moventur ac varie conjunguntur, diverſos poros efforment, ac materiam ſubtilem, pro diverſitate tali pororum, vel in majori vel minori copia admittant:

Quaeritur jam, unde ſuppeditetur, & ubi generetur materia ſeu humores illi catarrhales, qui fluunt ad fauces vel per nares excernuntur? Veteres dicunt quod mucus ſeu humor talis catarrhalis, in ventriculis cerebri colligatur, ibidemque retineatur, donec natura a copia materiae irritata eructet & deponat mucum ta-

lem

Digitized by Google

lem immediate ex cerebro ad fauces vel nares per os cribroſum ; quod innumeris conſtare dicunt foraminibus.

Schneiderus videns falſitatem hujus opinionis, eam ſequentibus rationibus refutavit; (1) dicit: os illud cribroſum non poteſt eſſe janua per quam cribretur humor talis catarrhalis & ad nares deponatur, nulla enim foramina in eo poſſunt monſtrari: (2) os illud arcte cinctum eſt meningibus & tunica interiore narium, & quidem ita arcte ut ne hilum aëris admittant, multo minus humores tales pituitoſos & craſſos.

Sed excipiunt quidam hoc modo: non valet conſequentia a ſtatu cadaveris ad ſtatum corporis viventis, hinc etiam non ſequitur, quia in homine mortuo non deprehenduntur talia foramina, ergo plane non dantur; multi enim tubuli poſt mortem collabuntur, qui antea ſatis erant conſpicui. ℞. Verum quidem eſſe, interea reſpondeant ad argumentum 2. ubi dicitur, quod os illud arctiſſime membranis ſit cinctum, ut nihil admittat. Quod autem cerebrum ſit receptaculum iſtius humoris, veteres exinde conantur probare, quod poſt mortem ſaepe talis materia pituitoſo in cerebro fuit reperta: verum reſpondetur partes illae activae & volatiles, quae in corpore vivo juxta propriam activitatis ſphaeram movebuntur, & juxta naturae leges diſſociatae erunt, jam vel in corpore mortuo quaſi ſepulta jacent, vel coëunt, conjunguntur & coagulantur, ac pro diverſa illa conjunctione partium talis lympha vel tenuis vel craſſior conſtituitur, quae poſt mortem in conſpectum venit, talem autem in cerebro vivo fuiſſe N.

Confirmamur etiam ſi velimus conſiderare efformationem ventriculorum cerebri, qui tantum ſunt formati ut ſpiritus animales illos intrent ac in eos effundantur: quomodo etiam ventriculi formentur, vide apud Carteſium.

Miſſa igitur hac opinione veterum, dicimus, quod materia illa catarrhalis ſuppeditetur non a cerebro ſed immediate a ſanguine. Quaeritur autem per quas vias? ℞. materia illa catarrhalis defertur una cum ſanguine per arterias in fauces, nares & alias partes ſubjacentes, imo aliis partibus etiam ſolidis per arterias communicatur. Modus autem explicandus quo humor talis catarrhalis deferatur ad partes ſolidas; dicimus non ſemper neceſſum eſſe ſtatuere, quod per oſcula vaſorum ingrediantur partes ſolidae, illud enim fieri poteſt per alios poros, ſi nempe ſint vitiati, ut in intemperie ſanguinis pituitoſa, & catarrhali, quando enim intumeſcunt arteriae innumerae pori dilatantur, ex quibus ſanguis effunditur in tubulos: in ſtatu naturali vero ex illis poris arteriarum, nullae aliae partes debent egredi, quam chyloſae; ſi vero cum illis propter vitiatos poros una egrediantur, craſſae & vitioſae ibidem reſtagnant; quum enim tubuli illi ſaltem debebant recipere ſuccum nutricium, tales non habent poros ut partes illae craſſae ſimul egreſſae poſſint apponi, hinc in tubulis reſtagnantes, tumorem excitant, unde tandem catarrhus & fluxio oritur. Egrediuntur vero per poros vaſorum partes craſſiores cum flexibilibus, quatenus nempe pori illi (1) nimis dilatati, quod facile fieri poteſt, ſi ſanguis laboret intemperie catarrhali ſeu calida: (2) quatenus nempe pori vitiantur, vitiantur vero quatenus contorquentur; quum autem ſanguis laborat intemperie, pori facile contorqueri poſſunt, ita ut aliis tranſitum concedant, aliis denegent. Ex his colligimus quomodo per pororum contorſionem pori ita diſponantur, ut humor catarrhalis effundatur in partes ſolidas, imo quamvis pori non ſint vitiati & deſtructi, tamen propter vitium aëris partes incraſſantur, unde ſegnius moventur, & ſi habeant adjectum ſal fixum (ut in catarrhali intemperie) quod inflecti ſit neſcium, excitatur dolor pungitivus & obſtructio augetur: quia enim illud ſal flecti nequit, non poteſt illos tubulos permeare, unde reſtagnando tumorem, dolorem & alia mala excitat. Dicet quis: ſi materia illa ſolum per poros arteriarum deponitur ad partem aliquam, tunc impoſſibile eſt quod per poros arteriolarum talis craſſus miſtus

ſtus mucus quotidie & quidem in tanta copia deponi poſſet ad nares, & ſic melius eſt ſi ſtatuamus, quod a cerebro immediate communicetur talis mucus per os cribroſum. Reſpondetur quod mucus ille non egrediatur ſub tali forma per poros arteriolarum, ſed eo deferatur ſub ſpecie vaporis, poſtmodum quando ſubtiliores deferunt craſſiores, hae avolantibus illis juvante aëre incraſſantur, & abeunt in talem mucum; nulli enim tales ductus ampli poſſunt monſtrari, quos adeo craſſa & viſcida materia poſſit permeare.

Verum dicunt, conceſſo hoc nihil poſſe egredi e cerebro per os cribroſum, ad fauces vel nares, negandum tamen non erit, quod aliquid e cerebro immediate beneficio glandulae pituitariae ad illas partes deponi poſſit; in glandula enim illa tales craſſi humores ſegregari debent.

℟. Non negandum omnimodo eſt, quod aliquid immediate e cerebro glandulae pituitariae beneficin ad fauces, vel nares, vel alias ſubjacentes partes pervenire poſſit; ſed paucum hoc eſt. Quaer. ergo qualis ſit materia? ℟. In tranſcolatione ſpirituum animalium non poteſt aliter eſſe, quin cum ſubtilioribus partibus non quidam craſſiores rapiantur ſimul ad ventriculum cerebri, quae quum ſegnius moveantur, ſemper a tergo inſequentibus ſpirituales ulterius propelluntur, donec perveniant ad tertium cerebri ventriculum & infundibulum, in quo ſeparantur, unde leve & paucum ſaltem addunt ex cerebro muco narium e ſanguine ortum trahenti.

Cauſſa: tempus hybernum valde proclive eſt pro excitandis defluxionibus. Queritur quare? ℟. quatenus aër peccat frigiditate, unde ambiens corpus noſtrum varias incraſſat partes, quae celerrimo motu debebant circulari: (2) quum videamus quod non unus vel alter tempore hyberno, ſed plurimi catarrho laborent, & quaſi epidemice graſſetur, cogitandum de cauſſa aliqua univerſali, talem dicimus ſal aliquod heterogeneum miſtioni ſanguinis noſtri plane contrarium: ſal ſemper ineſt ſanguini noſtro & aëri aliiſque rebus, unde multa phaenomena explicantur per particulas nitro aëreas, quae etiam colorem rubicundum in ſanguine noſtro augent, aër quamdiu eſt temperatus in ſe continet ſal aliquod balſamicum, naturae noſtrae amicum: quum vero aër ſingulis momentis ſi variis mutationibus obnoxius, ſit frequentiſſimum ut ſal quoddam heterogeneum cum illo in hoc noſtro hemiſphaerio miſceatur: prout enim Sol & aliae Planetae propius accedunt vel a nobis recedunt, prout alia lumina vagabunda conjunguntur, opponuntur &c. ita etiam alius aër & alia materia ſubtilis ad nos delata, quum ſit alius figurae, alius magnitudinis, alius determinationis, rapit ſecum e tellure ſalia quaedam ſylveſtria & peregrina, quae recipiuntur in poros aëris & per tracheam ingrediuntur, ac tuſſim & raucedinem excitant, vel etiam per poros foris intro ſpectantes intrant, ac ſanguini beneficio materiae ſubtilis communicantur; unde catarrhi & defluxiones generantur; praeprimis autem fieri poteſt in illis ſubjectis, in quibus ſanguis valde debilis & ita diſpoſitus eſt, ut facile auſcultet tali peregrino fermento, multi enim nempe robuſtiores verſantur in tali aëre, & tamen nunquam obnoxii fiunt catarrhis

Sal illud heterogeneum & peregrinum ab aëre tempore hyberno communicatum, in ſanguine illorum per catarrhos laborat, manifeſto etiam ſe prodit, unde enim illa raucedo, eroſiones narium, & labiorum niſi a ſale tali heterogeneo & peregrino.

Phaenomena: tempore hyberno corripitur catarrho propter receſſum Solis & Planetarum diverſa conjunctione, alia materia ſubtilis fuit ſparſa in haec inferiora, quae permeando tellurem peregrina ſalia ſecum rapuit & in aërem tranſportavit, qui aër hauſtus morbum talem excitavit.

(2) Capitis gravitas & tenſio a partibus illis craſſiunculis, quae pro majori vel minori copia ſalium nunc vehementiorem nunc remiſſiorem dolorem inducunt,

ducunt, quo major etiam copia ſalium additur lymphae, ſeu humori pituitoſo, eo major dolor, quo minor dolor, & tunc potius gravativus eſt.

(3) Tuſſis humor a capite &c. potius oritur ab intemperie ſanguinis qui corruptus a ſale peregrino, ſi pervenerit ad pulmones ibidem deponit ſalia quaedam peregrina, talem irritationem & ſubſequentem tuſſim producentia.

(4) Nares obſtruuntur ab humore &c. potius aër frigidus ambiens incraſſat vapores in poris arteriolarum, ne ex poris plures poſſint egredi.

(5) Tumet facies: propter impeditam circulationem humorum circulantium, dum enim intumeſcunt arteriae, pori valde dilatantur, ita ut non ſolum partes flexiles & nutriciae egrediantur in tubulos & vaſa lymphatica moveri poſſint, reſtagnant, (vel etiam ab aëre frigido incraſſantur,) unde partium diſtenſio, tumor, dolor &c. facies tumet etiam ideo quatenus in tubulis ſeu muſculis externis partes tales craſſae reſtagnant.

(6) Somnus profundus ab intemperie ſanguinis frigida & pituitoſa.

(7) Vrina albicat, quia ipſae coctiones tum in ventriculo tum duodeno hoc tempore valde debilitantur: talis autem ventriculi imbecillitas oritur a ſale peregrino, quod cum ſaliva deglutitur in ipſum ventriculum, vel etiam quatenus fermentum a ſanguine corrupto non rite generatur.

(8) Alvus ſuppreſſa: propter fermentationem laeſam in ipſo ventriculo, quia partes volatilas non rite ſunt exaltatae ſed involutae manent aliis glutinoſis & viſcidis ſpiritus animales enim motum periſtalticum ob eam cauſſam perficere non poſſunt.

(9) Febris etiam familiariſſimum ſymptoma eſt: raro enim occurrit catarrhus ubi non etiam febris deprehendatur. Quaeritur quare.

℞. Facillimum hoc explicatu eſt; praeprimis ſi conſideremus, quod febris eſſentia conſiſtat in perturbata ſanguinis miſtione, facile expl. amus; ſal enim illud peregrinum ſanguini communicatum aliam vehit materiam ſubtilem, & quia diverſum motum habet, etiam miſtionem facile turbat; quamprimum enim quid peregrinum & inconſuetum intrat maſſ. ſanguinis aliter agitat partes ſanguinis noſtri, oritur, perturbatio & febris: ſal autem illud peregrinum aliter agitat & movet partes ſanguinis noſtri: ergo etiam febrem poteſt producere.

(10) Saepius praecedit aliquamdiu dolor valde immanis, quem poſtmodum ſequitur febris. Quaer. quomodo dolor poſſit febrem excitare in corpore noſtro? ℞, Repeti hic debent illa quae in inſtitutionibus ſunt dicta; dolor nempe acris, qui vellicat nervos ſeu texturam fibroſam, quae vellicatio fieri non poteſt, ſine magna perturbatione humorum & ſanguinis, talis perturbatus ſanguis ad cor perveniens ſimilem ibidem excitat perturbationem vitioſeque efferveſcit, & hoc modo febrem in catarrho oriri putamus, dum nempe a ſale acri vel ſanguine acri genus nervoſum non ſolum vellicatur & miſtio ſanguinis turbatur, ſi talis vellicatio fit in ipſo corde, ita ut ejus fibriae vellicentur, facile dolorem ſequitur deliquium animi; hinc obſervamus illos qui diutius dolore fuerunt affecti, facile incidere in deliquium animi: ratio, quia dum cor ita vellicatur, non rite contrahitur, dilatatur, unde ſanguis non rite rareſit; nec debite a corde propellitur, ſicque circa cor reſtagnat ſanguis, & animi deliquium oritur, praeprimis ſi dolor exacerbatur.

Curatio, Auctor noſter, ante omnia itaque lenienti &c. Quaer. an conveniant vomitoria in defluxionibus? ℞. Semper ſunt anceps remedii genus & cum cautela debent exhiberi: ubi adeſt magna materiae peccantis copia, per magnam illam agitationem & commotionem facile materia illa in aliquam partem poteſt deturbari; praeſertim etiam valde nocent, ſi materia peccans haereat extra primas vias, hinc in cerebro cumulata materia a tali commotione facile protruditur ad partes ſubjacentes, fauces nempe & alias.

Auctor

Digitized by Google

Auctor noſter pro purgatione dedit pilulas; ut ℞. *Extract. pilul.* &c. In affectibus capitis & catarrhis putarunt veteres purgantia talia in nulla alia forma eſſe exhibenda quam pilulari; hinc ſubſtitui poſſunt pilulae Francofurtenſes num. xi.xv.vel xviij. pro diverſitate nempe aetatis & temperamenti, vel extractum cephalicum quod egregium eſt & nunquam ſatis laudandum ut ℞. *Extract. cephalici* ſcrup.ſem.fiant pilulae nu. xv.ſum xi.xiij.xv.Deſcriptio inſignis hujus extracti talis eſt. ℞. *Colocynthidis* drach.vj. *agarici trochiſcati*; *diagryd.roſati*, *hellebori nigri ppti*, *turbith* āā.unc.ſem. *aloës* unc.j. *ſpecies diarhodor.* unc.ſem.ponantur in vaſe vitreo cū ſpiritu vini ut octo digitos ſupereminéat; & digerantur per octo dies in loco calido, poſt adjice *pulverem diarhodon.* & infunde adhuc per 4. dies, colentur omnia & fortiter exprimantur, liquor expreſſus deſtilletur in balneo Mariae, donec in fundo alembici extractum ad juſtam conſiſtentiam redeat. Sum. extract.cephalic.doſis.ſcrup.ſem, ex quo xv.pilulae formari poſſunt, quae horis veſpertinis vel ante coenam vel ante lecti ingreſſum ſumi poſſunt: egregium extractum eſt, imo tuto & commode aſſumi poſſunt illae, pilulae, quum non ſint adeo magnae. Extractum hoc cephalicum proſtat Hanoviae in omnibus officinis. Auctor fuit Medicus celeberrimus Dr. Craan.

Facta evacuatione univerſali inſtituenda particularis; pro hac Auctor noſter errhina praeſcripſit in forma liquida; poſſunt etiam pro errhino exhiberi ſucci recenter expreſſi, ut ℞. *ſucci betae recenter expreſſi* unc. j. vel ℞. *ſucci majoran. recenter expreſſ.* unc.ſem. vel unc.j. ſum.in diem.

Balſamus quem Auctor noſter praeſcripſit pro obſtructis naribus, non ſolum egregius eſt in catarrho, ſed & in illa obſtructione narium, quam infantes ſaepe patiuntur, dum nempe matres infantes obſervant difficulter in ſomno reſpirare, reſerat enim tales obſtructiones. Auctor noſter interne etiam ad reliquam materiam exſiccandam caputque corroborandum praeſcripſit aquam cephalicam, ut ℞. *aq.ligni ſaſſafras* &c.

Verum quum aqua haec non proſtet in officinis, alia talis aq. catarrhalis interna hoc modo praeſcripta adhiberi poteſt, ut ℞. *Ligni ſancti* (id eſt *guajaci*) unc. iij. *ſantali citrini* unc.ſem. *ſaſſafras unc.ij. ligni Braſilii* unc.ſem. *radicis ſarſaeparill.* unc.ij. *enulae* unc.ſem. *liquiritiae* unc.ſem. *cortic.guajac.* drach.vij. infunde in *aq. fumariae, naſturtii, cochleariae, aquilegiae* āā.lib.iij. digere per 24.horas in loco calido, dein deſtilla in balneo Mariae. Eſt arcanum in omnibus defluxionibus praeſertim ſcorbuticis, imo in ipſo ſcorbuto ſaepius felici cum ſucceſſu exhibui, inquit D.D. Waldſchm. datur ad unc. j. & ſem. ſingulis horis matutinis & veſpertinis ita praeſcribitur. ℞. *aquae catarrhalis ad intra* unc.iv.ſum.

Praeter illa, quae interne tempore decubitus ab Auctore commendantur, etiam alia ſunt, Imprimis laudantur etiam pilulae de cynogloſſo, ut ℞. *maſſae pilularum de cynogloſſ.* ſcrup. j ſ. pilulae minutiſſ.ex gr. v. vel vj. ſum. Incraſſant materiam catarrhalem & ſerum educunt.

Nota tamen, diverſas eſſe compoſitiones harum pilul. de cynogloſſo, unam ingreditur aloë, & ſi illae exhiberetur in phthiſi, certe exulcerationem pulmonum augerent, alias quidem ſine aloë in phthiſi frequenter exhibentur, hinc ſi praeſcribuntur in catarrhis & aliis morbis ubi nocent aloëtica, ita procedendum. ℞. *pilul. de cynogloſſ. Nicolai Faventini*, (non Auguſtanorum,) Nicolaus Faventinius enim verus Auctor eſt, & talem habet compoſitionem, quam non ingreditur aloe.

Felici cum ſucceſſu etiam exhibetur tinct. ſuccini ad gtt. xj. vel xv. ubi obſervandum, ne cum aqua aliqua deſtillata exhibeatur, ſtatim enim praecipitatur, hinc recte monet illuſtris Boyle, hanc tincturam non melius ſumi poſſe, quam cum ſirupo aliquo, ut ſirupo papav.errat. viol rub. idae, &c.

Quaeritur, num ſalia conveniant in catarrhis. ℞. Negative; dictum enim in prae-

Digitized by Google

praecedentibus quod catarrhi oriantur a ſale aliquo peregrino & heterogeneo; quia igitur in tali ſanguine abundant ſalia peregrina; abſtinendum ab exhibitione ſalium, ne illorum copiam in ſanguine augeamus. Aſt in catarrhis non rejicimus omnia ſalia, ſaltem hoc intelligendum de ſalibus valde acribus & volatilibus; ſalia enim diuretica vulgo fixa dicta potius laudamus in curatione catarrhorum, quia ſal illud peregrinum & praeternaturale praedominans in ſanguine noſtro, una cum urina vel ſero ex corpore noſtro educunt; optime enim cõveniunt diuretica in curatione catarrhi,quia diluunt ſalia & cum urina educũt.

Praeterea conveniunt in curatione catarrhi (1) oleoſa & pinguia, quae ſua mollitie ſalis ſpicula involvunt: (2) terreſtria & craſſa, ut ſunt ocul. canc. terra ſigill. bolus Armenus &c. quae acutos ſalium angulos eludunt: (3) acida, quae ſalia immutant, infringunt & concentrant: (4) gummata & glutinoſa, quae particulis ſuis craſſis motum ſanguinis placide imminuunt, & corporis habitum muniunt contra acredinem ſalis: (5) opiata, inter quae agmen ducit theriaca coeleſtis quae inſigniter juvat, ut ℞. *theri ac. coeleſt.* gr. iij. f. pilulae n. iv. Dentur pro una doſi ante decubitum, pro perſonis illuſtribus poſſunt deaurari, hoc eſt foliis ſolis obduci, vel m. foliis lunae. Haec de internis. Externa medicamenta ſolent eſſe varia, nonnulla aromatica ſolent includi pro cucupha; illa enim humoribus circulantibus motum reſtituunt & obſtructiones tollunt, in officinis proſtant paratae ſpecies pro cucupha Auguſtanorum unc. j. includantur ſyndone rubro pro pileolo ſeu cucupha.

Multum etiam praeſtant pediluvia, ſanguis enim & humores circulantes non tam facile in partibus remotis poſſunt circulari, praeprimis ſi non bene muniamus a frigore, unde haerent, & tubulos partium obſtruunt, pro hoc conveniunt pediluvia, quia aperiunt tales tubulos ſeu poros a materia craſſa & viſcida obſtructos.

Praeparantur etiam talia ex variis,ſaepe ſufficiunt domeſtica ex aqua fontana & ſale, vel ſubſtitui poteſt cerevisia acreſcens, vel illa cerevisia,quae remanet in dolio cum faecibus.

CASUS XVIII.

De Catarrho ſuffocativo.

HISTORIA.

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarius intimus, Capitaneus & Oeconomiae in Pomerania Orientali Director, Nobiliſſimus Dominus Iacobus Heidebreck, Haereditarius in Parnavv, Byzigker & Cratzig. &c. poſt vehementem corporis & animi commotionem defluxione cum impetu ad fauces & pectus ruente tentabatur, reſpirabat difficillime cum ſomno, ſtertore & pectoris elevatione, adeo ut a ſuffocationis periculo parum abeſſet.

RESOLUTIO.

Recentiores Medici catarrhum ſuffocativum non referunt inter affectus capitis ſed thoracis: Veteres vero ad affectus capitis referunt; putarunt enim talem humorem catarrhalem immediate tranſmitti a cerebro ac illabi ad partes ſubjacentes, in fauces nempe, nares, thoracem, aſperam arteriam, ibique metum ſuffocationis cauſſari, quod tamen falſum eſſe in praecedentibus dictum; talis enim humor catarrhalis immediate per vaſa ſuppeditatur, unde recentiores aliter definiunt catarrhum ſuffocativum, nempe: eſt nimia ſanguinis effuſio ex dextro cordis ventriculo in pulmones, (hocque fit, ſi ſanguis ſit nimis ſeroſus, tenuis) ſicque pulmones nimis diſtenduntur, propter quam diſtenſionem ſuffo-

catio oritur. Largimur, tali modo poſſe fieri, tamen non negandum, quod etiam talis non quidem immediate a cerebro, ſed ex glandulis ſalivalibus poſſit tranſmitti ad fauces; obſervamus enim quod ſaepiſſime ex improviſo in ſomno tuſſi corripiantur & vexentur, ratio, quatenus nempe materia talis catarrhalis e glandulis ſalivalibus, & ſanguine valde repletis, eructatur & ad fauces ruit, metumque ſuffocationis inducit, talemque tuſſim excitat.

Eſt affectus periculoſiſſimus & paroxyſmus valde acutus, hinc videndum, quomodo materia illa catarrhalis poſſit a faucibus revelli, quod fit per frictiones, ligaturas, venae-ſectionem clyſteres, per medicamenta cordialia, quae vim habent materiam attenuandi, reſolvendi & obſtructiones tollendi.

Poſt paroxyſmum ordinaria utimur methodo, nempe materia vitioſa debet evacuari & reſpectus haberi totius maſſae ſanguinis, quia fere eſt nidus omnium morborum: quamdiu enim ſanguis noſter recte diſpoſitus eſt, tamdiu omnia bene ſe habent in corpore noſtro.

Laudat Auctor noſter pilulas de ſuccino Cratonis ſingulis ſeptimanis ſumendas ad unc.ſem. verum effectus ſaepe voto non reſpondet, hinc praefertur extractum cephalicum paulo ante laudatum.

Laudat etiam Auctor noſter vinum catarrhale Adriani Papae; ad imitationem aliud tale vinum catarrhale praeſcribi poteſt pro potu ordinario, ut

℞. *Raſur.eboris* drach.ij. *rad. chinae, ſarſaparill.* ãã. unc.ſem. *flo. borrag. bugloſſ.* ãã.m.ſem. *trifolii, papav.errat. ligni lentiſci* ãã. drach. vj. *radic. ſarſariae* drach. iij. inciſa groſſe, dentur ſpecies, ſumatur ſemper unc.ſem. datur ad nodulum vel in linteo ligatur.

CASUS XIX.

De Tumore palpebrarum.

HISTORIA.

L*Idgardis Cundereichia, Conjux Viri integerrimi Dn. Iohannis Calſoven, tumore quodam laxo & quaſi oedematoſo afficiebatur, ſine omni dolore & moleſtia, niſi quod oculos aperire non poſſet.*

RESOLUTIO.

Quamprimum impeditur itus & reditus humorum circulantium per tubulos & varios corporis maeandros & anfractus, reſtagnant, unde fibrae attolluntur, in parte, hinc ſi adeſt intemperies maſſae ſanguinis ita, ut ſanguis in debita quantitate non egrediatur tubulos vel alios poros, quod fit quia partes illae maſſae ſanguinis minus reſpondent poris tubulorum, ſtatim oritur tumor, praeprimis vero ſi pars illa conſtat ex fibris laxioribus flaccidis, quae ſitum figuram & poros facile mutant, quales fibrae laxiores ſunt in palpebris; hinc etiam in cachexia nullibi tam facile obſervatur tumor, quam in palpebris quae intumeſcunt & inflatae apparent.

In hoc caſu Auctor noſter tentavit quidem palliativum quoddam, dicit enim fomentari palpebras decocto &c. inunct. &c.

Verum quum adverteret totam ſanguinis maſſam laborare, exhibuit purgans quoddam hydragogum ex crem.tartar, &c. ad imitationem melius purgans ſubſtituimus hoc

℞. *crem.tart.* ſcrup ſem. *pulv.jalap.* ſcrup.j. *diagrydii* gr.ij. *olei foeniculi* gutt.j. miſ. f. pro 1. doſi.

Poſtmodum Auctor noſter impoſuit emplaſtrum ex reſolventibus & diſcutientibus. Inunctiones etiam multum praeſtant, quae fiunt ex ſpirituoſis & volatilibus, quia glutinoſitatem humorum tollunt & reſolvunt; quamvis enim feroſi humo-

humores ſint valde fluxiles, tamen ſi in aliqua parte reſtagnant & obex ipſis ponitur, fiunt valde viſcidi, glutinoſi & in gelatinam quaſi abeunt : hinc ſpiritus topicus poteſt praeſcribi ex gran. juniperi, &c. quo inungi poſſunt palpebrae, vel ſumatur ſpiritus maſtichinus, vel aqua Anhaltina pro inunctione palpebrarum.

C A S U S XX.

De caecitate ex verruca oculi male curata.

H I S T O R I A.

MEchtildis Uxor Dn. Georgii Proreichii, Quaeſtoris in Epiſcopatu caminenſi Provincialis, myrmeciam ſive verrucam glabram & ſeſſilem in oculi ſiniſtri palpebra multis annis alebat, nullo adhibito remedio, ſiquidem moleſtiae & doloris erat expers. Obtulit ſe tandem ultro Chirurgus quidam Caſtrenſis opem exigua herbula pollicitus. Succo nimirum ex eſula recenti expreſſo verrucam illinivit ſimulque linteolum eodem ſucco impraegnatum, oculo clauſo ſub veſperam palpebras impoſuit, noctu totius oculi tumor & inflammatio ſuborta, tam atroci cum dolore & cruciatu, ut de vita deſperaret aegra.

R E S O L U T I O.

Quare Empyrici & temerarii Medici ſaepiſſime aegrotis atrociſſima ſymptomata inferant, cauſſa eſt quod non obſervent texturam & diverſitatem partium affectarum. Exemplum habemus, in praeſenti hiſtoria, ubi circumforaneus quidam ſucco eſulae caecitatem induxit, dum tali ſucco illinivit verrucam in palpebra oculi ſiniſtri exortam. Verum quidem eſt multas corporis noſtri eſſe partes, quae talia medicamenta eſcharotica ſeu corroſiva admittant, multa tamen etiam ſunt quae a corroſivis illis valde laeduntur, ut ſunt illae partes, quae fibras habēt molliores & membranas ſubtiliores ac tenuiores, quo pertinent oculi.

Verruca orta fuit in palpebra oculi ſiniſtri : in omnibus corporis partibus poſſe protuberare verrucas certum eſt. Quaeritur quomodo & ex qua materia generentur verrucae? ℞. Veteres dicunt ex humore craſſo, viſcido & melancholico. Nos cum recentioribus rectius ſtatuimus ex vitio humorum circulantium, qui per arterias deferuntur ad tubulos partium pro praeſtanda nutritione, iſti humores circulantes ſi peccent ſeu quantitate, ſeu qualitate, (quod facile fieri poteſt) varia vitia ſubcutanea producere poſſunt ; dum enim per poros arteriarum ad tubulos cutis transferuntur, facile ibidem portiones quaedam incraſſeſcunt & in gluten quaſi abeunt, iſtiuſmodi verrucas conſtituunt ; unde obſervamus quod tubercula illa, quae hinc inde in corporibus praeprimis in facie quotidie augeantur & incrementum capiant nempe ab humoribus circulantibus recens advectis, continuo novae partes adhaerent.

Eſſe vero quid peculiare humores circulantes a ſanguine in vaſis inde patet; obſervamus enim quod ſanguis, quamprimum extravaſatur, ſtatim mutetur quoad conſiſtentiam & qualitates, & non tali in forma appareat, ut in venis ſeu arteriis : ratio quia partes volatiles ſtatim abeunt relictis craſſioribus, quae cohaerent ac grumos conſtituunt, unde etiam illae ſanguis, qui exit in tubulos, apparet glutinoſus. Ut haec melius intelligantur notandum : ſi intumeſcunt arteriae in ſyſtole pori valde dilatantur, e quibus non egreditur ſanguis qua ſanguis, non enim omnis ſanguis nutrit, ſed pars, reliqua pars facit pro circulatione continuanda, in qua ſanitas conſiſtit, ſed quaedam partes (chyloſae) ex illis intrant tubulos, quae poſtmodum excipiuntur a vaſis lymphaticis & ad centrum reducuntur, & tales partes non merentur nomen ſanguinis ; unde voca-

nius humores circulantes ſi peccant qualitate vel quantitate,varia ſolent induci vitia ſubcutanea , quo etiam referuntur verrucae , ut paulo ante eſt dictum.

Varia contra verrucas ab Auctoribus recenſentur medicamenta, quorum nonnulla ſunt quae manifeſta qualitate agunt,nonnulla vero ſunt magica vel ſympathetica.Quae manifeſta qualitate agunt ſunt talia,quae habent vim corrodendi & exedēdi, ut ſpiritus vitr.ol.ſulph.per campanam,aqua calcis vivae,aq.ſal.armon. ſuccus tithymali ſeu eſulae , quem etiam commendat Jonſtonus : his & ſimilibus ſolent tangi ſeu leviter inungi verrucae , ut corrodantur & decidant . Qui vero corroſiva haec vult adhibere, ad partem affectam reſpiciat oportet , an illa acria poſſit ferre ; ſi enim pars valde tenera eſt , plura ſymptomata inducuntur: exemplum habemus in caſu propoſito ; oculi enim nunquam ferunt acria propter teneram ſubſtantiam , ita ut etiam facile laedantur a fumo ſeu aëre frigido , a quibus immunes manent aliae partes . Symptomata quae ſupervenire ſolent ab intempeſtivo corroſivi alicujus uſu , ſunt dolor immanis,vehementiſſimus, quem excipit inflammatio & ſubſequens tumor .

Quod attinet illa medicamenta magnetica ſeu ſympathetica , ſolent enumerari varia : totum forſan negocium conſiſtit in ſuperſtitione ; effectus enim non iſtiuſmodi rebus ſeu potius contactui adſcribendus , leviſſimus enim tactus poteſt mutationem in corpore noſtro & ſanguine cauſſari . Equi ſtrigili ſaepius pexi ſaginantur ; qui lacte aſinino utuntur ex ſapore cognoſcere poſſunt,num illo mane aſinus fuerit pexus , vel alibi.

Solet autem ad verrucas delendas adhiberi pumum Borſdorſianum diſciſſum, cujus partes affricantur verrucis & poſtmodum medietates alligantur, ſuſpenduntur in Muſaeo calido ,& ſi pomum exareſcit, decidunt verrucae : alii lardo in furno exſiccato ſolent tangere verrucas & ſuſpendere. Nonnulli felici cum ſucceſſu adhibent ſanguinem columbinum calidum , quo ter lavare ſolent verrucas, ſimilem effectum edunt inteſtina gallinarum , ſi illis verrucae bene fricantur: alii ſumunt culmum tribus nodis inſignitum, eoque fricant probe tum ſuperficiem verrucae , tum ejus radicem , poſtmodum ſepeliunt, quo putreſcente verrucae decidunt, &c. quamvis hi caſus ſunt rariores , tamen Medicus debet eſſe inſtructus optimis medicamentis , eadem enim remedia adhibentur , ſeu tale malum oriatur ex eſula ſeu aqua forti ſeu calce viva , omnia enim illa acria ſi oculis applicantur ſimilia iſtiuſmodi ſymptomata inducunt qualia ex eſula .

Accerſitus Medicus adhibuit lac muliebre, habet enim vim egregiam mitigandi & temperandi acrimoniam corroſivam humorum ſanguinis ; hinc matres infantes ſcabie laborantes ſolent inungere lacte muliebri ; in atrocibus doloribus commendatur lac muliebre : ſic in atroci aurium dolore felici cum ſucceſſu inſtillantur guttulae lactis muliebris, humorum enim acrimoniam eorumque ſpicula acria in membranis vibrata obtundit.

Fronti & temporibus epithema ex repellentibus applicavit ; illa repellentia conveniunt , pro avertendo humorum affluxu , a quo affluxu augetur tumor, dolor & inflammatio : talia autem repellentia ſunt frigida & ſtiptica , quae replent poros & claudunt , quo minus poſſint affluere humores .

Auctor noſter: mox ad inflammationem per venae-ſectio ſanguinem ad drach. vij. detraxi , &c.

NB. In omnibus affectibus oculorum fere ſemper convenit venae-ſectio (1) quia minimum ſanguinis vitium ſtatim ſolet afficere oculos , praeprimis a copia ſanguinis facile laeduntur ; hinc obſervamus , in leviſſima ſanguinis ebullitione , vel inflammatione oculos valde inflammari , arteriolae illae ac venulae valde intumeſcunt, & nimis rubrae conſpiciuntur , quae tamen antea erant inconſpicuae : (2) venae-ſectio in caſu propoſito valde fuit neceſſaria , quia adfuit inflammatio , ubi enim inflammatio alicujus partis , facile ſupervenit febris , quia ſan-

ſanguis ille,qui continuo permeat hanc partem inflammatam, ſemper ſecum rapit partes quaſdam inconvenientes quae efficiunt, ut ſanguis poſtmodum in corde vitioſe efferveſcat: ad praecavendam autem febrim recte inſtituitur venaeſectio.

Auctor noſter dicit: alvum enemate quodam provocari, aliave revulſionum, &c. ſed fruſtra; hinc cataplaſma anodynum exhibuit ex pomis dulcibus, &c. NB. Hoc cataplaſma egregium eſt & in omnibus oculorum inflammationibus a quacunque etiam cauſſa ſint, tuto imponi poteſt, addi poſſunt adhuc alia, ut theriaca vel diſcordium ad drach. j. vel ij. loco ſacchari albiſſimi poteſt ſubſtitui ſaccharum Saturni ad drach.ſem. tutiae praeparatae drach. j. miſ. f. cataplaſma. Ab horum medicamentorum uſu quidem tumor diſparuit ac ſymptomata remiſere, ſed caecitas fuit ſubſecuta; oculi enim poſſunt non ferre tales vellicationes ab acribus, (1) quia facile in illis vellicationibus oculorum humorum ſtatus & ſitus mutatur: (2) ſpiritus animales etiam ad illas vellicationes copioſius & impetuoſius influunt; in quo inordinario influxu ſecum rapiunt ad oculos multas craſſiores partes, quae nervum opticum obſtruunt, unde caecitas, quae etiam hoc in caſu noſtro fuit inducta.

CASUS XXI.

De Palpebrarum paralyſi.

HISTORIA.

De mirabili hoc affectu vide epiſtolarum mearum medicinalium libr. I. epiſtolam primam & ſequentes, cum celeberrimorum quorundam Galliae, Italiae, Germaniae & Belgii Medicorum conſiliis & facultatis Medicae in Alma Leucorea reſponſo.

RESOLUTIO.

Conceſſit natura oculis certos ſuos muſculos,quibus poſſunt moveri, vel ſurſum vel deorſum vel ad latera, &c. Sic & palpebrae ſuos habent muſculos ut poſſint attolli & iterum deprimi: laeſis illis muſculis oritur oculorum paralyſis ſeu palpebrarum, ita ut palpebrae non attolli poſſint, ſed plane concidant; quale exemplum proponitur nobis in caſu propoſito, ubi palpebrae abſque manus opera aperiri non potuerunt. Multi Medici in auxilium vocati & varia etiam tentata remedia; ſed omnia fruſtra, malum enim non potuit tolli. Tandem etiam Riverius fuit vocatus, qui veſicatorium praeſcripſit a quo aeger ſtatim potuit attollere palpebras, ſubſequente tamen mictione cruenta, quae facile oritur ab uſu cantharidum, paulo poſt recruduit malum, nulli cedens remedio.

CASUS XXII.

De rubidine Oculorum, lachrymis, & videndi imbecillitate.

HISTORIA.

D. N. Laurentius Gutſchmer, Senator Colbergenſis, temperamenti calidi & humidi, de rubedine oculorum & viſus obſcuritate querebatur, lachrymis continuo profluentibus cum mordaci dolore & ardore, facies perpetuo rubore ſuffuſa videbatur; hypochondrium ſiniſtrum dolore gravativo preſſum.

RE-

Digitized by Google

R E S O L U T I O.

Affectus hic vocatur ophthalmia. Accuſant Medici, & non ſine ratione in ophthalmia ſanguinis intemperiem aerem: putamus nos, ubi dolor & inflammatio oculorum, ibi ſemper peccare ſal quoddam, quod ſecum rapit a ſanguine alias partes craſſiores, quae effunduntur per poros vaſorum in membranas oculos conſtituentes, unde talis mordacitas, vellicatio & dolor, propter talem vellicationem & compreſſionem glandulae lachrymales continuo eructant lympham, unde lachrymae: dum vero pori vaſorum valde dilatantur, multus ſanguis ingreditur & vaſa diſtenduntur, unde rubedo oculorum, pori etiam tunicarum praeſertim tunicae corneae obſtruuntur a partibus craſſis, unde radii luminares non poſſint ingredi oculos, unde viſus obſcuritas & debilitas: multum etiam juvat ſpirituum animalium turbatio.

Sal illud acre in ophthalmia ortum trahere poteſt ex vitio coctionis 1. & 2. quia talia vitia nunquam corriguntur; hinc quando Auctor noſter & alii accuſant intemperiem hepatis ſeu lienis, rectius dicimus, quod ſint producta morboſa; ſi enim ſanguis valde eſt acris & continuo defertur ad hepar, facile hepati talem characterem calidum imprimit, quia etiam ille ſanguis acris continuo defertur ad lienem, facile ibi intemperiem calidam inducere poteſt: ſicque Medici illi ſemper pervertunt ordinem, quum talis viſcerum intemperies ſolum a ſanguine dependeat, quatenus ſanguis corrumpitur, ſi non ſit legitima coctio in ventriculo vel duodeno.

Sanguis quum in ophthalmia ad effervescendum ſit valde pronus, indicat venae-ſectionem tum pro evacuatione tum revulſione inſtituitur in brachio, ſaepe etiam rectius in pede, praeſertim in ſexu foeminino imo etiam virili, ſi praeceſſerit menſium vel haemorrhoidum ſuppreſſio.

Poſt venae-ſectionem convenit minorativum vel lenitivum quoddam purgans; fortia enim & calida potius nocent, quia ſanguinem magis exagitant, non habemus etiam ſpecificum purgans huic vel illi ſali dicatum; ſalia enim e corpore per accidens evacuantur a purgantibus, quatenus nempe fundunt humores & fluxiles reddunt, unde ſalia diluuntur & per inteſtina ejiciuntur; ſal enim niſi dilutum fuerit, nunquam evacuatur e corpore beneficio purgantis.

Tale autem minorativum ſeu potiuncula laxativa aliqua poteſt fieri ex tamarindis cum rhabarb. fol. fenn. manna, ſirup. roſar. ſolutivo; haec enim refrigerant ſaliaque diluunt atque educunt.

Hiſce praemiſſis, dicit Auctor, ad particulares evacuationes per apophlegmatiſmata & gargariſmata &c. Medicus non ita facile confugere debet ad haec, quia gargariſmi & apophlegmatiſmi magnam agitationem & commotionem humorum excitare ſolent, unde metus eſt ne materia peccans magis irruat in oculos vel alias partes; hinc recte Auctor noſter rejicit errhina: etenim notandum, errhina nunquam eſſe exhibenda, ubi imbecillitas viſus deprehenditur, & nondum totum ablatus eſt; valde enim tum nocent, quia ad oculos trahunt, id eſt humores valde exagitant & commovent, qui data porta in oculos infundun tur; in caecitate vero ſcilicet ſuffuſione adhiberi poſſunt, quia malum ibi non poſſunt augere, quia viſus in totum eſt ablatus.

Recte derivationis gratia applicatae fuerunt ſcapulis vel brachio cucurbitulae, frictiones pedum, pediluvia, veſicatoria pone aures. Loco omnium eſſe poſſunt herudines, qui in ophthalmia egregio cum ſucceſſu applicari poſſunt arteriis temporalibus, & novi Paſtorem quendam Eccleſiae Gallicae dicit DD. Waldſchmidt. qui laborans ophthalmia applicavit herudines arteriis temporalibus, altero mane totus immunis erat ab illo malo.

Si haec omnia non reſpondeant voto, ſuademus ſetacea: eſt quidem remedium violentum ſed ſaepe cum ſucceſſu inſtituitur; ejus loco Auctor noſter fonticu-

lum

lum in brachio excitavit. Verum dicunt quidam fonticulum eſſe tantum figmentum, cum per illum non materia peccans, ſed ſuccus nutricius eliminetur: & ſi ipſis objicitur, quod illi qui habuerunt aliquamdiu fonticulum in brachio & iterum occludatur, varios incurrant morbos: reſpondent, hoc fieri per accidens, quatenus nempe pori in illa parte pervertuntur ac deſtruuntur, ut ita itus & reditus humorum circulantium impediatur, quorum laeſo ordinario curſu utique varia ſymptomata in hac vel illa parte excitari poſſunt.

Hoc bene tenendum, nonnullos morbos etiam produci ex vitio ipſius partis affectae, quatenus ſuccus nutricius, qui advehitur pro nutritione ad partem, ibidem propter intemperiem partis corrumpitur, ita ut non abeat in nutrimentum ſed in materiam quandam putrilaginoſam: ſic pus profluens ex vulnere ſeu ulcere quid aliud eſt, quam ſuccus nutricius, tum propter intemperiem ipſius partis affectae: mucus, qui excernitur continuo in calculo veſicae quid aliud eſt, quam nutrimentum ipſius veſicae; in fluxu albo muliebri nihil effluit, quam ſuccus nutricius valde corruptus propter intemperiem partis affectae. Et talem intemperiem etiam facile incurrere poſſunt oculi ipſi, ita ut ſuccus nutricius adductus corrumpatur, quo minus poſſit aſſimilari, unde varii morbi, propter intemperiem capitis, cerebri plurimae diſtillationes fiunt, quatenus humores circulantes non aſſimilantur, unde in fauces inſtillant, ſi jam fonticulus excitatur in brachio, majori in copia partes circulantes eo tendunt, quam ad alias, unde reliquae partes defraudantur aliquo modo ſuo nutrimento; hinc per fonticulum in brachio poſitum humores circulantes, qui ſuperiores partes nutrire debebant, partim effluunt, unde oculi qui defraudantur nutrimento ad aliquod tempus poſſunt ſervari immunes hoc auxilio; hinc non raro obſervamus, quod oculi, ceſſante quidem malo, poſtmodum quaſi contabeſcant, ratio, quia omne nutrimentum oculorum effluit per fonticulum excitatum.

Auctor ex topicis: externa ſolent etiam exhiberi in ophthalmia; Auctor commendat eſſentiam florum cyani, ex illis floribus etiam aqua deſtillatur, quae quoque in affectibus oculorum egregie convenit, poſſunt etiam imponi ipſi flores pro fotu. Loco omnium eſſe poteſt alumen cum aq. roſarum agitatum & cum linteis applicatum, eſt quidem vulgare ſed egregium medicamentum.

Hoffmannus in Schrodero egregium etiam habet remedium ophthalmicum, ingredientia in nodulo includuntur, quo continuo fricantur oculi. Deſctiptio haec. ℞. *Aq. roſar. foenic.* ãã. unc. iv. inſunde *florum roſarum*, *flor. euphraſ.* ãã. p. iij. *ſemin. foenic.* drach. j. ebulliant. colaturae ℞. unc. iij.

℞. *Flor. roſar. rubr. tutiae* ppt. *myrobolan. citrin.* ãã. drach. j. ſ. pulv. ſubtiliſſ. indatur nodulo. Debent haec ſtare ſemper in loco calido, & nodulo ſemper fricentur oculi; egregium eſt ophthalmicum.

Ad ſal illud vitioſum diluendum & mitigandum conveniunt ſucci recens expreſſi, non pro mitigatione intemperiei hepatis ſeu lienis, ut putat Auctor noſter, qui tamen recte adhibuit ſerum lactis caprini cum ſucco endiv. cichor. &c. in hoc caſu ut in quavis intemperie ſanguinis ſalſa felici cum ſucceſſu exhibetur ſerum lactis tamarindinatum, quod ſemper veſperi ad unc. iv. ſumi poteſt.

CASUS XXIII.

De viſus diminutione ſubito exorta, ab exceſſu caloris hypocauſti praecedente crapula.

HISTORIA.

D*N. Nicolaus Holperi, ſcholae Calmarienſis in Suecia Rector, temperamenti calidi & humidi, corpore obeſus & plethoricus, quum hyemante coelo, viſitan-*

di

ai Amicos gratia, rus conceſſiſſet, ibidemque bene potus in conclavi ſupra modum calefacto integram noctem quieviſſet, mane expergefactus ingentes capitis & oculorum dolores; hinc viſus quandam obſcuritatem ſenſit, quae paucorum dierum decurſu in tantum aucta eſt, ut litteras tam ſcriptas quam praelo expreſſas etiam grandiores dignoſcere amplius non poſſet, oculis plane claris apparentibus, citra ullum eorundem vitium, niſi quod pupilla nigrior quodammodo & amplior videretur: objecta tamen lucida & majuſcula haud difficulter agnoſcere & diſcernere poterat.

R E S O L U T I O.

Talis viſus diminutio ſubito exorta eſt ſpecies quaedam apoplexiae, oriturque ab obſtructione tubulorum nervi optici, & nullum vitium externum apparet in oculis; hic affectus vocatur ab Auctoribus gutta ſerena.

Eſt apoplexia quaedam particularis, ex nimia enim Venere, nimio ſpiritus vini uſu, nimioque calore facile exoriri poteſt apoplexia; dum enim caput hoc modo variis, craſſis & vitioſis eſt repletum vaporibus ac humoribus, accedente calore humores illi funduntur ita, ut non ſolum ſpir. animales influant in nervos, ſed etiam cum illis multae partes craſſiores intrent nervorum principia, & tunc illa pars cujus nervorum principia obſtruuntur, reſolvitur, in hoc caſu nervi optici fuerunt obſtructi ab intrante tali viſcido humore, unde ſpir. animalium tranſitus fuit impeditus, ſicque ceſſavit irradiatio, & ſubita viſus diminutio fuit exorta: apoplexia enim & paralyſis ſubito invadunt & corripiunt.

In hoc caſu nullum vitium in oculo fuit; humores enim ſitum ſuum ſervarunt, ſaltem ſpirituum animalium influxus fuit denegatus. Talis obſtructio nervorum habet ſuos gradus, interdum in membro aliquo paralytico perit ſenſus & motus, ſaepe vero perit ſenſus remanente motu, & contra: interdum vero ſaltem formicatio percipitur, prout nempe obſtructio vel validior vel debilior eſt, ut adhuc pauci ſpiritus influant vel nulli. In noſtro caſu viſus in principio non in totum fuit ablatus, quia adfuit quidem obſtructio nervorum, ſed non talis quae non conceſſerit adhuc tranſitum paucis ſpiritibus verum ſucceſſu temporis viſus penitus ablatus, quia obſtructio illa fuit aucta, ita ut nulli ſpiritus potuerint influere.

Curatio eſt eadem quae in apoplexia & paralyſi; totum enim negocium conſiſtit in hoc, ſi poſſimus (1) corrigere humores craſſos, viſcidos, tubulos ſeu poros nervorum obſtruentes: (2) ſanguinem aſcendentem attenuare & vitioſos ſuccos e corpore eliminare. Eſt tamen affectus curatu difficilis ſi non impoſſibilis. Conveniunt ergo ſaepius depraedicata medicamenta, quae nempe conſtant ex partibus duris, rigidis, non tam facile flexibilibus, ut profundius intrent in tubulos partium, viſcidoſque humores incidant, attenuent & reſolvant, qualia ſunt omnia illa, quae ab Auctore noſtro in hoc caſu fuerunt exhibita.

C A S U S XXIV.

De Viſu debili ad remota.

H I S T O R I A.

STudioſus quidam juvenis queritur ſe menſae aſſidentem legere poſſe etiam minutis litterulis conſignata, non tamen internoſcere, ſi qui hominum conclave ingrediuntur, donec proximius accedant, longius vero diſſita plane ſe non cernere; duravit iſte affectus jam fere ſeſquiennio.

R E S O L U T I O.

Quotidie hoc obſervamus, quod multi objecta ab oculis remota melius & diſtinctius poſſint videre, alii contra. Cauſſam Veteres putarunt eſſe ſpiritus animales

ma-

males verum nos putamus potius cauſſam quaerendam eſſe in ſitu mutato humorum & tunicae retinae, quod nempe in ſenibus propter exſiccationem humorum mutata fuit convexitas tum tunicae corneae tum humoris cryſtallini, ut Auctor noſter ex Plempio &c. Ut haec melius intelligantur.

Quaerit. cur ſenes non niſi infuſe objecta propinqua; Luſcioſi vero remota videant: ℞. Senes objecta cominus poſita minus exacte intuentur; quia ſicceſcentibus tunc humoribus & corpore ad maciem vergente, corneae tunicae (quae eſt prima) & humoris cryſtallini convexitas minuitur, & planior redditur, ac proinde paulo latior oculus, quam in juventute redditur; haec autem partium oculi alteratio haud ſinit, ut radii a vicino objecto venientes in ipſa retina tunica coëant, ſed veluti ultra ipſam conventuri pergant; Luſcioſi vero & qui prominentes habent oculos nonniſi imperfecte remotiora objecta reſpiciunt, quia, quum longiores & protuberantes ſint eorum oculi, radii ab uno puncto objecti diſtantis provenientes coëunt, priuſquam ad retinam pervenerint; qui poſtmodum ſe denuo diffundentes, in exiguam fundi oculi partem incidunt, eam ob cauſſam ii quibus ita protulerant oculi, objectum organo admovent, ut mucrones quos aequo breviores in retinam promoveant, quoniam quo res propius admovetur, ejus radii magis detorquentur, & breviores viſus pyramides ſeu conos efficiunt; ſenes autem objectum ab oculo removent, ut conorum vertices ſeu mucrones (radii luminares) veluti aequo longiores in retinam deducant.

Ex his patet, vitium hoc non eſſe quaerendum in ſpiritibus animalibus, ſed prout humores oculi longe vel proxime recedunt a tunica retina. His addi poteſt quae habet Carteſ. tract. de homine, ubi agit de viſu &c. Ad remedia.

Auctor noſter laudat vinum laxans Plempii; deſideramus tamen hic menſtruum aliquod vel clavem, qui recludat ingredientia, e quibus tale vinum medicatum praeparatur: huic addi poteſt cremor. tartari, vel aliud ſal alkalin. ſal tartari poteſt addi ad drach. j. omitti poteſt ſaccharum albiſſimum, & ſubſtitui paſſulae minores ad unc. i. ſem. ſicque felicius operabitur, nā etiamſi fol. ſennae in vino infundantur, tamen vis cathartica melius extrahitur, etiam ſi in aqua fontana infundantur, modo ſal addatur, ſic enim recludens additur. Auctor noſter commendat fotum Plempii: hic fotus in omnibus affectibus oculorum, qui ſunt citra inflammationem aliquam, applicari poteſt: materia enim profundius jacet, ſi non apparet vitium aliquod externum; quia igitur hic fotus conſtat ex incidentibus, attenuantibus ac reſolventibus, facilius etiam talis materia pituitoſa reſolvitur ab ipſo; tali fotu etiam frequenter utitur Medicus quidam Francofurtenſis (Dr. Weſſem.) qui ſatis feliciter multos oculorum curat affectus.

CASUS XXV.

De Cataracta ſeu ſuffuſione vera.

HISTORIA.

N*Obiliſſimus Dominus Antonius Haereditarius in Cerſtin & Kruchenbeck &c. Vir conſiſtentis aetatis; oculos habens magnos & eminentes capitis dolore aliquandiu affectus, aegre ferebat ſibi continuo videri culices aliaque parva corpuſcula oculis obvolitare, interdum quaſi retia telis araneorum ſimilia offerre; ſuccedebat paulatim viſus obtenebratio & pupillae in colorem marinum tranſmutatio.*

RESOLUTIO.

Eſt affectus valde familiaris & ſatis notus, nulla quidem in principio habet phaenomena, ſed tamen gradus.

In principio conqueruntur de obvolitantibus muſcis, culicibus, aranearum

telis ſeu aliis corpuſculis, & viſus paulatim imminuitur.

Quaeritur quid ſint corpuſcula illa obvolitantia? ℞. animam judicare ſecundum conſuetudinem, quum muſcae, culices, ſeu alia talia corpuſcula nil aliud ſint, quam humores vitioſi innatantes humori aqueo, ejuſque pelluciditatem laedentes, ac radios luminares varie mutantes; quo minus rite poſſint uniri in tunica reti-formi, quemadmodum ſi aliquis intuetur exacte objectum aliquod & muſcae vel alia animalcula praetervolant, quae radios luminares aliquo modo diſrumpunt & frangunt, viſus laeditur & impeditur, ſi iſtiuſmodi vitioſi humores in humore aqueo reperiuntur, qui ſimili modo radios frangunt, anima tunc judicat ſecundum conſuetudinem: iſti vitioſi humores in humore aqueo contenti ſi adhuc ſint tenuiores, ſubtiliores ac fluxiles, tunc repraeſentantur ſaltem muſcae, culices: ſin vero poſtmodum incraſſantur & cohaerent, repraeſentantur aranearum telae, & quum adhuc intrent quidam radii luminares, viſus ſaltem impeditur, nequaquam vero tollitur.

Auctor noſter: cauſſa ejus continens fuit humor tenuis inter corneam tunicam & humorem cryſtallinum &c. Veteres fuerunt in opinione, quaſi cauſſae ſuffuſionis ſedes ſit inter tunicam corneam & humorem cryſtallinum. Recentiores vero dicunt, quod non ſolum humor talis vitioſus colligatur in iſto ſpatio, nempe inter tunicam corneam & humorem cryſtall. ſed & ipſum humorem cryſtallinum vitiari, alterari & depravari dicunt, ita ut ejus tranſparentia & pelluciditas pereat, & haec depravatio fit vel in humore toto vel aliqua ejus parte, & humor ille cryſtallinus etiam facile vitiari poteſt; aliter enim eſt compoſitus quam reliqui, conſtat enim ex multis pelliculis, ut videre eſt in humore cryſtallino cocto in piſce, ubi cultro ſeparari poſſunt: ob eam cauſſam igitur facile fieri poteſt, ut in ſuperficie iſte humor vitium contrahat & ſuffuſionem inducat. Antea dictum fuit, humorem iſtum vitioſum in principio adhuc eſſe tenuem, fluxilem, ſi jam craſſus ſit & incraſſeſcit, tum obſervamus mutationem tunicae uveae; ſenſim enim abit in colorem glaucum vel qualem praeſeferunt cornua; ſucceſſu vero temporis albeſcit, magis tranſparet per corneam, & tunc dicimus ſuffuſionem eſſe maturam: & quamdiu non apparet ille color, tamdiu ſuffuſio eſt immatura, & ſi manualis operatio acu debet inſtitui, ſuffuſio debet aſſe matura, id eſt humor debet eſſe craſſus: ſi enim fluxilis eſt commode removeri non poteſt; e contra vero ſi craſſus & glutinoſus eſt facile removere poteſt ex illo ſpatio: hinc etiam Medici ocularii concedunt certum tempus pro maturatione; ſi vero humor iſte nimis fiat durus & quaſi gypſeus, tunc eſt incurabilis, nec acu removeri poteſt, & tunc vocatur ſuffuſio, quam ſuffuſionem etiam Ocularius non aggreditur.

Spatium autem illud inter tunicam corneam & humorem cryſtallinum non tantum eſſe ſubjectum hujus morbi, ſed & ipſum humorem cryſtallinum alterari, inde patet; illi enim, qui experti ſunt talem operationem manualem, poſtmodum objecta confuſe cernunt, niſi utantur perſpicillo lege artis facto: ratio autem quod poſt operationem objecta confuſe cernantur, eſt, quod in ipſa operatione, dum deprimitur humor vitioſus, convexitas humoris cryſtallini laedatur ac planus reddatur; illa enim remotio fieri non poteſt abſque laeſione humoris cryſtallini, unde egregie viſus juvatur tali perſpicillo convexo, in quo radii, dum incidunt, franguntur, ut eo facilius in tunica retina uniantur, & conos ſeu figuram pyramidalem efficere poſſint.

Quaer. unde humor iſte vitioſus perveniat ad oculos, & quomodo colligatur in tali ſpatio? Auctor noſter dicit vitio cerebri? nos reſpondemus, quod a ſanguine tranſmittatur & deponatur per poros vaſorum in oculos eorundemque humores, unde varie ipſorum tranſparentia laeditur ac depravatur, & pro diverſitate & copia materiae vitioſae viſus varie labefactatur; ita ut nunc difficulter fiat, nunc plane tollatur.

Signa diagnoſtica ſunt ſatis manifeſta; in principio enim morbi aegri conqueruntur de muſcis ſeu aliis corpuſculis obvolitantibus, poſtmodum dicunt viſum laedi vel plane tolli, & tunc dicimus adeſſe ſuffuſionem.

Prognoſis: affectus in ſenibus fere incurabilis, in aetate florente admittit curationem. In curatione reſpiciendum non ſolum ad partem affectam, ſed & totam ſanguinis maſſam, quae laborat intemperie craſſa & viſcida, adeoque ante omnia debet reſtitui.

Purgationes ſunt frequentius repetendae, poſt interponenda ſudorifera ex lignis ppata: formulas tradit Auctor noſter eleganti ordine.

Quaer. num vinum conveniat quod oculis alias nocere creditur? ℞. Dicimus, in ſuffuſione convenire vinum, quia adeſt ſanguinis intemperies viſcida & craſſa, quam corrigit vinum ſpirituoſitate ſua.

Iterum Auctor noſter mentionem facit vini ophthalmici Flempii, ubi iterum addi poteſt cremor tart. ad drach i. ſem. & omittatur ſaccharum, quia fruſtra additur.

Auctor noſter topica praeſtantiſſima, inter haec agmen ducit aqua ophthalmica cum croco metallorum praeparata, cujus mentionem facit Riverius. Formula talis eſſe poteſt.

℞. *Aq. roſar. euphraſ.* ãã. unc. I ſem. *croci metall.* ſcrup. i. vel drach. ſem. *croci* gr. ij. vel iij. ſtent per noctem in loco calido, mane per inclinationem ſeparetur liquor, qui quotidie inſtillatur oculis. Crocus enim metallorum valde penetrat, tamen citra mordacitatem & hoc liquore etiam ſaepius utitur praelaudatus Medicus Francofurtenſis.

Medicamenta debent eſſe valde penetrantia, hinc conveniunt ſalia, praeſertim vero laudantur aromatica nonnulla cum ſale culinari miſta, quo ſale quotidie uti poſſunt in coena & prandio; formula talis eſſe poteſt.

℞. *Salis culinaris* ℥. ſem. *ſemin. foenic. ſileris montani* ãã. drach. ij. *maceris cinnamom. nucis moſchat.* ãã. drach. ſem. miſ. hoc multum praeſtat in affectibus oculorũ.

Verum eſt affectus curatu difficilis, hinc etiam Auctor noſter dicit, omnia fruſtra fuerunt exhibita, & tunc adhuc locum habet manualis operatio, ſed & haec operatio periculi plena; in ſenibus enim fruſtra inſtituitur: in Juvenibus, ſi non recte inſtituitur, varia ſymptomata excitari poſſunt, ita ut propter lacerationem factam in tunicis quotidie lympha exſtillet, oculi inflammentur & dolor continuus oriatur, quae omnia vires valde conſumunt. Et haec ſufficiant de ſuffuſione vera.

CASUS XXVI.

De Suffuſione ſpuria.

HISTORIA.

Illuſtriſſima Domina, Domina Maria Iuliana, Saxoniae. Angriae & Weſtphaliae Princeps, febri ſemitertiana graviſſime decumbens, ingruente paroxyſmo de caligine quadam oculorum & obſervantibus corpuſculis, mox de viſus diminutione, paulo poſt de omnimoda ejuſdem abolitione, querebatur, adeo ut nec adſtantis nec alia objecta dignoſcere poſſet. Remittente febri, ſenſim remittebat oculorum obtenebratio, eadem recurrente, recurrebat & viſus diminutio, ſubſequenſque ejuſdem abolitio.

RESOLUTIO.

Eſt etiam ſuffuſio ſymptomatica, quae ſpuria vocatur, & comitari ſolet paroxyſmos febriles; in principio enim paroxyſmi aegri conqueruntur de caligine

ſeu corpuſculis obvolitantibus, quod fit propter nimiam dilatationem pororum vaſorum oculorum; illa enim dilatatione vaſorum non ſolum partes ſanguinis ſubtiles, ſed & craſſae intrant in oculos & humores, quae illos humores oculorum varie alterant & laedunt: verum quum illae partes ſint pauciores & adhuc ſatis fluxiles, facile etiam & ſaepe in ipſo paroxyſmo adhuc iterum diſcutiuntur & diſſipantur, ut ceſſante paroxyſmo ceſſet malum.

Curatio: curatione peculiari non eſt opus, ſufficit ut ſaltem ſciamus cauſſam: curata enim febri etiam malum illud ſimul ceſſat.

CASVS XXVII.

De Caecitate ex ulcere pedis Rheumatico intempeſtive occluſo.

HISTORIA.

Henricus Haereditarius in Trinicke, multis annis ulcere Rheumatico pedis ſiniſtri affectus, doloris & moleſtiae a fluxu & pruritu ſaepe excitatis pertaeſus, conſolidationem a Chirurgo petiit, in qua quum fruſtra per totum ſemeſtre occuparetur artifex, tandem ope cujuſdam vetulae paucorum dierum ſpatio ulceri, occluſionem obtinuit. Elapſo menſe uno atque altero, in capitis dolores incidit, adeo vehementes ut de vita deſperaret, paulo poſt obcaecatus eſt. Exinde quolibet mane a ſomno multum viſcidae ac flaveſcentis foetidaeque materiae frequenti expuitione citra tuſſim rejicit, conqueſtus ſe quamdiu jejunus eſſet, eundem foetorem in ore percipere, quam olim ex ulcere pedis.

RESOLUTIO.

Haec caecitas facta eſt per *μετάστασιν* ſeu translationem humoris morbifici, ex pedibus verſus oculos, & certe varia ſymptomata ex pedum inveteratis ulceribus occluſis produci poſſunt; tales enim acres humores, qui quotidie & continuo per talia ulcera effluebant, jam occluſis illis in corpore retinentur & cum ſanguine reducuntur; ſi igitur cum ſanguine perveniant ad pulmones, phthiſin, ſin ad cerebrum, dolorem & phrenitidem, ſi ad nares, defluxionem corroſivam & cancroſam, ſin ad aures, ſurditatem, ſin ad oculos caecitatem inducunt. Hinc Medicus ad iſtiusmodi ulcera vocatus valde cautus eſſe debet, & nunquam ad topica perveniat, niſi prius correxit totam maſſam ſanguineam.

Sciendum, parum hic prodeſſe medicamenta, hinc ferro & aquâ utendum, & materia morbifica a parte revellenda, hinc adhuc ſpes erit, ſi ulcera poſſint aperiri ut iterum fluant, unde cuticulae ſetaceum exhibend. &c. Verum talia ulcera antiqua occluſa non ita commode poſſunt aperiri propter callum.

Facile enim poſſumus concipere, quod occluſo ulcere humores illi acres cum humoribus circulantibus iterum ducantur verſus cor, & ſi ad meninges pertingunt, inſignem ibidem capitis dolorem inferunt, ſpirituſque valde turbant, qui turbati ſecum rapiunt alias partes craſſiores, quae tubulos nervorum obſtruunt, unde ſurditas, caecitas.

Curatio. Ego Auctor eſſem dicit D.D. Waldſchmidt ut talem curam adhibeat Medicus qualem in lue venerea: in lue venerea autem ſi exigua portio fermenti remaneat, recrudeſcit facile, ſic etiam ſi remaneat tale fermentum ab ulcere, nunquam malum inde proveniens curabitur,

CASUS XXVIII.

De Caecitate ex veneficio.

HISTORIA.

ANno M.D.CXXIX. Miles quidam gregarius in fortalitio ad portum Colbergenſem noviſſime a Caeſareanis exſtructo, excubias agens, ſubito & quaſi in momento obcaecatur, nullo corporis, capitis aut oculorum praecedente morbo aut vi, vel caſu externo: viſum recuperabat incantamentis.

RESOLUTIO.

Non pertinet ad forum medicum.

CASUS XXIX.

De Aurium Tinnitu.

HISTORIA.

ILluſtris & Generoſus Dominus, Dn. Nili Kagge, Liber Baro in Torckmoiorſſvoi, Toparcha in Kielſdorff & Schifeſundi &c. Gubernator Halandiae, per intervalla aurium tinnitu vexabatur, abſque ullo capitis dolore, niſi quem crapula aliquando excitaret; aderat ventriculi imbecillitas & inteſtinorum murmur & rugitus.

RESOLUTIO.

Triplici modo ſolet laedi auditus, vel imminuitur, ſicque oritur auditus difficultas: vel tollitur, unde ſurditas: vel depravatur, unde aurium tinnitus; in tribus his caſibus has tres ſpecies obſervamus. Verum debemus diſtinguere inter tinnitum aurium & aurium ſonitum: quemadmodum enim in chorda valde extenſa, ſi quatiatur, fit ſonus acutus, quem vocare poſſumus tinnitum: ſin vero laxa & flaccida tangatur, tunc ſaltem ſonus raucus vel ſtrepitus obſervatur; ſimile quid putemus fieri in auribus, dum membrana auditoria vel tympanum illud valde tenſum quatitur, vel nervus auditorius in debito ſuo tono ſervatus fibratur, tunc fit talis ſonus acutus, quem recte vocamus tinnitum aurium: ſin vero tympanum ſit laxum, flaccidum, humidum, vel ſi nervus auditorius receſſerit a ſuo tono, tunc ſonus ille, qui ex conquaſſatione fibrarum harum partium oritur, eſt magis raucus vel inſtar ſtrepitus alicujus, quem vocamus ſonitum nequaquam tinnitum aurium.

Proponitur in hoc caſu aurium tinnitus abſque ullo capitis dolore cum ventriculi imbecillitate & inteſtinorum &c.

Auctor noſter quaerit cauſſam in vapore, collecto in ventriculo & forſan hypochondriis, & ad caput elevato. Tinnitus vero vera cauſſa conſiſtit (1) in motu, daprovato, vel vitio aëris vel aurae inſita; ineſt enim ſemper auribus innatus quaſi aër, qui continuo in cavitate aurium fluctuat: quando igitur peregrinum quid ſeſe miſcet huic aurae inſitae, tunc motus ejus depravatur, ſicque allidit aura illa agitata in tympanum, unde anima judicat ſecundum conſuetudinem, quia fiunt & imprimũtur tales motus ab aura illa agitata, quales fiunt cãpanulae.

(2) Tinnitus aurium fit, quando tympanum nimis & velocius agitatur, convellitur & quatitur.

(3) Etiam fit, quando ipſe nervus auditorius vel potius ejus fibrae vellicantur, ſaepius etiam dilacerantur & e ſitu naturali deturbantur, unde continuus talis aurium tinnitus.

(4) Oritur ex nimia pulſatione arteriolarum organis auditus inſertarum, quando nempe ſanguis nimis effervеſcit in vaſis, tunc tinnitum aurium ſolet praecedere narium haemorrhagia, dum nempe ſanguis effervеſcit ſurſumque rapitur, arteriolae nimis pulſantur, aërque innatus nimis agitatur, qui in tympanum & nervum auditorum allidit, ſicque tinnitum producit.

(5) Interdum etiam oritur a perverſo ſpirituum animalium motu, (hinc ſaepe ſolet ſuccedere epilepſia, & ſi tinnitus aurium oritur, metus eſt epilepſiae) quia ſpiritus perverſae moti allidunt in nervum auditorium, vellicant fibras & lacerant, unde tinnitus ſeu motus talis aurium perverſus.

Prognoſis: bene diſtinguendum eſt, num aurium tinnitus ſit conjunctus alicui morbo acuto; vel num ita per ſe affligat; ſemper enim in morbo acuto, febribus ardentium malignis aliquid indicat tinnitus aurium, & ſaepe critice oritur, ſaepe enim in morbo acuto primo oritur aurium tinnitus, quem excipit ſurditas, ut ſine auditu jaceat aeger, ſi tunc alia bona ſigna adſunt, ſi fiat die critico, & appareant ſigna coctionis in urina aliaque ſymptomata mitigentur, bonum eſt ſignum, quia ſurditas talis ſit propter *μετάστασιν* translationem materiae morbificae a parte nobiliori ad ignobiliorem.

Sin vero in morbo quodam acuto adſit ſurditas, & in urina appareant non ſigna coctionis ſed cruditatis, & alia parva ſymptomata adſint; tunc prodromus eſſe ſolet delirii, epilepſiae, & moris.

In curatione conveniunt fere omnia remedia, quae in ſurditate commendantur, quae nempe habent vim diſcutiendi, reſolvendi, motum debitum tympano, nervo auditorio & ſpiritibus animalibus reſtituendi: hic (1) convenit purgare, ubi exhiberi poſſunt pilulae catarrhales pro evacuanda pituita viſcida: (2) reliquias expellere, quod fit per ſudorifera & diuretica: & (3) culinis ſeu coctionibus proſpicere, quod fit per ſtomachica. Et tandem externa topica.

Inter externa Auctor noſter commendat ſecretum ex vermiculis intra lignum quercinum & corticem, &c. praeparatio hujus ſecreti ita fit; vermiculi ver. gr. num. xx. coquuntur in oleo olivarum, quo repletur radix cyclaminis, (radix debet prius excavari,) additur adhuc oleum rutaceum vel coſtinum, pulvis radicis pyrethri, poſtmodum obturatur radix excavata & aſſatur ſub cineribus & tandem exprimitur, qui ſuccus habetur pro arcano in affectibus aurium.

Amara etiam conveniunt, quae humorem vitioſum facile aſperitate ſua poſſunt exſcopare: verum obſervandum venit hoc de topicis (1) ne ſint nimis calida nec nimis frigida, quia utraque auribus ſunt inimica, ſed debent calore ſuo reſpondere calori aurium, id eſt debent eſſe tepida: (2) nec debent eſſe nimis acria, alias etiam major convulſio vel motus ſpaſmodicus partium aurium valde ſenſibilium exorietur: (3) non debent eſſe adeo viſcida, quia meatum auditorium magis obſtruunt, unde etiam oleoſa multis diſplicent, quibus praeferuntur ſpirituoſa, aqua Anhaltina, cephalica, magnanimitatis. Sed quoniam etiam haec omnia in ſurditate conveniunt, in ſequentibus habentur reliqua.

Hoc adhuc notandum: obſervari in hypochondriacis ſaepius illos tentari & corripi ex improviſo tinnitu aurium, brevi tamen evaneſcente, hinc ſaepe inter loquendum incipiunt conqueri de tinnitu aurium: videtur quod tunc ex poris arteriolarum internarum aurium emittatur acidum aliquod volatile, quod tympanum quatit, vel nervum audit vel aërem innatum, in quibus acidum illud volatile ſpaſmodicum contractionem cauſſare poteſt: & quia acidum hoc eſt volatile, non diu durat, ſed brevi evaneſcit, unde tinnitus talis etiam brevi ceſſat.

CASVS XXX.

De difficultate auditus.

HISTORIA.

N*Obiliſſima foemina, Angues Iudith Viri generoſi & ſtrenui Domini N. de Wildenſtein, Conjux, temperamenti frigidi & humidi aurium tinnitu affectae ſenſum audiendi facultatem minui querebatur, adeo ut leves ſonos amplius percipere non poſſet, reliquis ſenſibus ſalvis & integris.*

RESOLUTIO.

Quando auditus imminuitur, oritur difficultas ſeu obauditio, quae gradu ſaltem differt a ſurditate; cauſſam putamus eſſe quaerendam in intemperie quadam humida nervi auditorii & tympanii; hinc dicit Auctor noſter erat temperamenti frigidi & humidi, &c. ſi enim membrana auditoria vel tympanum ſit nimis humidum, ut etiam Riverius monet,) vel flacciditas concilietur nervo auditorio, tunc pulſationes, quae fiunt ab objecto mediante aëre, recipi non poſſunt ab illis organis, nec ad mentem deferri ut judicet, unde oritur auditus difficultas ſeu obauditio. Saepius vero alia cauſſa eſt: (1) difficultas auditus & ſurditatis poteſt oriri vitio auris externae, tunc ſoni diſtincte percipi nequeunt, quia aër quaſi tumultuarie irruit in aurem, deberet autem moderari ab aure externa: (2) difficultas & ſurditas ſit vitio meatus auditorii, quando eſt obſtructus excrementis, quae vocantur cerumina, tunc enim aër cum motibus ſuis impreſſis rite ingredi & pervenire nequit ad tympanum, (auditus organum) talis obſtructio meatus etiam fieri poteſt a fabis, nucleis & aliis: (3) fit etiam quando tympanum rumpitur ſeu exeditur, & tunc oritur ſurditas incurabilis; fit ſaepe a nimio ſonitu, ab emiſſione, exploſione bombardarum, percuſſione violenta, vel etiam lapſu graviori: (4) tandem etiam oritur difficultas & ſurditas ex obſtructione nervi auditorii; quatenus lympha tenuis ſeſe inſinuat tubulis minutiſſimis nervi auditorii, unde coagulatur, incraſſeſcit & ita ſpirituum animalium influxum prohibet.

Signa diagnoſtica: ſi vitio auris externae, obſtructione meatus auditorii, tunc facile incurrit in ſenſus.

Sin vero difficultas & ſurditas oriantur ex eroſione, obſtructione nervi auditorii, tum ſaltem conjectura utimur, & ab aliis circumſtantiis & apparentiis cognoſci debent.

Prognoſis: ſurditas apparens cum aliis bonis ſignis in acutis & malignis morbis, optimum ſignum, quia indicatur translatio materiae morbificae a parte nobiliori ad ignobiliorem, & melius eſt ſi delirio ſuperveniat ſurditas, pejus vero ſi ſurditati delirium, tunc enim non critice ſit ſed ſymptoma eſt, hinc ſequuntur convulſiones, delirium & ſaepe mors.

Sin ſurditas oriatur ab ortu vel in utero, item ſi a paralyſi ſeu obſtructione nervi auditorii, tunc incurabilis fere eſt; ſin vero a catarrho, obſtructione meatus auditorii, tunc admittit curationem; interim omnes aurium affectus non facile curantur. Dictum ſurditatis ab ortu curationem eſſe impoſſibilem; eſt tamen Medicus quidem Italus, qui habet modum curandi ſurdaſtros ab ortu, (ſeu qui tales nati ſunt) beneficio certorum medicamentorum, & certae alicujus methodi; nempe, jubet ſingulis diebus per cornu bovinum magno boatu aures implere, & certa vocabula pronunciare: & tali remedio putant ſurdaſtros & mutos reſtitui poſſe: de quo habet Collegium curioſorum tom. 1.

Praeter univerſalia medicamenta, ut purgantia, diuretica, diaphoretica; conveniunt etiam externa ſequentia, aqua card. bened. ſaepius recenti herbae affu-

ſa

Digitized by Google

ſa & cohobata, (valde laudatur) aqua cephalica cum caſtoreo, cum ambra & moſcho, eſſentia caſtorei, card. benedict. ligni ſaſſafras, nonulla olea deſtillata, balſamus vitae, ſpiritus formicarum, quae omnia cum goſſypio auribus imponuntur. Obſervari autem debet (1) aures debere prius ſemper probe detergi & expurgari, ne quid recrementoſi maneat in iis: (2) ante lecti ingreſſum illa topica auri eſſe imponenda: & (3) ſuper latus ſanum eſſe cubandum, quo medicamentum ſeſe profundius inſinuet; ſin vero in ambabus auribus medicamentum ſit, ſitus poteſt mutari ab uno latere in alterum.

Suffumigia etiam multum praeſtant ex ſuccino; vapores decocti ex herbis amaris, abſint. origan. ſerpill. majoran. card. ben. colocynth.

Si ſurditas orta ſit ex lapſu vel caſu ab alto, conveniunt emplaſtra capiti impoſita, ex tacamahaca, emplaſtr. de betonica.

Si ex catarrho, hoc eſt ex lympha irruente & tunc ſubito oritur, ſpirituoſa nervina tunc conveniunt, quae nuchae ſeu vertici applicantur, ut oleum ſuccini, aqua Anhaltina, ſpiritus convulſivus &c.

Antea dictum fuit, tinnitum interdum oriri propter nimiam pulſationem arteriolarum a ſanguinis copia, ſi nimia in copia ad caput rapitur, & tunc convenit venae-ſectio in parte affecta vel in pede.

Si difficultas a nimia exploſione bombardarum, applicari poteſt panis recens coctus in furno, cui inſpergitur ſpirit. vini vel panis coctus cum ſem. foenic. carv. gran. juniperi &c. cujus effluvia immittuntur in aurem affectam.

In omnibus aurium affectibus conveniunt medicamenta ex ligno ſaſſafras & ſuccino praeparata, quae duo omnibus formulis adddi poſſunt.

CASVS XXXI.

De Surditate diffinitus curata.

HISTORIA.

Quum in arce Schieffelbenenſi, Reverendiſſimi, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini, Dni. Wedigoreimari Gans, Liberi Baronis de Pudtlitz, Ordinis S. Iohannis Equitis, Commendatoris & Praeſidis Schieffelbenenſis &c. Arthritide graviſſime decumbentis, curam haberem, Civis quidam ejus loci pannifex Bartholomaeus Schulz, ſurditate auris dextrae plus decem annis affectus, & paucis retro diebus audiendi facultate etiam in ſiniſtra aure privatus: opem meam per Chirurgum implorabat, quam etſi fruſtraneam & inanem initio abnuerem, lachrymis tamen miſeri hominis motus, pilulas cephalicas praeſcripſi & quaedam caput roborantia, detracto etiam ex vena brachii ſanguine, & applicatis pone aures veſicatoriis. Urgebat Chirurgum topicum aliquod auribus immittendum, ſed nihil tale ad manus erat: incidi forte dum pharmacothecam meam excuterem, in balſamum Mindereri, ejus guttam unam atque alteram auri ſiniſtri inſtillavi, dextram enim tot annis ſurdam pro incurabili habui. Quid fit? Eo ipſo momento in aure oppoſita, dextra ſcilicet, rumpi aliquid exclamabat aeger illico redeunte auditu, plus decem annis abolito. Iuſſi utrique auri inſtillare balſamum, quod quum aliquoties feciſſet, etiam in altera aure audiendi facultatem recuperavit, qua in hunc uſque diem gaudet etiam quoad caetera ſanus & incolumis.

RESOLUTIO.

Proponit hic Auctor ſurditatem divinitus curatam beneficio balſami Mindereri. Verum ſaepiſſime aures vel meatus aurium obſtruuntur excrementis, propter quae auditus perit, & ſi illa excrementa removeantur, ex improviſo auditus reſtituitur, tale quid potuit eſſe in hoc caſu; balſamus enim Mindereri habet vim

ape-

aperiendi & emolliendi, hinc excrementa ita emollire potuit, ut tranſitus aëri fuerit reſtitutus, ſimul & auditus.

CASUS XXXII.

De Narium haemorrhagia immoderata.

HISTORIA.

Secretarius Illuſtriſſimi Baronis de Funfkirchen Iohannes Rieder Auſtriacus, ſanguineae conſtitutionis & plethoricus; poſtquam in nuptiarum ſolemnibus vino generoſo largius ſe invitaſſet, & totam ferme noctem tripudiis & ſaltationibus conſumſiſſet, mane domum repetens in narium haemorrhagiam incidit, adeo profuſam, ut de vita periclitaretur.

RESOLUTIO.

Solet oriri variis ex cauſſis (1) ob ſanguinis plethoram, (2) ob ejus cacochymiam, & (3) ob nimiam ejus fermentationem: in hoc caſu a vino & ſaltatione fuit producta, a quibus ſanguis nimis fuit motus, unde tali cum impetu exitum quaeſivit.

NB. Interdum propter errhina & ſternutatoria oriuntur haemorrhagiae narium incurabiles ferme, quia in illa concuſſione oſcula vaſorum nimis aperiuntur, ita ut etiam ad priſtinum ſtatum non poſſint reduci. In caſu haemorrhagia oritur per ἀναστόμωσιν, ſaepius etiam oritur per διαίρεσιν, a ſanguine acri corroſivo (ut in ſcorbuto) & tunc difficulter malum illud cedit.

Proceſſit Auctor noſter valde methodice: vetus exhibuit julapium, potuiſſet etiam ſummo cum ſucceſſu adhiberi tinctura roſarum, flor. bellid. papav. errat. Mynſicht. habent enim vim incraſſandi ſanguinem, ejuſque effervescentiam compeſcendi: etiam teſtacea ex corall. cor. cer. uſto, creta, quae ponderoſitate ſua inhibent ſanguinis motum; etiam ex limatura ferri vel Marte: omnia enim martialia in quibuſvis haemorrhagiis exhiberi poſſunt cum ſucceſſu, ebrietatem arcent, quia compeſcunt acidum volatile; alia etiam ex ſempervivo, plantag. burſa-paſt. &c. praeparari poſſunt.

Auctor noſter damnatis frictionibus, illas interdum Auctores approbant, verum ſanguinem magis exaſperant.

Auctor noſter eodem ſine cucurbitulas &c. Raro noſtrates Practici ſolent cucurbitulas applicare, jubent interdum regioni hepatis & lienis; ut inde impediatur raptus ſanguinis verſus partes ſuperiores. Verum monente Riverio, applicatio haec non eſt adeo tuta, quia facile inflammatio poteſt produci in hypochondriacis, dum ſanguis reſtagnans effervescere incipit, ſicque gravius malum produceretur. Venae-ſectio tutiſſimum remedium tum in brachio tum in pede, niſi vires ſint valde proſtratae.

Externa ſunt fere innumera: quilibet enim habet aliquid quod jactet, commendatur lignum ſympatheticum, certo anni tempore detruncatum, (nempe circa feſtum Iacobi) vocatur lignum fraxini; ſolo enim contactu ſiſtit haemorrhagias, cauſſam non habemus aliam, quam quod circa illud tempus lignum iſtud certa quaedam materia ſubtilis permeat, ut in ferro & magnete: alia enim materia ſubtilis permeat magnatem, alia ferrum, unde illa tractio.

Egregius etiam pulvis ſtegnoticus fit ex alumine crudo & lacca pictorum, ex quibus praeparatur pulvis colore elegans, qui naribus inflatur, vel cum turundis albumine ovi ſubactis naribus inditur. Commendantur etiam excrementa nonnulla animalium, ut ſtercus ſuillum recens, ſi cum turundis applicetur, vel exſiccatum in forma pulveris naribus infletur: alii laudant ſtercus equinum &

aſininum; juvant haec excrementa, quatenus propter graveolentiam ſpiritus animales in ordinem redigunt: omnia enim graveolentia ſpirituum animalium ordinarium motum reſtituunt, quod miratu dignum.

Turundae praeparantur vel ex linteo, ſed majori cum efficacia ex charta bibula: ſufficit ſaepe terra ſigillata ex furno cum albumine ovi ſubacta. Frontibus etiam, collo, regioni hepatis poteſt applicari cataplaſma ex fuligine cum aceto, fronti ex ſucc. ſemperviv. alemin. cum aceto, aqua roſar. &c. vid. River. Tandem celebre quoddam remedium fuit communicatum aliquot Aulicis Regiis a Chirurgo quodam Gallico Monſ. Vivens, qui multum pecuniae a Rege Galliae, & adhuc nuper a Rege Daniae accepit, vocatur liquor ſtipticus, cui linteum immergitur, & vulneri applicatur, confeſtim ſiſtit haemorrhagias: ſaepius remedium hoc fuit probatum in moloſſo ſcilicet cane, cui pes ablatus, & vulneri hic liquor applicatus fuit; a quo haemorrhagia ſtatim ceſſavit & altero die vulnus ſine inflammatione recens fuit repertum. Quidam inquirentes in ingredientia hujus liquoris, dicunt conſtare ex vitriolo Martis & alumine ſolutis in aliquo vegetabili, nam ſi infuſio gallarum affunditur, nigreſcit liquor, quod certiſſimum ſignum latentis vitrioli Martis, ſi ſal tartari additur praecipitatur alumen, ſic duo habemus ingredientia. Auctor vero dicit conſtare liquorem ex quinque ingredientibus.

In haemorrhagiis deſperatis ſolent externa in viris applicari teſtibus, ex aceto cum pulveribus adſtringentibus, in mulieribus vero mammis.

In morbo acuto Medicus obſervet, num haemorrhagia fiat critice ſeu ſymptomatice; ſi enim acuto morbo ſuperveniat haemorrhagia die critico cum ſignis bonis, & ſi ſigna coctionis appareant, tunc abſtinendum a curatione; ſin vero ſuperveniat die non critico ſeu die quarto, nullaque ſigna coctionis appareant, & ſi ſaltem ſit ſtillicidium & in majori copia ſanguis rejiciatur die non critico, tunc valde periculoſum eſt ſignum, & prodromus eſſe ſolet futurae mortis: antequam erumpat ſanguis, obſervatur pulſatio temporum, oculorum rubor & ſplendor, dolor colli capitiſque gravativus a ſanguine ruente verſus caput; hinc recte dicit Hippocr.: *Quibus lachrymae involuntariae effluunt in morbis acutis, illis ſanguinis e naribus profluvium venit expectandum*: lachrymae enim illae exprimuntur ex glandulis a ſanguine copioſo nimis diſtendente vaſa, quae vaſa nimis repleta a ſanguine irruente, comprimunt circumjacentes partes & glandulas, ut eructent tale ſerum.

CASUS XXXIII.

De tumore linguae & calculo.

HISTORIA.

MErcator quidam Hamburgenſis, Ioachimus de linguae dolore & tumore diuturnculo aliquot annis ſibi moleſto querebatur, nulla alias in lingua & partibus vicinis apparente vitio, purgavi corpus, praeſcripſi linctus & oris collutiones ex emollientibus, reſolventibus & dolorem lenientibus, quibus quum aliquot diebus uſus eſſet, ecce dum linguam inter colluendum fortius moveret, calculus proſiliit amygdalae magnitudine & forma, niſi quod paulo longior eſſet, ex eo paulatim ſubſedit tumor, dolor vero confeſtim remittebat, labia etiam vulneris ſua ſponte & abſque artis opera brevi coaleſcebant.

RESOLUTIO.

Quamvis plerumque in veſica & renibus generentur calculi, experientia tamen conſtat, calculos in qualibet parte corporis poſſe generari; in hoc caſu ſub lin-

lingua calculus fuit generatus, nempe inter linguam & membranulam illam ubi aliquod eſt ſpatium, qui tamen beneficio medicamenti non tollitur, ſed quando rumpitur membrana, rejicitur calculus, rarus tamen eſt affectus.

CASUS XXXIV.

De balbutie ex intemperie humida linguae.

HISTORIA.

Viri cujuſdam ordinis Senatorii apud Colbergenſes Filius, a vino aliiſque potulentis praeter aquam & cereviſiam tenuem, quam ſecundariam vocant, per naturam abſtemius, tardius & circa quartum demum aetatis annum loqui incipiens, inſigniter balbutiebat, modo litteras quaſdam, modo integras ſyllabas inter pronunciandum, quaſi abſorbens vel penitus ſupprimens, ut vix ac ne vix intelligi poſſet.

RESOLUTIO.

Talis balbuties oritur ab humectatione nimia muſculorum linguae; hinc infans propter humiditatem ante annum non poteſt loqui, poſtmodum vero nimia humidiṡas conſumitur, unde lingua rite moveri poteſt: obſervamus hoc in ebriis propter humidam diſpoſitionem ipſius linguae, ut ſi a mero ſcilicet vino ſanguinis fermentatio nimis augetur, pori arteriarum plus juſto dilatantur, unde humores circulantes majori in copia effunduntur in tubulos & hanc ſeu illam partem, quam poſſiut recipi a vaſis lymphaticis; & ſi majori in copia effunduntur in linguam ſeu muſculos ejus propter pondus lingua rite elevari & agitari non poteſt, ſucceſſu tamen temporis illud malum vel ſponte ceſſat, quando lympha nimia linguam ejuſque muſculos nimis relaxans conſumitur a calore, vel per circulationem iterum reducitur, vel ſi non ſponte ceſſet, gargariſationes poſſunt inſtitui ex decocto liquorum & aliis adſtringentibus nimis relaxatos muſculos & humidam linguam.

CASUS XXXV.

De guſtu depravato.

HISTORIA.

D. Ioachimus Navin, Epiſcopatus Caminenſis Cancellarius optime meritus, intemperie calida epatis affectus, inſignem oris & linguae patiebatur amaritudinem, adeo, ut ſuaviſſima etiam ſeu eſculenta ſeu potulenta guſtu admodum amara & ingrata penitus averſaretur, cum notabili virium dejectione.

RESOLUTIO.

Fit ab humore amaro; & videmus hic animam iterum judicare ſecundum conſuetudinem, quia humor talis amarus ſolet ſimilem motum producere in fibris linguae, qualem produceret cibus amarus. Ergo vitium non in cibo ſed lingua eſt quaerendum; lingua enim quia conſtat ſubſtantia laxa & multis vaſis eſt praedita, facile iſtiuſmodi peregrinas partes ſuſcipit, quae in majori copia in poros linguae infuſae talem motum in fibris excitant, qualem cibi amari: unde anima judicat ſecundum conſuetudinem; hinc recte lingua index dicitur totius maſſae ſanguinis, & Medicus ſemper illam debet inſpicere num ſit arida, ſicca, nigra ſeu alio colore praedita: multum enim juvat Medicum tum in morbo cognoſcendo, tum in praedicendo.

In curatione reſpiciendum potius ad ipſum ſanguinem, quã partem affectã ſan-

guis

ſanguis enim debet depurari, amarae partes in ſanguine abundantes evacuari: quo facto poſſunt inſtitui oris collutiones ex acidis, quae corrigunt amara; hinc recte Auctor noſter dicit, oris collutiones ex aceto roſaceo & aqua endiviae inſtitui, interdum etiam &c. poſſet praeſcribi crem. tartari ſolutus in aliqua aqua ad gratam aciditatem, quia ſe profundius poteſt inſinuare poris linguae & humorem amarum corrigere.

CASUS XXXVI.

De Cancro ex labiorum fiſſura.

HISTORIA.

Nobilis quidam Marchicus flante Borea venationi & aucupio per dies aliquot incumbens, labii inferioris fiſſuram in medio ubi duae muſculorum extremitates deſinunt, contraxerat; nihil remedii adhibuit, quin potius conſolidationem labium introvertendo, mordendo, ſugendo, ſaepe etiam manibus vellicando, impediit. Exaſperatum itaque ſaepius malum in ulcus cancroſum degeneravit. Opem meam imploranti varia cum interna tum externa praeſcripſi, ſed ſine ſucceſſu, unde ad ſectionem deveniendum erat, qua feliciter peracta, vulnus adductis per ſuturam artificialem labiis, brevi tempore adeo eleganter coaluit, ut vix dignoſci poſſet, nullo etiam edendi, bibendi, loquendi aut exſpuendi impedimento relicto.

RESOLUTIO.

Vulnera niſi bene tractentur ab aegro, aſtantibus, Chirurgo & Medico, facile degenerant in talem cancroſam virulentiam, quatenus nempe ob errorem commiſſum vel circa aërem vel cibum & potum, vel etiam medicamenta, ſal tale acidum corroſivum in vulnere producitur, quod exedere & corrodere ſolet partes circumjacentes cum vehementiſſimo dolore.

Aeger noſter expoſuit ſe aëri nebuloſo repleto ſalibus & corpuſculis acribus peregrinis, geſtans fiſſuram talem in labiis, unde ſal tale acre corroſivum ab aëre ſuppeditatum, tum facile ſeſe patulo huic vulneri potuit inſinuare: accedente continua humectatione labiorum a ſaliva facta, quae fuit corrupta, unde vitioſa talis fermentatio fuit producta in vulnere a ſale acri communicato, & accidente ſaliva corrupta, unde cancer. Et quamvis in cancro in principio ſaturnina vel medicamenta ex plumbo confecta optimo cum ſucceſſu exhibeantur, tamen quia hoc caſu propter continuum labiorum motum nulla neque emplaſtra vel cataplaſm. potuerunt applicari, recte Auctor noſter confugit ad ſectionem.

CASUS XXXVII.

De Oris diſtortione.

HISTORIA.

Dorothea Engelbertis, uxor Benedicti Henſelii, civis & mercatoris Colbergenſis, nullo praecedente morbo tortura oris ſubito corripiebatur, pars faciei ſiniſtra laxa & mollis ad dextram trahebatur, ſenſus affecti lateris erat obtuſus, nec oculus recte claudi poterat.

RESOLUTIO.

Oris diſtortio eſt paralyſis particularis reſolutio nempe muſculorum dimidiae faciei; cujus partis nervis ſeſe inſinuat materia, illa paralyſi corripitur, interdum enim paralyſis fit in brachio, in hoc ſeu alio digito &c. in hoc caſu reſolvuntur

nervi

nervi ac muſculi faciei in parte ſiniſtra, facies enim quum ſit vel potius ejus cutis pars denſa, ac cõtinuo prae aliis exponatur aëri, variis alterationibus eſt obnoxia.

NB. Paralyſis ſeu diſtortio oris eſt duplex vel ſine dolore vel cum vehementiſſimo dolore: ſi eſt ſine dolore, tum humor obſtruens eſt craſſus, & vocatur perfecta paralyſis, quia perit motus & ſenſus; ſin vero humor valde eſt acris, tunc convulſionem, criſpaturam ſeu corrugationem ſpaſmodicam excitat in hac vel illa parte faciei, & tum etiam contorquetur os cum vehementiſſimo & atrociſſimo dolore, ut obſervavi quadam, inquit D.D. Waldſch. quae plures annos paſſa talem torturam oris, malum tamen non erat continuum ſed periodicum & recurrebat.

Vtriuſque contractionis ſpaſmodicae curatio conſiſtit in hoc; ut humor pituitoſus & craſſus, ſeu acris & ſalſus evacuetur: quod fit (1) per evacuantia univerſalia & particularia: (2) adhibenda reſolventia & diſcutientia in- & externa. Externe conveniunt ſpirituoſa antiſpaſmodica ſeu criſpaturam ſedantia, imo omnia illa quae in paralyſi, arthritide, etiam hic conveniunt. Omnibus poteſt praeferri tinctura ligni ſancti ſeu miſtura balſamica, cujus deſcriptionem tradit Barbett. in curatione ſcorbuti, qua pars illa paralytica quotidie inungitur. Auctor noſter etiam habet egregiam tincturam ex ſpir. bacc. junip. aſſa dulc. &c. verum ſpiritus debet eſſe valde rectificatus, alias gummi vix poteſt ſolvi; quum non proſtat in noſtris officinis aqua apoplect. heroica, ſubſtitui poteſt aqua Anhaltina, ſpiritus convulſivus &c.

C A S V S XXXVIII.

De dentium caſu ex intempeſtivo uſu ſpiritus vitrioli.

H I S T O R I A.

V*Ir quidem litteratus gingivarum laxitate & dentium carie affectus, ſcripta quaedam medica evolvens, forte incidit in Conſilium Cratonis LXXII. ubi haec habentur:* ad dentium putredinem & cariem vix ulla res melior eſt, quam ſpiritus vitrioli: *paulo poſt & Horſtii tractatum de ſcorbuto relegit, ubi ſectione 2. theſi 15. haec exſtant:* dentibus vacillantibus optimum eſt remedium ſpiritus vitrioli cum melle roſato, miſtus, quantum ad intenſam aciditatem ſufficit: inungantur gingivae & aliae oris partes affectae, ſingulis diebus ter. *Remedio itaque huic a Medicis celeberrimis tantopere laudato confiſus, ſingulis diebus ſpiritum vitrioli cum melle roſato gingivis & dentibus illinivit: ſed poenitendo admodum eventu: brevi enim conſumtis gingivarum carnibus & laxatis alveolis, dentes, quos primores appellamus, tam ſuperiores, quam inferiores exciderunt, reliqui molares ſubſtitere quidem, ſed a medicamenti acrimonia adeo corroſi, ut ciborum maſticationi parum ſufficerent.*

Rectius olim hac de re judicaſſe videtur Ioel, cujus tomo ſexto ſect. 2. p. 37. haec ſunt verba: parum bene conſulunt, qui ſpiritum vitrioli crebrius dentibus illinire docent: etſi enim eos candidiſſimos efficiat, tamen crebrior ejuſdem uſus eos calcinat & friabiles reddit.

R E S O L V T I O.

NB. Omnia dentifricia ex ingredientibus debent conſtare quae noxam non inferunt ipſis dentibus, ideſt non debent eſſe nimis dura, fixa, acria, corroſiva, nec nimis acida ut ſpiritus vitrioli, qui quidem omnem mucum dentium abſumit, ſed inſuper oſſa corrodit & compagem dentium exedit.

Digitized by Google

CASVS XXXIX.

De Dentium dolore, vel ut ab aliis vocatur dentium podagra.

HISTORIA.

DN. AEgydius Senator Colbergenſis optime meritus, compater & amicus meus honorandus dolore dentium punctorio ac profundo afficiebatur, adeo vehementi, ut aliquot noctes inſomnes duceret, ſapor in ore ſalſus, acris & ſubamarus deprehendebatur cum aliquali totius corporis aeſtu & ſiti.

RESOLUTIO.

In genere notandum, dentes per ſe non dolere, nullo enim gaudent ſenſu, ut etiam alia oſſa, ſed fibras nerveas ſeu expanſionem nerveam & partes circumjacentes ſenſu praeditas, dolere; hinc dicit Auctor noſter quatenus materia circa nervulum in radicibus dentium &c. cuilibet denti enim ſurculus nerveus eſt dicatus, ille in radice dentis abit in expanſionē quandam, quam Auctor noſter vocat membranam nerveam internā, quae cingit dentis radices, imo fibrillae quaedam hujus nervi expanſi ſeſe inſinuant in ipſos poros denti radices, illi nervuli ſeu fibrae ſi corroduntur & vellicantur ab aliquo vitioſo acido, oritur illarum fibrarum poris radicis dentium ſeſe inſinuantium criſpatura, ſpaſmodica corrugatio, unde immanis & atrociſſimus dolor, & tunc etiam variae partes in conſenſum trahi ſolent: hinc conqueruntur de dolore totius partis vel lateris, quatenus nempe propter conſenſum omnes partes nerveae circumjacentes a tali criſpatura in conſenſum trahantur, ita ut etiam dolor ſe interdum extendat ad meninges uſque vel hemicrania oriatur. Cauſſa: Auctor noſter dicit cauſſam eſſe humorem ex bile & ſero &c.

NB. Dolor dentium ſeu odontalgia oritur (1) vel ex corruptione proprii alimenti dentium, quando nutrimentum pro nutritione adductum corrumpitur in ipſis dentibus, vel acorem contrahit, tunc acor ille vitioſus agens in fibras ſeu membranam nerveam circa radicem dentium, talem criſpaturam, vellicationem & ſubſequentem dolorem producit; corrumpitur vero alimentum propter dentium intemperiem quam contrahunt, vel a frigore vel calore excedente: hinc nimis frigida ſeu calida dentibus inimica: ex. gr. quando potum nimis frigidum vel juſculum nimis calidum aſſumimus, dentes facile poſſunt contrahere intemperiem aliquam, ut poſtmodum proprium alimentum in acorem mutetur, praeſertim vero ſi dentes ſint cavi; tunc enim facile portio cibi vel potus ſeſe inſinuat cavitati, ibique aliquandiu delitescens putreſcit & acorem contrahit, ſicque eſt inſtar fermenti, quod poſtmodum nutrimentum a ſanguine per arteriolas ſuppeditatum inficit & ſimili labe inquinat: unde interdum dolor non ceſſat, etiamſi praeſtantiſſima exhibeantur remedia, niſi plane evellatur dens: raro, quia ſemper fermentum remanet in dente excavato, quod novum adductum nutrimentum ſemper inficit; quemadmodum reliquiae ciborum in ventriculo aceſcunt & fermentum conſtituunt, quod poſtmodum cibum advenientem varie alterat & in liquorem acidum mutat.

Et in rimis dolii, ſi non bene expurgatur, interdum remanet exigua portio faecis, & ſi poſtea dolium repletur vino vel cereviſia, intra breve temporis ſpatium, vinum ſeu cereviſia contrahit peregrinum ſaporem a reliquiis in rimis relictis; ſimili modo ſi in cavitate dentis portio cibi remanet, facile acorem contrahit, qui ſimili labe inquinat nutrimentum ab humoribus circulantibus ſuppeditatum.

Vel (2) odontalgia oritur ex acido vitioſo in ipſo ſanguine generato & tranſlato

ſlato ad radices dentium; hinc ſcorbutici plerumque patiuntur tales dentium dolores, a ſale acri corroſivo, quod cum ſanguine ſuppeditatur, & in radice dentis haerens immanes dolores producit. In lue venerea ſaepe oriuntur dolores dentium valde vehementes, & tunc etiam e maſſa ſanguinis acidum vitioſum corroſivum ad radices dentium depoſitum auctor eſt iſtius doloris; ſemper igitur Medicus obſervare debet, num dolor dentium proveniat a dentibus ipſis, dum corrumpitur alimentum; an proveniat a vitio ſanguinis (acido vitioſo): ſi enim odontalgia oritur a vitio ſanguinis tum univerſalia adhibenda, quae corrigunt maſſam ſanguinis, particularia enim ut collutiones oris & alia hic parum juvant. Sin vero oriatur vitio proprii alimenti, tunc gargariſationes & alia quae ſolent imponi dentibus, felicem ſortiuntur effectum.

Curatio: criſpatura ſeu vellicatio & ſpaſmodica corrugatio fibrarum nervearum circa radicem dentis ab acido ſeu proprio nutrimento corrupto inducta tolli debet per remedia anodyna, quae ſedant furorem Archaei, ut loquitur Helmontius, id eſt quae effervescentiam ſalium acrium impediunt; faciunt hoc opiata praeſertim ſi dens ſit cavus, ita ut facile ſeu ipſum opium indi poſſit, vel tinct. opii cum goſſypio intrudi: ab hoc medicamento dolor facile ſiſtitur praeſertim ſi, ſit ex corruptione proprii alimenti; ſunt & alia diſcutientia & reſolventia acorem, quae coquuntur in aqua ſeu vino ſeu ſp. vini & tepida in ore frequenter detinentur, talia ſunt ſalvia, roſmarin. origanum, ſabina, radix pyrethri, lignum ſanctum, nicotiana, caryophyll. radix pentaphyll. lignum ſaſſafras &c. haec ſunt praecipua, quae coquuntur ut dictum vel in aqua vel in vino, vel ſp. vini, vel etiam coqui poſſunt commode in aqua chalybeata; omnia enim chalybeata acidis inimica, quia ſanguinis acorem corrigunt: olea etiam deſtillata goſſypio induntur dentibus cavis, habent enim vim diſſipativam & criſpaturam mitigandi, ut oleum deſtill. caryophyll. ſabinae, coryli ſeu heraclinum ut vocatur a Rulando (unde multo ſolent exprimere nuces avell. & oleo expreſſo uti oleum buxi, oleũ terebinthinae, camphorae egregium eſt, camphora ſolvitur in oleo amygdal. & poſtmodum cum goſſypio inditur denti dolenti; commendatur etiam balſamus ſulphuris terebinthinatus, flores ſulphuris, antimonium diaphoret, ſi denti cavo cum goſſypio applicantur: acidum enim corrigunt, antimonium diaphoreticum imbibit acidum: ergo in hoc caſu exhiberi poteſt.

Sin vero odontalgia ortum trahit ex ipſo ſanguine nempe ex acido ejus vitioſo cum ſanguine ad radices translato, tunc iſtis topicis & aliis ſemper ſpecifica admiſcenda: ver. grat. ſi adſit ſanguis ſcorbuticus, antiſcorbutica; ſi lues venerea illis topicis lui venereae dicata admiſcenda; commendatur tinctura ligni ſaſſafras ſive dolor oriatur a ſcorbuto ſeu lue venerea.

Illa criſpatura fibrarum nervearum cauſſa eſt motus impediti humorum circulantium; hinc reſtagnant in partibus vicinis, unde tumor malae, qui eſt familiariſſimum ſymptoma odontalgiae, nempe propter impeditum motum humorem circulantium a criſpatura, unde reſtagnantes partes vicinas elevant, & tumorem inducunt.

Inflammatio partium & maxillae etiam obſervatur propter continuam vellicationem ſpirituum animalium, qui irritati confuſe & inordinate affluunt, unde magna humorum agitatio.

Hoc in caſu peccant Chirurgi, ſi ad odontalgiam cum tumore ſtatim applicant emplaſtrum de meliloto vel aliud ſimile, ita enim tumorem cum maximo damno ad ſupperationem producunt; potius diſcutientia & reſolventia adhibenda; hinc optime in odontalgia cum tumore malae vel alius partis applicatur theriaca recens in forma emplaſtri malae applicata, vel emplaſtrum ex tacamahac. cum balſamo Peruviano, vel emplaſt. ex caranna cum oleo nuc. moſchat. expreſſ. vel cum oleo ſemin. papav. expreſſ. convenit etiam medulla panis albi cocta in lacte &

malae

malae tumeſcenti applicata. Saepiſſime tumor oritur circa radicem dentium in gingiva, qui utplurimum ad ſuperationem perducendus, imponitur ficus aſſatae parti dolenti, vel lac tepidum in ore detinetur, ſicque dolor, facta ſuppuratione & evacuata materia, facile ceſſat.

Nonnunquam dolor dentium producitur a vermibus, qui generantur in alveolis dentium, quique corrodunt continuo fibras nerveas, unde etiam dolores continui & valde atroces exoriuntur: generantur autem tales vermes ex ſemine vel ovis foris intrantibus cum cibo & potu, quae ova manent in interſtitiis gingivarum ſeu in ipſa laxiori gingiva, & poſtmodum excluduntur; nam obſervamus vermes nunquam reperiri niſi dentes ſint exeſi, excavati vel carie laborent, ut ova poſſint deferri ad illud ſpatium ſeu cavitatem. Convenit tunc decoctum ſabinae, hyoſcyami, idem praeſtat fumus nicotianae ſi attrahitur. Sin vero dentes ſint excavati, utplurimum confugimus ad eradicationem, quamvis illa non ſit propria curatio odontalgiae; aufertur enim aliquid quod adeſſe debet, quemadmodum amputatio alicujus organi, ex. gr. brachii non eſt legitima curatio gangraenae, ſed per accidens curatur, quia pars removetur, ſic ablato dente quum non adſit in quod acidum vitioſum agat, dolor etiam ceſſat.

Secretum quoddam in odontalgia habet Helmontius, nempe pedem anteriorem buſonis, quo tangitur dens dolens, vel ſub axillis geſtatur vel manibus, quod cuidam civi commendat D.D. Waldſchmidt, qui tamen potius imaginationi, quam ipſi remedio effectum tribuebat. Signa diagnoſtica facile poſſunt cognoſci.

Prognoſis: videtur quidem malum eſſe vile, verum ſaepe vigilias & convulſiones inducere ſolet.

CASVS XL.

De Dentium dolore ploratu ſoluto.

HISTORIA.

NObiliſſimus Dn. Richardus Froreich. Haereditarius Czarny Damerovo, amicus meus ſpecialis, ultra ſemeſtre dentium dolore interpolato & per intervalla recurrente miris modis vexabatur: tentata varia remediorum genera tam interna, quam externa, ſed fruſtra, ſubinde enim recruduit dolor; tandem inter acerbiſſimos cruciatus plorare coepit, adeo effuſe ut ultra horam a fletu ſibi temperare non poſſet. Exinde dolor penitus remiſit, abſque ulla in hunc uſque diem recidiva.

RESOLUTIO.

Factum fuit per *μετάστασιν* ſeri, quod translatum eſt ad glandulas lachrymales; & in magna copia evacuatum.

CASUS XLI.

De inflammatione tonſillarum & gurgulionis laxatione.

HISTORIA.

SErenissimae Reginae Sueciae Conſiliarius Dn. Ioachimus Traſaeus &c. Sedini Pomeranorum ſolemni quodam convivis praeter intentionem Vir alioquin temperantiſſimus, meracioris vini potis inebriatus, poſtero die moleſtiam quandam & dolorem circa radicem linguae ſentiebat, cum ardore, ſiti & quadam deglutitionis & reſpirationis difficultate.

RE-

R E S O L U T I O.

Sanguis ſi nimis ebullit nimis aperit arteriarum poros,unde humores circulantes majori in copia effunduntur in partes praeſertim laxiores, quales ſunt tonſillae & gurgulio; hic affectus a crapula fuit inductus, quia a vino ſanguis fuit valde motus, pori arteriarum valde dilatati, unde lympha fuit effuſa, quae relaxavit gurgulionem, tumoremque tonſillarum produxit. Conveniunt exſiccantia & adſtringentia, unde Auctor noſter recte adhibuit gargariſmum ex repellentibus & adſtringentibus, alii contenti ſunt cereviſia aceſcente pro collutione oris, vel aqua chalybeata,ſi nil ad manus ſit aliud.

Vertici capitis applicatur fermentum cum ſpir. vini. Pulveres etiam adſtringentes adhibentur columellae vel gurgulioni:deſcriptiones habet Fabritius Hildanus.

Suffitus etiam multum praeſtant ex gummi animae & ſuccino.

L I B E R II.

De Morbis medii ventris.

C A S U S I.

De Angina.

H I S T O R I A.

ADmodum Reverendus, generoſus & nobilis Dn. Henning. Epiſcopi Caminenſis Conſiliarius & Canonicus Eccleſiae Collegiatae Colbergenſis, &c. tempore verno, pluvioſo &c. humido dolore faucium & gutturis ſubito prehendebatur cum inſigni reſpirationis difficultate & deglutitionis impedimento, lingua & fauces intus tumere & rubere videbantur, calor etiam aderat praeternaturalis pulſuſque celer & frequens.

R E S O L U T I O.

Illa dividi ſolet in notham & exquiſitam: in illa ſymptomata non ſunt adeo vehementia, non tanta febris, non tantus calor, neque tumor, reſpiratio etiam nō adeo difficilis. in hac vero nempe vera de qua acturi, ſymptomata ſunt graviora.

Definitio: eſt inflammatio muſculorum faucium, cum tumore, rubore & calore febrili.

Adeſt inflammatio muſculorum faucium, nempe in- & externarum, in principio quidem inflammatio & tumor muſculorum externorum non ſemper manifeſte apparet,ſed in ſtatu; ſin muſculi interni magis ſint inflammati,tunc etiam majus periculum & ſymptomata majora ſunt, major adeſt reſpirandi & deglutiendi difficultas. Sin vero externi magis ſunt inflammati, tunc tumor & dolor etiam magis extra percipiuntur, & non ita vergunt verſus interiora: unde Hippocr. ſic loquitur: *angina correpto, ſi tumor in collo appareat bonum: extra enim vertitur morbus*. Cauſſa proxima hujus affectus eſt inflammatio, quam ſequitur febris, reſpiratio,&c. Sed videndum quomodo fiat inflammatio.

Omnis inflammatio fit a ſanguine reſtagnante. Sanguis reſtagnat ſaepe in venis rarius in arteriis:ratio eſt, quia arteriae profundius jacent, quam venae: hinc etiam ſanguis arterioſius non ita expoſitus eſt injuriae aëris ut venoſus, conducit etiam ſtructura; arteriae enim duplici tunica, venae vero unica praeditae i dum

Digitized by Google

itaque arteriolae intumeſcunt, variae egrediuntur partes, & quo plures ſpirituoſiores ſunt qui exeunt, eo facilius reliquus ad cor refluens reſtagnare & in coagulum abire poteſt, inprimis ſi accedat aër frigidus, humidus & pluvioſus.

Sanguis etiam extravaſatur, quando venula aliqua rumpitur, quod fieri poteſt a percuſſione violenta, caſu ab alto, plaga inflicta &c. Si enim plaga infligitur paulo poſt ſanguis ſubter cutem effuſus apparet: ſaepius etiam os frangitur quod vaſa dilacerat; vel etiam ruptio vaſorum fit a plethora: notandum tamen plethora per ſe nunquam poſſe ruptionem vaſorum inducere, quamdiu non accedit cauſſa aliqua externa: ratio quia ſanguis in plethora adhuc juſta naturae leges permeat vaſa omnia, & tamdiu movetur aequaliter in illis, quamdiu ipſi non ponitur obex a cauſſa aliqua: ſin vero accedat frigus aëris externi, tum reſtagnare cogitur & abit in coagulum, unde poſtmodum ruptio vaſis, vel etiam ruptio vaſorum in plethora fieri poteſt, ſi praecedat exercitium corporis vehemens.

Sanguis etiam extravaſari poteſt propter reſtagnationem factam a compreſſione vaſis; nam quando humores circulantes in tubulis reſtagnant, quo minus ex vaſis lymphaticis poſſint repelli verſus interiora, tum in illa parte oritur compreſſio vaſorum a tumidis tubulis, unde ſanguis in motu impeditur, vaſa extenduntur & tandem rumpuntur, unde ſanguis exſtillat; ſiquidem omnes partes ſanguinem conſtituentes ſemper in rapidiſſimo ſunt motu, & continuo perreptant omnes poros & maeandros corporis, quamdiu in motu non impediuntur; ſin vero fiat vaſorum compreſſio, ſtatim oritur lucta: progreſſivus enim ſanguis motus impeditur & inteſtinus augetur; illae partes enim ſanguinis quum deberent progredi ſecundum lineam rectam, propter compreſſionem reſiliunt, in ſe invicem vibrantur, unde vas diſtenditur & poſtmodum ſanguis extravaſatur, & ſic facile concipere poſſumus, quomodo ſanguis propter compreſſionem reſtagnans quoad motum inteſtinum augeatur, ratione vero progreſſivi laedatur; duplex enim motus eſt ſanguinis in corpore; progreſſivus, qui fit a centro ad ſuperficiem & contra, diciturque circularis: alter inteſtinus vocatur, dum quaelibet particula circa centrum ſuum proprium agitatur.

Illud, quod compreſſionem excitat & ſanguinem reſtagnare facit, non ſemper remanet in parte aliqua affecta, ſed ſufficit, ſi per breve ſpatium manſerit; in momento enim motus progreſſivus turbari poteſt & ſanguis extravaſari: ex.gr. ſi alicui colaphus infringitur, licet removeatur manus, tamen paulo poſt ſequitur tumor & inflammatio, qui provenit ex turbatione motus progreſſivi, tum enim partes magis volatiles, & ſpirituoſae egrediuntur per poros, per momentaneam illam concuſſionem relaxatos, unde reliquus ſanguis incraſſeſcit & inflammatur.

Talis vaſorum compreſſio etiam fieri poteſt a pituita ut in noſtro caſu, hinc Auctor noſter inflammatio, rubor & dolor a ſanguine pituitoſo muſculos faucium &c. Notum enim eſt in omnibus corporis partibus reperiri glandulas, quae varias particulas ex ſanguine recipere poſſunt & debent; quaedam enim recipiunt acidas, quaedam ſalſas, quaedam lympham ſcil. aquoſas: jam etiam facile fieri poteſt, ut ab aëre frigido glandulae laedantur (praeſertim circa collum, quae prae aliis injuriae aëris exponuntur) ut lympha contenta abeat in coagulum, & eructetur in partes venoſas, ubi obſtruit, ſanguinem reſtagnare facit, vel illum ſua aciditate coagulat. Unde patet quare quis tam facile anginam incurrere poſſit, ſi vel ſemel expoſuerit corpus aëri frigido: tum enim lympha in glandulis contenta, incraſſeſcit, a qua intumeſcunt, & in partes alias coagulum eructant, ubi ſubinde inflammatio oritur. Facile etiam quis corripi poteſt angina, ſi valde fervidus aſſumat potum nimis frigidum: ubi enim talis fervor & calor ibi copioſa materia aetherea, quae accedentem liquorem frigidum, vel ſaltem plurimas ejus partes ſtatim ſequentes, ad latera impellit & ſumme agitat (qui motus dicitur in-

inflammatio, imo eodem modo materia ſubtilis liquorem frigidum in faucibus agitat, quaſi in ferro candente: ſi enim ferro candenti effunditur aqua, ſtatim rapitur a materia ſubtili ad latera, unde ſtrepitus.

Sed quaer. quare ſanguis extravaſatus tantum calorem ſuſcipiat: videmus enim illum eſſe grumoſum, conſtantem partibus craſſioribus, ergo ineptus eſt ad effervescendum? R. In ſanguine extravaſato quidem ceſſat motus progreſſivus: multae enim partes ſpirituoſiores receſſerunt, ſed inteſtinus augetur; in ſanguine grumoſo pori ſunt valde perverſi & anguſtati, & adeo exiles facti, ut nihil admittant praeter inſenſiles quaſdā partes, partibus primi elemēti ſtipatas. Oritur autem toties effervescentia & calor, quoties materia ſubtilis cum nonnullis terreſtribus in parte ſubſiſtere cogitur, craſſiores enim tunc partes ab illa agitantur, quae facile ſequuntur motum materiae primi elementi: quod etiam materia ſubtilis quum nonnullis terreſtribus ſubtilioribus continuo permeet ſanguinem grumoſum extravaſatum exinde clarum, quia ſanguis putreſcit, illa etiam putredo fieri non poteſt abſque magno aliquo motu licet inſenſibili particularum, quia alium ſitum, figuram, motum & magnitudinem acquirere debent, probatur modo hoc exemplo: nempe, ſi quis radiis ſolaribus per aliquot horas carnem recentem expoſuerit, ſtatim fit putrida; dicet quis partes carnis non moveri, certe putredo aliud ſuadet, quae certe abſque vehementi motu in carne fieri non poteſt, licet motus in ſenſus non incurrat; talem motum etiam in ſanguine extravaſari obſervamus, ut enim fiat putridus & in pus abeat, certe praevia effervescentia partes aliter diſponi debent, quia novus calor etiam producitur. Sic etiam calx viva ex effuſione aquae effervescit, ebullit: ratio quia habet tales poros qui admittant ſolis particulas aquae ſtipatas ſola materia primi elementi, unde talis agitatio & effervescentia in calce.

Quomodo ſanguis extravaſatus abeat in inflammationem excitandam, monſtratur hoc exemplo: in gramine creſcente, vireſcente nunquam fit fermentatio in ſenſus incurrens, quia pori ita adhuc ſunt aperti, ut ſuccus nutricius cum materia ſubtili illos ingredi poſſit. Sin vero gramina abſcindantur, exſiccentur, & in acervum colligantur, tunc pori etiam aliter figurantur & ita coarctantur, quo minus ſuccus nutricius innatans materiae ſubtili poſſit libere influere: dum vero liber motus denegatur, partes in ſe invicem vibrantur, moventur, ut tandem fumus, inflammatio & calor, imo ſaepe aperta flamma in gramine oriatur: ſimiliter fit in ſanguine, in ſtatu naturali enim omnes ſanguinis ſinus adhuc valde ſunt aperti, inflati, pori magis extenſi, ut quaelibet particulae ingredi poſſint; ſin vero ſanguis reſtagnet vel extravaſetur, pori aliter figurantur & coarctantur, ita ut non omnes particulae ingrediantur, ſed ſaltem ſubtiles cum materia ſubtili, atque ita in ſe invicem vibrantur, unde inflammatio.

Dictum fuit quomodo fiat inflāmatio & effervescentia in ſanguine extravaſato.

NB. Ad inflammationem alicujus partis non ſemper requiritur, ut ſanguis extravaſetur, ſed ſufficit ſi modo reſtagnet, ut motus progreſſivus, quo tendit ſanguis in orbem, mutetur in inteſtinum (quod fit facile, ſi ab humoribus circulantibus vas comprimitur, & ille motus inteſtinus tardior eſt, quam progreſſivus, vix enim incurrit in ſenſus) ut fit in inflammatione oculorum, ubi ſine extravaſatione ſanguis inflammatur, unde vaſa turgent & valde rubeſcunt.

Nota ex Malpighio, ſanguinem in corpore noſtro eſſe corpus ſolidum, continuum & extenſum.

Calorem particularem alicujus partis affectae tandem ſequitur calor totius, nempe febris, praeprimis ſi pars inflammata ſit cordi valde vicina, ſic in pleuritide citius occurrit febris ſymptomatica, quam angina ſeu inflammatione pedis: nam in tali inflammatione partis alicujus ſemper halitus ſeu particulae quaedam volatiles communicantur properanti ſanguini verſus cor: ſi igitur tanta in

copia communicantur, ut poſſint turbare miſtionem ſanguinis tunc oritur febris ſymptomatica; ſin vero pars aliqua inflammata longius a corde ſit remota, tunc citra febrim eſſe poteſt, quia in minori copia halitus illi calidi intrant ſanguini; hinc angina eſt vel cum vel ſine febre.

Reſpiratio adeſt difficilis, & deglutitio impeditur: ratio, quia viae ob intumeſcentiam muſculorum ſunt anguſtatae, quo minus aër poſſit libere ingredi, & quia muſculi valde tument, qui debent ingreſſum cibi juvare, non poſſunt libere moveri, unde deglutiendi difficultas.

Angina cognitu facillima, quia adeſt reſpirationis, deglutionis difficultas, &c.

Prognoſis: omnis angina periculoſa & facile ex errore aegrotantis, vel Medici poteſt reddi lethalis; facile enim via claudi poteſt, aeger ſuffocari, imprimis ſi tumor intus recedat, ſine aëre etiam vivere non poſſumus.

Curatio inſtituenda juxta indicationes: (1) ſanguis, quia peccat in motu, eſt evacuandus, ne majori cum impetu ruat ad partem affectam: hinc venae-ſectio in angina tam generoſum remedium; ſecta enim vena in brachio ſanguis magis eo tendit: derivationis gratia ſub lingua fieri poteſt; derivatio enim fit ad partem vicinam, revulſio ad partem remotam: (2) poſtmodum inflammatio indicat, quidem refrigerantia, ſed in hac parte tuto non exhibentur ergo maxima opus eſt cautela in exhibendis externis in angina.

Veteres ſolebant diſtinguere in principium, augmentum & ſtatum: in principio admittebant refrigerantia & repellentia: verum ſi hoc quis vellet tentare, certe magis repelleret ad interna & tumorem internum augeret. Quoad gargariſmos in principio admittimus repellentes, quia repellunt ad alias partes, ſi detinentur in ore. Foris igitur ſtatim reſolventia & diſcutientia applicanda, quae debent eſſe calida, ut poros aperiant, humorem incraſſatum attenuent, ut diſſipari poſſint.

Si haec fruſtra adhibentur, ſuppurantia ſunt praeſcribenda, (quae in principio augent efferveſcentiam) facta ſuppuratione ſanguinis apparet ſub facie alba & dicitur pus.

Quaer. an ſanguis extravaſatus non iterum poſſit reſorberi a venis, ſi emollientia, diſcutientia, & reſolventia exhibeantur? ℞. Diſt. ſunt vaſa, quamprimum ſanguis effuſus eſt e vaſe aliquo, ſtatim oſcula exacte clauduntur & collabuntur, quo modo illa iterum ita dilatari poſſunt, ut ſanguis in vas poſſit recipi. Verum in contrarium afferunt tumores pedum, dicunt, ſi adhibetur purgans, altero mane tumor evanuit: ergo humor fuit abſorptus a vaſis; ſed reſp. fit hoc a vaſis lymphaticis, a quibus in tubulis reſtagnantes humores circulantes recipiuntur, praeprimis ſi per medicamentum obſtructio referetur, quamvis autem hoc fieri poſſit a vaſis lymphaticis tamen non a venis.

Quae pro repellendo praeſcribuntur Auctor noſter habet.

Externa ſub forma cataplaſmatis, plerumque applicantur, quia continuo partes intrant per poros foris intus ſpectantes, quae humorem vitioſum exagitant, unde facile partes volatiles diſſipari poſſunt relicto ſtamine ſanguinis, quod parum mutatum praevia efferveſcentia vocatur pus.

Nocent purgantia: hinc ſtatim ad ſudorifera properandum, ut motus humorum fiat a centro ad ſuperficiem.

Notandum ſemper medicamentis alexipharmaca & bezoardica eſſe addenda: raro enim angina ſine malignitate, imprimis ſi ab aëre fuit inducta, a quo ſaepe acidum peregrinum lympham coagulans communicatur, hinc obſervamus anginam interdum eſſe epidemicam.

Cataplaſma ab Auctore praeſcriptum conſtat ſua laude: poſſunt tamen pro maturatione magis promovenda addi adhuc alia nempe excrementa nonnullorum animalium, ut ſtercus vaccinum, columbinum &c. egregie promovent ſuppurationem.

Chi-

Chirurgus tactu explorata ſuppuratione non ſemper debet expectare ruptionem, ſed ſcalpello apertionem perficiat; ſin ruptio intus fiet, tunc abſtinendum a repellentibus, & gargariſmis, ſed alia locum habent.

Commendatur etiam in angina, ſi filum theriaca in unctum applicatur collo, ſi nempe collum eo cingatur.

CASVS II.

De Peripneumonia.

HISTORIA.

ANNO M. DC. XXXVI. 25. Octobr. ex decreto ampliſſ. Senatus Colbergenſis Officinae Pharmaceuticae viſitationem annuam & ſolemnem praeſentibus Viris Nobiliſſ. & Conſultiſſ. Dn. Felice Braunſchweig Conſule, Dn. Iacobo Hahn & Laurentio Henningio Senatoribus, &c. exordiri a ſimplicium examine coepi, ecce Smaragdus anulo aureo incluſus, quem in digitorum minimo geſtabam, quieſcente & menſae impoſita manu, ſede ſua motus, in medium proſiliit, & prope Pharmacopoeum ordinarium Dn. Laurentium Trederum concidit, paulo poſt dolore gravativo pectoris & anguſtia prehendebatur, ut ab opere coepto deſiſtere & lectum petere cogeretur febricitabat acutiſſime, tuſſiebat ſaepe & ferociter, reſpirabat difficillime & ſummo cum labore erecta cervice & creba anhelatione facies & genae rubore videbantur ſuffuſae, oculi & venae temporum tumidae, ſitis vehemens, vigiliae contumaces, pulſus magnus & languidus. Initio uſque ad quintum pauca quaedam & cruenta exſpuebat, ſexto nihil, ſemptimo moriebatur.

RESOLUTIO.

Peripneumonia & pleuritis pertinent etiam ad inflammationem, & quae dicta jam ſunt de inflammatione pulmonum & pleurae eadem ſunt de peripneumonia & pleuritide, ſimili modo enim fiunt: hinc etiam una eademque curatio peripneum. & pleurit. & recte Helmont. pleur. peripn. una eademque eſt ratio, ſic etiam inflammatio fit in inteſtinis & aliis partibus. Deſcribitur peripneumonia inflammatio pulmonum: omnia ſymptomata ſunt graviora quam in pleuritide; hinc ſtatim in peripneum. adminiſtranda venae-ſectio refrigerantia exhibenda & effervescentiam ſedantia, poſtmodum expectorantia. Agitatur controverſia, num peripneumonia differat a pleuritide? ℞. Pleuritis lethalis ſemper conjuncta eſt cum peripneumonia, quae vero facile curatur nequaquam eſt cum pulmonum inflammatione: in peripneumonia ſymptomata ſunt vehementiora & dolor magis vergit circa thoracem, & tumor: in pleuritide vero dolor magis affligit latus. Si igitur dolor in pleuritide in latere valde eſt auctus, tunc ſine peripneumonia eſt; ſin vero reſpiratio magis ſit laeſa, dolor in pectore tunc degenerat, vel conjuncta eſt cum peripneumonia.

In Peripneumonia & pleuritide febris intenſiſſima: omnis febris dependet a turbata miſtione ſanguinis: quia igitur ſanguis reſtagnat vel extravaſatur in parte valde cordi vicina, ideo plures exhalationes morbificae rapiuntur cum materia ſubtili verſus cor, ibique miſtionem ſanguinis turbat: unde impetuoſa effervescentia & calor febrilis, augetur febris ſi portio puris admiſcetur ſanguini; a pure enim major turba cauſſari poteſt, uti videmus in vulnere vel tumore ad ſuppurationem vergente, oriri febrem, etiam ſi pars longe ſit a corde remota; ibi enim portio quaedam puris humoribus circulantibus admiſcetur, quae ad cor propulſa ibidem valde turbat effervescentiam, unde febres a partibus affectis a corde longe diſſitis.

Dolor vehemens in pleuritide, mitior in peripneumonia: dolor ille cum propul-

pulſatione eſt, in omni enim inflammatione dolor pulſatilis oritur. Quaer. unde? ℞. ab arteria, quia ſanguinis arterioſi motus ſufflaminatur, unde arteriae pulſant: verum ſi pulſatio in illa arteria, quare in morbis frigidis non ſimilis pulſatio in tumore nempe pituitoſo, oedematoſo, ibi etiam arteriae comprimuntur, nec tales tamen pulſationes fiunt, & quum ſaltem in inflammatione ut eryſipel. phlegmonod. pulſationes percipiantur, alia etiam erit cauſſa: dicimus, ergo pulſationem illam oriri a lucta & pugna illa continua partium inter ſeſe ſeu motu inteſtino, dum partes effervеſcentes in ſe invicem vibrantur, ex qua pugna partium oritur pulſatio. Pleuritis oritur a diverſis cauſſis (1) praecedente vehementi exercitio corporis & agitatione ſanguinis imprimis in bilioſis, ubi ſanguis valde acris: nam ſanguis quo vehementius agitatur, eo magis partes conantur a ſe invicem recedere, majuſque ſpatium occupare, unde vaſa valde intumeſcunt, eo ipſo etiam quo arteriae intumeſcunt pori magis dilatantur, ſicque non ſolum partes flexiles & nutriciae egrediuntur pro nutritione, ſed & valde acres in tubulos & muſculos vibrantur; illae quum ſint alius figurae, alius magnitudinis quam tubuli, non poſſunt agglutinari, unde ſaltem tubulis inhaerent, obſtruunt, ut tandem ſequatur inflammatio, & ſi hoc fiat in vena azygos ſeu quae pleurae inſeritur, tunc oritur talis dolor lateris pungitivus, quia partes egreſſae alias flexiles & molliores ſunt valde acres, unde rodunt partes nerveas talemque dolorem pungitivum producunt. Sanguis ille acris non ſolum effunditur in illam membranam pleurae, ſed & muſculos intercoſtales, unde reſpiratio difficilis: in tali dolore enim muſculi rite moveri non poſſunt; partes ejuſmodi acres irritant nervoſas partes tendentes ad pulmones muſculos reſpirationis, irritantque fibras intercoſtales, unde continuum tuſſiendi deſiderium. Haec de biliosa pleuritide.

Pleuritis pituitoſa (pag. 89.) eſt, quando tubuli partium obſtruuntur a pituita, unde vaſa comprimuntur, ſanguiſque reſtagnat & efferveſcit, ſaepe vaſa rumpuntur; ſaepe etiam oritur a cauſſa externa nempe ſubita coagulatione ab aëre (unde vaſa tandem intumeſcunt, rumpuntur, ſanguis effunditur in pleuram, quae coſtas cingit; dolor non eſt adeo acutus in hac pituitoſa pleuritide quam bilioſa, propter aliam figuram partium, quae molliores, leniores ſunt, & non tanto cum impetu in partes ruunt & pungunt) videmus enim illum, qui fervente corpore aſſumat potum frigidum, vel corpus calidum exponat aëri frigido, facilè incurrere pleuritidem propter ſufflamen ſanguinis humorumque circulantium itum & reditum impeditum.

Obſervandum bene eſt, num dolor ille lateris pungitivus magis vergat verſus partes ſuperiores, quam inferiores, propter electionem venae-ſectionis, quae generoſum eſt remedium in tali caſu, & primis ſtatim diebus eſt adminiſtranda: ſi magis verſus partes ſuperiores tendat dolor, tum venae-ſectio in brachio; ſin inferiores & hypochondria, in pede adminiſtranda. Varie diſputatur, quo in latere venae-ſectio ſit inſtituenda, num in latere affecto, vel oppoſito & ſano, ut ſi dolor in latere ſiniſtro, num in brachio dextro & contra. Reſpondemus, electionem illam eſſe vanam & carere omni fundamento, nam vena brachii dextri non longius diſtat a corde, quam etiam vena brachii ſiniſtri, & contra vena brachii ſiniſtri cordi non proprior eſt: levamen tamen nunquam haberi poteſt a vena ſecta, niſi circulatione ſanguinis, ſicque nil refert ſive venae-ſectio fiat in brachio dextro ſeu ſiniſtro: ſin vero ſanguis non circularetur, tum utique delectus venarum eſſet habendus: ſtante igitur circulatione ſanguinis electio haec vana eſt nempe in pleuritide, quum tamen vulgus hoc perſuaſum habeat, locum habere poſſe.

Sin vero dolor magis verſatur circa hypochondria & partes inferiores, tum venae-ſectio in pede inſtituenda, & ſi pleuritis oriatur ex ſuppreſſione menſium, etiam in pede venae-ſectio. Formulae quas tradit Auctor noſter in pleuritide & peripneumonia ſatis ſunt fideles.

Cu-

Digitized by Google

Curatio: in pleuritide pituitoſa magis reſpicimus reſpirationem & expectorationem, unde thoracica praeſcribimus; in biliosa vero primo reſpicimus ad malignitatem, calorem febrilem, hinc adhibentur pulveres bezoardici, antifebriles, & ſaltem circa declinationem expectorantia exhibenda. In pleuride & peripneumonia nunquam tuto acida praeſcribuntur, quia organa reſpirationis afficiuntur: acida enim pectori inimica; hinc Medicus contentus debet eſſe pulver. bezoardicis, praecipitantibus, alkalinis, acidum corrigentibus, ex corall. ſuccino, dente apri, cor cer. &c. quae cum aquis & ſirupis pectoralibus felici cum ſucceſſu exhiberi poſſunt; quid enim magis intendimus quam expectorationem, acida etiam magis coagulant & incraſſant.

CASUS III.

De Phthiſi.

HISTORIA.

Virgo nobilis Barbara Iuliana, Filia generoſi & ſtrenui Dn. Bruno Ottonis Rhanin, capitis doloribus & catarrhis ſubinde obnoxia tuſſi moleſtiſſima & fere continua, ultra ſemeſtre affecta, multum materiae flaveſcentis & purulentae rejiciebat, reſpirabat difficulter, ſudabat ſaepius cũ totius corporis extenuatione & febri lenta, pulſus modo languidi erant, modo celeres, modo duri, modo molles, accedebat tandem & capillorum defluvium, diarrhoea, pedum tumor, aliaque pernicioſa ſymptomata, ultimo mors.

RESOLUTIO.

Eſt affectus pulmonum & ſucceſſive totius corporis. Deſcriptio: eſt conſumtio totius corporis cum febre primo intermittente, poſtmodum continua, hectica (quae poſt aſſumtum cibum augetur) cum tuſſi, reſpiratione difficili & puris ejectione. Dicitur adeſſe puris ejectionem cum tuſſi, & hoc indicium eſt praeceſſiſſe exulcerationem pulmonum: illa exulceratio fit vel a vaſe rupto, quando propter cauſſam aliquam vas in pulmonibus rumpitur, & tunc procedat ſputum cruentum ſeu haemoptyſis, quam ſemper ſolet ſequi phthiſis, probe curetur, undë Hippocrates: *poſt ſanguinis ſputum puris ſputum malum*. Multi quidem haemoptyci curantur, ſed exacte ſervare debent diaetam, & ſex res nonnaturales; vel etiam exulceratio pulmonum fit ab humoribus acribus corrodentibus ad pulmones delatis, hinc praecedit ſaepe catarrhus valde acris, illi humores acres in pulmonibus reſtagnantes cauſſant primo tuſſim, tandem exulcerationem, qua facta oritur puris ſputum. Difficilis adeſt reſpiratio, quia ipſi pulmones afficiuntur, illi ſe habent inſtar follis, qui continuo debent dilatari & iterum ſubſidere: ſi igitur follis accepit plagam, tunc rite ſuo munere fungi nequit, ita etiam pulmones ſi exulcerati ſunt, rite dilatari & ſubſidere non poſſunt. Adeſt febris, & quidem primo intermittens, quia exulceratio nondum adeo eſt profunda, unde exigua puris portio communicatur ſanguini, quae tãtam turbam non poteſt inſtituere, verum creſcente malo & pure aucto, ſanguis magis inquinatur, unde etiam miſtio ejus magis turbatur, ut oriatur febris continua.

Sanguis in phthiſi contraxit intemperiem acrem, quia continuo permeat pulmones purulentos; novus vero accedens chylus in corde cum ſanguine iſto perverſo miſceri nequit, quamvis chylus in ventriculo & inteſtinis rite fuerit elaboratus, unde inaequalis oritur miſtio & pugna propter partium irregularem figuram; ſanguis enim phthiſicorum acris factus non amplius habet tales poros, quos antea habebat, & ideo partes chyloſae cum eo ut antea miſceri nequeunt, unde in tali miſtione ſemper lucta oritur, ſicque calor augetur: & haec eſt ratio,

quod

quod poſt aſſumtum cibum in hecticis & phthiſicis febris ſemper augeatur.

Adeſt conſumtio totius corporis, quia ſanguis ille acris non nutrit, ſed corrodit, fit autem acris a pûre, hinc humores circulantes qui egrediuntur pro praeſtanda nutritione, ſunt acres, & quum debeant fibris apponi potius eas corrodunt, unde conſumtio corporis. Hinc capilli etiam defluunt, quia non accipiunt nutrimentũ legitimum, pori ab humoribus acribus deſtruuntur, unde radices capillorum corroduntur & defluunt. Facta illa fibrarum exeſione & atrophia, licet aſſumant cibũ copioſum, tamen ſuccus nutricius legitime elaboratus aſſimilari nõ poteſt, quamvis ad partes nutriendas deferatur propter poros deſtructos tamen elabitur, & per ambitum corporis effluit: hinc ſudores nocturni & colliquativi in hecticis & phthiſicis ſunt frequentes.

Diarrhoea oritur ex eadem cauſſa; nam pori ſunt deſtructi; propterea quaevis humiditas ab aliis partibus affluere poteſt in abdomen, unde diarrhoeae colliquativae, quae ſaepe aliquot diebus vel ſeptimanis praecedere ſolent obitum phthiſicorum. Tumor pedum: non propter caloris nativi debilitatem ut Auctor noſter, ſed propter impeditam lymphae & humorum circulantium circulationem, & defectum ſpirituum animalium, qui languent in phthiſicis.

Saepius delirant, praeſertim in paroxyſmo febrili.

Sunt valde mutabiles in actionibus & converſatione, quae omnia indicant ſpirituum defectum & tarditatem. Spiritus quum debent concurrere ad partes praeprimis remotas, ut poſſit circulatio ſang. promoveri: hinc ſi deficiunt, reſtagnant humores in tubulis pedum & vaſis lymphaticis, quae tandem rumpuntur & tumor pedum oritur: ex hac cauſſa etiam ſudor nimius & frequens phthiſicorum, quia nempe vaſa lymphatica ſunt o. ſtructa, quo minus circulatio fieri poſſet, & quum ſanguis ſit valde acris parteſque acidae per poros exeant in tubulos, phthiſici conqueruntur de ſudoribus acidis.

Curatio: bene diſtinguenda ſunt tempora in curanda phthiſi; principium nempe, progreſſus & finis: in principio enim longe alia inſtituenda curandi methodus, quam in progreſſu vel fine; in principio enim ſi opus ſit, praeſervationis gratia, & ad praecavenda graviora mala, adhuc locum habere poſſunt purgantia & venae-ſectio; in morbi vero progreſſu abſtinendum plane ab his.

Purgantia tamen in principio adhibenda, debent eſſe mitiora, ut ſirup. roſar. ſolut. vel infuſum laxativum, ad imitationẽ aquae laxativae Manachettae Medici Viennenſis ſequens laxans praeſcrbi poteſt; ℞. *folior. ſenn.* drach. ij. *paſſular. minim.* drach. i ſem. *ſemin. coriandror. ppt.* drach. i. ſem. *liquiritiae* drach. ſem. *crem. tartari* ſcrup. j. inf. per noctem in *aq. ferventiſſima*, mane detur colatura. Medicamentum autem Manachettae valde ſuave eſt etiam Imperatoribus familiare, praeparatur hoc modo ℞. *mannae elect.* unc. i. ſem. vel ij. *ſucci citri* ad gratiam, *Crem. tartari* drach. j. loco citri ſucci poteſt *ſpir. vitrioli Martis*; aquae acidae SWalbac. vel Denſtein, vel ſumatur aqua fontana, & addatur *ſpir. vitrioli Martis*, vel *ſuccus citri* ad gratam aciditatem, ſolvantur ſuper aq. clarific., albumine ovi, filtrentur per chartam emporeticam, cui odor & guſtus ſuavis concilietur flavedine recentium cortic. citri, fit potio valde clara, quae redolet poma citri quoad colorem ſaporemque gratiſſima; detur vel calida vel frigida.

In morbi progreſſu (ubi exulare debent venae-ſectio & purgantia) reſpicimus acrimoniam ſang. & humorum, quum tuſſis & exſcreatio non adeo urgent, locum habent tum opiata de cynogloſſa, theriaca coeleſti, opio ppato, tinct. opii: obſervandum, illa opiata non convenire in progreſſu morbi, ſi nempe tuſſis & exſcreatio valde urgeat, ut dictum, ne ſuffocationis metum incurrat aeger, reſpiratioque reddatur difficilior, neque exſcreatio impediatur.

Conveniunt fontanellae in principio & progreſſu morbi, nunquam vero ſi ad extrema deductus affectus, Recentiores dicunt fontanellas eſſe nullius uſus, quum

per

Digitized by Google

per illas nihil effluat, quam chyloſus ſuccus ſub forma puris quod effluit ; neque locum poſſe habere derivationem vel revulſionem hoc in loco, quia ſanguis & humores circulantes ad omnes partes aequaliter diſtribuerentur ; ſic ſanguis ſeu humor catarrhalis miſſus ad caput non poteſt educi ex brachio ; & ſi ipſius objicitur effectus, dum multi aperto fonticulo bene ſe habuere, occluſo vel moleſtiam ſenſere (ut opothalm. dolor. capit. tumores, catarrhos &c.) Reſpondent, poſſe hoc provenire quatenus pori deſtruuntur vel aliter figurantur, quo minus humores catarrhos &c.) ℞. poſſe hoc provenire quatenus pori deſtruuntur vel aliter figurantur, quo minus humores circulantes per illas partes libere poſſint trajici, non vero quod tantum uſum praeſtiterint fonticuli aperti &c.

Ad phthiſin confirmatam vocatus Medicus reſpicit pulmones & totum corpus, pulmones quando ſunt exulcerati, ubi ulcus mundificandum, abſtergendum & conſolidandum : totum corpus, nempe acrimoniam ſang. qui temperandus, conſumtio & atrophia impedienda & reſtauranda.

Quoad priores intentiones ſolent praeſcribi varia expectorantia, rariſſime ad conſolidantia pervenimus, quum morbus ſit incurabilis ; abſtergentia debent eſſe dulcia (quia pectus non fert acria) in forma ſirupi, eclegmatis, rotular. electuar. pulveris &c. Ut autem uno medicamento ſatisfaciamus, pluribus indicationibus ſolemus praeſcribere longa decocta vel deſtillata ; in phthiſi enim medicamenta ſunt praeſcribenda ad longum tempus (ut in melancholia) alias aegri facile deſerunt Medicum & ad alium confugiunt : hinc praeſcribuntur deſtillata antiphthiſica ad aliquot menſes, vel decocta. D. D. Waldſchmidt commendat deſtillatum ab Auctore praeſcriptum; pag. 87. Auctor noſter habet eclegma ex ſuccis ut ℞. *ſucci ſymphyt. major. veron. portulac. roſar. rubrar. ſalv. hed. terr. pulm. aur. pimpinell. &c.*

Nota : ex his ſuccis poteſt fieri deſtillatum ut ℞. *ſucc. ſymphyt.* lib. i. ſem. *veron. portulac. roſar. rubr. &c.* āā. lib. ſem. fiat deſtillatum per vaſa vitrea.

Pro reſtauranda conſumtione varia etiam a Medicis praeſcribuntur ; deſcriptiones juſculorum reſtaurantium, reſtaurantis gelatinae, videri poſſunt apud Zwoelfferum.

Verum plerumque omnia ſunt fruſtranea in phthiſi confirmata, & nulla ſpes ſupereſt niſi in lacte, quod phthiſicorum ſolatium eſt ; hinc tandem confugimus ad curam lactis : lac enim ſatisfacit pluribus indicationibus ; ſeroſa pars abſtergit ulcus : pars caſeoſa conſolidat : butyroſa nutrit & reſtaurat totum corpus : verum non omnes norunt uſum & methodum utendi : antequam igitur ſuadeamus uſum lactis quaedam cautelae proponendae : (1) uſum lactis impedit acidum vitioſum in quacunque ſit parte, quia acidum ſtatim lac coagulat & ita ejus vires impedit, in phthiſi etiam acidum abundat : ubi enim ulcus ibi acidum vitioſum. Verum ℞. debemus diſtinguere inter partes, ad quas lac primo pervenit, & illas ad quas ſero ; quia igitur pulmones ſunt pars remota, & licet in illis acidum vitioſum ſit, tamen coagulatio non ita metuenda : ſin vero acidum vitioſum haereat in primis viis praeprimis ventriculi, tunc cautius procedendum : (2) ſi adſit febris putrida, tunc etiam abſtinendum ab uſu lactis, quia abit in putrilaginem : (3) nocet etiam lac, ſi diarrhoea adſit ex cruditate ventriculi. Haec conſideranda ſunt antequam Medicus ſuadeat uſum lactis ; ſin vero nullum horum adſit, concedimus uſum lactis.

Proponimus etiam vel lac aſininum vel vaccinum, vel ovillum, vel caprinum vel muliebre : in primo ordine eſt lac vaccinum, quod, quia eſt familiare, etiam abſque nauſea aſſumitur : ſecundo praeſtantius eſt lac aſininum, hoc vero praeſtantius caprinum, & quarto omnibus praeferendum lac muliebre. Quodcunque lac eligatur a Medico, ratio haberi debet aegrotantis & animalis, quod lac reddidit : ſi lac vaccinum vel aſininum eligatur, hyeme paſcendum erit animal

optimo foeno probe exſiccato (nunquam acido) multis floribus & optimis herbis referto, quotidie iſtud animal debet purgari a ſcordib. cutis pectine fricari debet, ut legitima circulatio ſang. ſervetur, vacca ſit coloris rubicundi, nequaquam praegnans neque vetula.

Si lac muliebre, ratio eſt habenda nutricis, quae abſtinere debet a vino & omnibus cibis acidis, menſes nequaquam debent fluere, nec diarrhoea debet adeſſet, neque alvi conſtipatio, ſed quamprimum horum unum affligit, ſtatim convenientibus remediis ſuccurrendum.

Nunc videndum quid obſervandum circa uſum lactis reſpectu ipſius aegrotantis.

Quoad lac vaccinum, totum negocium conſiſtit in vera abſtinentia aegrotantis ab aliis cibis & potu: ſi enim uſus lactis non reſpondeat voto, cauſſa ſemper redundabit in errorem diaetae, alias raro fallit cura lactis; hoc modo igitur procedendum. ſingulis horis matutinis circa horam ſextam vel ſeptimã alacri animo debet aſſumi lac vaccinum ab unc. iv. aſcendendo ſemper unciis duabus ad lib. ij. ſi metuamus coagulationem, addendum parum ſacchari, lac debet aſſumi prout redditur a vacca, hoc eſt tepide, ad minimum 3. vel 5. horae debent intercedere donec altera vice ſumatur vel tertia vel quarta vice, hinc circa horam undecimam ſecunda vice ſumatur, circa horam tertiam vel quartam pomeridianam tertia vice, & circa horam ſeptimam veſpertinam ultima vice, & tali methodo lac exhiberi ſolet phthiſicis, podagricis, hecticis, arthriticis aliiſque.

Circa uſum lactis muliebris multa etiam notatu digna veniunt obſervanda, quum omnis ſubita mutatio in foro medico ſit periculoſa: ideo non ſtatim debemus interdicere omni cibo & potu, ſed primis diebus ſaltem horis matutinis lac ex uberibus ſugere debet aegrotans ad mediocritatem ſatietatis: circa hora duodecimam commendatur prandium aliquod frugale, ubi abſtinendum ab omnibus cibis acidis vel acido conditis, ita ut ne poma citri, quibus alias condiri ſolent frequenter cibi Principum, ſumantur; nec etiam multa liquida ſumantur ne promoveatur alvi fluxus: potius conveniunt cibi aſſati. Quoad potum ceu peſtis fugiendum vinum propter acidum, concedi poteſt in prandio decoctum chinae: ſed quum illud plerumque reſpuant & aliud potus genus appetant, poteſt ſubſtitui cerevifia tritica, propter mitius acidum quod ineſt huic: majus autem & potentius acidum ineſt cereviſiae, quod probari poteſt ex deſtillatione; ſi enim cerevifia praeſertim pinguior, deſtillatur, elicitur ſpiritus inſtar aquae ardentis, vel ſpir. vini: ex altero autem liquore per deſtillationem paucum vel nullum acidum elici poterit. Circa hor. quartam vel quintam pomeridianam lac iterum ſugendum ad ſatietatem, veſperi abſtinendum a coena, quod ſi fames vel potius ſitis phthiſicis familiaris urgeat, circa horam octavam veſpertinam liquor nectareus antea nominatus iterum exhiberi poterit.

Medicus valde cautus & ſedulus eſſe, & ſemper intereſſe debet ſuctioni, prandio & coenae, ſaepiuſque aegrotum inviſere, quia alias facile error comitti poteſt, ut Medicus decipiatur & aeger. Singulis horis matutinis urinam examinare debet, ſi illa appareat cocta ſine copioſo ſedimento, non valde tincta nec nimis aquoſa, tunc res bene cedit; debet etiam quotidie inquirere num alvus aperta, & faeces inſpicere, ſi illae ſint crudae valde foetidae, copioſae, tunc ventriculus nequaquam fungitur ſuo munere; ſin vero bene ſint coctae rite coloratae, tunc Medicus audacter jubet pergere in cura lactis.

Debet etiam conſiderare ſitis conditionem num urgeat; non datur laudabilius ſignum in lactis cura, quam ſi ſitis quae in principio vehemens erat, ſenſim mitigetur a lacte, tunc enim Medicus ſpem concipere poteſt de optimo ſucceſſu & optato eventu; verum ſi multi flatus obſerventur, murmura audiantur, ſi conquerantur de dolore ventris, nauſea, vomitus ſuperveniat, febris augeatur, capi-

tis

tis dolor exacerbetur, tunc ſtatim occurrendum illis ſymptomatibus, vel ſi non poſſit abſtinendum a cura lactis, ne culpa devolvatur in Medicum.

Continuato uſu lactis tali methodo per ſeptimanam, Medicus aegrotantem interrogare debet, num velit & poſſit abſtinere a prandio & lac ſubſtituere, commodum etiam ipſi proponat, quod inde expectandum ſit, quo eo facilius perſuaderi poſſit. Si annuat aegrotans, tum loco prandii etiam lac ſugi debet, ita ut mane hora ſexta prima vice, hor. duodecima altera vice &c. Et ſi res bene cedit, tunc non ſufficit una nutrix, ſed duae ſunt conducendae, quo largius nutrimentum ſuppeditetur.

Continuari debet uſus lactis ad minimum ad tres menſes, & poſtmodum circa finem ut cura per gradus fuit inchoata, ſic ſenſim erit abbrevianda, ita ut aeger loco ſuctionis circa meridiem aſſumat iterum prandium, mane & veſperi vero adhuc lac bibat, tandem horis veſpertinis iterum ſubſtituatur coena, & ſolummodo horis matutinis ſumatur adhuc lac per aliquot dies, & tandem plane abſtinere debet.

Si deſideretur victus ratio in cura lactis, omnia illa admitti poſſunt, quae ab Auctore noſtro p. 87. praeſcribuntur; ut carnes pullorum &c. Ex piſcibus lucios, percas, muraenas, &c. quamvis piſces rariores ſint uſus.

Ex teſtaceis cancros, modo ventriculus bene concoquat, nec aeger inde moleſtiam percipiat.

CASVS IV.

De Pleuritide cum febri maligna & gangraena brachii.

HISTORIA.

Anno M. DC. XXVII. Menſe Ian. Nobiliſſimus Dn. Paulus Damitz, juvenis viginti ſeptem circiter annorum, febri acuta correptus, vehementiſſimos lateris ſiniſtri dolores & punctiones patiebatur, cum tuſſi ſicca & inſigni praecordiorum anguſtia, vigeſimo morbi die ſupervenit gangraena brachii, & paulo poſt mors.

RESOLUTIO.

Eſt caſus qui movet admirationem: nemo enim reddere poteſt rationem, quomodo gangraena tam ſubito fuerit inducta, eſt enim morbus ſerpens, qui creſcit eundo, in hoc caſu vero ſubito exoritur: ut etiam vera cauſſa dari poſſit circumſtantiae debent eſſe cognitae: (1) num illud ipſum brachium gangraena fuerit correptum, in quo vena fuerit ſecta; ſi enim in tali brachio, facile quis conjecturabit errorem fuiſſe ingentem commiſſum a Chirurgo, vel enim inſtrumentum veneno fuerit infectum, vel loco venae arteria fuerit inciſa, vel vena plane fuerit perforata, unde etiam gangraena oriri poteſt: (2) deſiderarem ſcire, num aeger conqueſtus fuerit de dolore brachii poſt venae-ſectionem; ſi enim hoc, certe cauſſa gangraenae fuerit venae-ſectio male adminiſtrata; &c.

Nihilominus tamen quum exempla teſtentur gangraenam etiam ex improviſo fuiſſe exortam, videndum num fieri poſſit.

Hoeferus in tractatu qui Hercules Medicus inſcribitur, refert, quendam noctu placide dormiviſſe & pedem ſalcem produxiſſe, expergefactus & ſenſus ablatus & motus in pede quam protruſerat, & ſtatim ſupervenit gangraena lethalis. Auctor iſtius gangraenae cauſſam adſcribit compreſſioni pedis & frigido aëri ambienti, dicit nervos in pede fuiſſe compreſſos, quo minus ſpiritus influere potuerint, & circulationem ſanguinis conſervare, hinc ſanguinem reſtagnantem fuiſſe corruptum, & tandem ablatam vitam.

In hoc caſu malignitas praeceſſit: ergo ſanguis fuit cauſticus & corroſivus, non ta-

tamen fuit ſtatim exorta gangraena, quia ſanguis ille acris adhuc fuit circulatus, & moram in aliqua parte trahere non potuit: Verum tamen poſtmodum acceſſit paralyſis brachii particularis ſeu ſtupor brachii, ſpirituum influxus fuit denegatus, unde ſanguis corroſivus & humores circulantes acres in brachio reſtagnantes dilacerarunt & diſcerpſerunt fibras, & ita gangraenam ſeu partium mortificationem produxerunt; gangraena enim nihil aliud eſt, quam deſtructio pororum & diſcerptio fibrarum, & quamprimum illa pars gangraena fuerit infecta, exponitur aëri, qui cum variis effluviis permeat, tunc putredo inducitur, quae tamdiu impeditur, quamdiu corpus ab aëre bene munitur.

Et haec cauſſa eſt quare ſaepe poſt febrem malignam ſic in aliqua parte gangraena inducatur, propter translationem humorum acrium ad illam: ſic exempla teſtantur ſaepe poſt febrem malignam humores acres fuiſſe translatos ad nates, ubi ſumma putrefactio fuit exorta, ut magna pars a parte ſana fuerit ſeparata; fuit gangraena portionis in illa parte.

C A S U S V.

De Pleuritide graviſſima cum vigiliis.

H I S T O R I A.

ANno M. DC. LVI. die Octobris mane inter horam octavam & nonam Coniux mea Judith Cundenreich. rigore totius corporis, mox calore intenſiſſimo & inſigni praecordiorum anguſtia prehendebatur ſub noctem ſupervenere dolores pungitivi lateris dextri cum tuſſi ſicca & reſpiratione difficili, pulſu duro, parvo & frequenti.

R E S O L U T I O.

In hoc caſu Auctor noſter non auſus fuit exhibere opiatum per os, ſed ſaltem naribus obtulit: dicit enim laudanum opiatum ſuſpectum, &c. naribus tamen granum unum atque alterum &c. Verum majus eſt periculum ſi naribus offertur quam ſi aſſumitur, quia ſic immediate narcotica effluvia ſpiritibus animalibus communicantur: ſin vero aſſumatur aliquo modo corrigi poteſt vis narcotica a menſtruo ſeu fermento ventriculi &c.

C A S V S VI.

De Aſthmate pituitoſo.

H I S T O R I A.

DN. Ioachimus Woperswow, Equitum Magiſter ſexaginta circiter annorum temperamenti frigidi & humidi, per intervalla frequenti, denſa & anheloſa reſpiratione, ſine febri at cum ſonitu & tuſſi afficiebatur, ut etiam erecta cervice praeſertim noctu aërem laborioſiſſime & cum ſuffocationis metu haurire cogeretur, interdum aliquid materiae viſcidae & pituitoſae rejiciebat ingenti quidem conatu, ſed aliquali cum allevatione recrudeſcente tamen ſubinde malo.

R E S O L U T I O.

Aſthma eſt reſpiratio difficilis, crebra, velox, nunc cum febre, nunc ſine febre, nunc cum ſonitu & ſtrepitu, nunc ſine ſonitu.

Phaenomena ſatis ſunt manifeſta, reſpiratio difficilis, ſonitus &c. Quaer. unde?

Nota: ſtatim notandus eſt error veterum, qui aſthmatis cauſſam quaerunt in thorace nempe pulmonibus ſemper, quum nequaquam, ibi ſit, ſed in ventriculo

vel

vel muſculis intercoſtalibus; quae ſedes probe ſunt diſtinguendae; aliud enim aſthma eſt ſtomachicum ſeu hypochondriacum, aliud eſt aſthma pectorale, diverſas etiam admittunt curas.

De aſthmate pectorali: ſi ſit cum ſtrepitu, ſonitu, Medici accuſant obſtructionem bronchiorum & cellularum pulmonum a pituita viſcida, craſſa, glutinoſa; verum ſonitus non ſemper oritur a viſcida illa materia in pulmonibus haerente, ſed a limpha reddita a membrana pituitaria in iſthmo faucium; haec enim ſi ab aëre permeante agitatur, talis ſonitus producitur & in ſpumam abit; hinc talis ſonitus non eſt certum ſignum aſthmatis pectoralis, quia etiam in aſthmate ſtomachico hypochondr. percipitur.

Aſthma eſt duplex continuum & periodicum; hinc etiam curatio duplex eſt: ſi ſit periodicum, tunc alia curatio eſt in ipſo paroxyſmo, alia extra parox. In ipſo paroxyſmo conveniunt quae materiam revellant & in aſpera arteria haerentem expellant. Extra paroxyſmum conveniunt quae cauſſam morbificam reſolvant, attenuent, ejiciant per diuretica, diaphoretica &c. ut malum mitigetur per venae-ſectionem.

Quaer. de vomitoriis num conveniant in aſthmate? ℞. Diſtinguendae ſunt cauſſae: ſi enim aſthma ſit ab abſceſſu pulmonum ſeu a pure in pulmonibus collecto: (2) ſi vaſa ſint valde debilia in pulmonibus, ita ut metuenda eſt ruptura, tunc abſtinendum a vomitoriis. Sin vero aſthma ſit ab humore pituitoſo glutinoſo, bronchia & cellulas pulmonum obſtruente; vel ſi ſit aſthma ſtomachale, ut cauſſa haereat in hypochondriis vel ventriculo, tunc felici cum ſucceſſu vomitoria exhiberi poſſunt.

Verum poſſit quis inſtantiam movere hoc modo: ſi aſthma oritur ab humore pituitoſo glutinoſo cellulas pulmonum obſtruente, quomodo iſte humor glutinoſus beneficio vomitorii poſſit rejici per aſperam arteriam; praeſertim ſi pulmones ſint integri membrana ſua cincti, videtur hoc impoſſibile. Verum ℞. quamvis per aſperam arteriam humor ille tenax per vomitorium non eliminetur, tamen per illam concuſſionem, partium vellicationem, quae in vomitu fit, efficitur, ut humor ille tenax e tubulis pulmonum & aliis partibus abradatur, ejiciatur, fluxilis reddatur, ut ita cum ſanguine ſeu humoribus circulantibus iterum miſceri & per vaſa lymphalica ad cor deduci poſſit (ubi corrigitur iterum & praeparatur) vel ad ignobiliorem partem deponi.

Poſt vomitorium praeparantia & attenuantia exhibenda, nempe talia quae, alias in omnibus morbis ab humore pituitoſo & frigido ortis exhiberi ſolent, de quibus ſaepius in praecedentibus dictum, quod debeant eſſe talia, quae conſtant partibus duris, rigidis, quo magis penetrent tubulos & maeandros partium.

(2) Debent eſſe volatilia, aromatica, &c. oleoſa.

In ipſo paroxyſmo omnibus palmam eripit ſperma ceti, quod egregium eſt & raro fallit nempe in aſthmate pituitoſo, ubi in momento reſpiratio redditur liberior ab hoc remedio, exhibetur autem ſcrup. j. ad drach. ſem. vel drach. j. non poteſt autem convenientius exhiberi, quam in cereviſia calida vel juſculo calido quia cum aquis, ſirupis & aliis miſceri nequit; liquor autem debet eſſe valde calidus, alias ſtatim coagulatur, in calido vero liquore liqueſcit inſtar butyri. Quum vero ſit medicamentum etiam in vulgus notum & mulierculae ſaepius puerperis exhiberi ſoleant, ne agnoſcatur ab adſtantibus, tingi poteſt ut alium nanciſcatur colorem, vel poteſt miſceri cum butyro cancrino, butyro recenti domeſtico & in cereviſia calida exhiberi; ut ℞. *butyri cancrini* unc. j. *ſperm. ceti* drach. j. miſ. (ſi enim medicamentum ab adſtantibus cognoſcitur tantae vires ei non tribuuntur) Vocatur ſperma ceti, quia multi putant rejici a piſcibus grandioribus ut cete; verum recentiores rectius ſtatuunt eſſe pinguedinem quandam collectam in ſuperficie maris, & inter mineralia referunt, (ſatis eſt pretioſum.)

Alte-

Alterum medicamentum aſthmaticum quod commendatur ab Auctore noſtro eſt potiuncula ex gummi ammoniaco, quod ſolvitur cum vino, nam cum aquis deſtillatis ſimpl. ſolvi nequit, ſed ſolvendum ſpiritibus, vel vino lento igne ſuper carbone, & tunc fit liquor lacteus & albus. Eſt quidem optimum medicamentum ſed facile nauſeam movet, quia ingrati eſt ſaporis.

Ad haec referri poteſt balſamus ſulphuris aniſatus, eſt egregium aſthmaticum ſi nempe ſit ab humore glutinoſo viſcido pulmones obſtruente, exhibetur ad gutt. vij. in juſculo vel cereviſia calida, non poteſt miſceri cum aquis niſi addatur ſaccharum.

CASUS VII.

De Aſthmate ſeroſo.

HISTORIA.

DN. Adamus Georgius a Damitz, Haereditarius in Dumbzin &c. quinquaginta circiter annorum facie pallidus & ſubtumidus, difficili frequentique reſpiratione ſaepiſſimae & ſubito infeſtebatur, cum inſigni praecordiorum anguſtia, eructationibus & flatu. Accedebat interdum urinarum difficultas, tandem & pedum tumor.

RESOLUTIO.

Ab aliis etiam recte vocatur aſthma ſiccum, quia nihil exſcreatur & excernitur in hoc aſthmate: hinc recte Auctor noſter praeſcripſit primo hydragoga, poſtmodum felici cum ſucceſſu diuretica (quae certe multum conducunt in hoc affectu,) ut tinctura caſſ. lign. aqua lign. ſaſſafr. cum croc. cortic. ſaſſafr. &c. haec enim ſtomachica ſunt diuretica; & certe ſi ingenue explicare velimus, dicendum, hoc aſthma deſcriptum in hoc caſu fuiſſe flatulentum, ut in affectu hypochondriaco. Alia adhuc aſthmatis eſt ſpecies, & vocatur aſthma convulſivum, Helmont. vocat caducum pulmonum: oritur propter vellicationem nervorum pulmonum: fibrae enim nerveae vellicantur & ſpaſmodice contrahuntur, unde reſpiratio difficilis, egregie hic affectus depingitur a Williſio.

In caduco hoc pulmonum raro feliciter ſuccedunt purgantia; feliciſſime vero opiata mitigantia furorem ſpirituum, & antiſcorbutica, his enim tota curatio abſolvitur. Vid. Williſium & Dolaeum.

CASUS VIII.

De Tuſſi humida cum raucedine

HISTORIA.

REverendus Dominus, M. Ioachimus Plenius Archidiaconus Colbergenſis & Miniſterii Senior, Compater meus, & Confeſſionarius honorandus capitis defluxionibus ſubinde obnoxius vehementer tuſſiebat cum rejectione materiae viſcidae & pituitoſae, accedebat vocis raucedo & ſpirandi difficultas, adeo ut muneribus eccleſiaſticis non ſine moleſtia defungeretur.

RESOLUTIO.

Quamprimum organa reſpirationis irritantur a moleſto aliquo, ſtatim oritur tuſſis, hoc eſt conatus aliquis quid excernendi ex pulmonibus & aſpera arteria; ut plurimum tamen in tuſſi continua irritantur muſculi hypochondriorum reſpirationem juvantes, nequaquam vero pulmones, qui tali ſenſu exquiſito non ſunt praediti: hinc in exſpiratione ita interruptis vicibus cum aëre humor excer-

Digitized by Google

cernitur. Conjuncta fuit raucedo, quia tuſſis humida oritur a copia lymphae ejuſque vitioſa qualitate, lympha ſaepe copioſe exſtillat in aſperam arteriam, ſicque omnis ſonus perit & oritur raucedo, nam propter nimiam humectationem aſperae arteriae fit raucedo: videmus hoc in fiſtulis, quales pueri conficiunt ex ſalicibus, imo quaevis fiſtula ſi nimium humectetur perdit ſonum: lympha iſta ſi eſt acris, oritur tuſſis. Exemplum proponitur in Concionatore, qui a medicamentis ab Auctore noſtro praeſcriptis etiam bene habuit.

Condronchius Medicus antiquus in tract. de vitiis vocis & ſermonis, proponit duo remedia arcana quaſi in tuſſi, quae Concionatoribus contra raucedinem valde commendat; primum hoc eſt? ℞. *hordei, paſſular. minim.* āā. unc. j. *radic. liquiris* drach. ij. ſem. *braſſicae* unc. ij. *herb. hyſſop. centaur. min.* āā. m. j. *caricarum pinguium*, vj. coquantur in ſ. q. aquae commun. pro qualibet doſi addatur *mellis diſpumati* unc. j. hoc praeſcriptum fuit paralytico tuſſi affecto ſimul.

Alterum electuarium eſt, ut ℞. *ſucci braſſic.* unc. ij. *mellis* q. ſ. ad conſiſtentiam, coquantur ad electuarium.

In tuſſi ſicca medicamenta, attenuantia, qualia ſunt aromatica, ubi etiam praeſcribi poteſt balſamus ſulph. aniſatus.

Frequentiſſime gravidae laborant tuſſi, ubi vulgaria thoracica alias uſitata nil proſunt, nec tuto exhibentur, hoc in ſtatu, in tali tuſſi gravidarum pro arcano cōmendat D.D. waldſchmidt pilulas de ſtyrace ſine laudano pectorali, deſcriptionem habet Schroder. cap. de pilulis, & ſi bis vel ter gravida ſumſerit veſperi ante cubitum, tuſſis ceſſat, quia eſt tuſſis irritativa & convulſiva, ſed videndum ne Pharmacopaeus ſumat pilulas de laudano opiato: ita praeſcribuntur. ℞. *maſſae pilular. de ſtyrace ſine laudano pectorali* ſcrup. j. f. pilulae parvae, ante cubitum doſis alias eſt ſcrup. ſem. vid. Schroder. p. 246.

CASUS IX.

De Haemoptyſi.

HISTORIA.

G*Eneroſus & nobiliſſimus Dn. Franciſcus a Zaſtrow, haereditarius &c. Urgente Sereniſſimo quodam Imperii Principe, vini generoſioris potu inebriatus, poſtero die, levi tuſſicula vexabatur: mox ſanguineum floridum & ſpumoſum conſertim per os rejiciebat ſine difficultate & dolore, niſi quod extra illam excretionem ſenſum quendam gravitatis in pectore perciperet.*

RESOLUTIO.

Eſt ſpecies haemorrhagiae dum ſanguis cum ſputo rejicitur: ergo videndum ex qua parte ſanguis proveniat, ſi praeceſſit clamor, vociferatio, lapſus ab alto, ponderis elevatio, indicium eſt vas eſſe ruptum in pulmonibus, quia facile per talem vociferationem & motum vas aliquod rumpi poteſt in pulmonibus, ut ſanguis ita copioſe egrediatur. Sin vero cauſſae illae non praeceſſerint, & tamen ſputum cruentum oritur, tunc ex copia ſanguinis rejecti colligi poteſt unde proveniat; ſi ſang. per tuſſim rejicitur in parva quantitate forſan venula eſt laeſa in faucibus vel aſpera arteria, & tunc etiam tuſſis oriri poteſt, quamvis rejiciatur e pulmonibus; ſi ſit grumoſus, indicium eſt a capite illum convenire.

Proponitur in praeſenti hiſtoria haemoptyſis per ἀναστόμωσιν, quatenus orificia vaſorum propter nimiam ſanguinis a vino accenſionem plus juſto fuerunt aperta & dilatata, ut ſanguis cum impetu fuerit rejectus; ſi ſanguis ſit valde purpureus, floridus, indicium eſt illum provenire ex arteria, ſin magis ad nigredinem vergat, ex vena.

Sae-

Digitized by Google

Saepius etiam hoc malum oritur a ſanguinis reſtagnatione, propter aërem frigidum vel potum frigidum; hinc facile multi fiunt haemoptyci, ſi corpus aëri frigido exponant: omnia enim frigida pectori inimica.

Poteſt etiam oriri a ſanguinis acrimonia, quia corrodit vaſa: hinc in ſuppreſſione menſium nihil frequentius quam haemoptyſis.

Curatio eſt maturanda: eſt enim malum periculoſum, quod vel cito jugulat aegrotum, vel niſi probe omnes circumſtantiae obſerventur, facile degenerat in phthiſin: hinc Hipp. *poſt ſputum ſanguin.&c.*

Si igitur Medicus vocatur, ſtatim venae-ſectionem praecipere debet in brachio, ſi nempe a clamoribus, lapſu, ponderis elevatione, &c. Sin vero a ſuppreſſione haemorrhoidum ſeu menſium, tunc venae-ſectio in pede inſtituenda: poſtmodum ſanguinis ſputum cohibentia exibenda, inter quae praecipua ſunt, portulaca, plantago, haedera terreſtris, ex his plerumque praeparantur; hinc ſumi poteſt vel ſuccus portul. vel ſuccus plantag. &c. vel ex illis decoctum fieri poteſt; vel ſumatur aqua portul. plantag. haeder. terreſtris, & addatur ſirupus de portulaca, de qua miſtura ſingulis horis aliquot cochlearia ſumi poſſunt; ſi ſanguinis fluxus fuit cohibitus, videndum ut ſanguinis reliquiae ſeu grumi reſolvantur; ſi forſan portio quaedam adhuc haereat in pulmonibus & aliis partibus, quia alias contrahit maximam acredinem, corrodit, unde phthiſis, talia ſunt ſanguinem coagulatum reſolventia, corall.(& acidum deſtruentia;) ocul.canc.rhab.&c.

Compendioſa curatio quae ſemper reſpondet voto, fit duobus medicamentis: primum eſt decoctum contra haemoptyſin & omnes fluxus ſanguinis quod Auctor noſter in ſylva medicamentorum communicavit pag.410. in offic. cujus decocti ter de die unc. *iv.* ſumantur vel ſingulis horis matutinis.

Alterum eſt electuarium quod etiam Auctor noſter habet ex conſerv.roſarum, &c. egregium eſt, poteſt ſumi ter de die ad nucis moſchat. vel caſtan. magnitudinem, & ſemper ſuperbibi poteſt decoctum; his multi haemoptyci curati ſint.

Semen hyoſcyami commendatur ab Heurnio in notis ad aphoriſm. Hippocrat. ſed cave ne in nimia doſi hoc narcoticum praeſcribatur.

C A S V S X.

De Cordis palpitatione.

H I S T O R I A.

SErenisſima Princeps ac Domina Dn. Eliſabetha, Bogislai XIV. ultimi Pomeranorum ex ſtirpe Gryphia Ducis, Vidua, quoticſcunque per excandeſcentiam animo commovebatur, illico facies alias pallida; rubore ſuffundi, corpus incaleſcere, arteriae inaequaliter & inordinate moveri, ipſaque cordis regio quaſi contremiſcere & palpitare videbatur.

Ingruebant autem haec omnia ſubito & pedetentim modo citius modo tardius remittebant.

R E S O L U T I O.

Nihil aliud eſt quam motus convulſivus cordis, cujus fibrae vellicantur & ſpaſmodice contrahuntur.

Oritur potiſſimum a ſanguinis viſciditate, qui ſanguis viſcidus in rarefactione ſua majus ſpatium occupat, unde cordis parietes valde dilatantur, unde pori in cerebro magis aperiuntur ut ſpiritus copioſius, impetuoſiuſque influant.

Saepe oritur ab ira, ubi etiam alias ſtatim tremorem in artubus, manibus obſervamus. Conveniunt cordialia frigida, aqua cordialis temperata, commendantur etiam medicamenta antiepileptica, &c. Inter alia excellunt remedia quae habet D. Dolaeus in Encyclopedia ſua medica *capite de palpitatione cordis.*

CA-

Digitized by Google

CASUUM MEDICINALIUM LIBER III.

De Morbis infimi ventris.

CASUS I.

De intemperie frigida ventriculi cum pituita.

HISTORIA.

ILluſtriſſimi & Reverendiſſimi Principis ac Domini, Domini Uldarici Ducis Pomeraniae, Epiſcopi Caminenſis &c. Vidua Hedvvigis ex antiquiſſima Ducum Brunovicenſium proſapia oriunda temperamenti frigidi & humidi de ſenſu quodam gravitatis & fluctuatione in ventriculo praeſertim a paſtu conquerebatur, aliquando & venter inflari pectuſque comprimi videbatur, ſaepe acidum eructabat, urinae reddebantur crudae & ſpiceae.

RESOLUTIO.

Notari debet, non dari intemperiem partium ſolidarum, ſed omnis intemperies eſt a ſanguine & humoribus circulantibus, niſi quis intemperiem in viſcere (parte ſolida) vocare velit, ſi fibrae a natura ſint vel flaccidiores vel rigidiores, ſi tubuli magis vel minus ampli, nam ventriculus accuſatur quoad ſubſtantiam, retinet eandem figuram & ſitum in corpore vivente & vitium eſt ab aſſumtis vel fermento ventriculi, vel ſanguine vitioſo vel humoribus circulantibus pro nutritione praeſtanda ad ventriculum delata: ſi itaque ſanguis ſit viſcidus crudus & pituitoſus, tale etiam generatur fermentum, coctio labefactatur, acidum vitioſum praedominatur. hinc in ventriculo multa pituita eaque acida, unde inflammationes, ructus aliaque, & haec eſt illa intemperies frigida non ventriculi ſed potius ſanguinis.

In *Curatione*: quoniam peccat acidum vitioſum conveniunt aromatica blandiora, elix. propriet. omnia ex menth. praeparata, omnia amara, ſalia volatilia praeſertim oleoſa v. gr. ℞. *Elixir. propriet.* drach. ij. *eſſent. abſinth.* drach. ſem. miſ. & ſum. ad gtt. xv. in prandio vel coena ſumend.

℞. *Elixir. febr. Mynſicht. ex amaris parat.* drach. ij. ſingulis horis matutinis & veſpertinis ad gtt. xv. vel xx. in cerevиſia calida ſumend.

Externe praeter emplaſtra ℞. *Spir. menth.* drach. ij. *aq. vitae* vel elix. vitae Matthiol. unc. ij.

Miſce pro inunctione ventriculi. Sacculus in forma ſicca poteſt applicari & addi poteſt ſal culinare.

CASVS II.

De Anorexia.

HISTORIA.

ILluſtris Dominus Ioh. Chriſtophorus Liber Baro de Fünffkirchen, Dominus in Stainabrunn &c. Sacrae Caeſareae Maieſtatis Pincerna & ſupremus ex. ubiarum ſub Duce Fridlandiae Wallenſteino Praefectus ſuaſu Chirurgi caſtrenſis tempore verno ſerum lactis caprini ultra menſem integrum quotidie jejuno ventriculo affatim hauſerat,

ex eo ciborum appetitus ſenſim imminui coepit, donec tandem plane dejice retur cum inſigni virium jactura & languori totius.

R E S O L U T I O.

Quoniam copioſum illud ſerum lactis diluit fermentum ventriculi, quod iners factum, non ſatisfecit expectationi: itaque in curatione omnia illa commendari debent, quae fermentum reſtituunt: omnibus praevaluit eſſent. panis cum vin. malvat. ratio, quia pani vel etiam vino gratiſſimum ineſt acidum, naturae noſtrae valde amicum, ſi in juſta doſi aſſumantur; videmus enim egregie refici debiles vel a ſolo odore panis & vini, & panis tincturam exhibet rubicundiſſimam ſanguini analogam, doſis hujus eſſentiae cochl. j. vel ij.

C A S U S III.

De Siti nimia.

H I S T O R I A.

Jacobus Cornerus Legum Studioſus ſiti admodum vehementi & fere incompeſcib ili noctes dieſque vexabatur, abſque febri cum appetitu dejecto & nauſea, aderat & cordis & renum dolor & ſenſus gravitatis in dextro hypochondrio, calor & conſumtio totius, lingua aſperitas & nigredo, ſapor amarus, quandoque falſuginoſus, urina ſubrubra, craſſa cum alvi duricie & obſtructione.

R E S O L U T I O.

Vid. Coll. Marp. ubi accurate hic caſus traditur: docuimus enim in quonam conſiſtat, ſi humidum abſumitur, cui continuo innatant nervi oris, ſi motus impeditur, tum inſignis mutatio occurrit in oeconomia animali & mens concipit ideam ſitis, judicans hinc de rebus inconſuetis.

Convenit tinctur. roſ. frequenter aſſumta. ℞. *Tinct. roſar.* unc. vj. *ſirup. papav. errat.* drach. iij. vel *ſir. granat. rib. berber.* dentur pro lubitu ſemper aliquot cochlearia.

Auctor commendat collutiones ex aq. vel modico aceti, acetum enim valde conveniens eſt, quoniam peccat ſal lixi vioſum.

C A S U S IV.

De Ventriculi debilitate cum ptyaliſmo.

H I S T O R I A.

DN. Ludovicus Kundenreich Frater Conjugis meae, & Compater meus dilectus, *temperamenti frigidi & humidi, facie pallidus, aſſumto cibo gravitatem quandam ventriculi ſentiebat, cum fluctuatione & ructu, ſaepe acidum eructabat, ptyaliſmo frequenti obnoxius, urina reddebatur alba & cruda.*

R E S O L U T I O.

Sanguis ſcatens multis partibus aquoſis tales etiam ſuppeditat humorib. circulantibus, qui delati ad faciem pallorem ad vaſa ſalivalia frequenter expulſionem producunt, accepit conſenſus faucium cum ventriculo, qui ſatis ſeſe prodit in nauſea vel in nimio aliquo appetitu; in nauſea enim videmus palatum repleri lympha, ſi etiam rem gratam appetimus, etiam hoc obſervamus.

Lympha illa evacuanda hydragogo ver. gr. ℞. *Pulv. ſolut. tart. Zwoelff.* drach. ſemi. *reſin. jalap.* gr. iij. miſc. f. pulv.

Praeparatur reſina jalap. ex rad. jalap. reſina, crem. tart. & macere.

Si

Si pilulae magis placeant, ℞. *pilul. de galban. Sylv.* num. 5. pro 1. doſi.

Praemiſſo purgante conveniunt vina medicata ver. gr. ℞. *Herb. ſalv. menth. meliſſ. ſummit. abſinth.* ãã. m. ſem. *rad. bezoar.* drach. ij. *galang.* drach. ſem. *ſem. foenicul.* drach. 1 ſem. *cort. aurantior.* ſcrup. ij. Inciſa groſſe dentur pro nodulo, hujus vini hauſtus in principio coenae vel prandii.

Pulvis Quercetan. etiam egregie convenit. ℞. *Pulveris Birckmanni vel Quercet.* drach iij. *Eſſent. citri ſacchar.* drach. i. ſem. poſt prand. vel coenam etiam horis veſpertinis & matutinis ſumend. ſuccolada Indica etiam egregie convenit in ptyaliſmo, vel per ſe vel cum vino malvatico ante cubitum ſumta, vel aliis admiſta. ℞. *Elect. de acor.* unc. ii. *ſuccolad. Indic.* unc. j. cum *ſir. flor. tunicar.* miſc.

CASVS V.

De ſingultu ex potu aquae frigidae & nitri.

HISTORIA.

Generoſus & ſtrenuus Dominus Carolus Raute, Chiliarcha & rei armamentariae in exercitu Suecico Praefectus, quum in expugnatione urbis Garzenſis ſupra modum incaluiſſet nec haberet unde ſitim reſtingueret, aquam frigidam cum nitro miſtam affatim hauſit, exinde in ſingultum incidit adeo vehementem, ut toto corpore quaſi contremiſcere & convelli videretur.

RESOLUTIO.

Acida venis inimica, aliunde conſtat; hinc in principio paroxyſmi febrium, rigor, horror, inde etiam motus convulſivi, qualis etiam eſt ſingultus, in quo vehementer orificium ventriculi ſuperius cum diaphragmate convellitur.

Praemiſſis univerſalibus anodyna conveniunt theriaca recens, diaſcord. theriac. coeleſtis. tinct. laud. opiati etiam convenit.

CASVS VI.

De vomitu ſanguinis.

HISTORIA.

Illuſtris Dominus Dn. Rudolphus Baro de Thun Tyrolenſis, pleniore corporis habitu praeditus, in gratiam Baronis de Herberſtein aliorumque amicorum vino Hiſpanico praeter morem largius ſe invitaverat, lectum petens, anxietatem quandam circa praecordia ſenſit, paullo poſt ingentem ſanguinis copiam vomitu rejecit, cum animi deliquio & extremorum frigiditate.

RESOLUTIO.

Oritur ex reſeratione vaſorum, hoc in caſu orificium arteriarum ventriculi eſt quaſi ruptum; hinc ſanguis non corruptus citra tuſſim, quia nulla adeſt haemoptyſis, ſed cum vomitu excernitur.

Sanguis ad orgaſmum citatus, qua data porta, facile ex arteriis prorumpit: alias oritur vomitus ſanguinis ex ſuppreſſa conſueta evacuatione menſium in genere foeminino, vel haemorrhagia narium: ſanguis enim tum magis corruptus & grumoſus eſt, quia aliquamdiu ſtetit citra motum progreſſivum in vaſis ventriculi, unde per plures dies ante evacuationem tales conqueruntur de anxietate quadam circa praecordia, & diſtenſione hypochondriorum.

Sanguis motu peccans indicat venae-ſectionem quae largiori manu celebrari poteſt. Semper ratio habenda ſanguinis extravaſati, ne grumoſum quid maneat

in ventriculo & inteſtinis? propterea emetica laudantur, interne vero coralliata ſanguinem grumoſum diſſolventia.

C A S V S VII. & VIII.

De cholera ex ovis barbi piſcis, & ex uſu malorum perſicorum.

H I S T O R I A.

ANNO M.DC.XXVI. Menſe Iulio, Illuſtres & Generoſi Domini Dn. Franciſcus Guilielmus, Dn. Sigiſmundus Fridericus, Dn. Ioh. Sigiſmundus, Fratres Germani, L. Barones de Pannch. &c. Patavii tum temporis commorantes, una cum Ephoro viro Doctiſſimo Dn. Zacharia Tauffrero, in coena Barbi piſcis ova noxiae quam alunt qualitatis ignari, comederant, paullo poſt atrociſſimis ventris torminibus, alvi profluvio, vomitionibuſque creberrimis infeſtantur, non ſecus ac ſi venenatum & vehemens aliquod aſſumſiſſent catharticum.

ANNO M.DC.XXVI. Excellentiſſimus D.D. LIBERALIS CREMA, una cum Dn. D. DANIELE BUCRETIO qui eo tempore Venetiis in edendo opere anatomico Adriani Spigelii occupabatur, ad coenam me invitaverat: apponebantur inter bellaria menſaſque ſecundas mala perſica rarae magnitudinis & rubicundiſſimi coloris; delibavimus ex his unum atque alterum; mox dulcedine jucundiſſimi fructus capti copioſius mala illa, malo admodum eventu, ingeſſimus. Nocte enim, quae ſequebatur vehementiſſimis inteſtinorum doloribus correpti, ἄνω καὶ κάτω magnam pravorum humorum copiam rejecimus, ita ut vires vehementem excretionis motum amplius vix ſuſtinerent, ad hunc igitur compeſcendum, pravitatemque fructus illius perſici corrigendam, circa auroram opiatam bezoardicam, cujus in praecedenti caſu memini, ex vino Vincentino actu calido aſſumſimus, praeſentaneo cum juvamento, & ſic incontinentiae poenis coërciti, parcius appetitui, qui vere nequam eſt, indulgere didicimus.

R E S O L V T I O.

Quando compages corporis alicujus ita ſolvitur, & in conflictu & alliſu partium in ſe invicem major requiritur acrimonia, multaeque partes ſauciatae & dilaceratae cum acie abripiuntur, oritur putredo maximo cum foetore: itaque illa corpora, quae talem habent diſpoſitionem magis etiam obnoxia ſunt putredini, ut ſunt fructus horti, piſces nonnulli, mala perſica, & ova barborum.

Cholera eſt ſpaſmodica contractio, in qua fibrae ventriculi & inteſtini duodeni ſurſum contrahuntur, reliquorum vero inteſtinorum fibrae deorſum vellicantur; hinc a motu illo contrario ἄνω & κάτω humores corrupti excernuntur, neque diu vellicatio fibrarum conſiſtere poteſt, citra magnum furorem ſpir. animalium, in ordine turbatorum, motum illum ſpaſmodicum mirum in modum inſultibus ſuis incongruis agentium, qua ex cauſſa opiata, bezoardica tantopere commendantur, poteſt ex tempore opiat. bezoard. praeſcribi, praeſertim cum periculum ſit in mora. ℞. *Diaſcord.* unc. ſem. *lap. bezoar, Orient.* ſcrup: j. *theriac. coeleſt.* drach. ſem. miſc. f. opiata doſis drach. ſem.

Cryſtallus praeparatus in emulſione exhibitus tum in cholera, tum in dyſenteria laudem tandem meretur.

C A S V S IX. & X.

De Lumbricis & Scarabaeis.

H I S T O R I A.

DN. Iacobus Konig Schiefelbeinenſis quinquaginta circiter annorum, contra dolorem & morſum in ventre, quem jejunus plerumque ſentiebat, ſuaſu cujuſdam

Barbitonſoris, ſpiritu vitrioli ſingulis matutinis ex cerevïſia calida aliquandiu uſus, corpuſcula quaedam cucurbitae ſeminibus ſimilia, quotidie excernebat, tanta copia, ut numerari vix poſſent. Quum vero perpetua circa anum moleſtia ſubinde vexaretur, corpuſque alias obeſum ſenſim decreſceret, vireſque dejicerentur, opem meam imploravit. Figulus quidam Tempelburgenſis, facie pallidus & quantum mihi videbatur, cachecticus, perpetuo dolore & torminibus ventris, praeſertim jejunus vexabatur cum ciborum faſtidio, nauſea & ructibus, aderat & virium languor & totius corporis extenuatio, praeter abdomen, quod tumidum, durum & ad tactum renitens habebat.

R E S O L U T I O.

De his dictum fuit lib. de morbis infantum, ibique mentionem facit D.D. Waldſchmid. cereviſiae medicatae contra vermes: & deſcriptio ſic ſe habet.

℞. *Rad. filic.* drach. iij. *dictamn. Cret. angelic. zedoar.* āā. drach. j. *cortic. aurantior. citri* āā. drach. j. *ſem. ſantonic. vel contra vermes* drach. iij. *citri, portulac.* āā. drach. ſem. *paſſular. minor.* unc. ſem. Inciſa groſſe dentur ad nodulum.

C A S U S XI.

De Hernia inteſtinali.

H I S T O R I A.

D*N. Laurentius Rangius, Camerarius Colbergenſis, optime meritus, Amicus meus ſpecialis & vere candidus: ex Senatus decreto tempore hyemali lignis in ſylva Borekia, Villicorum opera caedendis praefectus, dum hinc inde per ſaltus & aſpera nemoris de mane uſque ad veſperam quotidie obambularet, vocemque indignabundus quandoque vehementer intenderet, tumorem in ſiniſtro inguine contraxit, primo quidem exiguum tractu autem temporis ſenſim accreſcentem, ita tamen ut interdum minui, mox iterum augeri, ſaepe etiam reſupinato potiſſimum aegro plane evaneſcere videtur.*

R E S O L U T I O.

Actum fuit lib. de morbis infantum.

C A S U S XII.

De dolore Colico a pituita vitrea.

H I S T O R I A.

G*OTHOFREDUS HILDESGEIMIUS, FRANCISCI HILDESHEIMII, Medici olim celeberrimi ex Filio NEPOS, ſupremus rerum capitalium in exercitu Imperatorio Praefectus, ocio & crapulae deditus, immani dolore ventris, maxime ſub umbilico, pali infixi ſpeciem exhibente affligebatur; alvus obſerata nihil excernebat, per os quidem pituitoſa vomebat, ſed ſine juvamento.*

R E S O L U T I O.

Colica ſedem ſuam habet in inteſtinis, in meſenterio, ut dictum in diſput. de colica. In ipſis inteſtinis, quando pori tunicarum valde ſunt obſtructi, quo minus halitus vel vapores tranſpirare poſſint; ubi enim fermentatio, ibi putredo, ibi copioſa exſpiratio, in inteſtinis tenuibus eſt fermentatio vel effervescentia, in craſſioribus vero eſt putredo, quae eſt ſpecies effervescentiae: quando illis vapo-

ribus

ribus tranſitus denegatur per poros tunicarum in ſe invicem allidentes inſignem excitant turbam, copioſi generantur flatus, inteſtina valde diſtenduntur: & quum obſtructio fiat a partibus viſcidis & craſſioribus vocatur colica & pituita: lympha praevio motu, quando jam eſt tenuis, valde fluida, a potu frigido vel ab alia cauſſa facile incraſſeſcit & glutinoſa redditur, & quae jam obtenuitatem ſuam profundius ſeſe inſinuaverat, accedente refrigerio immodico incraſſatur, hinc multi a potu frigido ſtatim incidunt in colicam. Dolor minus vehemens eſt, quia humor obſtruens mollior, quemadmodum in cephalalgia pituitoſa, poſſunt hinc applicari omnia illa, quae de pituitoſa & bilioſa dicta fuere.

Alvus ſaepius in colica ita eſt obſtructa, ut nulla fere arte irritari poſſit, fruſtraque tunc injicias enemata, & tum convenit enema commendatum ex aqua calida & ſale praeparatum. Profuit hic balneum, quatenus reſerati ſunt pori, & tranſpiratio reddita, quemadmodum videmus in viſceribus terrae exitum non invenientes vi & cum impetu erumpere, quo facto ceſſat omnis metus terraeque dehiſcentia. In hac colica convenit egregie aq. deſtill. ex fimo columb. ob ſal volatile parteſque nitroſas.

C A S U S XIII.

De Colica ab humoribus bilioſis & acribus.

H I S T O R I A.

I*Lluſtriſſimus Princeps ac Dominus DN. FRANCISCUS ALBERTUS, Dux Saxoniae, Angriae, & Weſtphaliae, aetatis conſiſtentis, temperamenti calidi & ſicci, ANNO M.DC.XXIX. menſe Iulio in acutiſſimos ventris dolores circa coli regionem ſubſiſtentes, incidit, cum totius corporis aeſtu, ſiti, nauſea, vomitionibus bilioſis, inquietudine & vigiliis.*

R E S O L U T I O.

Colica bilioſa fit, quando humores circulantes valde acres ſunt & bilioſi, qui depoſiti in meſenterium peritonaeum acutiſſimum excitant dolorem, vellicando, rodendo, corrugando, in conſenſum trahitur veſicula fellea & quaſi emulgetur, nec non pancreas & ventriculus unde vomitus nunc bilioſi nunc atri.

In *Curatione* abſtinendum a *calidioribus* tum interne tum externe, quae malum exaſperant, & non raro inflammationem accerſunt: hae de colica eleganter ſcripſit wepfferus; meminit D.D. waldſchmid. fruſtra fuiſſe exhibita innumera remedia in Anglo quodam colica bilioſa laborante, ad ſummam vero redactus maciem his pilulis curabatur.

℞. *Maſſ. pilul. tart. Quercet.* ſcrup. j *ſcammon. ppt. trochiſc. alhand.* āā. gr. xij. fiant pilul. num. xxj. dentur 3. pro 1. doſi: quum enim aeger aliquoties ſumſiſſet excrevit multos humores bilioſos atque ſic fuit curatus. In uſu ſalium cauti eſſe debemus, neque hic carminativa tantopere proſunt, ſed humectantia & alterantia magis juvant ex lactuc. endiv. ſempervivo, herb. malv. branc. urſinae, floribus melilot. quae coqui poſſunt in aqua, non in vino, ne bilis reddatur acrior.

C A S U S XIV.

De alvi retentione.

H I S T O R I A.

D*N. EBERNARDUS CUNDENREICH. Patritius & Senator Colbergenſis meritiſſimus, affinis & compater meus dilectus, perpetuis fere alvi obſtructionibus* labo-

laborabat, ita ut non niſi tertio vel quarto die excerneret, etiamſi bene & aliquando plus juſto comederet, nec alias male baberet. Interdum tamen in hypochondrio ſiniſtro caloris alicujus ſenſum percipiebat. & φλόγωσιν faciei ſubito evaneſcentem.

R E S O L U T I O.

Quando acidum ſucci pancreatici praedominium obtinet, biliſque valde iners eſt, ſequitur alvi tarditas: vel etiam quando partes aquoſae & humidae alio transferuntur ad habitum nempe corporis vel ad vias urinarias, vulgo accuſatur lien; quaſi is ob intemperiem calidam ſerum attraheret, quod tamen falſum eſſe quivis facile videre poteſt: ob acidum vitioſum parietes inteſtinorum obliniti vel obducti ſunt, lympha valde craſſa, tunc non auſcultat irritationi & vellicationi, cibus recens aſſumtus vel etiam potus effervеſcens cum fermento nimis viſcido in ventriculo, phlogoſin faciei ab aſſumto cibo inſignem producit.

Clyſteres quidem conveniunt, verum facile ita diſponunt fibras inteſtinorum, ut nunquam niſi ab enemate motae motu periſtaltico cieantur. Convenit ſerum lactis, quod acrimonia ſua irritat, aquoſitate ſua diluit & humectat: modus praeſcribendi talis.

℞ *Lact. caprill.* drach. j. fiat praecipitatio cum *tamarind.* colat. ℞. unc. ſem. adde *ſuccorum ſequentium* cochl. ij. ℞. *Succi cichor. endiv. fumar. citri naſturt. aquatic. b ecabung. cochlear.* ãã. unc. j. adde parum *ſacchari* ad meliorem conſervationem, de quo ſingulis matutinis duo cochlear. ſolvantur in ſero lactis. Egregie etiam convenit elixir catholic.

Auctor commendat vinum paſſulatum. ℞. *Fol. ſen. ſine ſtipit.* drach. ij. *ſummit. centaur minor.* m. ſem. *flor. trin. flor. bellidis* ãã. p. j. *flaved. citri. crem. tart.* ãã. ſcrup. j. *paſſular. major. ex oſſatar.* unc. i. ſem.

Inciſa dentur ad nodulum. Sumitur hauſtus matutinis horis vel in coena vel prandio, tutoque etiam puerperis propinari poteſt, ſingulis vero alternis diebus. & ſemper recens vinum iterum affundi.

C A S U S XV.

De Diarrhoea.

H I S T O R I A.

D*N. Hieronymus Korber, Equitum Magiſter, amicus meus integerrimus, ex caſtris Suecorum ad nos reverſus, ſub initium autumni corrupta quaedam & liquida creberrima dejectionibus excernebat, cum ventris torminibus, ciborum nauſea & eructationibus.*

R E S O L U T I O.

Facile oritur tempore autumnali, quod tunc ob inhibitam tranſpirationem valde copioſi in aeſtate varii humores cumulentur, qui vel ob partium ſtructuram, vel ob proprium impetum, vel ob aliam aliquam cauſſam externam aliam in inteſtina deponuntur: ex noſtris principiis facile inſignis illa difficultas removeri poteſt, de qua Riverius ſollicitus: quare nempe per plures menſes nonnunquam diarrhoea duret, neque tamen dyſenteria excitetur & quomodo tot copioſi humores ex genere arterioſo & venoſo egredi poſſint, ut non ſanguis ſubſequatur? Dicimus tum demum fieri, quando vaſcula ſanguifera lacerantur, vel orificia vaſorum reſerantur, aſt humores circulantes corrupti ſunt, illi per alvum excerni poſſunt alia ſub forma; ſanguis enim ſub forma ſanguinis nequaquam per poros arteriarum egreditur, ſed aliquot ejus partes chyloſae, aquoſae, ſeroſae, nam ſanguis non eſt nutrimentum corporis vel ſuccus nutricius ex illis ratio-

Digitized by Google

rationibus alibi datis. Et hoc adhuc addi poteſt, videmus enim quamprimum ſanguis vaſis ſit egreſſus, quod tum ſtatim abeat in coagulum, quod manifeſte videmus in percuſſione & ſugillatione aliqua, ex quo ſatis apparet, ſanguinem non eſſe ſuccum nutricium. *In principio curationis* abſtinendum ab adſtringentibus, ne poſt detenti humores acquirant putredinem, & ſanguini febres vel alios morbos inducant, ſed potius leniter purgantia vel blandiora, quae vocantur rhabarb. tinct. rhabarb. quae deſcribitur a *Williſio*.

℞, *Rhabarb. pulveriſ.* drach. ij. *ſalis tart.* gr. xv. *aquae cichor.* unc. vj. ſtent per noctem in loco tepido vel arena, mane colatura detur. Signetur tinctur. rhabarb.

CASVS XVI.

De Hypercatharſi.

HISTORIA.

ANNO M.DC.LXIX. *Menſe Majo Dn. Brian. Stapletonus Auglus Cardinalis Stapletoni ex Fratre Nepos pulviſculum purgantem a Chirurgo Caſtrenſi praeparatum aſſumſerat, cujus violentia ſpatio quindecim horarum plus quadragies per alvum & ſepties per vomitum multa pituitoſa, bilioſa, tandem etiam cruenta excrevit, cum inſigni virium dejectione, adeo ut de vita periclitaretur.*

RESOLUTIO.

Purgantia reſinoſa non raro praecipitantur in inteſtinis, illorumque tunicis firmiter adhaerentia, continuam irritationem ad egerendum cauſſantur; hinc ſaepius obſervavit D.D. waldſchmid. reſinam jalapae in exigua doſi exhibitam excitaſſe hypercatharſin, nempe ſi ſuperbiberint aquam vel cerevīſiam frigidam. Praeſentaneum remedium eſt theriaca recens ad drach. ij. exhibita; medicamenta cydoniata, aq. nuc. moſchat. & omnia ſanguinis exagitationem commoventia. Vid. tit. de dyſent. & diarrhoea.

CASVS XVII.

De Dyſenteria.

HISTORIA.

ANNO M.DC.XXIX. *Magnificus & Generoſus Dn. Laurentius Chriſtophorus a Somniz, tunc temporis in Lycoeo Colbergenſi litteris ſtrenue operam navans, nunc ſereniſſimi Electoris Brandenburgici in Pomerania Orientali Cancellarius longe meritiſſimus, Mecoenas & Fautor meus obſervantiſſimus &c. dolore ventris non adeo vehementi circa umbilicum afficiebatur, cum frequentiſſimis alvi dejectionibus, quibus mucoſa quaedam, exiguo cruore perfuſa ejiciebantur; pulſus ad tactum aequalis nec ullus in reliquo corpore praeter naturam calor deprehendebatur, viribus etiam & ciborum appetitu, non admodum dejectis.*

RESOLUTIO.

Quando ſine magna virium proſtratione multoque cruore excretiones fiunt, communis illa curandi dyſenteriam methodus obſervari poteſt: verum quando magna ſanguinis turbatio, adeoque febris, viriumque alteratio, frequenteſque cruentae dejectiones obſervantur, longe alia utendum eſt methodo. Obſervavit itaque (ſi ſi ab exhibitione adſtringentium inflatio ventris, vel major in egerendo labor deprehendatur, rhabarbaro frequentius utendum interpoſita mixtura aliqua carminativa, ſic ante biennium plures curavit D.D. waldſchmid. in dyſenteria Caſſellis currente.

℞. Rha-

Digitized by Google

℞. *Rhabarb. electi* drach. ij. *macer.* drach. ſem. *ſalis tartari* ſcrup. j. infunde in *aq. roſar.* unc. iii ſem. mane colatur. adde *ſirup. de cibor. cum rhabarb.* unc. ſem. vel drach. vj. *aq. cinnam.* cochl. j. miſce fiat potio. ℞. *Aq. carminat. uſitat. menth. zedoar. aniſat.* āā. unc. ij. *eſſent. citr. ſacchar.* unc. i ſem. ſingulis fere horis, vel quater de die aliquot cochlear. exhibentur. Quod ſi ſedata frequenti ejectione aeger levamen aliquod percipiat, ſolis alexipharmacis agendum, pulvere bezoard. Pannonico rubeo, cordial. precioſo. (2) Quamvis clyſteres tantopere commendentur in dyſenteria nimius tamen eorum uſus ſuſpectus eſt, hic ſemper minori in copia liquor, neque etiam adeo frequenter injiciendus, quamvis non conſtet ex purgantibus, ſemper tamen aliquo modo irritat fibras nerveas. (3) Si dolor valde vehemens ſit, fulminis inſtar tranſiens inteſtina indicium eſt, affligi tenuia, quia fere omnes paullo ante mortem ſpaſmo corripiuntur: ſin minus vehemens, craſſa inteſtina affici dicatur. (4) Omnia medicamenta quaecunque illa ſunt in exigua doſi propinanda, quod frequentia compenſari poteſt, pauca medicamenta, ſed ſaepius exhibita conveniunt. (5) Gravida dyſenterica abortum patiens vel foetum pariens, totius fere naturae ope curatur, quapropter Medicus valde cautus eſſe debet, ne poſt factum abortum, vel foetum in lucem editum adſtringentibus antidyſentericis lochiorum impediat fluxum. (6) Non opus tanta medicamentorum farragine, hinc diſplicent clyſteres ex tot ingredientibus parati, ſufficit ſolum hic vel aqua chalybeata cum mel. roſar. & terebinth. Si dolor valde urgeat, addatur diaſcord. vel theriac. recens, ſevum cervinum, ol. hypericon. probe ſolutum: alias enim omnia oleoſa ſuſpecta ſunt, quia acidum in ſinu gerunt & rancida ſunt. (7) Quod probe obſervandum, conveniunt quidem opiata prudenter adhibita: verum quamprimum inſignem quandam mutationem in oculis vel etiam frigus in ambitu corporis deprehendamus, religioſe ab iis abſtinendum, donec nova neceſſitas eorum urgeat uſum.

C A S V S XVIII.

De obſtructione hepatis.

H I S T O R I A.

D*N. DAVID BEGGEROVIUS, Iuris utriuſque Licentiatus & Conſul Treptevienſis, conſtitutionis phlegmaticae & corpore obeſus, quum ab aeſtu balnei nimis incaluiſſet, dolorem in dextro hypochondrio gravativum & obtuſum ſentiebat, cum reſpiratione difficili, nauſea & ciborum faſtidio, faciei color mutabatur in pallidum cum aliquali intumeſcentia, urinae reddebantur aquoſae, tenues & crudae, alvo ad obſtructiones inclinante.*

R E S O L U T I O.

Semper praecedit intemperies ſanguinis pituitoſa, craſſa, & viſcida, cujus reſpectu obſtructio hepatis effectus eſt, & productum morboſum; quum enim hepar conſtet ex innumeris glandulis vel glanduloſis acinis (ut loquitur Malpighius) & prae aliis viſceribus obſtructionibus obnoxium eſt, tunc in iſtis anguſtiis & maeandris partes craſſiores pedem figunt & viſcidae.

In curatione amara tanquam hepati amica commendantur, quae ad eliminandas partes illas viſcidas ſatis apta ſunt.

C A S V S XIX.

De Hydrope.

H I S T O R I A.

D*ominus Iacobus Teſmar, Senator & Patricius Colbergenſis, vix ſexaginta trium annorum poſtquam in hypochondrio ſiniſtro dolorem gravativum cum aliquali*

caloris ſenſu ultra biennium percepiſſet, paullatim in abdomine, mox in ſcroto & pedibus intumuit, acceſſit ſpirandi difficultas, ſitis vehemens cibique inappetentia & partium ſuperiorum tabes; alvus lubrica & in diarrhoeam propendens, crura maculis varii caloris picta, gingivae putridae, os foetens, dentes carioſi: urina reddebatur pauca, craſſa, intenſe rubra, cum ſedimento farinae laterum ſimili abſque febri.

R E S O L U T I O.

Subjectum hydropis nec hepar, nec lien, ſed ſanguis, dum in ſanguine cumulantur plurimae partes craſſiores & viſcidiores per tubulos partium & vaſa lymphatica fluere neſciae, ſtatim oritur obſtructio, & quum a tergo inſequentes illas augeantur vaſa lymphatica valde diſtenduntur & ob teneritudinem rumpuntur, quo facto exſtillat lympha vel in habitum muſculorum, vel in cavitatem abdominis: & quum hepar gaudeat plurimis vaſis lymphaticis, facile ob intemperiem ſanguinis ibidem fiunt obſtructiones & vaſa lymphatica rumpuntur; humor ille jam extravaſatus magis magiſque incraſſatur, abeuntibus particulis ſubtilibus, unde oblinit exteriorem ſuperficiem viſcerum & abdominis interiorem; hinc magis magiſque tranſpiratio laeditur, partes ſibi invicem ita ſunt conjunctae, ut cedere neſciant, quumque novae ſemper accedant, tandem abdomen valde diſtendunt: quod ſi plurimae aquoſae poros inteſtinorum penetrare adhuc poſſint, non raro oritur *diarrhoea*, ſin vero tranſitus ipſis denegatur, oritur alvi tarditas. Et quum a partibus circum jacentibus continuo in poros ingrediantur ventriculi & fermentationes promoveant, tunc vulgo dicitur partium circumjacentium juvare coctionem, viſcera illa ſunt obſtructa *appetitus erit valde languidus* & coctio depravatur; diaphragma libere movere nequit, *hinc reſpiratio eſt difficilis*. Quod faciunt & humores craſſiores reſtagnantes in muſculis abdominis, quumque omne ſerum ad cavitatem abdominis fere ducatur, defectus aderit ſalivae; hinc *ſitis continua*, ob imminutum tremulum motum nervorum, & quum plus ſitiunt aquae quia potus per vaſa dilacerata in cavitatem abdominis effluit: ob eandem cauſſam *urina pauca*, & quum ſolae partes aquoſae flexiles magis & lubricae per renum tubulos tranſire poſſint, flavis autem particulis ramoſis magis & in ſuperficie inaequalibus denegetur, urina nulla vel pauca ſaltem erit, ſed aquoſa tenuis & pallida. Sin vero plurimae partes rigidae tubulos dilatent, quod fit ſucceſſu temporis, urina erit lixivioſa tãdem & rubicuda.

Quum ex ſanguine craſſiori facile ſpiritus ſeſe extricare nequeant, non tanta in copia generantur in cerebro, ut humores circulantes per partes longe diſſitas ſatis moveant, nempe in pedes, quod ibidem haerentes tumores producunt. Quumque calor nocturnus ſub ſtragulis motum juvet, ſemper horis matutinis pedes detumeſcunt, qui intumeſcunt iterum interdiu. Accedit, quod quamvis magna copia materiae Mundi ſubtiliſſimae ſanguini in corde immiſceatur, tamen in longo itinere quoad maximam ſui partem evolat, unde ſegnius movetur ſanguis tum & humores circulantes. Partes acriores diſpoſitae in muſculis abdominis ibidemque moleſtiam creantes invitant ſpiritus animales, ut per nervos reſpirationi dicatos effluant & viſcera inflent; hinc aër per inſpirationem tractus cum impetu extruditur & tuſſis excitatur; illa exſpiratio ſi fiat cum copia lymphae vel pituitae, erit tuſſis *humida*, ſecus vero tuſſis ſicca.

Ex his ſatis nunc apparet, hydropicos nunquam perfecte curari poſſe, niſi obſtructionis habeatur ratio, inde teſtatur praxis quotidiana, quo frequentius purgantur hydropici, eo magis laeduntur; & quamvis inſignis copia ſeri evacuetur, brevi tamen tumor magis acutus redit, quatenus per vehementem illam agitationem copioſius humores per vaſa dilacerata effunduntur.

Praemiſſis convenientibus purgantibus viae urinariae quantum poſſibile ſunt reſerandae, porique obſtructi aperiendi, fit hoc per enemata ex urina praepara-

ta,

Digitized by Google

ta, quum ſalia illa ob majorem figurarum ſimilitudinem facilius poros ſubire poſſint, quam alia exotica, lixivium e cineribus ſtipitum fabar. abſinth. marrubii, card. bened. geniſtae laudantur, quae conſtant ex partibus durioribus & rigidioribus, quae non facile a corporibus occurrentibus flecti poſſunt. Quod faciunt & *externa* cataplaſmata & inunctiones abdominis; quo enim citius pori aperiuntur & tranſpirationem inſenſibilem promoveant, eo facilius ſerum reſtagnans in cavitate imminui poterit.

C A S V S XX.

De Ictero flavo.

H I S T O R I A.

GEneroſus & Nobiliſſimus Dn. ERICUS IANSONIUS Regni Sveciae Admiralis & Ducatus Megapolitani Gubernator &c. circa ſolſtitium aeſtivum colore flavo per totum corpus tingebatur, adeo ut & album utriuſque oculi, maxime circa angulos internos flaveſceret, alvus conſtipata, pauca quaedam & albicantia non ſine difficultate excernebat, urinae croceae reddebantur & craſſae abſque ullis aliis ſymptomatibus.

R E S O L V T I O.

Si partes bilem conſtituentes in hepate non ſegregantur, & in veſicula fellea non colligantur, tum humores circulantes tabe tali inquinantur, qui delati ad habitum corporis colorem flavum conciliant, in lingua vel etiam palato ſaporem amarum, cum urina excreta eam reddunt craſſam, lixivioſam, lintea tingentem, languet ſegregatio chyli a faecibus, unde nullus fere chylus vel paucus ſaltem per vaſa lactea defertur, ſed proxima pars immiſta manet faecibus, adeſt alvi tarditas: verum excrementa alba apparent.

Nonnunquam curatu difficillimus eſt icterus, & vidit D.D waldſchmid. plura remedia incaſſum fuiſſe exhibita in Iudaea, purgantia, ſudorifera enemata vomitoria, quae tandem curata fuit per menſem aqua contra icterum Auctoris ſingulis horis matutinis & veſpertinis ſumens cochl. iij. vel iv.

Vulgo icterum nigrum originem trahere ex lienis obſtructione, quod tamen falſum eſſe putamus, ſed potius ſedem eſſe pancreas ejuſque ſuccum; qui miſtus aliis cum humoribus, liquorem vitriolicum auſtericum, & nigrum conſtituit. Valde conveniunt chalybeata, quae acidum & auſterum corrigunt.

C A S V S XXI.

De Obſtructionis lienis.

H I S T O R I A.

NObilis Vir Dn. Chriſtianus a Kalſſo gravitate & dolore in ſiniſtro hypochondrio aliquandiu affectus, ſpirandi diffi. ultate, praeſertim a concitatione mota, premebatur, faciei & corporis calore nativo ſenſim in lividum mutato, ſaepe acidum ructabat, ventris praeſertim flatibus multum obnoxius, nonnunquam humorem melancholicum vomitu, quandoque per alvi fluxum & diarrhoeam deponebat.

R E S O L V T I O.

Quamvis lien nullo fere ſit praeditus ſenſu, ita ut dolor, qui in hypochondrio ſiniſtro obſervatur, non tam ſit in liene, quam in peritonaeo, nihilominus tamen recte dicitur illum obſtructionibus fieri obnoxium, quum ejus uſus ſit ſanguinem ſubtiliſare vel a coagulatione impedire, ſi munere hoc excidat, varia

producuntur ſymptomata & ſanguis tum tartareus & terreſtris.

Humor lien obſtruens & aliquandiu ibidem deliteſcens fermenti acquirit naturam, quod poſtmodum variorum morborum fit Auctor, dum ſanguis communicatur varias induent alterationes; hinc videmus, quod ab aſſumto vino vel alio ſpirituoſo potu ſpiritus animales varie determinentur motuſque ſanguinis alius atque alius fit, ipſum temperamentum poſt morbum aliquem (febres ardentes) frequentiſſime mutatum videmus, quatenus accedente jam motu vehementiori fermentum illud ex anguſtiis & profundioribus tubulis excutitur, & cum ſanguine verſus cor rapitur; quod ſi partes volatiles & tenuiores continuo exhalent, remanentibus viſcidioribus & terreſtribus, tumor producitur ſcirrhoſus in liene tamen, obſtructione lienis egregie convenit ſal armoniacum ſolutum aqua ſpecific. & externe applicatur.

CASVS XXII.
De Arthritide vaga ſcorbutica.
HISTORIA.

Uxor Viri nobiliſſimi & ſtrenui Dn. Nicolai Hordien Excubiarum in exercitu Sueco Magiſtri, facie ſubtumida & cum livore pallida, per integram aeſtatem ſingulari quadam membrorum omnium laſſitudine affecta, circa aequinoctium autumnale incidit in dolores lumborum & dorſi, qui quum aliquandiu ibidem ſubſtitiſſent, in brachia & manuum digitos, mox in pedes iterumque in brachia & manus, modo dextram, modo ſiniſtram, inde denuo in pedes & articulos, vago quodam motu, mox ſurſum, mox deorſum ferebantur, cum inſigni virium jactura, cordis anxietate & vigiliis. Qua parte dolor maxime urgebat, ibi tubercula, folliculorum inſtar erumpebant, dolore aliam ſedem occupante, iterum evaneſcentia.

RESOLVTIO.

Humores per tubulos ſolidarum partium circulati, cum ex ſexcentis conſtent particulis, unicuique parti nutriendae per ſenſibilem & inſenſibilem pororum figuram diverſas tribuens particulas, quae dum certos & conſuetos fibris imprimunt motus, nullam excitant ſenſationem: quod ſi vero illis vel ob tubulorum anguſtiam vel ob particularum magnitudinem & viſcoſitatem obex ponatur, ſtatim irritant fibrillas, lancinando vel diſtendendo, vel conſumendo varias dolorum ſpecies producunt. Si enim partes illae fluentes per poros vel tubulos ſint rigidae, pungentes, rodentes, dolor valde vivax eſt, praeſertim ſi pori quos tranſeunt valde ſunt exigui, ſi a glabris derelictae ſingulas fibras ſeorſim lancinant, ruptionem vel ſaltem periculum imminentis ruptionis introducunt; ex qua lancinatione dum eo verſum plures per apertos in cerebro nervos fluant ſpiritus, nervi valde inflantur & ipſi ſpiritus minus celeriter circulum abſolventes fibras circumcirca poſitas magis a ſe invicem deducunt, tubulos anguſtant, unde dolor, inflammatio & tumor.

Facilius fit inflammatio, quando pori triangulares ſunt obſtructi, quam ſi fuerint rotundi; ſi enim illis rotundum inhaereat ſal, tres ſtabiles relinquit meatus, materia aetherea implendos. Eoſdem poros ſi tranſit corpus acidum etiam triangulare aut multangulum, neceſſe eſt, ut porum ex concuſſione continua dilatet, unde ſubtiles iterum remanebunt intercapedines a materia aetherea implendae, quae cum vehementia oppreſſionem a tergo inſtantium particularum, qua data porta ruit, celeritate quantitatem compenſans, ſicque omnia circumjecta ſtamina & fibras denſiſſimas reddit, ex quo jam non tremulus, ſed violentus a tranſeunte cum difficultate materia introductus percipitur motus; hinc anima corpori unita ideam fervoris concipit.

Quae fibrae ſi conquatiantur, ut metus ruptionis adſit, fervorem comitabitur do-

Digitized by Google

dolor; ubi jam deſcripta obſtructio longe lateque ſe extendit, neceſſe eſt, ut plura foraminula aſſiduo talem materiam aetheream tranſmittant copioſam, celeriterque motam, quae omnes fere circumābientes corpori globulos ſecundi elementi removet, qui tum ob alios, etiam ipſos circumambientes recedere recuſant, ſed tamen velint nolint motum ipſis impreſſum recipere coguntur, ſupereſt ut in orbem ſecundum proprium axem rotentur, quem duplicem motum tum poſſideant, rubicundum ex reflectione colorem oſtendunt, & eo rubicundiorem, quo motus circa proprium centrum magis ſuperat motum vel preſſionem per lineam rectam (ut videri poteſt apud Carteſium de meteoris) quae circumſtantiae dum adſint, non poteſt non in arthritide tum & conſtanti inflammatio partiſque dolentis rubor apparere, pro cauſſarum varietate nunc intenſior nunc remiſſior.

In *Curatione* interne conveniunt omnia ex pino praeparata, aq. pini, eſſent. pini. extract. pini.

Praemiſſo purgante nūquam D. C. waldſchmid. fefellit in arthritide haec potio.

℞. *Aqu. veronic.* unc. i. ſem. *miſt. ſimplic. tinct. tartar.* ā ā. ſcrup. j. *theriac. elect.* drach. i. *ſucc. lumbricor. rec. expreſſ.* drach. ij. miſ. f. potio, & corpus ad ſudorem diſponitur: & haec eſt deſumta ex Schrod. pag. 261. vel loco tartari tincturae addi poteſt ſpirit. tartari, etiam tinctura bezoard. ſine camphor. vel tinctura Auctoris.

℞. *Elix. antiſcorb.* drach. iij. dentur horis matutinis gutt. xxv. & expectetur ſudor: quod alternis diebus inſtitui poteſt.

Externe parti dolenti empl. diap almæ vel empl. arthritic. Mynſicht. vel empl. anodynum, cujus deſcriptionem tradit Malpighius. Vel illinatur ſpir. ſal. armoniaci miſtus cum aq. arthritica Zwolfer. ad extra. Et ſi calor vel inflammatio admittat, addi poteſt ſpir. convulſivus. Innumera fere fruſtra ſunt applicata remedia, & exhibitum fuit ſequens anodynum.

℞. *Herb. beccabung. naſturt. aquatic.* ā ā. m. ij. coque cum lacte ad conſiſtentiam, adde *ſapon. Venet.* drach. vj. *ol. lumbric. terreſtrium* unc. j. miſce f. cataplaſma.

CASVS XXIII.

De Calculo.

HISTORIA.

DN. COSMUS a SIMMEREN Sacrae Caeſareae Majeſtatis Aulicus, Frater Socrus meae Gertrudis Simmeriae, gravitate quadam circa renum regionem aliquamdiu affectus, noviſſime in vehementes lateris ſiniſtri dolores circa lumbos incidit, ſubſequente nauſea & vomitu. Vrinae reddebantur initio paucae & aquoſae, poſtea ſuberuentae & cum arenulis rubris in fundo matulae ſubſidentibus, crus ſiniſtrum ſtupore, teſticulus ejuſdem lateris retractione afficiebatur.

RESOLVTIO.

Calculus fit ab acido peregrino ſale ſanguinis volatile figens, vide Helmontium de lithiaſi: unde ex miſtura tali acidum fit acido auſterum, videmus enim quod arthritici, hypochondriaci facile fiant calculoſi, in quibus acidum abundare nemo ibit inficias: icterici enim fiunt nephritici, cibi & potus acidi calculum producunt, omnia auſtera lapides in ſe continere, in ſorbis, meſpilis videmus. exinde concludimus, quod ſi fermentum renum degeneraverit, tum ſale volatile urinae ab acido illo peregrino conjungi, accedente pauxillo terrae: ſic generatur calculus, hoc in omnibus partibus fieri poteſt, frequentiſſime tamen fit in renibus & veſica.

Sic plura dicimus & melius motum generandi concipimus, quam ſi dicamus generari calculum a ſpiritu lapidifico, vel provenire ab intemperie renum calida;

se-

requiritur enim intenſiſſimus ignis ad talem duriciem conciliandam.

Dolor adeſt punctorius: quatenus acidae particulae fibrillas diſcindunt, hinc ſpiritus animales majori ad partem affectam copia affluunt, qui ſi copioſius accurrant, quam propter preſſos a calculo nervorum tubulos affluere poſſunt, mirum in modum perturbantur, & inordinato motu reſilientes, alias per conſenſum partes afficiunt: hinc frequentiſſime in calculo vomitus, inflammatio. Et ſi fibrae dilacerentur, & exigua vaſcula ſanguifera, mictio cruenta. . .

In ipſo paroxyſmo *lithontriptica* magis nocent, quam proſunt, conveniunt tunc lubricitantia, emollientia & anodyna, quae criſpaturam ſiſtunt, qua durante, nunquam calculus ureteres ingredi poteſt, quod egregie proponit Helmontius.

Alvus ſemper debet eſſe aperta, nam inteſtinis diſtenſis ureteres comprimuntur, quo minus calculus egredi poſſit, egregie convenit decoctum Foreſti, & quamvis innumera fere ſint lithontriptica, duo tamen omnibus aliis palmam praeripere videntur, deſtillatum nempe ex caſia, & pulvis ex ſuccino, quorum deſcriptiones D.D. waldſchmid. petenti facile communicabit. In mictione cruenta inſtar omnium poteſt eſſe, decoctum contra mict. cruent. Mynſichti, temperat enim acrimoniam & valde conſtringit, doſis unc. iv. v. bis in die.

L I B E R IV.

De Morbis Mulierum.

C A S V S I.

De intemperie uteri frigida & humida cum pituita.

H I S T O R I A.

Sabina Uxor Martini ſigniferi, facie ſubtumida & pallida, de totius corporis gravitate & membrorum laſſitudine ſpontanea conqueritur, menſes inordinate fluunt, mucoſi, craſſi & pauci. Veneris minus eſt appetens, nullaque vel exigua in ejus exercitio voluptate afficitur, nec ſemen a coitu retinet ad conceptionem inhabilis.

R E S O L V T I O.

Proponitur hic intemperies uteri frigida cum pituita; ubi ante omnia obſervandum, intemperies non eſſe adſcribendas partibus ſolidis, ſed ipſi maſſae ſanguineae hac tamen exceptione, ut reſpiciamus ad partium ſoliditatem ſeu flacciditatem, vel earundem pororum mutationem, hoc reſpectu enim dicere poſſumus hoc vel illud viſcus laborare hac vel illa intemperie: quod vero reliquas qualitates ſeu intemperies binoſas nempe acidas, frigidas, ſalſas, &c. attinet, illae potius ſunt adſcribendae ipſi ſanguini nequaquam vero partibus ſolidis. Proponitur in hoc caſu intemperies frigida tum totius, tum uteri; uteri nempe quoad laxitatem, quatenus nimis lubricus eſt vel flacciditatem contraxit, quo minus ſemen retineri poſſit; unde ſterilitas, & illa uteri flacciditas ſeu laxitas vocatur intemperies frigida uteri.

Phaenomena explicantur ab Auctore noſtro, adeſt malus corporis habitus & color ex pallido lividus, &c. unde ſatis patet intemperiem hanc originem traxiſſe ex ipſa maſſa ſanguinea nequaquam vero utero.

(2) Accedit membrorum gravitas & laſſitudo ſpontanea &c. quae omnia ex ipſo ſanguine originem habent.

(3) Men-

Digitized by Google

(3) Menſes inordinate fluunt & pauci,&c.quoniam plerumque in his intemperiebus reſpicimus ad menſium profluvium. Vt omnia melius intelligantur quaedam ſunt praemittenda. Quaer. igitur, unde & quomodo fiat iſte periodicus menſium fluxus, quae phaenomena illum comitentur? ℞. Ingredimur vaſtiſſimum mare,& quot capita tot ſenſus ſunt circa hanc materiam: alii enim laudant providentiam ipſius naturae, & a ſingulari ejus beneficio dependere dicunt, quae conetur ſervare ſanitatem praeſentem; alii dicunt a peculiari & occulta qualitate fieri; alii confugiunt ad influxum lunarem, quomodo tamen is fiat, explicare neſciunt. Ut igitur ſatisfaciamus curioſis, recenſenda quaedam ſunt & praeſupponenda, quae habet Carteſius parte 3. Principiorum phyſ. §. 10. ubi dicit, quod luna ſit corpus opacum nequaquam luminoſum,&c.

Praeſupponimus igitur (1) Lunam eſſe corpus opacum, deſtitutum lumine proprio, quod accipit a Sole: 2) notandum venit Lunam eſſe corpus ſimile terrae, quae etiam omni lumine eſt deſtituta, & ut luna radios luminares ſeu lumen recipit, ita nunc ſequitur.

Quemadmodum in terra obſervamus varia & diverſa corpuſcula & effluvia exhalare & elevari e terrae viſceribus in aërem, nempe pro diverſitate receptionis & reflexionis radiorum ſolarium & pro diverſa conſtitutione ignis ſubterranei, unde tot occurrunt diverſitates quoad plantas, arbores & alia corpora, & ſaepe etiam in vicinia tales diverſitates obſervamus, ubi arbores ſeu aliae plantae melius creſcunt in hac,quam alia terra, quod adſcribendum partim corpuſculis e terra ibidem exhalantibus, radiis ſolaribus partim igni ſubterraneo corpuſcula illa agitanti.Ex his tandem etiam hoc ſequitur,ex ipſa luna ſemper certam quandam materiam ſubtilem, vel corpuſcula certa una cum radiis ſolaribus reflexis iterum a Luna tranſportari in ipſum aërem, & cum illo ad haec inferiora & corpora prima; quemadmodum e tellure cum radiis reflexis effluvia diverſa transferuntur in aërem,ex quo aliis corporibus communicantur.

(3) Not. iterum ex principiis Carteſii §. 13. partis tertiae principiorum; Lunam ſingulis menſibus (i. e. diebus viginti octo vel novem) abſolvere ſuum circulum circa tellurem, unde ex diverſa illa diſpoſitione Lunae certa quaedam materia ſubtilis i. e. diverſa corpuſcula in haec inferiora cum aëre tranſmittuntur: & ſic haec principia ſufficiunt in tantum ut omnia phaenomena, quae circa menſium fluxum occurrunt, ſufficienter & clare explicare poſſimus,dum alii, qui hactenus de cauſſa fluxus menſium egerunt, nihil dixerunt.

Ex oeconomia animali etiam quaedam repetenda: dictum ſaepius ſanguinis fermentationem dependere tanquam a cauſſa primaria a materia ſubtili,replente interſtitia & poros ſanguinis & pro diverſitate illorum pororum ſeu interſtitiis in miſtione partium ſanguinis relictarum mutationes varias fieri quoad fermentationem; hinc quo materia ſubtilis copioſius influit & valde replet illa interſtitia ſeu poros, eoſque valde dilatat, quo magis etiam dilatantur, eo major fermentatio & effervescentia ſanguinis oritur: aliunde autem conſtat ſanguinis miſtionem fieri in ipſo corde, dum materia ſubtilis ſibi format talia interſtitia & poros, quos ſine ſenſibili valde tumultu permeat, dum vero eructatur ſanguis ex corde ejus ſubtilior pars tendit ſurſum,craſſior deorſum.

Hic igitur praemiſſis ſtatuimus, quod fluxus menſium, ſeu periodica talis ſanguinis fermentatio dependeat ab effluviis ſ. corpuſculis nonnullis novam aliquam fermentationem in maſſa ſanguinis producentibus, vel fermentationem vitalem valde augentibus, quae effluvia ſeu corpuſcula e Luna cum radiis ſolaribus a luna reflexis ſparguntur in aërem,quum ſub corporibus ſublunaribus communicantur & ſanguinem noſtrum intrant; quamvis autem continuo a Luna certa quaedam corpuſcula mittantur ad haec inferiora,non tamen ſunt ſufficientia ut tales alterationes producere poſſint;quum vero circa novilunium & pleni-

lu-

lunium valde notabiliter corpuſcula ſpargantur, quid mirum, ſi tam notabiles obſervemus in corporibus alterationes & fermentationes in maſſae ſanguinis ita ut menſes erumpant,&c.

Ut omnia melius intelligi poſſint, videbimus quae ſoleant praecedere menſium fluxum, inſtante enim tali fluxu varias mutationes obſervamus: nam conqueruntur de dolore capitis, de dolore lumborum & ventris inferioris, tamdiu donec tandem ſanguis per muliebria erumpat. Omnia illa dependent a nova fermentatione ſeu inſolito motu partium ſanguinem conſtituentium, a corpuſculis nonnullis lunaribus, producto, nam quando a Luna talia communicata peregrina corpuſcula pertingant maſſae ſanguinis & ejus interſtitia valde ſunt anguſta, tunc oritur inſignis talis agitatio ſanguinis & illorũ ſanguinis pororum dilatatio, in qua ſanguinis rarefactio conſiſtit; in tali nimia ſanguinis rarefactione cum ſanguine ſubtili aſcendente quaedam craſſiores partes ſimul rapiuntur ad cerebrum, quae infuſae in membranas ſeu tubulos meningum, ibidem propter irregularem figuram haerentes, talem capitis dolorem cauſſantur, quem inſtante menſium fluxu ſentiunt. Et quia etiam major fit preſſio ſanguis deorſum tendentis, vaſa nimis dilatantur, nam venae tantum ſanguinis non poſſunt admittere quantum arteriae adducunt, hinc propter diſtenſionem vaſorum oritur lumborum dolor & ventris inferioris (inſtante fluxu) quem dolorem tandem excipit apertio vaſorum hypogaſtricorum, id eſt uteri vel quorum orificia hiant in cavitatam & collum uteri; ſi enim ſanguis ille craſſior plus ſolido fermentans ita deorſum tendit, vaſa illa aperiuntur & ſanguis in uterum egreditur, & tamdiu durat, donec ſanguinis fermentatio & motus redeat ad priſtinum ſtatum. Obj. ſi ſanguis propter inſolitam illam fermentationem egreditur in uterum, quare non etiam egreditur in thoracem, vel in cavitatem ventriculi, vel inteſtinorum, nam illae cavitates etiam ſatis ſunt inſignes, quare igitur ſaltem egreditur in cavitatem uteri ſeu collum uteri? ℞. Si exacte conſideramus diſpoſitionem & ſtructuram uteri ipſiusque vaſorum, tum certe deprehendimus ſufficientem rationem quare hoc fiat; in thorace enim ſanguis plus juſto fermentans ſemper refrenatur ab aëre, in ventriculo orificia vaſorum non ſunt adeo conſpicua, ut a motu iſto inſolito ſanguinis poſſint tam facile reſerari, nam obſtat ventriculi inaequalitas, praeprimis tunicae interioris, quam multis rugis praeditam obſervamus, quae obſtaculo eſſe poſſunt; eadem ratio etiam valet in inteſtinis, ubi vaſa lateralia ſunt, & non directe feruntur in cavitatem inteſtinorum, unde non tam facile aperiri poſſunt. Et maxime ſi ſanguini obex ponitur ut non per uterum effluere poſſit, alia vaſa aperiuntur: ſic in ſuppreſſione menſium ſaepius vomitus cruentus periodicus obſervatur; ſaepe alvi fluxus cruentus, ſaepe haemoptyſis, ſed hoc fit praeter naturaliter & non juxta naturae leges, nec per conſuetas vias.

Huc etiam facit, ſi conſideramus quod lactantes & gravidae careant menſium fluxu. In gravidis enim quamvis illa corpuſcula ſingulis Lunae mutationibus tranſmittantur, tamen inſolita illa fermentatio tanta non eſt, ut poſſit vaſa in gravidis aperire (1) quia tempore impraegnationis uterus exacte clauditur (2) quia inſignis mutatio fit circa ſanguinis circulationem in gravidis propter nutrimentum quod deferri debet ex ſanguine ad foetum: hinc facile hae circumſtantiae in cauſſa eſſe poſſunt, quare ſolito tempore deficiant menſes in gravidis.

In lactantibus vero imminuitur ſanguinis quantitas, maxima enim pars imprimis partes chyloſae ſeu flexiles deferuntur ad mammas & in lac mutantur, hinc fermentatio illa tam fortis eſſe non poteſt, ut conſueto tempore aperiat vaſa & ſanguis effluat.

Quare autem in infantibus & in aetate juvenili fluxus menſium non exoritur? ℞. cauſſa eſt, quia maxima pars ſanguinis impeditur nutritioni (non quidem quatenus eſt ſanguis ſexcenta enim inſtituti, ſed quatenus abit in humores circulantes

tes

Digitized by Google

tes ſeu nutrientes) unde tanta fermentatio fieri non poteſt a materia ſubtili in vaſa uterina ſeu hypogaſtrica (i.e. plexus uterinos) conſueto tempore referentur.

Quare in Vetulis non fluant? ℞. quia pori ſunt intercluſi & fibrae vaſorum hypogaſtricorū ſeu plexus uterini fiunt duriores, quo minus illa vaſa aperiri poſſint.

Qu. quo tempore aetatis ſoleant menſes erumpere? Alii dicunt anno 11. alii 12. alii etiam 14. alii 18. &c. ſed facile conciliantur, ſi conſideramus, pro diverſitate regionis ciborum & aliarum circumſtantiarum menſes nunc citius nunc tardius erumpere; in nonnullis ante 20. annum non fluunt, in quibuſdam plane imo per totam vitam non fluunt menſes, quia illorum conſtitutio magis accedit ad virilem diſpoſitionem, ita ut ſanguis non auſcultet effluviis illis lunaribus. Sunt etiam multi viri, qui patiuntur fluxum menſium, ita ut ſanguis ſingulis menſibus erumpat, frequenter per haemorrhoides, & illorum ſanguis magis accedit ad molliorem ſeu muliebrem conſtitutionem.

Tempus hujus profluvii etiam accurate determinari nequit; aliis enim profluunt menſes per triduum, aliis per 8. dies &c. quod facile explicari poteſt per diverſitatem temperamenti, regionis, ciborum, aëris ambientis & aliarum circumſtantiarum, ut ſanguis nunc tardius nunc diutius fluat, erumpere poſſit.

His ventilatis omnia intelliguntur quae circa menſium fluxum occurrunt; quare nempe cum dolore erumpant, interdum ſupprimentur, &c.

In menſium ſuppreſſione reſpicimus vel ſanguininē vel uterum; in culpa enim ſemper eſt vel ſanguis vel uterus: ſanguis quatenus eſt nimis viſcidus, craſſus, glutinoſus, ita ut non auſcultare poſſit effluviis lunaribus; nam propter poros anguſtos in tanta copia non recipiunt corpuſcula illa, quae quamvis in continuo & celerrimo ſint motu, tamen propter paucitatem ſanguinis illum viſcidum dilatare non poſſunt, unde illorum vis obruitur a vi ipſius ſanguinis.

Sanguis vero producit ſuppreſſionem menſium, quatenus peccat motu & ad alium locum defertur; vel quando peccat quantitate, ut non ſit ſatis copioſus.

Ipſius uteri: quando adeſt vitioſa uteri diſpoſitio ut in ſequenti caſu &c. vel quatenus oſcula vaſorum uteri obſtruuntur ab humore viſcido glutinoſo, qui impedit pororum apertionem & ſanguinis effluxum; in hoc caſu menſes inordinate fluunt, mucoſi, craſſi & pauci, &c.

Sanguis qui alias per uterum effluit vel dilutus, floridus vel magis craſſus & grumoſus eſt; ſi effluit per vaſa hiantia in collum uteri, tunc ſanguis magis dilutus & floridus eſt: ſin vero prius per vaſa hiantia in cavitatem uteri fluit, ibidem in grumos abit & ſub forma grumoſi ſanguinis rejicitur.

Verum dices: totum corpus eſt tunc ſpirabile, & quovis pulſu pori arteriarum dilatantur, per quos humores circulantes egrediuntur in tubulos partium; quare enim non continuo reperitur talis ſanguis in utero & effluit? ℞. Singulis quidem momentis egreditur ſanguis ex arteriis, ſed nequaquam ſub forma ſanguinis (tum enim pori deberent eſſe valde aperti) ſed humorum circulantium, id eſt, partes flexiles & chyloſae.

Sanguis qui effluit eſt mucoſus, craſſus &c. quia adeſt intemperies frigida.

Veneris minus eſt appetens, nullaque vel exigua &c. propter fermentorum debilitatem & ſpirituum inopiam: ineſt enim teſtibus ſeu organis genitalibus fermentum quoddam, & ſpiritus ex tali ſanguine craſſo non poteſt rite volatiliſari nec fermenta rite elaborari.

Semen non retinetur &c. propter privatam uteri intemperiem laxam.

Curatio. In intemperie tali ſanguinis viſcida & glutinoſa non ſtatim purgantibus agendum, quia ſaepe non ſolum fruſtra exhibentur, ſed & aliquando majorem noxam poſſunt inferre; praemittenda igitur potius erunt praeparantia, incidentia, attenuantia & talia quae humoribus flexibilitatē iterum conciliant, & obſtructiones reſerant, & hoc etiam obſervabit Auctor noſter: antequam enim pur-

Digitized by Google

gans dedit, praemiſit praeparans ex radice enulae, cort. aurant. aqua puleg. &c. omnia haec ingredientia aromatica ſunt (ſeu participant de ſale volatili & aromatico) quae diffuſa in ſanguinem cum humoribus circulantibus ſeſe diffundunt in tubulos, quos obſtructos reſerant, humoremque inhaerentem fluxilem reddunt.

Facta praeparatione: id eſt ſi humores ſatisfacti fluxiles, & tubuli obſtructi reſerati, tum purgans felici cum ſucceſſu dari poteſt, ingredientia illa praeſcripta ab Auctore noſtro poſſunt etiam ordinarie pro vino medicato praeſcribi: poteſt tamen addi ſal aliquod alkalinum, quia alias purgantia illa folia ſennae, mechoacan. & jalapa, &c. ſuppeditant ſuam vim catharticam menſtruo, niſi addatur ſal aliquod reſerans poros. Auctor noſter facta purgatione ad intemperiem frigidam &c. provocatis per horas matutinas in laconico ſudoribus, notat bene, ſudores tales nequaquam commendari debere in intemperie ſanguinis pituitoſa viſcida, niſi praeparatio humorum praeceſſerit, & purgantia aliquoties fuerint exhibita, alias vaſa lymphatica magis obſtruuntur, vel ſi per ſudores partes volatiles abeunt in auras, reliquus ſanguis incraſſeſcit & intemperies glutinoſa augetur. Et haec ſufficiant, quia eadem curatio hujus affectus eſt quae in menſium ſuppreſſione: de qua in ſeqq.

CASUS II.

De Intemperie Uteri calida & ſicca cum bile.

HISTORIA.

Helena Conjux Nobiliſſimi DN. HEINRICI rubicundi coloris & in venerem proclivis, inordinato, pauco, aduſto & acri menſtruorum fluxu afficitur, caput plerumque dolet, labia ſicca ſunt, interdum cum oris quadam amaritudine, adſunt & alia abundantis in corpore bilioſi humoris indicia.

RESOLUTIO.

Hic iterum notari debet ut in priori caſu: intemperiem hanc denominandam eſſe intemperiem uteri, ſed denominandam potius intemperiem calidam & ſiccam ipſius ſanguinis: nam ſublata tali intemperie in ſanguine nullus character adhuc deprehendetur in ipſo utero; enim intemperies illae non partibus ſolidis ſed fluidis adſcribendae.

Phaenom. Menſes inordinate fluunt & pauci ſunt ob ſanguinis penuriam, dicit Auctor noſter potius propter effervescentias inordinatas, quae in tali bilioſo ſanguine facile a conflictu partium acrium.

Caput dolet: Auctor noſter putat propter exhalationes, potius quatenus partes acres bilioſae cum ſanguine arterioſo deponuntur in tubulos meningum, ubi propter irregularem figuram & magnitudinem diſtendendo rollionem punctionem, & ita dolorem capitis excitant.

Labia ſicca propter copiam ſalium in maſſae ſanguinis praedominantium.

Oris amaritudo facile explicari poteſt ab humore bilioſo, ut Auctor noſter: lingua enim ſolet eſſe index conſtitutionis totius maſſae ſanguinis: eſt enim pars ſpongioſa, in cujus poros ſeu tubulos facile ſanguis particulas praedominantes deponere & infundere poteſt.

Curationem Auctor noſter inchoavit decocto alterante: hoc enim quod dilueret ſalia, & temperaret alkalinam talem ſanguinem intemperiem; haec enim omnia aquoſa ſunt & humectantia, nempe radice cichor. fragar. fol. endiv. &c. ſcatent humiditate quia intemperiem alkal. temperant, additur ſem. melon. (convenit in morbis calidis) quia oleum tale, qua gaudent ſemina melon. cuſpides ſalium inviſcant in tali intemperie alkalina.

Co-

Colat. adduntur ſuccus citri, acetoſ. &c. quia ſunt acida; omnia vero acida repugnant alkalinis, & ſalia illa corrigunt.

Auctor noſter: materiam ppāratam ſubduxi electuario de tamarind. cum rhabarb.

In officinis noſtris proſtat elect. de tamarindis cum foliis ſennae, refertur inter lenientia, & in febribus ſi adſit alvi obſtructio, & intemperie quavis calida tuto exhiberi poteſt ad unc. j.

Auctor noſter: poſtmodum ad pleniorem bilioſus &c. diacydon. lucidum purgans exhibui. Notandum, quod diacydon. iſtud ſit vehementiſſimum quoddam purgans, non quidem propter doſin ſcammonii excedentem, ſed quia miſtio non poteſt adeo accurate fieri, ita ut in una doſi tantum ſcammonii obſervetur quantum in altera: & haec cauſſa eſt quod ſaepe ad drach. j. exhibitum in pluribus nihil operetur, in quibuſdam aliquid, in aliis facile hypercatharſin excitat, quod fit propter inaequalem miſtionem ſcammonii. Ergo non ita temere hoc electuar. praeſcribendum; culpa enim alias in Medicum rejicitur.

Commendatur ſerum lactis caprini; quia pori ejus reſpondent ſalibus corporis noſtri; hinc facile ſalia in illos recipi poſſunt & educi.

Auctor noſter: extra pro dorſi & lumborum inunctione tale linimentum &c. NB. Abſtinendum ab illo videlicet conſueto tempore, id eſt inſtante menſium fluxu, quia omnia illa ſunt frigida & refrigerant; unde facile ſanguinem in vaſis lumbaribus ſeu circa dorſum coagulare, incraſſeſcere & ita obſtructiones magis promovere poſſunt.

C A S U S III.

De dolore uteri à potu frigido.

H I S T O R I A.

U*Rſula Vxor villici mei, fluentibus menſibus tempore meſſis, laboribus ruſticis incaleſcens, aquam profluentis copioſe hauriens, in atrociſſimos uteri dolores incidit: fluxu ſanguinis menſtrui penitus ſuppreſſo.*

R E S O L V T I O.

Menſes fluentes facile impediuntur a cauſſa aliqua externa, quae refrigerare ſanguinem poteſt & coagulare; hinc aër frigidus fluentibus menſibus in muliebria admiſſus ſtatim coagulat ſanguinem, unde dolor & alii affectus uterini oriuntur: ſi menſtruatae nudis pedibus ſuper pavimentum ambulant, in periculum vitae incurrunt; ſi intrant aquam frigidam menſes ſtatim ſubſiſtunt, & ſummus dolor oritur circa regionem hypogaſtricam, lipothymia, convulſiones, dolor capitis & ſaepe ipſa mors, ſic inquit D. D. Waldſchmid. vidi ancillam quandam, quae occupata lavandis linteis fluentibus menſibus intravit aquam frigidam, unde correpta fuit ſuffocatione hyſterica & per triduum jacuit ablatis omnibus ſenſibus, exhibita fuerunt multa externa ſuffumigia &c. ſed fruſtra: tandem tertia die ego juſſi venam ſaphaenam in pede aperire, unde paulo poſt ad ſe ipſum rediit, & integre eſt reſtituta.

Simile quid praeſtare poteſt potus frigidus ſanguine valde incaleſcente aſſumtus. Verum, objicitur, incomprehenſibile videtur quomodo potus talis frigidus aſſumtus tam brevi temporis ſpatio coagulari poſſit ſanguinem praeprimis in partibus remotis. ut in vaſis circa uterum & regionem hypogaſtricam: in pulmonibus quidem hoc facile fieri poteſt propter vicinitatem gulae cum pulmonibus & aſpera arteria: dum enim potus frigidus tranſit gulam facile ſanguinem in pulmonibus coagulare & talem intemperiem viſcidam & craſſam imprimere poteſt: quomodo

vero

Digitized by Google

vero hoc fieri poterit in vaſis uteri? R. Nota quod corpus noſtrum & omnes pori ſemper ſint repleti vaporibus ſeu partibus ſpirituoſis (i. e. ſpiritibus) quae in corpore in continuo ſunt motu, ab anima tamen neque ſentiuntur, utpote quae ſaltem judicium fert de inſuetis motibus a quibus moleſtiam percipit; quamprimum nunc accedit radioſus motus, ita ut vapores illi vel plus vel minus moveantur in corpore noſtro, animi percipit moleſtiam & ſic ſentit quae antea non ſentiebat: nam dum plus vel minus illae ſpirituoſae partes movētur ſtatim alius character imprimitur & earum motus vel imminuitur (per motum radioſum illum nihil aliud intelligitur, quā aliam determinationē partiū ſpirituoſarum Carteſius vel conatum ſaltem ad motū: ex.gr. ſi navis adverſo flumine ducitur in altum, torrenti aut aquae ſtatim alius motus imprimitur, quem, ſi navis receſſit, poſt puppim adhuc videmus durare aliquamdiu, quia partes nondum ſequuntur motum aliarum partium, & quamvis ille motus radioſus non ſit conſpicuus in corpore, tamen ſufficit conatus ad alium motum recipiendum, ut bene monet Carteſius de actione luminis, nam illuminatio in momento fit. Ergo non conſiſtit in motu valde ſenſibili, ſed ſaltem radioſo, i. e. conatu vel preſſione globulorum &c. vide Carteſium; hic ſi potus frigidus aſſumatur, ſtatim alius motus imprimitur partibus ſpirituoſis totum corpus replentibus, nempe impediuntur in motu vel ſegnius moventur. Ergo facile vapores tales irradiant ita ſang. abire poſſunt in coagulum & incraſſeſcere, unde ſanguis ſtatim reſtagnat in vaſis & fit glutinoſus, qui extravaſetur in cavitatem uteri, abit in grumos: vel ſi aliae partes accedunt ad ſanguinem in vaſis reſtagnantem vaſa diſtendunt, ut intumeſcant, unde dolor circa lumbros vel hypogaſtria oritur.

Hoc in caſu fruſtra adminiſtratur venae-ſectio, quia venae-ſectio non poteſt ſanguinem coagulatum & grumos diſſolvere, ſed requiruntur talia medicamenta, qualia exhibere ſolemus in caſu ab alto, quae nempe poſſunt ſanguinem coagulatum diſſolvere ſeu grumos ſanguinis reddere fluxibiles, ut Auctor noſter flores chamomillae; externe etiam attenuantia ut ſem. anethi, lini, herbae matricariae, meliſſae &c. Auctor noſter pulviſculum praeſcripſit ex myrrha cum aqua mulier. &c. nam myrrha etiam in lapſu ab alto contra ſanguinem coagulatum exhibetur.

Omnibus palmam eripit ſperma ceti: ſin vero poſt horum uſum menſes nondum fluere incipiunt, tum poteſt tandem adminiſtrari venae-ſectio in pede.

C A S U S IV.

De inflammatione Uteri.

H I S T O R I A.

Nobiliſſima foemina M. E. V. W. temperamenti frigidi & humidi, de intumeſcentia abdominis, infra umbilicum, modo acuta, modo imminuta conquerebatur, aderat & ſpirandi difficultas, hypochondriorum tenſio & lumborum dolor, quum moveretur, vel manu abdomen comprimeret ſonus & ſtrepitus percipiebatur.

R E S O L U T I O.

Illae ſaepe falſum mentitur conceptum, & ſic decipit ſaepe Medicos adſtantes & mulierculas. Flatus in omnibus corporis partibus & qualibet cavitate generari poſſe nemo negabit, quemadmodum enim in inteſtinis non raro generantur, ita etiam in utero quem valde diſtendunt. Bene igitur ſigna ſunt diſtinguenda, ne confundamus partem affectam, ſive enim meſenterium repletum flatibus, ſeu cavitas abdominis, ſeu uterus, tunc difficulter poſſunt diſtingui; quando meſenterium (in quo tot plexus ſunt nervei) ſpaſmodica quadam vellicatur contractio-

ne,

ne, tunc non raro muſculi hypochondriorum attolluntur, ita ut efformetur globus tumor) qui etiam poſſit manu contrectari, & tunc plerumque ſolent uterum accuſare,quum tamen uterus in culpa non ſit ſed poris glandulae inflatae,& ſpaſmodice contractae in ipſo meſenterio, ita ut mentiantur foetus caput in utero contenti vel ipſum uterum inflatum. Quando pori inteſtinorum ſunt obſtructi, quo minus vapores ſpirituoſi motu naturali tremulo poſſint pergere,tum ſaepius oritur talis intumeſcentia abdominis, imprimis in ſexu foeminino, quae gravidationem mentitur. Vera tamen inflatio uteri provenit ab inflatione ipſius uteri, quatenus nempe in ejus cavitate multi flatus cumulantur; multi putant flatus in cavitate uteri colligi non poſſe, ſed ſi conſideramus ſymptomata a nutrimento corrupto producta, facile concipere poſſumus flatus generari poſſe ab uteri alimento proprio corrupto, ſed ne Medicus male conſulat ſuae exiſtimationi, nec in periculum vitae conjiciat aegram, valde cautus eſſe debet, ne curet gravidationem pro uteri inflatione, nec uteri inflationem habeat pro gravidatione; nam affectus qui a flatibus oriuntur,patiuntur ſua incrementa & decrementa, nec in eodem permanent ſtatu & ſemper opus mutationibus obnoxium: hinc tumor abdominis ſi eſt a flatibus, tumor jam major jam minor apparere ſolet; ſin vero vera gravidatio adſit, ſigna ſunt conſtantia & tumor abdominis fere idem deprehenditur.

Reſpiratio difficilis adeſt & hypochondriorum tenſio,tum quod in tali uteri inflatione inteſtina magis ſurſum protrudantur & meſenterium magis diſtendatur, tum quod ſimilis cauſſa fuit in inteſtinis, ita ut non ſolum in uteri ſed & abdominis cavitate flatus generentur, unde diaphragma planum reddi vel libero motu moveri non poteſt nec ſubſidere,& ideo reſpiratio valde eſt difficilis.

Flatus ſunt corpus quoddam mobile, ideo facile hinc inde fluctuare poſſunt,& haec eſt ratio, quare a leviſſimo motu corporis murmura, ſtrepitus & ſonitus aegra perceperit.

Curatio hujus affectus eſt vel univerſalis vel particularis: univerſalis recipit totam maſſae ſanguinis praeprimis coctionem primam in ventriculo, quae depravata ſolet eſſe auctor variorum morborum in toto ſanguine & reliquis viſceribus: quia igitur flatus oriuntur vitio humoris ſeu muci acidi, ideo praemitti debent praeparantia ex aromaticis conſtantia, haec debent excipere lenitiva, expurgantia laxativa, quae repetitis vicibus exhiberi debent; poſtmodum carminativa exhibenda & talia quae ſunt partium tenuium, quae facile obſtructos tubulos reſerare humoremque tenacem in illis contentum fluxilem reddere valēt: talia ſunt medicamenta ſaepius laudata ex lignis ppata, quorum partes rigidae & durae ſunt & omnes morbos frigidos, glutinoſas obſtructiones curare poſſunt, ut ex ligno ſancto,ſarſaparill. ſaſſafras &c.

Auctor noſter ſub horam decubitus aquam vitae mulierum cum eſſentia zedoariae delibanda commendavi: loco aquae vitae mulierum ſubſtitui poteſt aq. zedoariae aniſata,quae horis veſpertinis ante cubitum ad 2. vel 3. cochlearia aſſumi poteſt: Laboravit (inquit D.D.waldſchmid.) uxor ruſtici cujuſdam per plures menſes inflatione uteri, ut quamprimum intraret muſaeum calidum totum abdomen valde intumeſceret, contra vero in aëre frigido ſtatim iterum detumeſceret abdomen: varia medicamenta fruſtra exhibita ſunt ab agyrtis mulierculis, nihilominus tamen paucis reſtituta eſt,quum enim ante aliquot ſeptimanas conſuleret me Maritus,ſuaſi ut ſingulis horis matutinis aſſumeret elixir. antiſcorbutici noſtri gutt. xx. vel xxv. ad xxx. in cochleari uno vel altero cereviſiae calidae exſpectando ſudorem in lecto: horis vero veſpertinis ante cubitum aſſumeret miſturum carminativam ex aqua ſplenetica Schroderi, aq. menthae, abrotan. balſam. embryon. cum eſſentia ſaccharina citri, uſurpatis per octiduum integre valet, quae per tot menſes hoc malo fuit afflicta. Felicis hujus ſucceſſus

Digitized by Google

ceſſus ratio manifeſta dari poteſt , nam illud elixirium antiſcorbuticum dictum nihil aliud eſt, quam elixir. antiarthriticum Timaei cujus mentionem facit lib. 3. de morbis infimi ventris caſu 36. de arthritide vaga ſcorbutica p. m. 169. nam hujus elixirii ingredientia ſunt aromatica , participant de ſale volatili , unde mucum tenacem attenuant , corrigunt, tubulos obſtructos reſerant , & ita flatus compeſcunt.

Carminativa certe in omnibus affectibus uterinis multum praeſtant , & ipſa menſium ſuppreſſio praemiſſis praemittendis per ſola carminativa curari poteſt, nam aromatica ſunt naturae alkalinae , quae repugnant omnibus vitioſis acidis, &c.

C A S V S V.

De Aſcaridibus uteri.

H I S T O R I A.

ANNO M.DC.XXIX. *Illuſtriſſimus Dominus DN: TORQVATVS de comitibus, Exercitus Cæſarei Campi Mareſchallus Generalis, &c. edicto publico, cavit, ne quis ex Stationariis concubinam aleret , & ſi quae hactenus altae fuiſſent , intra triduum ſub poena fuſtigationis removerentur: mandato ut pareret inter caeteros Tibicen quidam , raptam non ita pridem per vim villici cuiuſdam filiam monuit, ut conſortio abſtineret urbeque quamprimum excederet ; illa nexum coniugalem, quem raptor promiſerat, urgere, inſtantiuſque propter ingravidationem, quam praetendebat, flagitare ; hinc contra acrius inſtare , mortemque ni abitum maturaret, minitari, tandemque obluctantem gladio confodere auſus eſt . Demortuae ventrem ut ſubito propter animantis ſpem aperirem, juſſit Illuſtriſſimus Dominus Campi Mareſchallus, aperui, ſed praeter mucoſum, quid & ingentem aſcaridum viventium & hinc inde obreptantium numerum, nihil in utero repertum . Sectioni ipſe Dn. Campi Mareſchallus, Dn. Wallenſteinius Iunior, Chiliarcha Peruſſius , Baro de Goldrain, Dn. Aegidius aliique plures interfuere, id quod veluti rarum quid & paucis viſum ſcripto hoc publico, memoriae tradere volui.*

R E S O L U T I O.

Notum jam omnes vermes generari ex certis ovis vel ſemine , illa ova ſunt inſenſibilia, inconſpicua & adeo parva, ut etiam minutiſſimos , inſenſibiles (intelligibiles tamen) poros & anfractus poſſint permeare ; hinc quando quies ipſis conceditur ut involuta aliis humoribus deponantur in certam cavitatem alicujus partis, ibidem diuturnitate temporis tandem calore partium circumjacentium ita foventur, ut excludantur & vitam nanciſcantur . Iſtius modi ſemina ſeu ova cum humoribus circulantibus depoſita in ſubſtantiam uteri tanquam partem ſolidam, ſi ibidem nutrimentum non rite poteſt aſſimiliari , ſed abeat in humorem putrilaginoſum , ita ut aliquandiu ſemina deliteſcant in cavitate uteri, redduntur foecunda, & tandem reddunt proles , unde varii generis vermes enaſci videmus. Fermentatio noſtra vitalis (id eſt naturae noſtrae conveniens,) contrariari videtur excluſioni ovorum ſemen vermium generantium : quod ſi vero illa fermentatio deficiat a ſua indole & oriatur fermentatio putrida & putrefactior (etiam ſpecies fermentationis eſt) tum facili negocio ſemina ſeu ova poſſunt ad maturitatem deduci : videmus hoc in fructibus horariis, nam pro diverſitate temporum, annorum , caloris aeſtivi , ſemina nunc excluduntur nune extinguuntur & ſuffocantur: hinc hoc anno , hac aeſtate , uberior copia vermium deprehenditur, ſequenti vero vel nulli vel pauci: cauſſa diverſitatis hujus eſt, quod calor magis conſtans & aequalis fuerit, Sin vero calor ſit inaequalis & accedat in-

temperies aëris,tunc ova facile ad maturitatē deduci poſſunt; nā excluſiones ovorum differunt ſaltem inter ſeſe gradibus, ſic calor ille qui fovet & excludit ova gallinarum gradu ſaltem differt ab illo qui requiritur ad excluſionem ovi anſerini,& hoc de omnibus oviparis concludi poteſt.

CASVS VI.

De Menſium defectu.

HISTORIA.

Illuſtris quaedam foemina ex proſapia Comitum de Eberſtain oriunda, Conjux Dn. A. V. D.O. E. M. triginta circiter annorum, temperamenti calidi & ſicci, interprete marito, pharmaca quaedam menſes moventia a me petebat.

RESOLUTIO.

In ſuppreſſione menſium, ut in praecedentibus dictum, attendendum vel ad ſanguinem vel ad vaſa; ad vaſa quando ſeu vitioſe conformata ſunt, vel quando ipſe uterus ſcirrho vel duritie quadam, vel aliquo vitio haereditario laborat, tunc enim orificia horum vaſorum ita ſunt munita a circumſtantibus, quo minus convenienti modo orificia vaſorum poſſint reſerari: hinc in illis menſtrua nunquam fluunt, & fruſtra etiam omnia exhibentur medicamenta, excepto ſolo remedio nempe venae-ſectio, quamvis enim venae-ſectio non poſſit menſes elicere ſeu profluvium excitare, multum tamen conducit ſanitatis conſervationi,quatenus copia ſanguinis per eam imminuitur, & ita ſubjectum a variis morbis & inſultibus praemunitur.

CASVS VII.

De Menſium ſuppreſſione.

HISTORIA.

MARIA, Filia Reverendi Dn. Michaelis Braunsbergii Archi-diaconi Treptovienſis Virgo XVIII. annorum facie pallida & ſubtumida de inflatione ventris & hypochondriorum, difficili reſpiratione, anguſtia pectoris, & torpore totius corporis querebatur, aderat quandoque & capitis,potiſſimum vero lumborum dolor; urinae reddebantur albae,crudae & ſpiceae.

RESOLUTIO.

Menſium ſuppreſſio morbus vocatur in aetate matura, non vero lactante nec gravida: nam in aetate infantili lactantibus & gravidis non fluunt nec etiam in illis quae ſunt provectae aetatis, & tamen bene valent: dicitur igitur ſaltem morbus in illis quarum aetati temperaturae, &c. conveniens eſt.

Phaenomena in menſium ſuppreſſione in praecedentibus ſunt propoſita, addi illis poteſt urina quae ſolet eſſe cruda,, aquoſa, tenuis propter defectum debitae pneumatoſeos & fermentationis in ventriculo, unde non ſine ratione Barbette in ſua praxi menſium ſuppreſſionem fere ſemper oriri dicit ex ventriculo ſeu vitio coctionis primae,nam menſium ſuppreſſio oritur a ſanguinis cacochymia,quae eſt proles cacochyliae: cacochylia autem oritur a vitio coctionis primae in ventriculo, & hinc urinae crudae,aquoſae & tenues ſunt, quia ſalia non exaltantur nec poris lymphae incoquuntur, ſed ſuppreſſa & involuta manent ab aliis partibus viſcidis glutinoſis in corpore,& haec etiam ratio eſt quod urina non tingatur.

Sed quum nuſquam ſit tuta fides, Medicus valde cautus eſſe debet in curanda men-

menſium ſuppreſſione , ne curet gravidationem pro menſium ſuppreſſione, nec menſium ſuppreſſionem habeat pro gravidatione, ſic enim facile incurret in diſcrimen exiſtimationis & famae ſuae. Ergo ſigna diſtincta probe ſunt examinanda, talia quidem plura recenſentur a practicis , praecipua tamen ad quae ſemper Medicus attendere debet, haec ſunt. Notum enim quod in gravidis primis menſibus certa ſymptomata oriri ſoleant, ut appetitus proſtratus , vomitus matutini, pica & tandem tuſſis, quae medio impraegnationis tempore accedere ſolent: incerta tamen haec omnia, quia etiam comitari ſolent illas, quae laborant ſuppreſſione menſium , ſanguis enim reſtagnans verſus ventriculum ſuccos peregrinos ſuppeditat fermento, idque varie mutat & laedit, unde illa mala.

Verũ enim vero, ſive ſymptomata illa ut appetitus proſtratus, vomitus matutini &c. ſucceſſu temporis & de die in diem imminuantur & ceſſent ſenſim, ſive poſtmodum non adeo graviter affligere ſoleant, indicium eſt impraegnationis, & contra, indicium eſt menſium ſuppreſſionis, nam ſymptomata gravidarum de die in diem miteſcunt & imminuuntur; in menſium ſuppreſſione vero de die in diem augentur ſymptomata. Idem apparere ſolet in gravidis ſignum certiſſimum nempe motus foetus in utero circa menſem quartum vel quintũ. Sed & hoc infidum & incertum eſt ſignum , quia ſimilis motus produci poteſt a flatibus in abdomine vel utero fluctuantibus . Quid ſi vero Medicus nullum ſignum certum habere poſſit num adſit gravidatio vel ſuppreſſio menſium, & ita aliquamdiu dubius haereat, tunc in mentem vocare bebet praeceptum Hippocratis dicentis : *ſi non potes prodeſſe non debes obeſſe* : ſicque praeſcribere poteſt primae coctioni dicata nempe medicamenta ſtomachica , illis enim nec abortus poteſt cauſſari neque ſuppreſſio menſium reddi deterior.

Prognoſt. ſigna. Menſium ſuppreſſio parens eſſe ſolet graviſſimorum morborum: ſaepe enim natura ſolet ſe exonerare per alias vias valde periculoſas ut notum; ſic ſaepe ſputum cruentum oritur gerens vices ordinarii fluxus menſium.

In principio vel recens menſium ſuppreſſio admittit quidem curationem, ſed diuturna eludit plerumque vim medicamentorum.

Incommoda autem illa quae ſequi ſolent diuturnam recenſentur ab Hipocrate lib. de morbis mulierum, dicente : *quod ſi per ſex menſes purgatio menſirua defecerit, malum incurabile* : quod tamen non ita abſolute intelligendum , quia curantur etiam ſaepe quae per ſemiannum imo integrum annum tributum hoc lunare non ſolverunt; hinc Riverius conatur interpretari hanc Hippocrat. doctrinam, qui videri poteſt. Certum tamen eſt , quod ſi non mature occurramus malo , tandem convulſiones, epilepſia , & quod familiariſſimum eſt hydrops aegras trucidare ſolent. Et ſane conſideratione dignum eſt, & admirationem meretur , quod omnia illa ſymptomata ortum trahentia ex menſium ſuppreſſione ſoleant exacerbari praeſente tempore conſuaete evacuationis : hinc ulcera quae interdum in ſuppreſſione menſium a reſtagnante ſanguine & acri facto (ſeu intemperie ſanguinis) in pede vel aliis partibus produci & oriri ſolent (ſanguis enim reſtagnans facile contrahit intemperiem quandam, degenerat a craſſi & acris fit) ſemper praeſente tempore conſuetae lunaris expurgationis valde dolent & magis quam antea, & omnes affectus ſolent eſſe graviores praeſente tempore conſuetae expurgationis : ſic etiam obſervatum fuit, quod vulnus , quod inflictum fuit foeminae laboranti menſium ſuppreſſione , ſemper recrudeſcere coeperit inſtante tempore, quo alias foemina tributum lunare ſolvere debebat.

Antequam ad curationem ſe accingat Medicus in mentem vocare debet praecepta a Riverio & aliis propoſita, quae ſancte obſervanda ſunt Medico: (1) ne error aliquis committatur circa locũ venae-ſectionis, alias enim in vitae periculum Medicus aegrum conjicere poteſt , ſi venae-ſectio intempeſtivo tempore in brachio vel intempeſtivo tempore in pede adminiſtretur : (2) ſemper a mitioribus

in-

incipiendum eſt, partim ut conſulat Medicus ſuae exiſtimationi, nec patientem laedat, ſi enim fuerit deceptus & habuerit gravidationem pro menſium ſuppreſſione, tunc mitioribus illis medicamentis noxam non potuit inferre nec matri nec foetui, quod alias fieri poteſt, purgantibus & aliis, tum etiam ubi menſium ſuppreſſio inveterata eſt, & obſtructiones validae nunquam validioribus agendum & ſic obſtructiones magis magiſque augentur.

(3) Nunquam ſpecifica ſeu appropriata fortiter menſes pellentia exhibenda, niſi praemiſſa fuerint univerſalia, (h.e. ppantia purgantia quae repetitis vicibus exhibenda) alias menſes magis ſupprimuntur, quia ſanguis magis commovent, & ita majori in copia ruunt verſus uterum, unde tunc, quia viae incluſae ſunt, obſtructio augetur.

(4) Illa appropriata ſeu menſes moventia ſemper circa conſuetum tempus exhibenda, quo alias fluere debent, ne vim inferamus naturae, utpote quae vult duci nequaquã vero cogi. Traditur in caſu propoſito curatio mẽſiũ ſuppreſſionis a vitio ſanguinis ortum ducentis; ſanguis peccare poteſt vel quantitate, vel qualitate, vel motu (vel miſtione & motu ut loquuntur Neoterici): *quantitate*, quatenus nempe ob plethoram & diſtenſionem vaſorum ſanguis alacriter moveri nequit: *qualitate*, ſi eſt craſſus, viſcidus, glutinoſus: *vitio motus*, ſi non ad convenientes vias ordinarias excretorias moveatur, ſed ad alias partes, ut effluat per haemorrhoides vel per nares, oculos, gingivas, gulam, aſperam arteriam (unde haemoptyſis ſeu ſputum) ut videre eſt apud Auctores vel Obſervatores.

Auctor noſter. (1) Ad minuendum & evacuandum, &c. venam in talo aperuimus, &c. Maximus error committi poteſt circa venae-ſectio ſi menſes ſupprimantur inter fluendum vel fluentibus a cauſſa aliqua manifeſta vel externa ut frigore &c. tunc nulla alia vena eſt aperienda quam ſaphaena in pede, i. e. vena in talo. Sin vero menſes ſupprimantur a plethora ſeu ſanguinis copia (ut non raro fit) vel qualitate ſanguinis vitioſa (caeteris tamen paribus ſi nempe nihil aliud in ſanguine prohibeat) tum primum extra tempus conſuetum inſtitui poteſt venae-ſectio in brachio, poſtmodum etiam inſtante lunari expurgatione aperiri poteſt vena in pede.

Auctor noſter. (2) Hinc ad praeparationem materiae viſcidae & craſſae venas, &c. huc collimant quae antea dicta ſunt, nempe prius ad totam maſſam ſanguinis reſpiciendum eſſe, antequam ſpecifica exhibeantur: ſi igitur ſanguis eſt viſcidus, glutinoſus, exhibenda aperientia, attenuantia prius, quae excipere debent purgantia, quae omnia non exhibenda inſtante purgatione lunari, ſed longe ante tempus conſuetum ne naturam impediamus in ſuo munere: ſi enim quis purgans daret inſtante tempore lunaris evacuationis, certe occaſionem daret quo minus ſanguis per muliebria efflueret, nam alium motum, aliam determinationem conciliaret ſanguini. Praeparantia medicamenta quae debeant eſſe in tali viſcida & frigida ſanguinis intemperie, ſaepius dictum eſt, quae nempe particulas duras & rigidas habent.

Auctor noſter. (3) Materiam praeparatam potiuncula purgante eduximus, &c. Nota purgantia ſaepe reiteranda, & ſaepe interponi praeparantia, quia uno ictu non cadit arbor, utplurimum debent eſſe in forma pilulari. Recommendantur pilulae foetidae majores, omnia aloëtica, pilulae de galbano Sylvii hoc in caſu egregiae. Obſervandum tamen, ſemper purgantibus (& aliis) admiſcenda eſſe nonnulla ſpecifica, ut caſtoreum, myrrham, vel ſalia nonnulla menſes moventia, oleum ſuccini, ſabinae, &c.

Auctor noſter. (4) Peracta feliciter purgatione venam pedis quartum circiter vel quinque diebus ante conſuetum. &c. Debemus igitur ſemper obſervare phaſes lunae ſeu conſuetum tempus; nam ſi venae-ſectio medio tempore ſeu prima quadratura lunae, i. e. ſi non erit novilunium, adminiſtretur, tunc potius nocet,

ſi diuturnitate temporis aegrota neſciat conſuetum tempus, vel Medicus quaerere nolit, tunc ſemper ante novilunium tertium vel quartum diebus venae-ſectio inſtituenda eſt.

Auctor noſter.(5) Poſtmodum ad menſes moventia devenimus (nempe peractis omnibus) exhibendo pulviſculum ex myrrha, &c. impedientia illa conſtant ſua laude, ſed myrrha propter amaritudinem, & ſaecula bryoniae propter inſuavem ſaporem & ſaeculentiam facile nauſeam excitant, & ſi bis vel ter ab aegris aſſumuntur, abhorrent deinde. Horum loco exhiberi poſſunt aquae deſtillatae quae minori cum nauſea & ſimili ſucceſſu ſi non feliciori exhibentur, ut aqua puleg. meliſſae cum vino flor. cheiri, calendulae, aqua hyſterica cum caſtoreo, addi his poſſunt carminativa & edulcorari ſirupo appropriato, aperitivo ut ſirupo artemiſ. de 5. radicibus, qui multum praeſtat in hoc affectu. Auctor noſter vinum chalybeatum Zacuti intendit ſpir. tart. crocati, eſſent. caſtor, &c.

Nota: omnia illa ſpecifica poſſunt referri vel ad martialia vel ad volatilia ſalia, utraque uno fere operantur modo, nempe quatenus acidum vitioſum corrigunt, hinc ſolet exhiberi vel decoctum chalybeatum, vel vinum chalybeatum, id eſt, cui imponitur limatura Martis cum aliis ingredientibus, tinctura Martis Zwelſferi, tinctura vitrioli Martis, & omnia ex Marte praeparata hic commendantur.

Alia tamen vulgaria quidem ſed palato gratiora & magis ſuavia vino imponuntur, cujus primum hauſtum ſumant in prandio vel coena ut. ℞. *Rad. leviſtici, rubiae tinctorum, zedoariae* āā. drach. j. *galangae, enulae* āā. drach. ſem. *herbae roris marini* (ſpecif. in affectibus uterinis) *artemiſiae, meliſſae* āā. m. ſem. *flor. calendulae, cheiri, anthos* āā. p. j. *baccarum lauri* drach. ij. *cinnamom.* ſcrup. j. *croci* gr. vj. *ſalis tartari* ſcrup. j. inciſa groſſae det. ad nodulū: ſum. ſpecies in prandio vel coena, vel ſi placuerit ſumat hauſtum primum horis matutinis, alterum hora tertia pomeridiana.

Auctor noſter. Interdum ſpir. tartari crocat. &c. deſcribitur in Crocologia Herdoti (egregius eſt tractatus) ubi habet varias compoſitiones ex croco.

Auctor noſter. Elixir propriet. Paracel. nempe debet eſſe ſine acido paratum, alias plus nocet.

Auctor noſter. Aqua vitae mulier. & id genus alia, nempe balſamus embryonum, aqua hyſterica cum caſtoreo, aqua hirundinum cum caſtoreo, aqua zedoariae aniſata, aqua meliſſae compoſita, &c.

Auctor noſter. Frictiones, pediluvia, ſuffitus &c. adhibentur praemiſſis praemittendis balnea vel artificialia vel naturalia; verum obſervandum ne ſudores nimium erumpant per uſum balnei, quia ſic diſcuſſis partibus ſpirituoſis ſanguinis incraſceſcit, ſicque obſtructio augeretur.

Auctor noſter tandem: tincturam aloëticam & eſſentiam uterinam &c. Illa tinctura aloëtica cum ſp. vin. tartariſato praeparari poteſt, loco eſſentiae uterinae ſubſtitui poteſt elixir. uterinum Crollii, vel ſi quis poſſideat elixir. uterinum Moebii, quod potentius eſt & feliciori cum ſucceſſu exhibetur.

Quid ſi ſanguinis motus peccet, ita ut per alias partes magis periculoſas effluat, tunc ſemper convenit venae-ſectio in pede; ſed ponamus caſum, ſi foeminae alicui menſes fluant per haemorrhoides ſingulis menſibus, quid tunc faciendum, nam ſi dentur menſes moventia, tunc fluxus magis promovetur per vaſa ſedalia: ſi venae-ſectio adminiſtretur iterum fluxus promovetur per vaſa ſedalia. Enim ibi judicium Medici eſt difficillimum. Satius igitur erit, ſi inſtante purgatione exhibeat medicamenta, leniter profluvium menſium promoventia.

Alia adhuc conveniunt in movendis menſibus. Riverius commendat cruorem ſeu ſanguinem hircinum, cujus praeparationem vide apud Hippocrat. qui inple ur itide commendat ſanguinem hircinum, & propter eandem rationem videtur convenire in menſium ſuppreſſione, praeſertim quando ſanguis collectus in

cavi

cavitate uteri abit in grumos: illo enim ſanguine coagulato iterum diſſoluto, cerum fluxilis redditur, & conveniens motus illi reſtituitur.

Commendat idem fermentum domeſticum, quo alias maſſa farinacea fermentari ſolet, & huic tribuit vim movendi menſes, ſi portio ad nucis avell. magnit. vel ad drach. j. aſſumatur: ex effectu hujus medicamenti patet fermentat. imminutam, vel deficientem ſanguinis etiam eſſe veram cauſſam menſium ſuppreſſionis: ſi igitur fermento ſeu alio remedio ſanguinis fermentatio reſtituatur, tunc excretiones naturales iterum etiam peraguntur, quemadmodum enim exigua fermenti portio maſſam farinaceam fermentare poteſt, ſimili modo ſi aſſumatur in corpus noſtrum, particulae activae ſeſe inſinuantes maſſae ſanguinis fermentationem inchoant & menſes ſuppreſſos ciere poſſunt. Commendatur etiam a practicis decoctum ſplenis bovis, hujus operandi modus etiam inquirendus; ſi aqua communi vel fontana inebrietur maſſa farinacea: non ſequitur fermentatio niſi addatur fermentum: verum ſi lien aliquandiu fuit maceratus in aqua illa tepida, & poſtmodum maſſae farinaceae affundatur, tunc ſequitur fermentatio, exinde patet lieni ineſſe fermentum aliquod ſive partes quaſdam ſpirituoſas volatiles, quae facile fermentationem in corpore excitare poſſunt; ſeu lien bovis praegnans eſt principiis activis, quibus ſi donetur ſanguis, exaltatur ejus fermentatio.

C A S V S VIII.

De Menſium retentione colocynthide curata.

H I S T O R I A.

B*EATA, Filia Viri Illuſtris. Domini Nicolai Kaggen, Baronis de Torckmoorſi & Schiiffſund, Gubernatoris Halandiæ &c. ex menſium ſuppreſſione pertinaci & diuturna, multis graviſſimiſque urgebatur ſymptomatibus, adeo ut Parentes metu majoris mali cũ aliorum, tum & meam implorarent opem & conſilium: verum quum ab uſu medicamentorum prorſus abborreret, omniaque etiam non injucundi ſaporis & in minima quantitate exhibita, vomitu rejiceret, quin & clyſteres pudore virginali repudiaret, externis agendum eſſe cenſui, partium ſcilicet inferiorum frictionibus, pediluviis, fomentis, inſeſſibus, cucurbitulis ad crura cum ſcarificatione applicitis, venarum denique in pedibus ſectionibus & id genus aliis, quibus quum nihil proficerem, tandem umbilicalia ex trochiſcis albandali & ſabina, ſuffituſque crebriores ex colocynthide adhibui, ſicque DEO ſecundante, fluxum menſium feliciter elicui, id quod & in aliis pari ſucceſſu, expertus ſum. Habet namque colocynthis inſignem incidendi, attenuandi, aperiendi & ex profundioribus locis trahendi, menſeſque movendi potentiam.*

R E S O L U T I O.

Multum in movendis menſibus praeſtant externa, pediluvia, balnea, ſuffimigia, &c. miaſmata enim illa per poros foris intus ſpectantes ſeſe inſinuantia corpori noſtro motum ſanguinis pigrum & tardum promovere poſſunt. Convenit autem colocynthis externe & interne: eſt enim valde amara ſicque acidum compeſcit, bilem auget & ſanguinem reddit fluxibilem: gaudet enim particulis valde volatilibus & penetrantibus, quae facile ſe diffundunt in minutiſſimos poros: nam ſi orbis fricatur colocynthide, amaritudo durat per plures dies: ſi ergo particulae poſſunt poros penetrare in aliquo corpore ſolido, multo magis humido molliori ſeu laxiori.

Commendatur etiam ſuffimigium ex ſcoriis antimonii: ſcoriae antimon. coquuntur in aqua communi & vapor hujus decocti excipitur, vel decoctum hoc lateribus ignitis affunditur & fumus per muliebria excipitur: hoc externum commendat

Hartmannus in ſua praxi Chymiatrica. Suffimigia ex ſcoriis Martis valde conveniunt in movendis menſibus, igneuntur ſcoriae & affunditur urina inveterata & vapor excipitur. Celebris cujuſdam remedii mentionem facit Glauberus, ſimul etiam applicandi modum tradit, dum ſalia volatilia beneficio inſtrumenti lignei in contumaci menſium ſuppreſſione utero ingeruntur, nam quemadmodum in affectibus ſoporoſis per ſalia volatilia ut ſal c. c. ſpir. ſal. armoniac, &c.). naribus oblata ſpiritus ſopitos excitare conamur, ſimili modo per tractum hujus inſtrumenti cum goſſypio vel potius ſpongiola utero ingerentur ſpir. ſal. armon. urinoſus, ſal volat. urinae. c. c. & alia ſalia volatilia, quae ſe diffundunt in uterum, ſpiritus ſopitos excitant & exagitant, ſanguinis effectum fermentant, & ita convenientem itum ſanguinis reſtituunt.

CASVS IX.

De Menſium paucitate & ſtillicidio cum dolore.

HISTORIA.

M*Argaretha Eliſabetha Weynn, Conjux Viri Nobiliſſimi & Strenui Pauli; aetis circiter XXV. annorum, conſtitutione corporis melancholica, paucis diebus menſtruatim purgabatur, parumque ſanguinis excernebat ſtillatim & cum dolore, cujus quum eſſet impatiens, opem medicam implorabat.*

RESOLVTIO.

Menſes imminute fluunt vel cum vel ſine dolore, vocatur menſium ſtillicidium. Cauſſa quaerenda eſt vel in ſanguine vel utero: in utero, ſi vaſa valde tenuia, parva & exigua ſunt, ita ut ſufficiens copia ſanguinis per illa excerni nequeat, unde ſtillicidium ſine dolore; quod ſi vero ſanguis ſimul ſit acris inter excernendum, erodit tunicam ſenſibilem & dolorem infert, unde ſtillicidium cum dolore; in ſanguine ipſo vero vitium eſt, quatenus nimis craſſus viſcidus eſt, qualem Auctor noſter vel ſanguis melancholic. & quum in tali melancholico ſanguine excedat acidum, facile dolor ab illo acido vitioſo inter excernendum oriri poteſt.

Curatio quae hic proponitur, reſpicit cauſſam latitantem in ipſo ſanguine nempe viſciditatem & craſſitiem ejus, unde indicantur pparantia humorem melancholicum i. e. incidentia, attenuantia. Facta praeparatione humor eſt educendus e corpore beneficio alicujus catharctici; pro illa intentione proponit Auctor noſter vinum medicatum. Not. (1) de vinis medicatis ſeu laxativis, quod ſaepe graviſſimos excitent dolores colicos, quatenus ſtipites foliorum ſennae vel aliae partes rigidiores & craſſiores intrant cum chylo ſeu aliis humoribus poros vaſorum lacteorum; vel etiam quatenus illae rigidiores partes vibrantur in parietes inteſtinorum, & quum non poſſint interſtitia ſeu poros tranſire, dolorem vehementem excitant: (2) aliud adhuc incommodum obſervatur circa uſum vini alicujus laxativi, ſeu medicati, quod facile ſitum contrahat in ſuperficie, & ſi aliquoties in uſum fuerit vocatum., tum nodulus bene immergi nequit liquori vinoſo, praeſertim quia pharmacopaei ſolent nodulos parare in tali longitudine, quod nequaquam fieri debet, ſed potius ille ſacculus ſeu nodulus ſit latus quo facile immergi poſſit toti liquori vinoſo. Quum igitur propter talem ſitum in ſuperficie contractum vinum medicatum facile nauſeam moveat, nec vis catharctica propter inconvenientem ſacculi figuram ſeſe per totum vinum diffundere poteſt ut pro voto non operetur in corpore. Ergo alio quodam remedio his incommodis conſulendum eſt, hoc etiam optime fieri poteſt, ſi ſpecies inciſae dentur ad chartam & poſtmodum cochlear plenum hujus pulveris ſumatur, quod veſperi

immergitur vitro vini, circiter unc. iv. vel vj. debet ita ſtare in Muſaeo ſeu ad fornacem, in ſequenti mane colatur per linteum & ſic vinum recens jam paratum hauritur, quod non ſolum feliciter operatur, verum etiam quoties libuerit aegrotanti, recens pparari poteſt: ad incitat. vini medicati Auctor noſter ſequens ſit.

℞. *Fol. ſennae* drach. vj. *rhab.* drach. iij. *rad. jalap.* drach. i. ſem. *turbit. alb.* drach. j. *helleb. nig.* ſcrup. ij. *chalyb. ppti* drach. ij. *fol. mel. roriſm.* ãã. m. ſem. *ſal. tart. meliſſ.* ãã. drach. ſem. *cortic. citri* ſcrup. iv. poſſunt addi aromata nonnulla pro intentione Medici ut cinnam. antophyll. cardamom. &c. Inciſa groſſe det. ad chartam; pulveris hujus cochlear plenum infunditur vino hoc veſpertin. altero die colatur ſaltem & hauritur.

Chalybs ſeu medicamenta e Marte ppata adduntur medicamentis hyſtericis & menſes promoventibus, quatenus abſorbent acidum illud vitioſum coagulans ſanguinem, quod Auctor eſt obſtructionis iſtiuſmodi contumacis.

Auctor noſter: quartum laxantibus & mollientibus potiſſimum externis perficimus &c. illa reſpiciunt vaſa quatenus vitium in illis eſt, hoc eſt, quatenus ſunt nimis tenuia & exigua, nam laxantia illa facilitatem in dilatando vaſis conciliare poſſunt.

Auctor noſter: additis ſubinde & uterinis ſpecificis, nempe quae menſes promovent, ut radix rubiae tinctor. herb. artemiſiae, pulegii, roriſmarini.

Auctor noſter: non minus ac anodynis: anodyna debent eſſe ſaltem externa non interna, qui alias retardant fluxum, poſſunt igitur addi pro inſeſſibus & fomentis flor. verbaſci, hyperici, branca urſina, parietaria, flor. ſambuci, &c.

C A S V S X.

De fluxo Menſium nimio.

H I S T O R I A.

L*IDMILIA, Conjux Viri Generoſi & Strenui Domini Caroli d' Arboës, Domini in Moyen, menſium fluxu nimio ultra ſemeſtre laborans, de virium languore, reſperandi difficultate, inappetentia, tumore pedum oedematoſo, aliiſque ſymptomatibus conquerebatur, ſanguis effluens linteo exceptus apparebat, albidus aquoſus & ſeroſus, aderant et alia humoris aquoſi & ſeroſi, nec nō uteri humidioris & laxi indicia.*

R E S O L V T I O.

Quod in genere hujus affectus cauſſas attinet eodem hoc accuſantur quales adduximus in haemorrhagia narium, pulmonum (ut haemoptyſis) ſeu vaſorum ſedalium, omnia enim illa quae poſſunt haemorrhagiam narium, vaſorum ſedalium, &c. excitare, etiam menſium fluxum nimium.

Cauſſae in ſpecie ſolent dividi in in- & externas: externae ſunt quae ruptionem vaſorum cauſſare poſſunt, ut caſus ab alto, alicujus ingentis molis geſtatio, percuſſio, ut etiam vaſorum dilaceratio, fieri poteſt propter abortum vel partus difficultatem. Internae cauſſae ſunt quae ſanguinē nimis exagitant, unde violētus ejus motus & qua data porta erumpit, vel etiam quae ſanguinem nimis fundunt, ſeu nimis fluxibilem reddunt & ſimul acrem, quod ſaepius praeſtant medicamenta aloëtica volatilia, intempeſtive & nimia in copia aſſumta.

In actis Hafnienſibus (Danicis) quorum duo volumina edidit Bartholinus, legitur, quod quidam frequentius aſſumſerit ſal. vol. ol. Sylvii pro ſanguine attenuatione, & ad vertēdas obſtructiones: ſanguis enim per venae-ſectionem extractus fuerat viſcidus, craſſus, continuato uſu hujus aliquandiu incidit non ſolum haemorrhagiam narium vix curabilem, ſed & cum ſanguine revulſionis gratia per venae-ſectionem extraheretur, ille fuit valde floridus & tenuis nequaquam re-

diens

Digitized by Google

diens ad conſiſtentiam,quum fibrae ejus omnes eſſent diſſolutae;quod a ſale illo factum fuiſſe puto;inſignem enim vim habet penetrandi, attenuandi, incidendi & volatiliſandi. Malum ut narratur in hac hiſtoria, originem habuit ex obſtructione tubulorum & impedita circulatione lymphae per vaſa lymphatica; hinc quum ſanguis ille floridus fuit profuſus ex utero, ſpiritus animales ſufficienti in copia inde elaborari non potuere, unde languor & reſpirandi difficultas, & quia partes activae, quae debebant reſtaurare fermentum ventriculi, ſunt egreſſae, ideo inappetentia fuit ſubſecuta, tumor pedum ob inopiam ſpirituum accidere potuit, nam ſanguinis illa circulatio,quae debet fieri a pedibus verſus cor, laborioſior eſt illa, quae fit a capite ad cor,haec enim deorſum,illa ſurſum fit: hinc ſi ſpiritus animales ſufficienter non influunt,nec calcar addunt ſanguini & humoribus circulantibus, tunc ſegnius moventur per tubulos & vaſa lymphatica ſicque tanto incraſſantur, reſtagnant & tumor oritur.

Prognoſis:eſt affectus periculoſus,& multae inopinata morte ſubito extinguuntur ſi ſanguis nimia in copia ita per muliebria erumpit; hinc cauſſa bene indaganda eſt, ſi enim nimia uteri haemorrhagia oritur a ruptura vaſorum,percuſſione nempe, lapſu abortu, ſeu partus difficultate producta, tunc nulla exhibenda purgantia (nihil praeſtant) ſed potius ſtatim confugiendum ad adſtringentia praeſertim externa; ſin vero vitio ſanguinis nimius talis fluxus fiat, tunc poteſt quidem purgans aliquod exhiberi,ſi nempe paulatim fluxus fiat, ſin vero cum impetu ſanguis erumpat, tum iterum abſtinendum a purgantibus.

Auctor noſter exhibuit pulverem hydragogum (quatenus accuſat ſerum abundans in ſanguine) ut ℞. *jalap. pp.* ſcrup.i. ſem. &c. circa hoc purgans notandum, quod ſit ſatis forte, ſicque proſtratis viribus & ſanguis copioſius excreto ab illo abſtinendum; poteſt ſubſtitui, ſi purgare ſit neceſſe rhabarbarum, quod poſt ſe relinquit partes craſſiores & terreſtres adſtrictionem producentes.

Decoctum chinae cum aliis commendat Auctor noſter &c. & hoc egregium in hoc caſu, quatenus proſpicit ſymptomatibus, tumori pedum, cachexiae, quae plerumque comitari ſolet nimio fluxu laborantes,ſic enim pori & tubuli in ſuperficie corporis aperiuntur: quia decocta lignorum conſtant particulis rigidis, addidit Auctor noſter decocto flores roſarum rubrarum, NB. ſi aegrotans poſſit ferre odorem,nam multae mulierculae ſtatim incidunt paſſionem hyſtericam, quamprimum medicamentum exhibetur,quod ingreditur quid ex roſis.

Auctor noſter:hinc ad hepatis intemperiem &c. additis moderatis adſtringentib.&c. fruſtra illa adſtringentia hepatis commendantur, potius exhibita illa effectum ſortiuntur in ipſo ſanguine quem reddunt craſſiorem, corrigunt primam coctionem in ventriculo,e qua ut plurimum originem trahit nimia uteri haemorrhagia, ideo accuſat Barbette ventriculum & renes: illum, quatenus cacochylia aliqua generaretur: hos,quatenus ſeroſitates e ſanguine non eliminarent.

Auctor noſter:extra hypochondrio dextro emplaſtr.noſtrum hepaticum &c. illa externa non applicantur hypochondrio dextro ob eam cauſſam quod hepar ſangnificet,& imbecille generet ſanguinem in vaſis majoribus, vena nempe portae & vena cava per adſtringens iſtiuſmodi reddatur craſſior ac in motu ſuo impediatur.

Auctor noſter:de nocte ſpongia aceto roſaceo &c. moneri hic iterum debet, quod antea de roſis,ſi nempe ferre poſſit

Aqua ſpermatis ranarum cum aceto poteſt externe applicari muliebribus cum ſpongia. Conveniunt etiam hic excrementa animalium de quibus capite de haemorrhagia narium dictum, ut ſtercus ſuillum, aſininum, &c. repleri poteſt ſaccus ſtercore aſinino, coqui in aceto & externe muliebribus applicari, quod egregium auxilium in hoc affectu periculoſo & ſatis acuto.Omnia quae in diaeta Auctor noſter commendat, reſpiciunt coctionem in ventriculo: ſi enim rite fiat illa

con-

concoctio, nulla oritur cacochylia, ſicque nulla ſanguinis cacochymia: unde nulla cachexia ſeu atonia viſcerum.

CASVS XI.

De Sanguine menſtruo per vomitum rejecto.

HISTORIA.

ANNA Braunſchvveiges Coniux nobiliſſimi & ampliſſimi Dn. Chriſtiani aetate quadragenaria, à retento ultra biennium fluxu menſtruo ſingulis menſibus circa ultimam lunae quadraturam copioſiſſimum ſanguinem vomitu reiiciebat, initio à Chirurgo. ſanguinem ſiſtentia & contra vomitum cruentum facientia exhibita, a quorum uſum quum peſſime haberet, opem meam implorabat.

RESOLUTIO.

Continet ſaltem obſervationem ſanguinis menſtrui per vomitum rejecti, per varias partes enim ſanguinem fuiſſe rejectum teſtantur hiſtoriae Medicae, ut modo per vomitum; modo per aſperam arteriam, nares, aures, dentem excavatum putridum &c. Varias iſtiusmodi obſervationes curioſus legere poteſt in Directorio Moronii, qui ex practicis variis collegit. Viae per quas ſanguis ingreditur ventriculum, ſatis ſunt manifeſtae, nempe per arterias gaſtricas, ſeu ſtomachales. Fruſtra tentamus curationem hujus mali niſi ſemper habeatur ratio menſium fluxus. Ergo in hoc caſu potius debemus eſſe occupati circa menſium profluvii excitationem, quam circa ſanguinis rejecti per vomitum cohibitionem: & ſi per ventriculum ſeu vomitum ſanguis rejicitur menſtruus, non tantum adeſt periculum quam ſi per aſperam arteriam & haemoptyſin rejiceretur, quia haemoptyſin facile inſequitur phthiſis.

CASUS XII.

De Menſium fluxu undecimo aetatis anno erumpente.

HISTORIA.

VIrguncula quaedam nobilis conſtitutionis ſanguineae, undecimo aetatis anno ventris torminibus frequenter afficiebatur, quibus mitigandis quum pulverem baccarum lauri exbibuiſſent domeſtici, menſes erumpere, ordinarie & menſtruatim deinceps fluentes; duodecimo nupſit eodemque peperit in hunc uſque diem vegeta & incolumis, pluriumque liberorum mater.

RESOLUTIO.

Agitatur controverſia, quo tempore menſes erumpere ſoleant? verum nihil certi hic determinari poteſt, quia pro diverſitate temperamenti, aetatis, aëris, regionis, ciborum, nunc citius, nunc tardius erumpunt; in hoc caſu anno xj. inceperunt fluere, quod tamen raro fit.

CASUS XIII.

De Menſium uſque ad ſeptuageſimum ſextum aetatis annum ordinate fluentibus.

HISTORIA.

CATHARINA Coniux Viri nobiliſſimi & ampliſſimi Dn. Georgi Braunſchvvigii Conſulis Colbergenſis, meritiſſimi, conſtitutionis ſaguineae firmique corporis,

ani-

noſter accuſat vitium hepatis & ventriculi malum utique oritur ex ventriculo quatenus ibidem ob acidum vitioſum coctio non rite perficitur, unde languent reliquae actiones, languet etiam fermentatio in toto ſanguine & crudus ſanguis fit. Sanguis talis crudus aſſimilari nequit, ſed potius exſtillat & penetrat ſubſtantiam uteri, idque eo facilius fieri poteſt; ſi conſideramus uterum conſtare ex partibus membranoſis & glanduloſis, annotante elegantiſſ. Sylvio, glandulae illae innumerae facile ſuſcipiunt illuviem illam albam, tenuem, unde ad ſatietatem inebriatae eructant per intervalla humorem talem crudum.

Augetur fluor ille propter mutatam temperiem ipſius uteri, quae uteri intemperies conſiſtit in nulla alia cauſſa quam in flacciditate, laxitate ſeu rigiditate fibrarum ad uteri conſtitutionem concurrentium, & tunc nutrimentum uteri non aſſimilatur ſed ejicitur ex utero ut in calculo veſicae, ſi nempe veſica propter dolorem a calculo contrahit intemperiem ut nutrimentum non aſſimiliari poſſit, unde in calculoſis cum urina rejicitur humor viſcidus glutinoſus, qui nil aliud eſt quam proximum viſicae nutrimentum; ſimili modo fluoris muliebris materia augetur ab ipſius uteri nutrimento propter ejus intemperiem contractam a vitioſis humoribus eo allabentibus.

(4) Copioſius excernitur: Auctor noſter: quia a toto corpore affluit; ſi enim ex ſolis glandulis proſtratae dictis (ut in profluvio uterino fit, de quo ante dictum) tunc in tanta copia non excernitur, ſed quia a ſanguinis maſſa ortum habet, ideo etiam copioſius excernitur & filtratur quaſi per muliebria.

(5) Sine dolore: ſaepius conjunctus eſt vehementiſſimus dolor, ubi nempe acredo humorum; ubi vero praedominantur humores pituitoſi molliores, doloris eſt expers.

Adeſt languor totius: Auctor noſter dicit propter vitium nutritionis; ſed potius propter penuriam ſpirituum animalium, quia ex tali ſanguine crudo pituitoſo ſufficienter generari non poſſunt.

(7) Adeſt nauſea & ventriculi imbecillitas. Auctor noſter: quatenus ejicere conatur quae ſibi ſunt moleſta &c. ratio haec valde lubrica eſt, quia nauſea non conſiſtit in orificii ſuperioris apertione; ſed potius in nauſea orificium ſuperius valde conſtringitur, & quamvis in ventriculo aliqua fluctuet materia, tamen propter orificium ſuperius adſtrictum non poteſt excerni, ſi enim abhorremus ab aliqua re, fibrae potius contrahuntur quam extenduntur.

(8) Pedum tumor: Auctor noſter ab humorum &c. Potius ab obſtructione tubulorum & vaſorum lymphaticorum, quae obſtructio impedit, quo minus humores circulantes a ſpiritibus animalibus poſſint verſus ſuperiora propelli, & quia ſanguis debet aſcendere per lineam perpendicularem, quod fieri nequit ſine recenti irradiatione ſpirituum animalium.

Signa diagnoſtica aegra indicabat.

Prognoſis. Malum curatu eſt difficile, cum diuturnitate temporis ſaltem corrigi poteſt intemperies totius ſanguinis: ergo intemperies illa ſanguinis cruda corrigenda: (2) humores vitioſi quacunque in parte ſint, ſive in ventriculo ſeu partibus genitalibus, evacuandi; & (3) coctiones viſcerum promovendae. Convenit itaque phlegmagogum aliquod, cui hydragoga addi poſſunt, quae praeparans aliquod praecedere poteſt; ante omnia autem videndum, num acidum vitioſum vel in ſanguine vel in ventriculo commode corrigi poſſit per alkalina blandiora aromatica & coctionem juvantia? Si enim acidum vitioſum corrigatur, facile etiam profligari poteſt malum; nam in propoſito caſu fruſtra exhibita ſunt plura generoſa remedia, donec tandem malum profligatum fuit pulvere aliquo ſpecifico ex teſtaceis ponderoſis & acidum corrigentibus, conſtante.

Curavi aliquando (inquit D. D. Waldſchmid.) Comitiſſam hoc affectu laboran-

Digitized by Google

tem his pilulis. ℞. *faecul. bryon. caſtorei, aſae foetidae* ãã. drach. ſem. *ſal ſuccini*, *corall. Iovis* ãã. gr. xv. cum *gummi galban. ſoluti in aqua vitae mulierum* f. pilulae minim. quae deaurentur, vel foliis lunae obducantur ad vitandum foetorem. Dentur ſingulis horis veſpertinis ante cubitum, & horis matutinis cum vehiculo.

℞. *Aq. lignor.* (deſcriptionem habes cap. de catarrhis) unc. iij. *ſplenetic. Schroed.* unc. i. ſem. *balſam. embryon.* unc. ſem. miſ.

Inter purgantia praeferenda aloëtica, quae humores viſcidos glutinoſos educunt & acidum valde corrigunt.

CASVS XV.

De Chloroſi.

HISTORIA.

Barbara Margaretha Filia Viri Nobiliſſimi Dn. C. A. K. p. m. ab anno decimo quarto aetatis usque ad decimum ſeptimum menſtruatim & ordinate per uterum purgabatur: hinc fructibus horariis & lacte, piſcibus item aliisque cibis craſſis & viſcidis copioſius frequenterque ingeſtis, menſes ſubſtitere facieſque & labia ex colore roſeo in ſubalbidum & vireſcentem mutari totumque corpus, maxime crura & pedes intumeſcere coeperunt. Acceſſit & capitis dolor, ciborumque faſtidium & murmura rugituſque ventris cum hypochondriorum tenſione, interdum & cordis palpitationes moleſtae erant, ſpirandique difficultas, maxime a concitatione corporis motu.

RESOLVTIO.

Nota. Chloroſis propoſita, nihil aliud eſt quam cachexia virorum, quae ortum ſuum trahit ex menſium ſuppreſſione: hinc ſanguis reſtagnans aceſcit unde fermenta viſcerum depravantur, & acidum vitioſum in ventriculo colligitur, quod Auctor & parens eſt omnium malorum. Dictum cachexia virorum, ad diſtinctionem a chloroſi, quae vocatur febris virginea, febris alba ſeu amatoria, quo in affectu menſes rite aliquamdiu fluunt & ordinarie, qui affectus etiam nequaquam ortum trahit primario ex ſanguine ſed potius ex turgeſcentia liquoris ſeminalis, a quo ſanguis valde depravatur, coctiones viſcerum deſtruuntur. Unde multa ſymptomata oriuntur in hoc affectu; videmus enim accedentibus annis pubertatis inſignem mutationem oriri in tota ſanguinis maſſa: mutatio fit in voce, erunpunt pili, turgeſcunt mammae, menſes tandem profluunt, quae omnia indicium praebent novae cujuſdam exortae fermentationis in tota ſanguinis maſſa quatenus liquor ſeminalis, jam ad maturitatem productus, ſanguini communicatur & novum fermentationis modum in ſanguine incipit, ſi nempe ovarium muliebre ad ſatietatem repletum ſit liquore ſeminali, ex illa fermentatione vitioſa ſanguinis varie depravari poteſt, coctio in ventriculo impeditur, quatenus ipſum menſtruum ſtomachale vitiatur ex tali ſanguine vitiato. Et quoad diagnoſin notandum; inquirendum bene eſſe num fluant menſes? ſi enim hoc, & conſentiat aetas, indicium certe eſt malum ſeu febrem amatoriam ortum trahere ex turgeſcentia liquoris ſeminalis: & in tali caſu minime menſes promoventia exhibenda. Ergo febris virgineae ſeu amatoriae nulla eſt alia cauſſa, quam turgeſcentia liquoris ſeminalis ipſam ſanguinis maſſam varie vitiantis, unde varia mala, ut rugitus, murmura abdominis, dolores colici, facies pallet: hinc proverbium; pallet ergo amat.

In curatione etiam maxima diverſitas deprehenditur; aut enim ſuadendum conjugium aut congreſſus. Num autem a Medico conſcientioſo hoc ſuaderi poſſit, diſquiritur apud Zacchiam in quaeſtionibus Medico-legalibus; vel ſuadenda & exhibenda ſunt nonnulla ſemen extinguentia, qualia ſunt camphorata, ſaccharum Saturni, terebinthinata & alia.

Quod

Quod ſi vero chioroſis oriatur ex menſium ſuppreſſione, tunc ante omnia attendendum a Medico, quomodo poſſit naturae reddi menſium effluxus, cujus tota curatio petenda ex capite de menſium ſuppreſſione, de qua in praecedentibus.

CASVS XVI.

De Suffocatione uteri ab odore roſarum.

HISTORIA.

ANNA Schragen Conjux Domini Caſparis Taſchemacheri Senatoris Colbergenſis cacochymica, tempore verno in collectione florum roſarum occupata, ſubito concidit, ſine ſenſu & motu voceque & reſpiratione intercepta, ut quaſi ſuffocari videretur, ſuccedebat partium externarum frigus, faciei labiorumque pallor & cordis palpitatio.

RESOLUTIO.

Hic affectus nomen ſortitur ab urgentiori ſymptomate; quia metus ſuffocationis ſeu ſtrangulationis deprehenditur. Ergo vocatur uteri ſuffocatio, vel paſſio hyſterica, quia putant uterum potiſſimum pati.

Auctor: recentioribus vocatur paſſio hypochondriaca, quum eadem ſymptomata occurrere ſoleant, quae in hypochondriaca affectione; ab Helmont. vocatur aſthma uterinum, quatenus ille ſtatuit regimen quoddam, quod uterus in omnes partes totius corporis habet, quod tamen falſum eſſe putamus.

Creditum hactenus fuit a Medicis cauſſam proximam & immediatam hujus affectus nullam aliam eſſe cauſſam, quam aſcenſum uteri e ſua ſede ad partes ſuperiores infimi ventris, ita ut ſaepe manibus in abdomine poſſit contrectari, dum globus modo in hoc, modo in altero latere, in hac vel illa parte deprehenditur. Uterum e receptaculo ad ſuperiora motum comprimere diaphragma, unde reſpirandi difficultatem derivant, & quum uterus repletur variis humoribus, dicunt multos vapores aſcendere ad gulam & ſtrangulationem inducere, vel potius metum ſtrangulationis, ſicque omnia ſymptomata in hoc affectu veteres explicant per talem uteri aſcenſum, & inde ad has vel illas partes exhalantibus vaporibus.

Verum haec omnia ex praejudicio potius creduntur, nam rationi contradicit & praeprimis anatomiae, uterum poſſe ſedem ſuam relinquere, & expatiari in inferiori corpore hinc inde; firmiter enim adhaeret inteſtino recto, ligamentis (quae terretia Anatomicis dicuntur) alligatur oſſi pubis, ut inde via trahi ſit plane neſcius. Tandem obſervamus ſimilia etiam ſymptomata in viris, in quibus tamen uterus non reperitur. Ergo mali hujus cauſſa non eſt uteri aſcenſus vel fluctuatio in abdomine; & riſu dignum eſt, quod ſaepe vulgares homines in viris haec ſymptomata obſervantes accuſare ſoleant uterum. Corruit igitur opinio haec veterum. Sylvius & qui ipſum ſequuntur ſtatuunt cauſſam hujus mali eſſe eandem cum cauſſa affectionis hypochondriacae, unde Sylvius non agit in ſpecie de ſuffocatione hyſterica, ſed ſub nomine affectionis hypochondriacae: cauſſam enim dicit eſſe vitioſam effervescentiam ſucci pancreatici cum bile, quatenus ſuccus pancreaticus ſit plus juſto acidior, ex qua deducit, explicat Sylvius omnia phaenomena occurrentia.

Williſius dicit affectum huc referendum eſſe inter morbos ſpaſmodicos ab inordinato motu ſpirituum animalium & inordinatis motibus fibrarum nervearum.

Nos media & regia incedimus via, dicentes, ſuffocationem uteri provenire ab acido vitioſo & motu ſpaſmodico fibrillarum nervearum; ſic enim omnia phaenomena clare explicari poſſunt.

Digitized by Google

Antequam etiam videamus cauſſas a quibus ſoleat produci acidum vitioſum & irritatio ſpaſmodica fibrarum; prius phaenomena in hoc morbo occurentia brevibus explicanda: (1) percipiunt mulieres tali ſuffocationi uteri obnoxiae in infimo ventre dolorem quendam lancinantem, audiuntur rugitus, murmura, hypochondria attolluntur & intumeſcunt, globulus quidam hinc inde fluctuat in abdomine, adſunt maxime anxietates, vomitus, praecordiorum dolor, reſpiratio difficilis, palpitatio cordis, metus ſtrangulationis, vertigo, tinnitus aurium, extremorum frigus, omnium ſenſuum ablatio, nonnunquam vox ſaltem perit (atonia adeſt) Omnia tamen obſervant quae ab aſſiſtantibus aguntur, ſaepius motus convulſivi partium externarum coincidunt, jacent ſaepe ſine motu & ſenſu per aliquot dies, ita ut teſtantibus hiſtoriis, nondum extinctae impoſitae fuerint ciſtae ferali. Certiſſimum jam eſt uterum hic non pati (& ſi patitur non magis patitur quam ventriculus in vitioſa coctione, nam in vitioſa ventriculi fermentatione culpa non redundat in ventriculum ſed ſuccum, id eſt fermentum) potius videmus quod in hoc affectu acidum vitioſum peccet & genus nervoſum potiſſimum patiatur, & per vitioſum acidum atque ſpaſmodicam irritationem omnia recenſita phaenomena explicari poſſunt.

Sed objiciunt vulgo & dicunt, uterum pati in hoc affectu, nec id contradicere rationi & experientiae; ſi enim uterus poteſt e ſuo loco deſcendere, quidni poſſit aſcendere? Atqui diſpoſitio ſeu ligatura uteri admittit, ut poſſit deſcendere (uti clarum eſt in prolapſu uteri) ergo etiam facile admittit ut aſcendat, & illa ſymptomata producat.

Ry. In uteri procidentia ſeu prolapſu neqq. uterus mutat ſitum ſuum, ſed eſt tantum relaxatio interioris tunicae colli uteri; hinc dicit Barbette in ſua praxi, quod tuto poſſit abſcindi, quod fieri non poſſit ſi prolapſum illud ipſe uterus eſſet. Et Jacobus *von-meben* in ſua chirurgia refert caſum de perſona quadam patienti uteri prolapſum, quae accedente maxima inflammatione & tumore ingenti mali pertaeſa, petiit exciſionem Medici & Chirurgici tentarunt & amputarunt ingentem molem partis carnoſae, putantes eſſe ipſum uterum, ſed eventus contrarium docuit, fuit enim non uterus, ſed tunica interior colli ejus relaxata ab affluentibus in tantam molem accreta; itaque ſatis factum inſtantiae.

Videndum nunc quomodo manente utero in ſua cavitate ſymptomata produci poſſint.

Percipiunt dolorem lancinantem in inferiori corpore, quatenus humores vitioſi acidi praeter naturam fermentantes lancinant fibras nerveas; hinc quum uterus nervos habet communes cum meſenterio, ſtatim in conſenſum trahitur meſenterium, & ſimili modo convellitur & contrahitur; hinc mentitur globulum quendam & ipſum uterum: quumque illa irritatio & contractio ſit quaſi periodica, facile etiam nunc in hac nunc in illa parte globus obſervatur; in conſenſum etiam trahitur ventriculus unde vomitus; flatus, qui fluctuabant in abdomine ſeu cavitate inteſtinorum, accedente vellicatione partium, itus liber aliquo modo denegatur, unde quaſi coacti in ſeſe rugitus & murmura excitant, irruentes in hypochondria vel diſtendentes ipſa inteſtina, hypochondria inflant, unde intumeſcunt: in conſenſum etiam facile trahitur ipſum diaphragma, quod quaſi totum nerveum & praecipuum reſpirationis organum eſt. Spiritus animales inordinate moventur, in ſpaſmodicas exploſiones cientur ab acido vitioſo, a corpuſculis heterogeneis, unde ſenſuum ablatio, vertigo, cordis palpitatio, animi deliquium & alia facultatis animalis ſymptomata oriuntur, &c.

Nota. Non tamen opus ut acidum illud vitioſum ſemper quaeramus in ipſo ſucco pancratico, quia ipſi ſanguinis maſſae ineſſe poteſt, quod ſanguinem coagulat, ſicque reſtagnante in cordis thalamis oritur animi deliquium; & haec eſt ratio

quod

quod ceſſet malum, ſi nempe ſalia volatilia & penetrativa exhibentur, quae ſanguinis motum reſtituunt & fluxilem reddunt, ut in curatione dicetur. Videmus quod omnia phaenomena dependeant a vitioſo acido, quod ineſt ſanguinis maſſae & ſpaſmodica irritatione fibrarum nervearum.

Auctor noſter nobis proponit ſuffocationem uterinam ab odore roſarum: nocent huic ſuffocationi obnoxiis ſuaveolentia non omnibus quidem, pluribus tamen ſi naribus offeruntur, contrarium vero effectum praeſtant ſi mulieribus offeruntur, tanta tamen deprehenditur diverſitas temperamentorum, ut nihil certi determinari poſſit; multae enim poſſunt ferre ſuaveolentia in coelibatu, ſed maritatae ſtatim ab ipſis fiunt hyſtericae: aliae ab iis ſunt immunes niſi tempore gravidationis, aliae curantur ſuaveolentibus, in ipſa tamen paſſione nocent: aliae a foetidis fiunt hyſtericae & apoplecticae, aliae ab iis curantur, &c. Diverſitas haec quaerenda eſt in diverſa textura ſpirituum animalium; illi debent concipi tanquam corpus aliquod continuum, extenſum per totum corpus, prout enim nunc externum illud diſpoſitum eſt, facilius vel difficilius a ſuaveolentibus vel graveolentibus laedi poteſt: idem hic fere deprehendimus quod in aliis averſionibus, dum multi non poſſunt ferre praeſentiam felis, quia corpuſcula illa excitant alterationes in ſanguine vel ſpiritibus animalibus: ſic etiam haec effluvia laedere poſſunt ſpiritus ut vel diſſiliant vel diſſipentur, unde illa mala oriuntur.

In curatione ſuffocationis hyſtericae ante omnia videndum, ut ſanguis coagulatus iterum volatiliſetur, & ſpiritibus animalibus conveniens motus reddatur, hoc fit per ſalia volatilia, per ſpirituoſa & graveolentia naribus oblata & intus exhibita, unde varia graveolentia naribus oblata & intus exhibita, offeruntur, ut pennae accenſae perdicum, vel in defectu harum, gallinarum vel columbarum. Alii ſolent ſulphur accendere & naribus offerre, quod tamen feliciter ſaepe non procedit, dum a nimio illo foetore ſpiritus animales vel plane extinguntur, vel in motus ſpaſmodicos cientur, unde ſaepe epilepſia excipit ſuffocationem hyſtericam. Calli pedum equorum commendantur, prunis injecti & naribus oblati, in defectu horum ſolent mulierculae accendere lintea, rudimenta calceamentorum prunis injicere, vel alia graveolentia. Omnibus praeferenda inter externa urinoſa propter vim penetrativam & quae ſanguinem coagulatum diſſolvere & fluxilem reddere valent, ut ex ſale armoniaco ſpirit. urinae, ſpirit. fuliginis ſal. armoniaci ſalſus; caſtoreum quoque felici cum ſucceſſu naribus odorandum offertur. Excitatur etiam aegra pilorum inguinalium vellicatione. Frictiones debent fieri in plantis pedum, volis manuum, pannis aſperis & calidis. Spina dorſi poteſt inungi tinctura caſtorei, aqua hyſterica cum caſtoreo vel alia aqua epileptica; ligaturas rejicimus. Vellicationes, punctiones, clamores quae in paroxyſmo epileptico conveniunt, hic etiam locum habent. Legimus apud Hoeferum in Hercule Medico quod Chirurgus quidam vocatus ad nobil. matronam correptam ſuffocatione uteri tentaverit pilorum inguinalium vellicationem (dictum enim fuit, quod in hoc caſu ſaepe externorum ſenſuum abolitio ſit ſolo excepto tactu vel auditu, ut ſaepe audiant & percipiant vellicationes, eloqui tamen neſciant) quae Matrona poſtmodum ceſſante paroxyſmo recordata fuit hujus audaciae & propter illum accuſavit apud Maritum, qui propter appellavit ad ordinem Medicorum, qui tamen honorifice Chirurgum excuſabant.

Alterum Auctor noſter convenit conſtrictio abdominis circa umbilicum, quae fit vel per faſcias vel per cingulum e corio humano (quod optimum) Alii umbilico ſolent apponere fila cocta adhuc calida optimo cum ſucceſſu, eo citius enim redire poteſt reſpiratio & reddi liberior, ſi intumeſcentia abdominis & hypochondriorum per ligaturas inſtitutas impediatur.

Auctor noſter tertium per glandes acriores: tales parantur ex hiera picra, colocynthide ſcamm. & ſale gemmae. Au-

Auctor noſter: ſuaveolentia ex zibetho & nuce moſchat. muliebribus, &c. cum goſſypro ſuaveolentia applicantur inferioribus partibus ex ol. nuc. moſch. balſamo apolectico cum moſcho & ambra.

Interne exhibentur aqua hyſterica cum caſtoreo, aqua hyrundinum cum caſtoreo, aq. epilept. Langii, balſam. embryon. quibus adduntur ſpirituoſa & volatilia ut ſal. volatil. ſuccini, cor. cer. ſpir. ſal. armoniaci ſalſus.

Auctor noſter: quartum obtinuimus pulviſculo ſpecifico ex faecul. bryon. &c. addi poſſent ſalia volatilia. ℞. *Faecul. bryon.* gr. xv. *margarit. praepar.* ſcrup. ſem. *caſtor.* gr. vij. *ſal. volat. ſuccin.* gr. v. *ſal. Jovis* (quod celebre in hoc affectu) gr. ij. miſ. f. pulvis, poteſt dividi in duas partes aequales.

Saepius Medici coguntur experiri num vita adhuc ſuperſtes ſit, quod fieri poteſt, ſi ſpeculum offertur naribus & ori, quod ſi macula tingatur vita colligitur; vel pluma offertur & ex ejus motu vitae praeſentia colligitur, vel vitrum aqua plenum thoraci imponitur, & ex ejus fluctuatione colligitur num adhuc motus inſit corpori.

Sternutatoria etiam inflantur naribus, ſi ſequatur ſternutatio bonum, ſin minus peſſimum ſignum. Umbilico varia imponuntur in forma linimenti ex ol. nuc. moſchat. caſtor. ſuccini, ol. carminativo ſtillatitio Mynſichti (quod optimum eſt) inferiori ventri applicatur emplaſtrum matricale (quod proſtat in officinis) ut ℞. *Cerati ſeu Emplaſtri matricalis* unc. ſem. vel drach. vj. malaxetur *ol.* aliquo diſcutiente ut *aniſi*, *carvi*, &c. in medio ponatur *Zibethum.* obducatur ſindone rubro & imponatur inferiori ventri. Clyſteres etiam valde conveniunt in hoc affectu ex diſcutientibus & reſolventibus, tale poteſt eſſe: ℞. *Rad. leviſtici, imperator. polypod.* āā drach. iij. *herb. matricar. meliſſ. ſalviae, origan.* āā. m. ſem. *flor. anthos, chamomill.* āā. p. j. inciſa coquantur in ſ q. aquae fontanae, colentur. ℞. unc. x. vel 8. (quia non facile continentur propter inflammationem: ergo in minori copia) adde *aquae vitae mulierum* vel *vini malvatici* unc. i. ſem. vel *aquae carminativae*: addi jam poſſunt ſalia volatilia, *ſal volat. ſuccini* ſcrup. ſem. *ol. ſtillat. cumin.* ſcrup. j. *electuar. de baccis lauri* unc. ſem. *vitellum ovi*, miſ. f. enema quod egregium eſt.

Egregium etiam medicamentum eſt contra paſſionem hyſtericam tinctura chamaeactes vel ebuli a Mynſichto deſcripta: datur autem in ipſo paroxyſmo cochlear 1. vel 2.

Excitata jam aegra, tota curatio dirigenda ad acidi vitioſi correctionem. Ergo conveniunt praeparantia ſeu acidum corrigentia, ut ſunt omnia alkalina, elixir. uterinum, elixir. febrile Mynſichti, quod amaritudine ſua corrigit acidum, tinctura corall. ſuccini: poſt praeparationem purgans aliquod exhibendum, ad educendos humores vitioſos.

C A S U S XVII. & XVIII.

De Sterilitate.

H I S T O R I A.

F*Oemina quaedam nobilis, annorum circiter viginti, facie totoque corpore albicans & ſubtumida, poſtquam ultra triennium in ſterili coniugio vixiſſet, interprete marito querebatur, ſe in congreſſu nullam vel exiguam & brevem delectationem percipere, nec ſemen retinere, & licet aliquando retineatur, brevi tamen poſt, tertio vel quarto die iterum elabi.*

S*Empronius & Caia ultra decennium in ſterili coniugio vivunt. Ille temperamenti calidi eſt & ſicci; haec frigidi & humidi: ille in congreſſu ſemen emittit paucum & guttatim tardiusque: haec confertim & celerius.*

Digitized by Google

R E S O L U T I O.

Nulla fit conceptio in utero vel vitio mariti vel vitio uxoris. Si mariti vitio nulla fiat conceptio, facile cognoſci poteſt propter cauſſarum paucitatem: vel enim cauſſa quaerenda in ſemine nimis ſpirituoſo & activo, vel in excoctione ſeu ejaculatione. Difficilius vero cauſſae cognoſcuntur in ſexu foeminino, ſi culpa penes foeminam ſit, vel enim vitium erit in vagina uteri, vel in ipſo utero vel in ovi ductibus ſeu tubis, vel in ipſis ovis. In ipſis ovis quatenus ita ſunt diſpoſita, ut nullam recipiant foecunditatem, vel debito tempore non excluduntur ſeu protruduntur in uterum. In ovi ductibus ſeu tubulis quatenus viae illae ſunt nimis anguſtae vel planae obſtructae & conſtipatae ut non admittant auram illam ſeminalem. In ipſo utero, quatenus tonus ejus laeſus, hoc eſt, nimis eſt laxus, ejus parietes nimis lubrici, quod vitium ſolent vocare humoriſtae intemperiem uteri frigidam vel humidam, propter quod vitium ſemen vix admiſſum ſtatim iterum excernitur.

Saepius tamen in utroque, & mare & foemina vitium eſt, ſi non abſolute ſaltem reſpective, ita ut mas nullam prolem cum hac foemina generet, & tamen cum alia: ex quo patet requiri proportionem quandam reſpectu temperamenti & conſtitutionis inter marem & foeminam. In quo autem conſiſtat illa proportio inter marem & foeminam, a nemine hactenus explicatum fuit.

In caſu priori culpa rejicitur in ſemen foeminae minus ſpirituoſum, requiritur enim turgeſcentia veſicularum ſeminalium vel ſpirituaſcentia ovorum, & hoc adſit talis, ova nunquam foecundantur. NB. In ſterilitate foeminarum curanda univerſalia medicamenta ſemper exhibenda ſunt extra tempus menſium: ſpecifica vero ſterilitatem corrigentia vel paulo ante menſium profluxum vel immediate poſt menſes propinanda.

Et in tali caſu pro ſterilitate curanda conveniunt optime aromatica calida, & ſpirituoſa: omnibus praefertur roſmarinus ejus eſſentia vel ſpiritus commendatur: vinum anthoſatum convenit: addi poſſunt ſalvia, pulegium, matricaria, origanum, galang. caſſia lignea, antophylli, cinnamomum. Eſſentia lignorum cum ſpirit. roriſmarini praeparata, eſſentia ligni ſaſſafras, omnibus tamen praeferri ſolet ſuccolada Indica, quae vel per ſe exhibentur vel admoventur alia aromatica, vel cum lacte coquitur & bacillo agitatur, quod egregium eſt remedium contra ſterilitatem. Quid ſi tamen vitium haereat in ipſo utero, medicamenta haec vix ſatisfaciunt, ſed tum inſeſſus & balnea conveniunt tum artificialia, tum naturalia.

Auctor noſter artificialia dicit, quae fiant ex formicis, id eſt ex acervis formicarum balnea parantur, addi poſſunt alia mineralia, exſiccantia ut & herbae nervinae, ſtatim a balneo excipiatur fumus gummi animae, tacamahac. benzois, ſuccin. vel maſtich. &c. quibus remediis ſe plures curaſſe ſteriles ſcripſit Flaterus in obſervationibus ſuis.

Palmam hic eripiunt thermae ſeu balnea naturalia, propter exactiorem miſtionem particularum metallicarum, praeſertim ſi ſimul bibantur, quia ſic ſimul corrigunt intemperiem totius maſſae ſanguinis.

In viris praemiſſis jam univerſalibus, conveniunt Venerem ſtimulantia, ut eſſentia Satyrionis cum vino malvatico, ſuccolada Indica eſt inſtar omnium, ſi cum vino malvatico exhibeatur. Sic memini inquit D. D. waldſchmid. me Doctori alicui Theologiae aliquando praeſcripſiſſe ſuccoladam ſingulis horis matutinis & veſpertinis cum vino malavatico aſſumendam, cujus uxor plures per annos ſterilis enixa eſt tandem filium.

CA-

CASUS XIX.
De Mola.
(*Hiſtoria vid. pag.* 220.)

RESOLUTIO.

SIgna ſaltem bene ſunt obſervanda, ut Medicus molam ſeu falſum conceptum poſſit diſtinguere a vero & genuino conceptu: hoc facile cognoſcitur, (1) ex motu, ſi enim verus conceptus adeſt tunc menſe 4. vel 5. motus foetus percipitur. In mola vero nullus ſeu ſaltem tremulus quidam eſt motus: (2) ex tumore abdominis, in vero conceptu circa umbilicum major eminentia, majorque depreſſio circa hypochondria quae magis plana ſunt; in mola vero totum abdomen intumeſcit: (3) ex menſibus, qui in mola nonnunquam erumpunt & per intervalla: ſuntque vel decolorati vel etiam foetidi: (4) ex tempore, qui tranſacto jam menſe 9. & 10. ſi nullus fiat partus & tumor abdominis manet ſine hydropis ſuſpicione indicium eſt adeſſe molam. Tandem (5) ex pondere, quia nullum tale pondus percipit gravida ex foetu, ex mola vero pondus ſemper ſentit in abdomine, praeſertim ſi de uno latere in aliud corpus reclinet, ſigna haec quidem ſatis ſunt fida ſi mola adſit in utero ſine foetu; ſin vero mola adſit in utero cum foetu, tunc ſigna valde ſunt incerta, & expectandum erit tempus partus; Medicus enim tunc nihil certi concludere poteſt.

CASVS XX.
De Gemellis.

HISTORIA.

COmmunis Medicorum eſt ſententia Gemellos unius ſexus vivaciores eſſe quam diverſi. Cauſſas Sennert. lib. 4. Medicin. pract. part. 2. ſect. 4. cap. 5. adducit. *Varietatem nimirum ſeminis, inaequalitatem incrementi & motus ac perfectionis diverſitatem: inde namque evenire ut felicites eodem tempore edi non poſſint, ſed aut marem praeter naturam cunctari, aut foeminam praevenire neceſſe ſit: interdum tamen accidere ut etiam diverſi ſexus gemelli vitales ſint exemplo Fratris ſui Franciſci & Sororis Eleonorae demonſtrat Rodericus a Caſtro* de natur. mulier. lib. 3. cap. 13. *At ego non tantum vitales ſed & firmae valetudinis & robuſti corporis & longaevos memini; Conſulem nimirum Colbergenſem Ambroſium Teſmarum & Sororem eius Catharinam Coniugem Conſulis Matthaei Braunſchweiges, quorum ille vixit annos ſexaginta tres, haec octuaginta quatuor, uterque multorum liberorum parens.*

RESOLUTIO.

Eſt obſervatio magis curioſa.

CASUS XXI.
De lacte toto geſtationis tempore e mammis effluente.

HISTORIA.

UXor mea IUDITH KUNDENREICHIA primo contracti inter nos conjugii anno impraegnata, a ſecundo geſtationis menſe uſque ad decimum quo peperit, noctes dieſ-

dieſque lactis ex utraque mamma fluorem ſatis copioſum, non tam aegre quam ob perpetuum pectoris interularumque madorem moleſte ferebat. Ego inter initia ex prognoſtico Hippocratis quod habet. 5. Aphor. 52. *foetus debilitatem metuens roborantia quaedam & interna & externa exhibui; verum quum tractu temporis ex motu frequentiore & fortiore aliisque indiciis foetum ſatis validum eſſe perciperem, ipſaque mater ſic ſatis bene haberet, uſumque medicamentorum faſtidiret, naturae negocium committendum cenſui, cuius beneficio factum ut legitimo tempore Filium per omnia bene valentem partu non adeo difficili eniteretur, quem ut porro divina ſervet clementia, cordicitus precor.*

R E S O L U T I O.

Si tempore gravidationis menſes fluant vel lac ex uberibus, ſemper eſt indicium debilitatis ſoetus in utero, quia nutrimentum ſubducitur foetui in utero: hinc lactantes & nutrices non facile concipiunt, quamvis coëant, videtur enim materiam deficere ex qua albumen illud in ovis generari debet. Docet tamen haec obſervatio quod lac effluxerit e mammis citra foetus debilitatem, id quod facile colligi potuit ex motu in utero, & bona diſpoſitione & conſtitutione ipſius matris.

C A S V S XXII.

De Vagitu uterino.

H I S T O R I A.

URSULA SCHLEIFFIA Coniux Davidis Hoppneri Civis & Mercatoris Colbergenſis, nono circiter poſt conceptionem menſe in ipſo Feſto Pentecoſtes in templo Divae Mariae auditioni Verbi divini intenta, vehementem embryonis motum, mox & eiulatum eiusdem ſumma cum animi conſternatione percepit, adeo ut in lipothymiam incideret, e qua excitata denuo & poſthac ſaepius ploratum foetus obſervavit. Audivere hunc vagitum & aſſidentes in templo foeminae, inprimis Socrus mea GERTRUDIS KUNDENRICHIA, ex cuius relatione haec habeo, & domi maritus reliquique domeſtici & familiares. Decimo menſe peperit filiam ſanam quidem at tertio aetatis anno ab ancilla male feriata veneno arſenicali interemtam cujus portionem cum & mater inſcia hauſiſſet, paulo poſt occubuit Maritus peſte exſtinctus eſt, domus incendio periit, liberi in varios terram tractus diſperſi, partim acerbo, praecipitique fato interiere, partim adhuc ſuperſtites miſeram egentemque degunt vitam.

R E S O L U T I O.

Ex hoc ſolent Veteres impugnare recentiorum opinionem de foetu in utero, quod non reſpiret, quam etiam defendit Carteſius; ad exemplum propoſitum facile eſt reſpondere, fuiſſe nempe extraordinarium & portentum quoddam, id quod eventus docuit. Ergo ordine naturae non factum.

C A S U S XXIII.

De Partu difficili.

H I S T O R I A.

ILluſtris foemina Brigitta Coniux Domini Georgii Fleetrodii Sereniſſimae Reginae Regnique Sueciae Generalis excubiarum Praefecti & Commendatoris Colbergenſis &c. pariendi laboribus ſubito praehenſae, multum aquae excernebat ab utero, paulo poſt dolores ex toto remiſere usque in diem tertium, quo iterum recruduerunt foetu

in cervice uteri adeo tenaciter ſubſiſtente, ut ne latum quidem unguem progrederetur, excitus itaque ut artis opera haud cunctanter promoveretur, maritus & adſtantes anxie flagitabant.

R E S O L U T I O.

Proponitur hic cauſſa partus difficilis in ipſo infante, magnitudo nempe capitis quae obſtitit quo minus foetus per anguſtas egredi commode potuit. Notandum eſt, quod cauſſae partus difficilis quaerẽdae ſint vel in matre vel in foetu, vel in viis quas debet tranſire foetus. In matre quatenus illa nimis eſt debilis vel ex morbo aliquo praegreſſu, vel ex doloribus in partu; vel quod bene notandum, propter ſudores largius ſaepe profluentes in conatu pariendi.

Vel etiam illa debilitas fieri poteſt propter timorem, terrorem & verecundiam; in ipſo foetu cauſſa difficilis partus, ſi ſit nimis debilis, vel propter morbos anteactos matris; propter terrorem aliquem conceptum a matre, hinc ſaepe in ipſo utero infantes fiunt epileptici, vel propter defectum nutrimenti, vel etiam propter nimios labores dum exitum tentat foetus, egredi tamen neſcit, tandem ſi ſitus ſit vitioſus. Quoad vias ſi ſint nimis anguſtae praeſertim orificium uteri interius, vel mala aliqua adſit conformatio oſſis, pubis & coccygis, aqua citius effluxit e mulieribus, unde ſiccitas & major viarum anguſtia; ſi enim citius rumpuntur ſecundinae ut aqua effluat, tum poſtmodum deficit lubricitatio viarum, referri huc debet craſſities membranarum foetum involventium quas rumpere neſcit. Impeditur etiam foetus ab egreſſu ſi ligamentum umbilicale ſeu vaſa umbilicalia crebrius circumgyrantur collo.

Medicus igitur vocatus ad foeminam partus difficultate laborantem, ante omnia debet certus eſſe inſtare tempus partus & ſuppurationem factam eſſe legitimam: debet conſiderare ſtatum parturientis, ſi enim ex pulſu deprehendit maximam debilitatem, obſervat anxietatem, tremores artuum, vomitus, animi deliquium, tunc ſuccurrere debet umbilico ex vino malvatico cum pane toſto; vel parum aquae Anhaltinae regioni umbilicali inungi poteſt; nunquam vero ad ſpecifica partum promoventia Medicus devenire debet, niſi jam omnia ſint praediſpoſita ad partum (quae ex relatione obſtetricis Medicus colligere poteſt) alias vis infertur naturae, poterit autem haec noſſe ſi jam aqua effluxerit & caput vel vertex capitis digito ab obſtetrice exploratur, ſi dolores ſurſum vergentes fiunt valde vehementes & diuturni, tum enim ſtatim remediis convenientibus ſuccurrere debet.

Pro viarum anguſtarum dilatatione obſtetrix manus ungat pinguibus, ut pinguedine gallinae, axungia anſerina, ol. olivarum, ſi nil aliud ſit ad manus, ol. amygdalarum &c. vide Auctor. noſtr.

Totum abdomen inungi debet, quo eo facilius dilatari poſſint muſculi & aliae partes abdominis.

Auctor noſter contra δυστοκίαν exhibuit potiunculam vel centies expertam, ut ex aq. meliſſae, artemiſiae; &c.

Sed nota 1. quod ſit valde ingrati ſaporis & facile vomitu rejiciatur: 2. medicamenta in partu difficili ſunt propinanda in parva doſi praeprimis delicatulis, haec potiuncula autem quoad doſin eſt ſatis magna, ſunt enim 4. unicae aquae & aliquot drachmae pulv. Ego, inquit D. D. Waldſchmid. vel centies feliciſſimo cum ſucceſſu in partus difficultate ſeqq. exhibui, quibus & hoc in loco plures liberavi, ſaepius per aliquot dies in labore detentas.

℞. *Ol. lilior. albor.* drach. ii. ſem. *ol. ſtillatit. ſabinae* ſcrup. j. *zibethi* ſcrup. ſem. miſ. quo linimento externe muliebria inungi poſſunt. ℞. *Arcani epileptici* gr. viij. *glaciei Mariae* ſcrup ſem. miſ. fiat pulv. pro 1. doſi.

℞. *Aquae hiſtericae cum caſtoreo* unc. j. *aquae epilepticae Langii* unc. ſem. *meliſſae cum vino* unc. i. ſem. *ſpir. ſal. armoniac. aq. fontana ppti* ſcrup. i. *ſirupi liberant. incompl.* drach.

drach.ij.miſ.pro 2.doſibus,inprima exhibeatur pulv. praeſcriptus, alteradoſis elapſa emihorula propinetur.

CASUS XXIV.

De Foetu in utero mortuo & ultra trimeſtre in eodem detento.

HISTORIA.

Uxor Dn. Iohannis Gellii, Eccleſiae Wuſterovicenſis Paſtoris quum quinquies iam feliciter peperiſſet anno M.DC.XXVI.quo ſextum foetum geſtabat, die XVII.Aprilis e ſcala in terram prolapſa,paulo poſt vehementem embryonis motum ſenſit,ſed citra horrorem aliaque Symptomata; tractu temporis quum nullum amplius motum perciperet,& mammae antea turgidae,flacceſcerent,ſtomachique ſubverſiones & animi deliquia interdum accederent, die IV. Auguſti opem meam per Maritum implorabat.

RESOLVTIO.

Quicquid ſecundum naturam generatum in corpore praeter naturam detinetur in eo, multum faceſſit negocii,& Medico & ſubjecto aegrotanti.

Foetus non raro extinguitur vel in ipſo partu, vel matre non advertente, unde ſaepe foetus mortuus per longum tempus geſtatur in utero, ſimilis caſus in propoſita eſt hiſtoria,ubi foetus mortuus per trimeſtre fuit detentus.

Sive foetus extinguatur in ipſo partu, ſive matre non advertente in utero moriatur, Medicus probe examinare debet ſigna foetum in utero mortuum indicantia, maxima enim eſt diverſitas in euratione ſeu expulſione foetus viventis & mortui & illa medicamenta quae foetum mortuum expellunt,non tuto exhibentur in foetus viventis expulſione. Ne igitur Medicus incurrat crimen valde exercitatus eſſe debet in doctrina de ſignis vivum foetum vel mortuum indicantibus.

Signa nonnulla foetum mortuum indicantia proponuntur in ipſa hiſtoria, certiorem Medicum reddere poteſt caſus ab alto, qui caſus valde funeſti ſunt ipſi praegnanti & foetui. Signum manifeſtiſſimum a motu deſumitur, ut etiam Auctor noſter innuit; ſi enim mater aliquamdiu ſenſit motum & poſtmodum ceſſat nec foetum roborantia redduntur,concluditur foetum eſſe extinctum.

In ſignis etiam mutatio ſtatim in matre occurrit, ſi modo Medicus accurate ad omnia attendat: eo ipſo enim momento, quo foetus extinguitur, horror percipitur a matre totum pervadens corpus, ſtatim enim fit mutatio partium ſpirituoſarum, & qui vapores antea anima non advertente vel non judicante in corpore exiſtebant, nunc extincto foetu quaſi reflectuntur & alium nanciſcuntur motum, unde anima aliam ſenſationem vel perceptionem nanciſcitur; omnes enim cavitates ſeu meatus inſenſibiles etiam in corpore ſemper repleti vaporibus ſeu corpuſculis ſpirituoſis, quae quamvis in continuo ſint motu, nullam tamen perceptionem producunt in mente, quia anima ſaltem judicat de inſuetis, ſin vero animalis oeconomia pervertatur ſeu perturbetur, vapores ſpirituoſi mutentur, rigor vel horror corporis excitatur: ſimile quid contingit praegnantibus ut horrore afficiantur, ſi foetus moritur.

Labia quae antea erant purpurea jam palleſcunt, tota enim maſſa ſanguinis inquinatur ab atomis putridis exhalantibus e foetu mortuo; poſito enim calore non adeo vehementi, & humido, facile ponitur putredo; hinc foetus innatans humoribus corrumpitur in utero, & abit in putrilaginem quam alluens ſang. haurit, & ad omnes corporis partes deducit.

Graviora adhuc ſuperveniunt ſymptomata tum liquoris vitalis tum animalis, ut

Digitized by Google

ut ſyncope, animi deliquium. palpitatio cordis, praecordiorum anxietas, & tandem convulſiones & epilepſia, aliaque quorum φαινομένων cauſſae facile explicari poſſunt, per effluvia illa putrida quibus inquinatur tota maſſa ſanguinea.

Mammae antea turgidae flaceſcunt, tum quod propter depravatam fermentationem in ventriculo materia chyloſa non copioſe transferatur ad mammas, tum etiam quod ſpirituaſcentia a qua humorum turgeſcentia extinguatur ſeu graviſſime laedatur. Halitus oris foetidus, & ſanies quaedam putrida per muliebria effluit.

In ipſo partu: exitum jam tentante foetu, ita verticem capitis obſtetrix poterit explorare, circa futuram coronalem capite hiante & parte membrana obducta, motus arteriarum percipitur quamdiu foetus vivit, ſed ſi motus amplius explorari nequit, extinctus foetus eſt, & deficit in conatu egrediendi.

Certiſſimum autem ſignum foetus mortui eſt, ſi in ipſo partu excrementa alvi per muliebria excernuntur; norunt haec ipſae obſtetrices, quando enim ſimile obſervant, dicunt, vel jam extinctum foetum, vel ſaltem verſari in agone.

Quod ſi igitur Medicus ex his aliiſque circumſtantiis certus ſit foetum in utero eſſe extinctum, ſtatim exhibenda talia remedia, quibus foetus mortuus e corpore excludi poſſit, qualia varia vide apud Practicos.

Clyſteres hoc in caſu felici cum ſucceſſu exhibentur, qui & multum praeſtant in partu difficili ad promovendum foetum: debent autem eſſe laxantes, nam ſaepius excrementa reſtagnantia in inteſtinis eademque diſtendentia, impediunt egreſſum foetus, quamprimum tum enemata iſtiuſmodi laxantia applicantur, ſtatim majus ſpatium nanciſcitur foetus & minori moleſtia excludi poteſt.

In foetu mortuo autem clyſter parari poteſt ex acribus, quibus alias tribuitur vis movendi menſes, addi poſſunt ſalia volatilia quae ſpiritus reſtaurant & conatum parturiendi exaltant.

Auſpicatus fuit Auctor noſter curationem pulvere ſolutivo; purgantia enim multum juvant hoc in caſu propter conſenſum inteſtini recti & uteri, irritatio enim a purgante inteſtino recto, in conſenſum facile trahitur uterus inteſtino alligatus.

Trochiſci de myrrha & omnia ppata ex myrrha conveniunt, quia non tantum foetum mortuum expellunt, ſed & conſervant maſſam ſanguinis a putredine propter vim balſamicam quae ipſi myrrhae ineſt.

Peſſarium etiam ſuadet Auctor noſter, mentionem fecimus alicujus inſtrumenti in caſu de menſium ſuppreſſione, cujus beneficio ſalia volat. & urinoſa ipſi utero injici poſſunt, hoc inſtrumentum & hic locum habet, quo eo magis uterus irritetur & ad excluſionem invitetur.

CASUS XXV.

De Secundina retenta lethali.

HISTORIA.

MARGARETA LINDIA Uxor DN. CHRISTOPHORI DUCHROVII, Scholae Colbergenſis p.t. Con-Rectoris, poſtquam laborioſo partu filium enixa eſſet, de dolore abdominis infra umbilicum gravitate in utero & torminibus querebatur, purgatio erat pauca, venterque durus & renitens reſpiratio difficilis, interdum cum ſuffocatione & lipothymia, die tertio accedebat febris acuta, quinto convulſiones, ſeptimo mors.

RESOLUTIO.

Excluſus jam foetus excipitur ab obſtetrice, ſed quum non ſimul egrediantur ſecundinae, vocantur etiam hepar uterinum propter figuram, quia inſtar parenchy-

matis

-matis hepatis: quapropter obſtetrix apprehendit funiculum umbilicalem, cui & ſecundinae & foetus excluſus adhuc ſunt alligati, & leviter trahendo funiculum illum & circumducendo extrahit ſecundinam. In gemellis unica ſaltem deprehenditur ſecundina, hinc quamprimum foetus primus egreſſus, abſcindit obſtetrix funiculum umbilicalem (ſi nempe conveniens ligatura praeceſſerit) & tum extremitatem hujus funiculi umbilicalis ligat circa pedem vel femur parturientis, & alterius foetus adhuc utero contenti egreſſum expectat, excluſo etiam hoc iterum apprehendit extremitatem umbilicalis funiculi, & ſecundinam evellit ex utero, debet autem hoc fieri cito ab obſtetrice, priuſquam orificium interius uteri iterum claudatur. Cauſſa autem quare ſecundina ſaepe retinetur, eſt vel negligentia obſtetricis, vel quando ita firmiter adhaeret acetabulis uteri; tum enim extrahi non poteſt, unde graviſſima oriuntur ſymptomata.

Symptomata autem quae a ſecundina retenta oriuntur ab Auctore noſtro proponuntur; percipit np. dolorem & ſaepius conatus parturiendi adhuc adeſt, praeſertim ſi putreſcant ſecundinae, vel plane ſuppurantur, praecordiorum anxietas accedit cum lipothymia, reſpiratio redditur difficilis, febris ſupervenit & epilepſia. Itaque in tali caſu conveniunt externa emollentia & relaxantia, quibus inungi debet totus venter inferior, ol. 7. flor. Mynſicht, flor. cheiri, pinguedines gallinae, anſeris, axungia canina, &c.

Interne eadem recommendantur, quae convaniunt in foetu mor tuo expellendo Clyſter uterinus praeparari hoc modo poteſt.

℞ *Radic. leviſtic. ariſtoloch. rotun.* ãã. drach. iij. *fol. ſabin. anthos, artem. puleg.* ãã. p. j. coq. in *aq. fontan.* Colatur. ℞. unc. iv. vel. vj. add. *aq. vitae mulier.* unc. ſem. miſ.

Et quum faciliime ſupervenire ſoleat epilepſia, ſemper admiſcenda ſpecificis ſecundinam expellentibus, antiepileptica, ut ſpir. ſal. armoniaci volat. ſalſus miranda praeſtat hoc in affectu.

Sternutatoria laudat Auctor noſter, quae conveniunt in principio ſtatim, nequaquam vero ſi jam elapſi ſint aliquot dies, ne motus convulſivi accelerentur hoc remedio nimis tarde & intempeſtive exhibito. Vapor ex decocto antimonii utero exceptus ſecundinam expellit.

C A S U S XXVI.

De Lochiorum retentione.

H I S T O R I A.

Lidgardis Kallſovia Conjux Dn. Georgii quum tempore autumnali in conclavi nondum excalefacto difficulter & laborioſo enixu peperiſſet, altero poſt partum die, lochia ſubſtitere cum praecordiorum anguſtia & reſpiratione difficili, aderat & ventris infra umbilicum & circa inguina, lumboſque dolor.

R E S O L U T I O.

Semper poſt partum naturaliter effluit ſanguis & cum eo alii humores, qui liquor vocatur lochia.

Peccat ille lochiorum fluxus vel in defectu ut plane ſupprimantur, vel in exceſſu, ut ſit nimius. Uterque affectus periculo non caret.

Lochia illa retinentur frequentius in illis, qui difficillimum partum fuere expertae, quia aër frigidus tum admittitur diuturnitate temporis, qui impedit Lochiorum fluxum.

Puerperae ſi propter partum laborioſum ſiti affligantur, & aſſumant potum frigidum, ſtatim lochia ſiſtuntur, & hae duae cauſſae (nempe aër & potus frigidus)

aut

ut plurimum ſuppreſſionem lochiorum inducere ſolent.

A lochiis ſuppreſſis metuenda eadem mala, quae metuenda a ſecundina retenta vel foetu mortuo, imo ſaepe morbos acutos producunt puerperas brevi temporis ſpatio jugulantes.

Signa relatione obſtetricis conſtant. Medicus vocatus ad puerperam ſtatim inquirat num lochia fluant nec ne (ſolent fluere per 4. 9. vel plures dies) deinde phaenomena lochiorum ſuppreſſionem comitantia apparent, ut dolor lumborum ſeu abdominis, anxietates praecordiorum, tandem convulſiones & epilepſia.

Itaque in principio ſtatim Medicus conſiderare debet num venae-ſectio ſit neceſſaria nec ne, quae hoc in caſu ſaepe generoſum remedium; ſi itaque vires non ſunt valde proſtratae, neque jam lochia antea magna in copia fluxerunt, tunc ſtatim in pede vena ſecari debet.

Proponit Auctor noſter linimentum quoddam, quo inungi debet abdomen, addi poteſt etiam ol. ſuccini, carvi, cumini, coctis oleis, ol. flor. cheiri; & ſperma ceti quod egregie etiam externe convenit. Conveniunt etiam fomenta ſeu fotus, quorum mentionem faciemus in caſu de dolore poſt partum, ubi ſimilia abdomini imponuntur.

Enemata ſaepius reiterari debent. quia effluvia illa ſeſe diffundunt in circumſtantem ſanguinis coagulatum diſſolvunt, & ſic exagitando humorum effluxum promovere poſſunt.

Elixir proprietat. convenit, praeſertim ſi ſine acidis praeparatum ſit; liquor cor. cer. ſuccinatus.

Eſſentia myrrhae; elixir uterinum Moebii multum juvant.

Portiunculam etiam habet Auctor noſter ſimilem illi, qua uſus eſt in difficultate partus. Salia volatilia etiam felici cum ſucceſſu exhibentur, ut ſal volat. cor. cer. ſuccini, armoniaci &c.

CASUS XXVII.

De impetuoſo ſanguinis a partu fluxu.

HISTORIA.

DOROTHEA DELIANA Belowin, Coniux Viri Generoſi & Strenui Dn. Philippi Borcken, Toparchae in Falckenburg &c. conſtitutione corporis ſanguinea & ſucci plena, poſt partum gemellorum non adeo laborioſum initio parum ſanguinis a partu fluere ſoliti excrevit, adeo ut lochiorum retentionem metuerent adſtantes foeminae, poſtero die tanto cum impetu, tantaque copia prorupit cruor, ut de vita periclitaretur aegrae.

RESOLUTIO.

Lochia nimio cum impetu ſaepe egrediuntur, unde valde impetuoſus ſanguinis fluxus qui periculoſus; ſanguis autem qui egreditur vel grumoſus & nigricans eſt, & tum venoſus eſt, vel purpureus eſt, & tum arterioſus eſt. Cauſſa quaerenda eſt vel in ipſo utero ſeu ſanguine. In ſanguine quatenus ille nimis ſeroſus eſt; in ipſo utero, ſi pars ſecundinae remanſerit continuo irritans uterum, vel etiam ſi vi quadam ſecundina fuit abrepta ab acetabulis uteri, tum enim vaſa dilacerantur vel orificia aperiuntur ut ſanguis cum impetu effluat, ſaepius inopinatam mortem inferens.

Sed nota, quod immediate ſtatim poſt partum ſaepe ſanguis impetuoſe effluat, qui paulo poſt ſiſtitur, ubi Medicus non ſtatim ad adſtringentia confugere & fluxum illum ſiſtere debet, ſed ſaltem attendere debet ad vires, quae ſi ſatis fortes aliquam-

quamdiu naturae concedere poteſt negocium; quod ſi tamen pulſus valde debilis ſanguis egrediens purpureus ſit & vires proſternantur, tunc mature fluxus cohibendus.

Laudantur hoc in caſu ab Auctore noſtro auxilia revulſoria, ut ligaturae, frictiones, quae tamen ſunt ſuſpectae, quia per frictiones ſanguis magis attenuatur, & fluxibilior redditur; per ligaturas vero ſanguinis circulatio depravatur & impeditur: unde varia mala accerſi poſſunt aegrotanti.

Inter adſtringentia conveniunt cydoniata ut ſuccus cydoniorum, electuar. e conſerva roſarum antiqua, cum pane cydoniorum & diaſcordio; abſtinendum autem tum in cibo tum potu ab omnibus, quae ſanguinem exagitare poſſunt, unde ſaepe vinum affatim aſſumant, & eo ipſo nimium ſanguinis fluxum concitent. Externe convenit unguentum ſantalinum, infrigidans Galeni theriaca.

Auctor noſter extra &c. linteum duplicatum oxycrato intinctum, pubi &c. vel etiam ſpongia cum aq. ſpermatis ranarum & albumine ovi intincta. Verum ſaepe urget adeo hic fluxus, ut ad venae-ſectionem ſit confugiendum, quae tamen pauca manu in brachio inſtituenda, & ſaltem unum vel alterum cochlear plenum ſanguinis extrahendum.

In caſu deſperato tanquam ad ſalutis anchoram ad opiata confugimus, unde Auctor noſter laudan. op. praeſcripſit: ſed ſi vires valde ſint attritae, tunc vel plane abſtinendum ab opiatis, vel in minima doſi danda. Satius eſt ſi gr. iij. vel iv. ſolvantur in miſtura aliqua, & ſingulis horis aliquot cochlearia exhibeantur, ſi & tunc deprehendamus opii defectum (ut ex viribus, oculis) tunc etiam a tali miſtura opiata abſtinendum.

Theriaca coeleſtis tutius exhibetur; gr. iij. vel iv. in forma pilulari, vel ſi diſſolvantur in vino vel alio quodam liquore vel aqua, vel vino rubro adſtringente quod melius eſt. Solent alii etiam ſuadere anacollemate, ſi nempe bufo exſiccatus de collo ſuſpendatur.

CASVS XXVIII.

De Dolore poſt partum.

HISTORIA.

ILluſtriſſima Domina HEDWIGIS ELEONORA Comitiſſa de Eberſtain &c. poſtquam primo partu filiolam enixa eſſet, vehementibus doloribus circa imum ventrem per intervalla corripiebatur quaſi denuo paritura; lochia etiam minus recte & parcius fluebant.

RESOLUTIO.

Auctor noſter in hiſtoria: quaſi denuo paritura; dolores enim illi poſt partum nil aliud ſunt, quam continuatus quidam parturiendi conatus, proveniens vel ab aëre frigido admiſſo vel portiuncula ſecundina intus relicta; ſaepius proveniunt a flatibus & ſanguine coagulato.

Foreſtus contra tales dolores commendat tanquam arcanum decoctum florum chamomillae cum cereviſia. Ego inquit D. D. Waldſchmid. contra dolores poſt partum ſaepius felici cum ſucceſſu exhibui ſperma Ceti, quod etiam Auctor noſter commendat ad ſcrup. j. poteſt frequentius exhiberi ſemel vel bis in die, ſed hoc incommodi ſaltem ab illo expectandum, quod caput aliquo modo debilitet, annot. Barbett. in ſua Chirurgia ol. amygd. dulc. cum juſculo vel cereviſia calida etiam exhibere ſolent.

Si calor non ſit adeo vehemens, tunc etiam inerme aqua carminativa ſerpilli ℥ poſita Mynſichti, foeniculi exhiberi poſſunt. Fotus

Fotus abdominis conveniunt ex chaerefolio, quod tam interne, quam externe egregium remedium in ſedandis doloribus poſt partum, poſſunt addi alia carminativa; & unguento carminativo abdomen inungi poteſt.

CASUS XXIX.

De ruptura vulvae ad anum.

HISTORIA.

Conjux Mercatoris cuiuſdam Colbergenſis corpore tenella & iuvenis, in primo partu adeo vehementer in tertium uſque diem laborabat, ut exeunte tandem foetu, ſpatium quod eſt inter anum & rimam pudendi rumperetur, anuſque & vulva unum continuumque fierent foramen.

RESOLUTIO.

Ruptura iſta contingere poteſt in partu nimis laborioſo, tum etiam foetu grandiori, & ſi accedat imperitia obſtetricis facilius talis ruptura fieri poteſt. Curatio debuiſſet inſtitui per ſuturam, quum vero illam eo in loco vix patientes admittant, curatio fieri poteſt emplaſtro aliquo glutinoſo, ut Auctor noſter; caſus tamen hi rariores ſunt.

CASUS XXX.

De urinae poſt partum difficilem incontineantia.

(*Hiſtoria vid. pag.* 231.)

RESOLUTIO.

Facile poſt partum difficilem oritur urinae incontinentia, propter maximum conſenſum inter collum veſicae & uteri; ſi enim uterus in partu difficili nimis diſtenditur & in tali parturienti conatu valde dilatatur, etiam veſica per tales compreſſiones validas nimis dilatatur, unde poſtmodum fibrae apprime contrahi neſciunt, unde talis urinae incontinentia oritur.

De curatione agit Sennertus in praxi de ſymptomatibus puerperarum, ubi proponit unguentum aliquod ex catellis coctis in ol. lumbricor. lilior. albor. additis ol. nuc. moſchat. expreſſ. thure, benzoin. ſtyrac. & aliis.

Omnibus remediis praeferenda ſunt balnea tam artificialia quam naturalia; artificialia parari poſſunt ex radic. herbis & floribus ſyſtemati nervoſo dicatis, ver. gr. betonic. fol. lauri, paralyſ. majoran. flor. ſtaechad. hyperic. addi poſſunt adſtringentia & exſiccantia mineralia ut ex ſulphure calce viva: NB. non tamen ſtatim poſt partum illa balnea exhibenda ſunt, ſed elapſa una vel altera ſeptimana poſt partum.

CASUS XXXI.

De Ephemera plurium dierum ex lactis generatione.

HISTORIA.

Sereniſſima Princeps ac Domina D. MARIA IULIANA, Saxoniae Angriae & Weſtphaliae Duciſſa &c. tertio a primo partu die leni horrore, mox calore totius corripiebatur, mam-

mammae turgidiores & lacte videbantur repletae, aderat & dorſi ſcapularumque gravitas, lochiis interim recte ſufficienterque fluentibus.

R E S O L U T I O.

De febribus puerperarum poſt Sennertum qui nimis prolixus, accurate ſcripſit. Riverius & poſt hunc ad mentem Neoteric. williſius, qui Auctores legi merentur, nulli enim morbi tantum faceſſunt negocii Medico ejuſque famam periclitari faciunt, quam morbi puerperarum, quae graviſſimis & acutis affectibus ſunt obnoxiae, praeſertim autem tenerae & delicatulae (quae tempore gravidationis egerunt vitam ſedentariam & laute vixerunt) prae aliis morbis acutis obnoxiae ſunt, robuſtiores vero, meretrices & laboribus deditae ſaepius ſine ullo incommodo foetus enituntur, ita ut videatur Dei maledictionem vehementius infligi foeminis ditioribus, quam quibus curta ſuppellex.

De ratione agit williſius ſatis accurate, illae enim gravidae quae laboribus deditae inſenſilem tranſpirationem continuo corporis motu augent, unde varia miaſmata ſanguinis collecta foras eliminantur, quae in ſubjectis delicatulis & laboribus haud deditis retinentur, & multis poſtmodum poſt partum graviſſimis morbis viam ſternunt. Altera ratio poteſt haec eſſe, quod delicatarum appetitu ſaepius feratur in cibos inſalubres, fructus horarios alioſque, quos avidius aſſumunt, qui poſtmodum morbis acutis fores aperiunt, dum multae cruditates generantur in corpore.

Febres puerperarum ſunt duplices: vel eſſentiales vel ſymptomaticae. Eſſentiales, ut febris ephemera: vel plurium dierum, ut febris lactea, febris continua, ardens, maligna, vel etiam febres intermittentes, ſymptomaticae, quae comitantur inflammationes pleurae, mammarum & aliarum partium inflammatarum.

Ephemera, & in illa circa diem 3. vel 4. poſt partum levi horrore corripiuntur puerperae, ſupervenit ſtatim turgeſcentia mammarum, gravitas ſcapulae & dorſi, ut etiam Auctor noſter recenſet.

Signa diſtinctiva quibus ephemera diſtinguitur a febri continna, alia ab Auctore noſtro etiam in hiſtoria morbi recenſentur, nempe deſumuntur illa a lochiis, ſi enim ſufficienter fluunt & reliqua bene ſe habent, horror non adeo vehemens ſit, nec poſtmodum recurrat, indicium hoc eſt hanc febrem eſſe lacteam: & quamvis haec febris ſolius naturae beneficio curetur intra triduum ſubſequente ſudore, tamen ſaepe ob errorem aegrotantium adſtantium vel Medici commiſſum degenerat ita, ut induat naturam febris mali moris ſeu alius febris continuae. Videndum jam quae cauſſa ſit hujus febris lacteae.

Ubi obſervandum venit, quod tempore geſtationis foetus in utero valde ſit diſtenſus pro capacitate foetus & contentorum, & ideo eo tempore materia lactis id eſt, ſuccus chyloſus continuo cribratur per glandulas illas innumeras uteri ad foetus nutritionem: jucundum enim hic eſt obſervare ſimilitudinem ſubſtantiae uteri & mammarum annotante Sylvio, qui dicit, quod uterus ſit ſubſtantiae glanduloſae, vel quod conſtet ex membrana innumeris glandulis referta, per quas filtratur ſuccus lacteus in cavitatem ipſius uteri pro nutritione foetus, unde obſervamus quod ſaepe per muliebria liquor lacteus egrediatur. Expreſſo vero foetu iterum uterus contrahitur ut ovum columbinum vix ſuperet, unde ceſſat talis tranſcolatio ſucci chyloſi & potius reſtagnat ad ſanguinis ejuſque miſtionem laedit in corde, unde talis febris lactea mediante illa leviori effervescentia deponitur, poſtmodum ſuccus ille chyloſi in mammas & per glandulas mammarum propter ſimilem cum utero ſubſtantiam filtratur, & quidem mitior febris iſta lactea eſt, quo purior ſuccus chyloſus; ſin vero inquinatus ſit aliis peregrinis corpuſculis ab utero communicatis, tunc etiam invaſio febrilis erit eo gravior. Itaque in curatione ſaltem attendendum eſt ad lochiorum fluxum, quae facile poſſunt ſupprimi, ſi puer-

pera corpus non bene muniat ab aëre frigido, vel in victu & potu errorem committit. Si Medicus haec omnia bene proſpiciat, tunc 2. vel 3. die ſequitur ſudor & mador totius corporis, qui finem imponit invaſioni huic febrili.

Auctor noſter interea lactare celſitudini ſuae videretur moleſtum &c. NB. Si mater lactare velit infantem, tunc non eſt impedienda illa turgeſcentia mammarum; ſin vero nolit, tunc lac vel exſugendum, vel mammis imponenda ſtatim abſumentia ejuſque coagulationem impedientia, talia ſunt varia.

Auctor noſter commendat emplaſtrum ex mica panis ſecalini bene fermentati pulvere menthae ſale &c. miſtis. Convenit etiam emplaſtrum de ſpermate ceti hujus mentionem facit Auctor noſter caſ. ſq. 36.

Verum obſervandum circa impoſitionem emplaſtrorum, ut emplaſtra obducantur toti mammae ut firmiter illi adhaereant, niſi enim hoc fit, facile in tali loco ubi non firmiter adhaeret emplaſtrum, lac coagulari poteſt; alii imponunt chaerefolium contuſum: alii empleſtrum ex cera & ol. roſarum & olivarum. Si lac emulctum projiciatur ſuper carbonos candentes ſeu prunas, quod tum reliquum lac in mammis exſiccetur, dicunt. Firmiter etiam mulieres ſibi perſuaſum habent, ſi lac puerperae emulgeatur in pavimentum & a muribus lambatur, quod omne lactum deficiat in uberibus, neque ullo remedio revocari poſſit, de quo tamen fides ſit penes Auctores.

CASVS XXXII.

De Febri continua ex lochiorum ſuppreſſione.

HISTORIA.

MARTA Conjux Viri nobiliſſimi Dn. Ioachim partu non adeo laborioſo filium enixa ſuppreſſis lochiis in febrem continuam incidit, cum ardore totius, anguſtia praecordiorum, difficili reſpirtoione & vigiliis, aderat & ventris infimi intumeſcentia, lumborumque & inguinum dolor.

RESOLUTIO.

Febres in puerperis oriuntur, quando admittitur aër frigidus, ſeu potus frigidus hauritur, vel ventriculus cibo nimis gravatur, vel paſſiones animi ſuperveniunt; ab his enim cauſſis facile lochia poſſunt ſupprimi, quod periculoſiſſimum eſt & ſaepius lethale. Certum eſt paſſiones animi, terrorem vel moerorem facile poſſe lochia ſupprimere; aër frigidus admiſſus ſanguinem coagulat, unde lochiorum fluxus ceſſat. Simile praeſtat potus frigidus, victus lautior & copioſior etiam propter ſpirituum debilitatem, qui valde ſunt fracti in partu, ubi non poſſunt concoqui, unde anſam praebent fermentationi corruptae in ventriculo, qua fores panduntur febri.

Febris talis induci ſolet vehementi cum horrore, accedit ſtatim ſumma debilitas, praecordiorum anxietas & liquoris animalis diſcraſia. Punctum curationis conſiſtit in lochiorum fluxu ſeu promotione; quamdiu enim lochia non redeunt tamdiu nulla ſpes reconvaleſcentiae. Ergo nequaquam tali in febri vehementia ſudorifera exhibenda; ſed potius temperata, quibus ſemper admiſceri debent lochiorum fluxum commoventia. Vehicula quibus medicamenta aſſumuntur ſemper debent eſſe actu calida, vel ſaltem tepida, nequaquam frigida, potus etiam conſtare debet ex iſtiuſmodi ingredientibus, quae nequaquam lochia magis ſupprimunt.

Ex his patet, quam caute procedendum ſit in febribus puerperarum, nocent enim julapia refrigerantia, quae alias in febribus commendantur, nocent etiam acida, alias optima in febribus, nocent omnia frigida. Cu-

Digitized by Google

Curatio inchoari poteſt enemate, & conſtantibus viribus, id eſt, ſi pulſus adhuc aequalis, ſtatim debet vena ſecari in partibus inferioribus nempe pede: quod ſi vero Medicus tardius vocatur, ita ut pulſus ſit inaequalis, inordinatus, ſymptomata etiã liquoris animalis vehementia, tunc abſtinendum a venae-ſectione ne famae diſpendium faciat Medicus; ſi enim ſtupor obſervatur, convulſiones ſeu ſpaſmus adſit, oculorum tortor, inquietudines, tum nulla ſpes ſanitatis facienda, quin potius adſtantibus malum ſeu periculum eſt explicandum, & tales caſus ut plurimum ſolent eſſe funeſti; aliquot hiſtorias etiam recenſet willifius tractat. de febribus, quas legere poteſt Medicus, parum quidem faciunt ad curam, plurimum vero ad famam tuendam in his caſibus & febribus puerperarum.

Auctor noſter peracta venae-ſectione decoctum antifebrile, & lochia promoventia proponit.

NB. Omnibus medicamentis temperantibus, alexipharmacis, & ſudoriferis ſemper admiſcendam eſſe myrrham rubram putamus; haec enim & alexipharmaca eſt & ſimul lochia promovet: pulveres alexipharmaci ex antimonio diaphoretico cum ſalibus volatil. & fixis apprime hic conducunt. Ocul. canc. ebur ſine igne cum ſanguine grumos ſeu ſanguinem coagulatum diſſolvant & ſimul ſint antifebrilia, laudem ſuam merentur. Sed moleſtiſſimum ſymptoma eſt ſitis.

Itaque ne lochia magis ſupprimentur, convenit decoctum ciceram rubrorum cum ſirupo violarum. Decoctum hordei cum paſſulis & exigua cinnamomi portione. Quod ſi vero tali in febri lochia adhuc profluant, concedi poteſt decoctum citri, praeſertim ſi flavedo accurate ſeparata a corticibus ſimul ſint injecta: tunc enim impedit ſanguinis coagulationem, & lochiorum fluxum non retardat, ſed potius promovet.

Interea tamen abdomini ſemper ſacculus herbis uterinis & lochiorum fluxum promoventibus impletus & vino incoctus imponi debet. Saepius periculoſiſſimum ſymptoma ſupervenit nempe alvi fluxus, qui ſi adſtringentibus ſiſtatur, major infertur lochiorum ſuppreſſio, ubi profecto valet caute procedendum; talis enim humor vitioſus qui ſolebat per lochia alias effluere, jam per *μετάστασιν* defertur ad inteſtina & eliminatur; hinc ſi vires non proſternantur negocium naturae relinquendum: ſin vero medicamenta ſint neceſſaria ad fluxum, poſſunt eſſe ocul. canc. ut & tinctura croci, quae vim adſtrictivam relinquit imprimis etiam ventriculo, & ſimul per muliebria effluxum promovet.

Frequentius etiam in lochiorum ſuppreſſione vitioſa, natura quae debebat per uterum deponi, transfertur in cerebrum & ad ſyſtema nervoſum, & tunc malum ſolet eſſe lethale, ut tamen nihil a Medico intermittatur, veſicatoria magna excitari poſſunt in ſuris pedum.

Foemina quaedam nobilis primipara enixa foetum mortuum, quum bene valere videretur, tertio poſt partum die conquerebatur de dolore occipitis & tenſione quadam ſpaſmodica circa collum, fuit ſecta vena in pede, cum lochia ſtatim ſubſiſterent dubio procul ab aëre frigido, contra quem non bene ſe muniverat, dormiens in cubiculo injuriae aëris expoſito, cephalica & cardiaca exhibebantur multa & varia, ſed altera die ſuperveniente aphonia & epilepſia inopinata & improviſa morte extinguebatur. Vnde videmus quam celeri gradu morbi tales puerperarum tendant ad finem, ita ut praedictiones longe ſint incertiores in his febribus quam aliis, nec etiam tam facile criſis naturae beneficio producatur.

CASUS XXXIII.

De Pleuritide in puerpera.

HISTORIA.

UXor Martini Lutheri in exercitu Imperatorio ſub Duce Wallenſteinio locum tenentis, poſtquam aëri frigido ſe expoſuiſſet, ſeptimo poſt partum die retentis lochiis in dolorem punctorium lateris dextri incidit cum reſpiratione difficili, frequenti & parva, tuſſi & febri acuta, pulſu duro, inaequali & ſerrato.

RESOLUTIO.

Febris haec eſt ſymptomatica quae comitatur hanc pleuritidem: puerperae facile obnoxiae ſunt pleuritidi, ſi nempe ipſis aliquoties tempore gravidationis ſeu geſtationis foetus vena fuerit ſecta; quamprimum enim in puerpera ab aëre frigido ſeu alia cauſſa ſanguis reſtagnat, more conſueto vergit verſus latera & facile ibidem contentus extravaſatur: unde poſtmodum inflammatio & deinde febris totius ſanguinis accedit.

Signa illa communia ſunt, quibus alias cognoſci ſolet pleuritis, ſed curatio in eo differt, quod hic attendendum ſit ad lochiorum ſuppreſſionem; facile enim communicatio haberi poteſt inter partem affectam & uterum: hinc quamprimum lochia iterum fluunt, dolor ille in latere vel pleuritis etiam iterum ceſſat. Apud Sennertum agitatur controverſia, qua in parte venae-ſectio ſit inſtituenda in pleuritide puerperarum.

℞. Lecìſio eſt facilis, in pede nempe inſtitui debet, & quidem eo magis quando lochia ſunt ſuppreſſa; quod ſi vena in pede fuerit ſecta, & dolor tamen non remittat, reſpiratio fiat difficilior, tunc etiam vena ſecari poteſt in brachio quamvis cum proteſtatione.

Conveniunt hic interne ſanguinem coagulatum diſſolventia, ut ſperma ceti, ocul. canc. ſang. hirci, antimonium diaphoreticum, &c. Puerperae ſaepius etiam febri corripiuntur, purpura dicta, vel etiam febri petechiali, vel variolis, ubi opus eſt accurato & firmo judicio Medici, nequaquam enim tum tantum ratio habenda eſt fluxus lochiorum (imo ſi illa largius fluunt ſaepius ſuſpectum & ominoſum exhibent praeſagium, quia materia maligna quae debebat per ambitum corporis difflari ad interiora vergit, quod periculo non caret) ſed potius in his caſibus madores ſeu ſudores leviores continuo ſunt excitandi, ad difflationem & diſcuſſionem humoris maligni promovendam, de quibus circumſtantiis legi meretur praelaudatus Williſius.

CASUS XXXIV.

De Mammarum ex lacte retento humore.

HISTORIA.

LOYSA GROBIN. Coniux viri generoroſi & ſtrenui Domini Otthonis a Schlabbrendorff &c. diebus circiter quinque poſt partum, quum ipſa non lactaret, tumore mammarum, inſigni, ſed citra inflammationem afficiebatur, cui quum accederet durities & dolor, opem meam implorabat.

RESOLUTIO.

Lac in mammis facile coagulatur, unde earundem tumores, tubercula, abſceſſus,

ſus,

ſus, qui ſaepe in ulcera mali moris degenerant; omnia enim ulcera partium glandulosarum ſatis ſunt periculoſa: fit autem talis coagulatio lactis in mammis vel propter impletionem, ſi convenienti tempore non exſugatur, vel ab aëre frigidiori, vel ab uſu nimio acidorum, vel a terrore, & terror facile profecto in mammis lac coagulare poteſt; ſpirituum enim animalium opus eſt temperare acidum (magis enim accedunt ad naturam alkalinam quam acidam) ſed in terrore ſpiritibus revocatis depauperatis & perturbatis acidum fit ſui juris, unde facile lac in mammis abit in coagulum; dici etiam poteſt, quod propter ſpirituum penuriam humores circulantes alacriter non propellantur per tubulos partium unde collecti ad plenitudinem facile ibidem reſtagnant & coagulantur in mammis. Ex quacunque cauſſa tumor mammarum oritur, ſtatim tentanda lactis exſuctio vel ab ancilla vel catello; aliae adhibent vitrum ſuctorium, vel fiſtula tabacaria lac exſugunt: ſed quum ita facile papillae exulcerentur, abſtinendum potius & ore lac exſuggendum. Ipſis mammis imponenda ſtatim quae lac coagulatum reſolvant, ut flores ſambuci pulveriſati & calide impoſiti. Emplaſtrum de ſpermate ceti quod Auctor noſter commendat, & D. D. waldſchmid. ſaepe felici cum ſucceſſu exhibuit. Commendat etiam D. D. waldſchmid. unguentum ex pinguedine gallinae unguento roſato & ol. violarum, quo calide mammae ter ſeu quater in die illinantur. Videatur celeberrimi Dolaei Encyclopedia Chirurgica rationalis.

CASUS XXXV. & XXXVI.

De Inflammatione & Eryſipelate mammarum.

HISTORIA.

MUlier quaedam iuvencula, ſuperba & elegans, filiolam ex primo partu lactans, alioquin ſucci plena, ut gracilis videretur, thoracem ſtrophiis arcte & vehementer conſtringens, inflammationem mammarum contraxit cum tumore calido rubro duro & dolente, ſed abſque febri.

COnjux Dni. GEORGII LAGI, p. t. Lycaei Colbergenſis Rectoris, conſtitutionis ſanguineae & bilioſae ex ſubito terrore incidit in horrorem totius, ſubſequente calore febrili cum inſigni praecordiorum anguſtia, paulo poſt dolorem ſenſit in mamma ſiniſtra cum dolore pungitivo & colore roſeo.

RESOLUTIO.

Facile mammae eryſipelate & inflammatione corripiuntur, tunc praecedit levis quidam horror, & ſequitur levis quidem febrilis calor, rubedo in mamma obſervatur cum dolore pungitivo.

Interne conveniunt diaphoretica. Externe aqua florum ſambuci cum theriaca calida ſaepius applicata cum linteis egregium remedium: vana enim eſt eorum opinio, qui in eryſipelate nulla humida applicanda eſſe putant, ipſe enim ſpir. vin. calide applicatus egregie juvat. Theriaca cum ſalibus alkalinis in forma linimenti ſeu emplaſtri impoſita ſedet omnes inflammationes; ſin vero tendat ad ſuppurationem, cataplaſmata pus generantia imponenda & abſceſſus tandem aperiendus. Sed obſervandum tunc eſt, rarius curari poſſe abſceſſum talem, niſi lac omne exſiccetur in mamma, hinc & neceſſe eſt ut etiam in altera mamma lac exſiccetur, quo affluxus ceſſet ab utero.

Ca-

Digitized by Google

C A S U S XXXVII.

De Cancro mammarum.

H I S T O R I A.

MAter Villici mei Martini Rovenhagens, calidoris & ſiccioris temperamenti, anno aetatis quadrageſimo nono poſtquam menſes fluere deſiiſſent, tuberculum exiguum & vix fabae magnitudinem adaequans in mamma ſiniſtra percepit ſine notabili dolore & coloris in cute mutatione, tractu temporis ſenſim augeri & radices longius extendere, venasque quaſi varicoſas & lividas diffundere viſum eſt, accedente tandem & aliquali dolore.

R E S O L U T I O.

In mammis ſaepe tubercula fiunt & conſpiciuntur, quae vel ſunt ſine dolore & tunc tantum externe imponitur emplaſtrum diachylon cum gummis: ſin vero enim dolore ſine & per intervalla affligant, ſatius tunc eſt abſtinere ab omnibus medicamentis ſuppurantibus, exacerbatur, in his enim tuberculis ſopitum jacet ſal aliquod excitatum a medicamentis naturae arſenicalis eſt; ſin enim talis tumor exulceretur, ſanies depaſcit vicinas partes inſtar aquae causticae vel fortis.

Remedia illa commendantur quae habet Barbette in praxi de cancro & ſcrophulis, illa enim emplaſtra ex galban ſal. armoniaco egregie juvant contra cancrum. Super hoc affectu videri meretur experientiſſimi Dolaei Encyclopaedia Chirurgica rationalis.

CASUUM MEDICINALIUM
L I B E R V.
De Morbis Infantum.

C A S U S I.

De Febre ardente continua.

H I S T O R I A.

INfans vicini mei Domini Ioannis Collſovii trium circiter menſium, ardentiſſima febri afficiebatur, cum vigiliis contumaciſſimis acceſſere & alvi deiectiones crebra ex flavo vireſcentes, cum ventris torminibus & dolore.

R E S O L U T I O.

Infantes plurimis obnoxios eſſe morbis norunt omnes: cauſſas vero norunt pauci; quum enim relatione ad morbos infantum, recognoſcendos deſtituamur, facile in errorem deduci poſſumus, priusquam veram cauſſam indagemus.

Cauſſae recenſentur variae, & deprehenduntur eo ipſo, quo foetus adhuc continetur in utero; vel quatenus eſt extra uterum conſtitutus.

Cauſſae in ipſo utero materno, ſive juxta Veteres ſanguinem menſtruum, ſive juxta Neotericos nutrimentum proprium non eſſe ſanguinem, ſed potius chylum ſtatuamus, facile tamen quivis exinde colligere poteſt, vitia tum ſanguinis, tum

ſucci

ſucci nutricii a matre communicari ipſi foetui in utero materno contento.

Quo nutritur infans in utero materno dicimus eſſe humores circulantes ſeu ſuccum nutricium vel partes chyloſas, quae conſtant ex indefinitis & innumeris partibus. Si quaeratur de viis, per quas defertur ad foetum, quum nec per vaſa lactea poſſit ferri, nec peculiaria vaſa conſtant, per quae humores circulantes poſſunt deferri ad uterum: dicimus, per arterias deferri ad uterum, ibidem ſegregari per glandulas uteri, filtrari per partes, quibus circumductis tranſire partes chyloſas magis depuratas.

Succus nutricius ſugitur ab infante, cujus os hiat a primo vitae tempore, neque ſuctio praeſupponit neceſſitatem reſpirandi, quum motus muſculorum gulae, & laryngis proprii ſint illis organis, & nequaquam dependeant a functione muſculorum reſpirationi dicatorum. Jam ſi loco partium chyloſarum in matre cacochymia ſcorbutica, lue Venerea infecta partes acriores corroſivae, acidae ſalinae aliaeque variae tranſmittantur per membras cingentes foetus in utero, tum propter acrimoniam ſucci nutricii varia vitia foetus contrahit. Verum viſcera externa luunt errores in cibo & victu a matre commiſſos, & vitioſam diatheſin contrahunt, priuſquam utuntur vitali aura extra uterum. Inde obſervandum venit ſaepius, quod foetus adhuc in utero contentus, laboret variolis & morbillis, quibus mater aliquo tempore fuit correpta; laborant etiam aliis morbis in utero materno, & non raro extinguuntur, unde infantem ictero inquinatum in lucem editum fuiſſe, aliquoties obſervatum fuit.

Cauſſae concurrentes foetu adhuc exiſtente in utero materno magis fiunt evidentes, ſi attendamus, foetum tamdiu, quamdiu in utero materno continetur, propria vita non gaudere, ſed potius communem agere vitam cum matre, hoc in ſenſu quemadmodum videmus, quae incommoda inflicta arbori vel trunco ſtatim luant fructus arborum, nec ab illis immunes eſſe, donec decidant: ſic infantes in utero conſtituti participant de omnibus motibus, animae paſſionibus ipſius matris, unde variae cogitationes, ſympathia & antipathia, quas alii ita nuncupant, ortum ſuum habent, quae omnia tamen per hoc unum praeſuppoſitum, quod certas cogitationes ſequantur certi motus & vice verſa, ſive quod certis motibus alligantur certae cogitationes & vice verſa, quae nunquam iterum ſeparari poſſunt: hoc poſito ſimili motu, ſtatim obſervantur eaedem cogitationes, & vice verſa.

Pro diverſitate illarum cauſſarum, quibus foetus in utero affligitur, examinandae veniunt & illae, quae foetui in lucem edito ſuperveniant, inter quas agmen ducit *inſignis mutatio foetus totiuſque liquoris* tum animalis tum vitalis, eo ipſo momento, quando uterus aëri exponitur, quis non diceret inſignem mutationem & turbationem in maſsā ſanguineā excitari, quando circulatio ſanguinis aliter inſtituitur, quando novus talis motus in organis producitur, & quando corpus innatans liquori calido in loco ab injuria aëris immuni, nunc haurit auram frigidam, variiſque corpuſculis inquinatur.

Altera cauſſa morborum infantium extra uterum ſatis manifeſta erit, ſi conſideremus cum infantibus naſci plurima morborum ſemina, quae plerumque hoſpitari ſolent in excrementis inteſtinorum & ventriculo, quae communi nomine vocant meconium, unde ſaepe obſervatur in infante recens in lucem edito, quod ſupervenire ſolet vomitus, quo varii humores excernuntur, non raro etiam per alvum varii generis excrementa deponuntur, urina ſtatim poſt partum redditus, quae omnia ſunt effectus inconſueti illius motus excitati in machina recens nata; & niſi Medicus ſequitur motum naturae, ut loqui ſolent, ſtatim graviſſimi producuntur morbi, & infantes corripiuntur alvi torminibus motibus convulſivis epilepſia &c. quae in ſpecie in hoc libro explicanda veniunt.

Tertia cauſſa quaerenda in lacte quo infans natus nutritur.

Digitized by Google

Quarta in alimento, variiſque eduliis, quae infantibus praebentur.

Quinta in tenera diſpoſitione fibrillarum & pororum configuratione minus conſtanti.

Sexta in denegata inſenſibili tranſpiratione, & ad hoc plurimum conducit fovendum uterum & producendum in nato humor nutricius, qui ſaepius viſcoſitatem contrahit & poros oblinit in habitu corporis, quae ſordes niſi abluantur convenientibus balneis poſt nativitatem, & tranſpiratio reddatur liberior, viam ſternant plurimis morbis. In hoc caſu proponitur infans febre ardenti continua laborans.

Nunc veniunt etiam conſideranda phaenomena & apparentiae febrem ardentem continuam concomitantia, ut vigiliae contumaces, alvi profluvia, ex flavo vireſcentia, tormina & dolores ventris.

Febrem in infante cognoſcimus ex pulſu, qui frequentia ſua ſanguinis efferveſcentiam facile indicat, ſitim aliaque ſymptomata vel effectus explicare neſciunt, ſolo hoc ſigno ſolent eſſe contenti, nempe pulſu, ex hoc febrem adeſſe judicant.

In reſolutione dicit Auctor lactis materni, quo nutriebatur infans, examinetur.

Recte recurrimus in morbis infantum ad lac maternum, ejusque examen inſtituimus, lac autem corruptum (dicit Auctor) deprehenditur, quum ſumſerit linteum eo imbutum &c. corruptum autem eſſe lac in infantibus patet ex vomitu & alvi fluxu, ſi per has vias caſeoſa ſubſtantia, ex borborygmis & hypochondrium laeſione, ex colore obſcuro excrementorum, ex flavo vireſcentium acida corroſiva, quae vel odore vel ani excoriatione percipitur, tum etiam ex tinctur. qua lintea imbuuntur facile colligitur: ſignum magis evidens habemus, ſi excrementa alvina rejecta excipiant vaſe aeneo, tunc vis latens corroſiva vel acidum occultum magis in apricum deducitur.

Corrumpitur autem lac in ventriculo infantis, vel quod lac in ſeſe poſſideat acidum explicans ſe in ventriculo, & conjunctis viribus a ventriculo fermento lactis coagulationem producens, vel ſola culpa fermenti nimis acidi & viſcoſi ipſius infantis. Si ſuſpicio adſit, lac maternum in ſinu ſuo gerere ſemina morborum, varia ejus inſtituuntur examina, prout illud experimentum inſtitutum ab Auctore: ſolent lac inſtillare unguibus, quo ejus viſcoſitas vel aquoſitas, color lividus vel citrinus eo facilius cognoſci poſſit, vel reponitur in vaſe aliquo, ut ſtet immotum per plures horas, ſic enim inteſtinus motus acidum e latebris educit, & lac alium requirit colorem aliamque conſiſtentiam.

Alii examen inſtituunt praecipitantibus, inſtillantes ſpir. ſulphur. vitrioli, vel & injicientes ſal aliquod alkalinum, quo certiores fiant, qua in copia acidum lacti materno inſit. Verum hic dubium aliquod oritur, unde acidum tam potens in infantibus recens natis ſuam ducit originem? R. Cl. Ettmullerus in ſuo valetud. infantili, quod originem & natales habeat ab acido latente in cibis vel victu & potu, quibus utitur mater tempore impraegnationis & gravidationis, & deducit acidum illud a pane, utpote ex quo ſpiritus valde penetrans & mineralia aggrediens elici poſſit, ut ex vino & cereviſia, quas liquores gravidae pro potu ordinario aſſumunt, & haec omnia ſatis pulchre explicantur. Poteſt etiam addi alia ratio, quod nempe ſpirituum animalium functio in infantibus recens natis non adeo vegeta ſit, quam qualis deprehenditur in adultis, ſpirituum animalium officium eſt (quoniam conſtant, ex proſapia alkalica) impedire coagulationem, humores attenuare, circulationem irradiationemque promovere & acidum temperare. Verum quum languidiores adhuc ſint in infantibus recens natis, quum ipſorum organa, per quae influere debent, ſint non adeo firma, illorum greſſus vacillantes adhuc ſint, pori & tubuli minus continui vel perennes, hinc deficit ſpirituaſcentia in viſcerum fermentis, liquor gaſtricus ſeu fermentum ſtomachale minus ſpirituoſum & viſcidum, bilis & ſuccus pancreaticus, hi enim ſucci munere ſuo non funguntur,

ſed

Digitized by Google

ſed eorum perfectiones leniter ſubſiſtunt, & acido huic nocivo facile quemvis liquorem coagulabilem pervertunt.

Itaque in curatione ſemper habenda eſt ratio Matris & infantis. *Matris* ut lac non tantum corrigatur, verum cum quo eo commodius vis medica transplantari poſſit in ipſum infantem, hinc ſi cacochymia obſervatur, tunc alterantibus & leniter purgantibus agendum.

Quoad purgantia obſervari hoc debet, infantem eo tempore nequaquam uberibus eſſe admovendum, quum alias tota vis cathartica in offenſo pede permeat maſſae ſanguinis in matre, & demum ſeſe explicet, non abſque periculo in infante. Hinc in nutricibus non diagrydiatis aut ſcammoniatis aliiſque acrioribus & calidioribus purgantibus, ſed potius (ut Auctor etiam innuit) mitioribus ſaltem agendum, nempe ex manna, foliis ſennae & rhab. ad imitationem decocti fol. ſenn. vel ſine vel cum rhab. Mynſ.

Quoad alterantia medicamenta abſtinendum ab omnibus acidis, aliiſque medicamentis, quae occultum in ſe habent acidum, potius ſubſtituenda eſſe alkalica, aromatica oleoſa quo eo major vis reſiſtendi fermento coagulabili in infante nimis acido lacti concilietur, & admiſcenda ſemper ſpecifica antifebrilia.

Interea dum haec fierent, infanti ſirupum violarum cum aq. cichorei &c. dicit Auctor loco aq. cichor. aq. antefebr. cujus compoſitionem non ingreditur acidum, antimonium diaph. quod potenter abſorbet acidum, tuto infanti lactanti & febricitanti exhibetur ſal volat. cor. cerv. ad gr. j. vel pro ratione aetat. gr. ij. vel iij. exhibita, vel quod melius ſubactum cum aliquot gr. ocul. cancror. non ſolum coagulationem impedit, verum debitam miſturam maſſae ſanguineae reſtituit.

Ventriculo autem empl. impoſuit Auctor, ubi convenit empl. de ſperm. cet. Mynſ. utpote quod lac coagulatum reſolvit, & nō coagulatum a coagulatione praeſervat.

Querit. quomodo febres tum continuae & ardentes, tum etiam intermittentes ex lacte coagulato produci poſſit? Vbi obſervandum venit, eadem fere ſymptomata produci a lacte coagulato, quae alias oriri a ſanguine grumeſcente & extravaſato ſolent, quem admodum enim obſervamus eo ipſo momento, quo ſanguis extravaſatur, quod ejus miſtio ſolvatur abeuntibus partibus ſpirituoſis & volat. quo ipſo acidum ante occultum ſui fit juris, reliquaſque partes coagulant, unde ſequitur, quod ignis vitalis (quem ita vocare ſolent) qui eſt materia primi elementi, ſemper copioſius reperiatur in vaſis adhuc contento ſanguine, quam extravaſato, unde mirum non eſt, ſi in ſanguine tali arterioſo vel venoſo facilius, vehementior motus & agitatio partium ſequatur, quam in ſanguine extravaſato. Omnia autem haec applicari poſſunt ad lac, quod ſi enim grumeſcat vel abeat in caſeum, producit varias obſtructiones pororum & tubulorum ſicque ſomitem ſuggerit fermento febrili, quod ex tubulis illis certis periodis elabens in ſanguinem, producit *febrem aliquam intermittentem*. Quod ſi vero partes illiuſmodi caſeoſae una cum ſanguine rapiantur & fluant ad cordis thalamos, febris erit continua: & ad excuſſionem materiae febrilis plures requiruntur dies vel etiam ſeptimanae, prout novae ſemper accedunt cauſſae aliae, quae omnia etiam praeſtare poteſt ſanguis extravaſatus.

C A S U S II.
De Variolis & Morbillis.
(*Hiſtoria vid. pag. 242.*)

De his agitur in libro de febribus.

CASVS III.

De Achoribus.

HISTORIA.

F*iliolus Nobiliſſimi Domini Philippi Berck en, Haereditarii in Falckenburg &c. &c ulceroſis quibusdam tuberculis ſubflavis hinc inde per capitis ſuperficiem diffuſis afficiebatur, e quibus ſanioſum quid continuo emanabat cum aliquali pruritu & dolore.*

RESOLUTIO.

Achores ſive tubercula ulceroſa vel ſari vel etiam tinea. Oritur hic affectus ex vitio humorum circulantium, qui copioſius & qualitate peccantes delati ad ſuperficiem capitis pro varia diſcraſia, varia cutis producunt vitia, unde nulla fit aſſimilatio, ſed videmus quod ulcuſcula ſtillent ſuccum nutricium in forma lactis, quod raro cruſta obducitur, quae preſſa reddit lac vel materiam candicantem lacti non abſimilem, unde vocatur *cruſta lactea*, & non ſolum in capite, ſed etiam in facie, quam valde deformant, oriri ſolent.

Modum generationis putamus valde illuſtrari poſſe ex Philoſopho, explicante generationem fontium, quod plurimae partes aquoſae ſub forma vaporis per poros telluris aſcendant, ſaepius per verticem montis, quumque egrediantur poros telluris vel ſaltem egredi nitantur, tum ob diverſitatem pororum ab aëre ambiente illa progredi neſcire, hinc compreſſi concentrati abeunt in aquam, unde in locis altiſſimis videmus ſcaturire fontes.

Vitia illa cutanea, praeſertim *Achores*, ſimili videntur oriri modo quatenus ob voracitatem infantium plurimae partes heterogeneae & vitioſae in corpore colliguntur, quae continue praeter alias vias manifeſtas etiam copioſiſſime per continuam tranſpirationem excludi debent, ſi illa tranſpiratio eſt valde copioſa, & per ſuperficiem corporis avolare nitantur plurima corpuſcula, quae a poris aëris ambientis excluduntur, tum vi quaſi compreſſi in ſuperficie haerent, cum aliis a tergo ſequentibus ortum trahunt, quemadmodum videmus in pulte calida conceſcere cuticulam in ſuperficie, quatenus copioſiores illae partes nitentes avolare excluduntur a poris aëris ambientis, unde in ſuperficie cumulatae cuticulam conſtituunt.

Cauſſa: prout partes vel humores circulantes plus participant de ſalibus, lympha, nunc tenui nunc craſſa, vel humore pituitoſo, ita etiam ulcuſcula illa aliam atque aliam induunt larvam, hinc reperiuntur ulcuſcula pituitoſa, ſeroſa, chyloſa, ſtillantia & quae ſunt alia. Si fibrae nerveae leviter & ſuperficietenus titillentur, oritur *pruritus*, ſi confertim & cum impetu, oritur dolor.

Curationem quod attinet, illa reſpicit tum nutritem tum infantem. Conveniunt ergo illa, quae depurant ſanguinem. Auctor commedat tinct. antimon. illa debet praeparari ex ſcoriis antimonii cum aliis. In praeparationibus ſemper quid de virulentia ſupereſſe videtur, commendari etiam ſolet praeparatio quaedam tinct. antimon. cum ſale tart. verum dubium adhuc eſt, an non ſit tam tinct. ſal. tart. quam antimon.

Malum hoc eo facilius debellari poteſt, ſi cereviſia medicata pro potu ordinario commendetur nutrici ex lignis guajaci, ſaſſafr. ſantal. rad. ſarſaepar. enulae. Externa nunquam tentari debent, niſi praeceſſerint interna, eſt enim in parte nobiliori nempe cerebro, ſi intempeſtive illa externa adhibentur, facile epilepſia, affectus ſoporoſi oriri ſolent. Si materia peccans deferatur ad pectus, tuſſis, metus ſuffocationis, catarrhus ſuffocativus &c. Commodius hoc malum curatur, ſi capilli abradantur & toti capiti empl. exſiccans imponatur. CA-

Digitized by Google

C A S U S . IV.

De Phthiriaſi aloë curata.

H I S T O R I A.

P*Iſcatoris Campenſis Martini Treyen Filiolus quinque circiter annorum, par integram aeſtatem phthiriaſi affectu, ingruente autumno, tanto pediculorum agmine infeſtabatur, ut non tantum ſub capillitio & in cute capitis, ſed & per faciem catervatim quaſi reptantes inſignem moleſtiam & pruritum excitarent, ſomnumque de nocte impedirent. Tentata varia lotionum, unguentorum lituumque remedia, ſed fruſtra, unde ad mercurialia ſuaſu cuiuſdam barbitonſoris deventum, quae quum perículoſa eſſe Eccleſiae vicinae Paſtor moneret, conſilium meum implorabant Parentes. Iuſſi caput lixivio acri ex cineribus fraxini in quo ſtaphiſagria abullierit, lavarent, poſtmodum aqua mea aloëtica ſaepius de die inungerent, quo per novendium continuato, tetra haec, ut Q. Serenus vocat, animalia immani ſtrage fuſa, penitusque deleta ſunt. Eodem remedio & alii plures cum a turpiſſimo hoc malo tum a ſcabie aliiſque vitiis cutaneis feliciter liberati ſunt.*

R E S O L U T I O.

Videtur naturam in generatione inſectorum non adeo religioſe inſectari ordinem, quum a nemine negari poſſit e ſeminibus vel ovis muſcarum varii generis vermes produci, prout nempe alia atque alia materia aetherea haec inferiora permeare ſolet, neque abſurdum : in toto noſtro ſanguine (in genere ſic dicto) contineri ſemper ſemina, e quibus convenienti accedente calore, plurima animalcula generari poſſunt, quae nunc cum cibo & potu per vias manifeſtas nunc cum aëre per occultas inferuntur.

Curatio eadem eſt cum lumbricorum curatione, quae etiam non poſſunt ferre acria & ponderoſa, quale eſt Mercurius.

C A S U S V.

De Hydrocephalo.

H I S T O R I A.

A*Nno M. DC. XI.I. Filia Gabrielis Ionae Secretarii Caſtrenſis, aetate bimeſtris, tumore capitis inſigni & pellucido, eiusdem undique coloris afficiebatur; tumor in altum incurvatus tactui cedebat, rurſuſque aſſurgebat, compreſſus aquae fluctuantis motum repraeſentabat, ſine dolore.*

R E S O L V T I O.

Hujus generatio petenda eſt ex capite de hydrope, nihil enim aliud eſt, quam hydrops particularis, quatenus vaſa lymphatica obſtruuntur & humores circulantes tanta in copia reſtagnant extra cranium, ut cutem & ſubjacentes muſculos valde attollant non raro etiam cum tali tumore aquoſo infantes naſcuntur.

Conveniunt *diſcutientia & obſtructiones reſerantia* : hinc ſacculi repleti ſabin. flor. chamom. ſambuc. ſale toſto, calide applicari poſſunt.

C A S U S VI.

De pavore in ſomno.

H I S T O R I A.

F*Iliolus Dn. AEgidi ſeptem circiter annorum puer minus quiete dormire, ſaepius ſomno quaſi gemere & concuti videbatur, nonnunquam ſubito terrefactus, in cla-*

mores erumpere. Oris halitus juſto calidior & aliquando foetens graveolensque deprehendebatur.

R E S O L U T I O.

Proponitur terror in ſomno a lactis vitio, quatenus acidum vitioſum per intervalla irritando fibras nerveas, vel etiam in cerebro ſpirituum animalium quaſi moleſtando concuſſionem producit. Modo ſimili lumbrici terrores in ſomno excitare ſolent, quemadmodum illi roſtris ſuis vellicãt per intervalla tempore ſomni fibras nerveas in inteſtinis, unde ſtatim tremor non raro etiam clamor deprehenditur, acidum etiam vitioſum hoc malum producere poteſt.

Et quum pavor ſoleat eſſe prodromus epilepſiae, curatio inſtitui debet *Antiepilepticis* acidum imbibentibus & ſaturantibus. Videtur enim quod ſpir. animal. fulminis inſtar non tamen pleno agmine e cerebro explodantur, nam ſi pleno agmine excurrerent, oritur epilepſia, ſicque eorum motus longe alius, quam in tremore, in quo in muſculum aliquem influunt & ſtatim iterum redeunt in antagoniſtam, & ex hoc iterum abeunt in alium, ſive ut clarius dicatur. In tremore nec muſculus extenſioni dicatus, nec muſculus contractioni dicatus, ſed uterque aequali fere motu cietur, non aliter ac janua (ut exemplum aliquod vulgare proferam non clauſa & in cardine haerens, fluctuat, & ſi aer ex hac camera veniat, verſus aliam partem, ſin vero ex camera oppoſita verſus alteram partem pellitur.

C A S V S VII.

De Vigiliis nimiis.

H I S T O R I A.

D*N. ARNOLDI BELIZEN Capituli Colbergenſis Secretarii Filia trimeſtris perpetuis vigiliis detinebatur, nec cunarum vel ulnarum agitata, nec cantu nec uberum exhibitione aliovè modo ad ſomnum componi poterat; continuo ploratu noctes dieſque inſomnes tranſigens.*

R E S O L U T I O.

Quum partes craſſiores ſemel motae nõ tam facile ſiſti poſſint ab occurrentibus, hinc mirum non eſt, ſi propter voracitatem & vitioſam coctionem in ventriculo partes ſanguinis craſſiores ſtillantes in ventriculos cerebri, ſemper ulterius pergentes inque poros cerebri apertos longo tempore currant, unde *Vigilia*, quarum cauſſam alii tribuunt vaporibus acribus. Si vero vigiliae oriantur propter tormina citra aliam cauſſam manifeſtam, tunc res perclara eſt.

Quoad interna medicamenta illa debent eſſe ſtomachica, ubi recte monet Auctor ſe abſtinuiſſe a ſoporiferis, quum opiata majori cum periculo aetati infantili adhibentur. Externe convenit unguent. Alabaſtrinum, roſarum, vel etiam plantae pedum ſolent inungi axungia lucii piſcis, praeter illam medullam cervinam, quam Auct. apponit.

C A S U S VIII.

De Epilepſia.

H I S T O R I A.

A*Nno MDC. XI. I. die XI. Februarii circa horam octavam veſpertinam Filiolus Nobiliſſimi Dn. COSMI a SIMMEREN. Vndecim ſeptimanarum puer inſigniter plethoricus incidit in Epilepſiam.*

RE-

R E S O L U T I O.

Quoniam actum eſt de epilepſia in libro 1. ſaltem pauca hic attingere velim : ſi reſpiciamus ad medicamenta, ſive etiam ad infantium excrementa , ſive conſideremus lactis diſpoſitionem, aliaque phaenomena eo certiores reddamur, *epilepſiam revera produci in infantibus ab acido volatili*, ſpir. anim. & ſyſtemati nervoſo , totique liquori animali valde infeſto.

Omnia enim quae in epilepſia commendantur, ſunt ex proſapia alkalica.

Si excrementa inſpiciantur, facillime a torminibus , a dolore colico, a flatibus, & tum ſolent eſſe vireſcentia,qui dolor eſt certiſſimum ſignum acidi vitioſi, uti dictum in praecedentibus. Si diaetam gravidarum examinemus, obſervamus iterum, quod infantes nati a matribus indulgentibus, vino, aut multis aliis ſubjectis paſſionibus irae, terrori,&c.fiant epileptici: & curioſum & utile eſt obſervare , num ſemper eo tempore, quo infans corripitur epilepſia, matri fluant menſes.

Proponitur nobis in hoc caſu ob nimiam repletionem , quia juxta Hippocratem omnis repletio ad extremum deveniens, fit valde periculoſa , facile enim lac illud valde pingue copioſius collectum in venticulo corrumpitur, & quum partes inter ſeſe colluctare ſoleant, acidum volatile immediate per poros ventriculi tranſudat, ſeſeque immiſcet ſanguini & cum eo defertur ad cerebrum , ſp. anim. emporium, & ipſorum ordinem ſuo more pervertit . In indaganda cauſſa Medicus ſemper conſiderare debet, num ex lacte corrupto, num ex dentitione difficili , num ex variolis & morbillis.

Curationem prolixe tradit D.D. Waldſchmid. Collegio ad praxin Barbette, conveniunt itaque clyſteres,& omnia epileptica in minima doſi exhibita , omnibus aliis palmam praeripiunt illa ex cinnab.antimon.praeparata.Grunlingius varias in ſuo florilegio chymico tradit deſcriptiones.Tandem convenit etiam empl.epilepticum cujus Auctor eſt Crato, quod ſuturae coronali imponitur.

C A S U S IX.

De Aphthis.

H I S T O R I A.

INfans trium circiter Septimanarum nutricem lactens Cholericae conſtitutionis, ulcuſculis ſubflavis in lingua , palato , gingivis & faucibus hinc inde afficiebatur cum inſigni partium internarum oris calore & quantum ex ſuctione interrupta & debili colligere poteram , cum dolore , ſed ſine febri.

R E S O L U T I O.

Aphthae ſunt puſtulae quaedam occupantes fauces , linguam , totumque palatum, non ſolum malum hoc familiare eſt infantibus , ſed & adultis praeſertim febricitantibus , in quibus ſumma humorum acredo adeſt , quod in febre Hungarica videre licet .

Cauſſam quod attinet, Auctores non conveniunt in ejus deſcriptione , quum alii cum Sylvio ſtatuant pro cauſſa halitus acidos elevatos e ventriculo erodentes tunicam, qua oeſophagus , lingua & fauces affliguntur , quae abſcedens ſubjacente carne varie prominet & tubercula conſtituit : addunt etiam rationes ſuas , quibus moti quo halitus illos pro aphtharum cauſſa agnoſcant, cum frequentiſſime odore acidum, quod infantes ſpirant percipere poſſint : ſecundo quod medicamentis acido oppoſitis malum hoc profligari ſoleat. Alii cum Auctore lac accuſant plus ſolito acre . Nos media incedentes via putamus cauſſam potius quaerendam *in ſaliva ſeu lympha aceſcente & humoribus circulantibus* ; foveri tamen poſſe malum ab halitibus acrioribus effumantibus e ventriculo, non ibimus inficias.

Si

Si enim ex ſolis vaporibus ſeu halitibus, qualia plerumque tubercula circa collum inſtar ſcrophularum obſervantur, unde apparet, quod potius ex vitio lymphae & humorum circulantium, quam ex vaporibus & halitibus naturales habebant.

Quoad prognoſin hoc annotari debet, quod aphthae albicantes curatu faciliores ſint, quam ſi flaveſcant & nigreſcant.

In curatione valde attollunt Auctores ſuccum raparum, vide Sylvium & Ettmullerum: vitellus ovi ſubactus cum aq. roſar. addito parum ſacchari, ſaepius de die illitus, faucibus egregium praebet levamen, quatenus pinguedo & oleoſitas vitelli temperata aq. roſar. acidum illud indomitum corrigit, ſaccharum ſimul lenit & conſolidat.

In vulgus notum eſt remedium ex melle roſato additis aliquot guttulis ol. vel ſp. vitrioli. Quod ſi tamen malum ſit contumax & puſtulae alios induunt colores ad potentiora deveniendum. Diaſcordium aq. plantaginis vel flor. ſambuc. addito parum ſpir. vini.

Interea ratio habenda nutricis, cui varia exhiberi poſſunt medicamenta acrimoniam temperantia, vex. gr. ſerum lactis, vel etiam pulv. iſtiuſmodi acidi abſorbentes quibus creta addi poteſt, quae potenter abſorbet acidum.

C A S U S X.

De Dentitione difficili.

H I S T O R I A.

Illuſtris Viri Domini GEORGII FLEETVODII excubiarum praefecti Generalis Filiolus lepidiſſimus ſub initium menſis ſeptimi circa Solſtitium aeſtivum alvi profluvio, vigiliis & ploratu praeter ſolitum frequentiori tenebatur, digitos ſubinde ori inſerebat, ipſaque nutrix papillas fortius ſtringi ſentiebat, gingivae etiam juſto calidiores deprehendebantur.

R E S O L U T I O.

De dentitione egregie ſcripſit Willisius cap. de epilepſ. infant. lib. de morbis convulſ. Varia ſymptomata & quidem graviora dentitionis difficultatem comitari ſolent, qualia ſunt terrores in ſomno, vigiliae, vomitus, epilepſia, diarrhoeae, febres, convulſiones: & non raro malum hoc ſolet eſſe lethale.

Phaenomena, quae hic ab Auct. recenſentur, principaliter non dependent a dentitione difficili, ſed potius a febribus, quae eo facilius excitari potuerunt a ſolſtitio aeſtivo, quo tempore ſanguis facilius ita exagitatur, ut ejus miſtio non poſſit non turbari.

Dolor ſaepius valde urget in gingivis, non tam quod dentes eructantes perfodient gingivas, ſed potius ab impedita circulatione, vaſa enim ab intumeſcente carne comprimuntur, hinc ſanguis reſtagnat unde inflammatio, pulſationes & vehemens dolor in gingivis.

Partes nonnullae ſanguini communicatae miſtionem turbant in ventriculo cordis, unde ſtatim febris. Et quum affluens ſanguis tendens per venas, vel etiam humores circulantes per vaſa lymphatica continuo quid imbibant, febris illa eſt continua.

In curatione ante omnia occurrendum eſt ſymptomatibus urgentibus, convulſioni nempe & epilepſiae, hinc ſemper mature antiepileptica infantibus dentientibus exhibenda ſunt. In gingivis quantum poſſibile, inflammatio arcenda. Praeter allegata ab Auct. convenit pulv. liquiritiae cum butyro majali miſtus, cere-

brum

Digitized by Google

brum leporis crudum non coctum gingivis illitum, promovet enim eruptionem dentium.

CASUS XI.

De Tuſſi & reſpiratione difficili a catarrho.

HISTORIA.

Reverendi Domini M. IOACHIMI IASCHII, praepoſiti & paſtoris Eccleſiae Colbergenſis primarii, Compatris & Confeſſionarii mei honorandi, Filiolus octo circiter menſium, tuſſi vehementiſſima, difficilique reſpiratione afficiebatur, facies rubore ſuffuſa floridiorque videbatur ut & fauces, quae vaporem calidum exhalabant adeo notabilem, ut & nutrix eandem circa papillas perciperet, aderant & ſternutationes frequentes & inter reſpirandum ſtertor quidam & ſonus.

RESOLUTIO.

Debent huc referri omnia, quae de catarrho dicta fuere. In infantibus certe ſaepiſſime hoc malum exoritur cum tuſſi & reſpirandi difficultate, non ſine vitae periculo, ſoletque epidemice plures invadere.

Cauſſa videtur foris advenire, nihilque aliud eſſe, quam ſal quoddam mediante aëre corporibus tenellulis communicatum, coagulans lympham & ſanguinis miſturam turbans, unde catarrhus, febris: pungens fibras nerveas, unde dolor, tuſſis, quae non raro convulſiva, eludens omnia thoracica vulgaria dulcia, lambitiva & ejuſmodi alia; nihil enim vel parum in illa tuſſi excernitur, de cujus deſcriptione nullibi quid reperitur, ſolo excepto williſio, quamvis malum communiſſimum: ſic plures infantes ex improviſo ipſa in tuſſi ſuffocantur.

Purgantia exulare debent, irritando malum & exaſperantia, quod tamen de proprie dictis purgantibus eſt intelligendum, deinde ſalis aciditas eſt imbibenda, quae oleoſitate ſpicula illa infiſcant. Exhibuit Auctor optimo cum ſucceſſu ſperma ceti, & ratio eſt in promtu, quoniam ſanguinis grumos diſſolvit, & coagulationem ejus impedit, quae abſque dubio ſequeretur, nam propter ſanguinis reſtagnationem in cellulis pulmonum, ejuſque plus ſolito incraſſationem, reſpiratio uno quam altero tempore etiam major vel minor redditur.

Conveniunt epileptica ſyſtemati nervoſo dicata, & non videtur melior ſucceſſus, quam in uſurpatione ſpecifici cephalici D. Mich. cujus baſis eſt cinnab. antimonii, deſcriptionem ejus genuinam vid. apud Hoffmann. in notis ad Schrod. hoc tamen tempore modo longe alio praeparatur, & eſt praeſtantior, ſi loco praeparatorum ſubſtituantur ſalia volatilia varia enim praeparata ingrediuntur ejus praeparationem, ut cor. cer. praeparat. &c. quod ſi hoc deſtituatur Medicus, poſſunt alia antiepileptica adhiberi.

Nutrici autem exhibuit decoctum pectorale, quod egregie profuit, quodque Medicus facile imitari poteſt, ſunt enim aromatica, ut flor. hyſſop. capill. veneris ſcab. veron. &c. partim ſunt mucilaginoſa, ut liquirit. ficus, jujubae: partim aquoſa, ut flor. viol. aqua hordei, quae aromatica mucilaginoſa & aquoſa acidum diluunt, temperant, infiſcant & corrigunt.

CASUS XII.

De Vomitu ex lacte corrupto.

HISTORIA.

Puella decimeſtris, Filia Nobiliſſimi Dn. Balthaſaris Conſiliarii Electoralis frequenti & laborioſa vomitione multum humoris ex flavo vireſcentis reiiciebat cum aliquali ventriculi intumeſcentia, & reiectorum foetore.

RE-

R E S O L U T I O.

Quamvis enim bilis alkalinae ſit naturae, nihilominus ſaepius ita degenerat, ut acidorum ſe aſſociet familiae, hinc videmus, quod ſi talis adſit cauſſa, per vomitum humores biliosi flavi vireſcentes excernantur.

In curatione hoc annotari poteſt, quod non ſemper ad ſatietatem lac exhibendum, totius erit ſi reiteratis vicibus ubera ſugenda praebeantur, alias fruſtra ſunt medicamenta.

C A S V S XIII.

De Ventris torminibus a flatibus.

H I S T O R I A.

Octodecim Menſium Filiolus Viri Generoſi & Strenui Dn. Widigonis Ronin Chiliarchae & Commiſſarii Electoralis Generalis &c. per intervalla ventris torminibus afficiebatur cum inflatione, rugitu & murmure, augebat malum alvi conſtipatio, unde multum plorabat inquietuſque nunc huc nunc illuc ſe iactabat, donec per erumpentes crepitus, ſolveretur dolor.

R E S O L U T I O.

Illa tormina etiam ab acido excitari, nemo facile negabit, ſi attendat ad medicamenta & excrementa.

Peccat autem lympha craſſa & acida, quae cum ſale alkalico lactis vitioſe effervescit, & quum a lympha craſſa parietes inteſtinorum illiti ſunt, tranſpiratio valde impeditur, unde vapores tales (quales in qualibet obſervare ſolemus fermentatione) egredi neſcientes concentrantur & flatus conſtituunt, diſtendentes inteſtina, ſe invicem protrudentes, unde *murmur, rugitus*: & propter nimiam inflationem & tubulorum a lympha obſtructionem ſpiritus animales debito & convenienti modo fibras inflare neſciunt, oritur alvi obſtructio. Malum non eſt contemnendum, quod non tam facile curetur, tum etiam quod epilepſia frequenter ſupervenire ſoleat.

Clyſteres valde conveniunt, ſed non cum impetu ſunt injiciendi, alias enim ſtatim a flatibus iterum repelluntur.

Externe egregie convenit ol. ſtillat. carminat. Mynſ. quo melius non vidit D.D. Waldſchmid. praeparatur ex ol. ſtillatitiis.

Convenit emplaſtrum poſt inunctionem imponendum de baccis lauri vel carminat. Sylvii, cujus compoſitionem Jovis ingreditur, quod potenter diſcutit flatus, nitrum ingreditur, quod potenter diſcutit flatus. Aq. menthae umbilico cum linteis duplicatis impoſita calide vel tepide egregie convenit. Mulierculae exhibent felici cum ſucceſſu macerem. Eſſentia citri ſaccharina Zwelfferi ſaepius exhiberi poteſt, & ob ſuavitatem facile ab infantibus aſſumitur.

C A S U S XIV.

De Alvi fluxu.

H I S T O R I A.

Filiola plurimum Reverendi & Nobiliſſimi Domini MATTHAEI Conſiliarii Electoralis & Canonici Colbergenſis, Compatris, Adfinis & Fratris mei deſideratiſſimi, undecimo aetatis menſe, torminibus ventris & alvi profluvio corripiebatur cum inflatione ventriculi & ructibus, quod excernebatur album erat & pituitoſum.

RE-

Digitized by Google

R E S O L U T I O.

Alvi fluxu facile corripiuntur infantes, vel ex lacte vitioſo, vel ex dentitione, vel ob nimiam voracitatem & addephagiam: hoc in caſu videtur praeceſſiſſe lactis corruptionem, cujus caſeoſa ſubſtantia obſtruit glandulas meſeraicas, orificia vaſorum lacteorum, nec non pancreatis, hinc nulla facta ſecretio chyli a ſuccibus, quae enim excernebantur (ut Auctor dicit) alba erant & pituitoſa.

Ante omnia blande evacuandi ſunt humores vitioſi ſirupo cichor. cum rhabarb. clyſteribus abſtergentibus, poſtmodum modice adſtringentia in uſum veniunt, pulvis cordialis pretioſus vel emulſiones ſuaderi poſſunt. Externe convenit emplaſt. de cruſta panis. Emplaſt. Auctor. ex theriaca cum terra ſigillat. praeparatum.

℞. *Theriac. rec.* drach. j. *terrae ſigill. ol. nuc. moſch. expreſſ.* ãã. drach. ſem. miſ. Empl. ſuper alutam in forma thaleri vel orbis medii poteſt etiam exhiberi adultis, ut in dyſenteria: ſi efficacius deſideres & magis pretioſum, adde theriacam coeleſtem.

C A S U S XV.

De Alvi conſtipatione.

H I S T O R I A.

Uxor Martini Lutheri Locumtenentis, filium lactans ſemeſtrem, nucibus caſtaneis adeo delectabatur, ut quotidie libram unam atque alteram earundem devoraret; hinc & ipſa & infans in pertinaciſſimas alvi obſtructiones inciderunt, ut multorum dierum circuitu vix ſemel idque exiguum & craſſum induratumque ingenti & laborioſo conatu excernerent, aderant & ventris tormina, & flatus, & capitis dolores.

R E S O L U T I O.

Obrutum enim fuit fermentum vel liquor gaſtricus, tum etiam bilis a terreſtribus & craſſioribus partibus nucum caſtanearum. Auctor in curatione proponit linimentum laxativum, vel ſubſtitui poteſt ungu. de arthanita. Mulierculae ſola axungia anſerina utuntur, vel etiam in pulte exhibent excrementa paſſeris.

C A S U S XVI.

De Lumbricis.

H I S T O R I A.

Puella trium circiter annorum Filia Domini Richardi ſingulis fere matutinis humorem aqueum & foetentē nauſeabunda rejiciebat, nares ſubinde ſcalpens, venter quaſi inflari ac intumeſcere videbatur, ſaepe etiam dolore, praeſertim ubi jejuna eſſet, facies modo rubore ſuffundi, mox iterum palleſcere totumque corpus praeter abdomen extenuari, appetitus ciborum ferme modum excedebat, urinae turbidae reddebatur & albae quales iumentorum eſſe ſolent.

R E S O L U T I O.

Repetenda veniunt illa, quae de lumbricis in lectionibus publicis dicta ſunt, ubi 1. recenſentur phaenomena. Adeſt (1) pruritus narium. (2) Foetor oris. (3) Vomitus matutinus. (4) Abdominis intumeſcentia. (5) Dolor jejuno ventriculo alvi. (6) Appetitus integer. (7) Urinae turbidae. (8) Febres,

Narium pruritus a ſanguinis ocrimonia, quum dulces partes depaſcantur & conſumantur. *Foetor oris* a fermentatione corrupta ſeu putredine, quae eſt ſpecies fer-

ſermentationis. *Vomitus matutinus* ab humoribus acrioribus vellicantibus fibras ventriculi, vel etiam a morſu irritativo vermium, hinc dolores corroſivi lancinantes in abdomine percipiuntur, praeſertim jejuno ventriculo. *Intumeſcentia abdominis* a flatibus, reliquarum vero partium extenuatio a paupertatione chyli. *Febres* ſi ova vermium vel partes vermium putridae per vaſa lactea deſerantur ad cor, ejuſque turbent miſtionem: ſi continuo febris erit *continua*: ſi per intervalla *erratica*: ſi ſtatis temporibus, *periodica*.

Urinae turbidae a partium activarum in ſanguine defectu, nulla ſit reſtauratio, quia vel nullus vel paucus chylus ſanguini infunditur, hinc languent fermenta viſcerum.

Infantes & qui ſunt temperamenti pituitoſi, facile lumbricitant, rarius cholerici & adulti, quia effervеſcentia quo major & vehementior, eo facilius ova vel ſemina confringuntur, quo debilior ſoventur, conſervantur & ad maturitatem ducuntur, quodlibet enim animal quodcunque etiam ſit, ad ſui generationem proportionatum requirit fermentationis gradum.

Cauſſam vermium naturalem, dicimus eſſe ova & ſemina, ſi enim carnes recens mactatae probe muniantur, priuſquam aëri vel muſcarum inſultui fuerint expoſitae, caro inditur vaſi bene clauſo etiamſi tum ſucceſſu temporis arripiat putredinem, nullos tamen unquam obſervabis vermes, & quum in tali putredine miaſmata in ambientem fundantur aërem invitantia muſcas, quae propterea chartam qua orificium munitum perfodere ſolent, ibidem reperies vermes, rodentes chartam & tranſitum tentantes.

Formalem cauſſam dicimus eſſe calorem blandiorem, quem putredinem ſolent vocare.

In *curatione*, quae purgantibus eſt inchoanda, cenvenit ſir. flo. perſicorum, cum pulv. mechoacanna & aqua graminis, pillul. Francof. quia conſtant ex aloë; omnia enim aloëtica vermibus inimica: quum itaque amara fugare ſolent vermes, nunquam in lumbricitantibus addenda ſunt clyſteribus; quae enim per os adhibentur debent eſſe amara, quae vero per anum, dulcia.

Auctor dicit: quum his adhibitis nihil vermium excerneretur, dubitare coeperunt de iis parentes: id quod bene monet, nam non ſequitur, plurima ſpecifica in uſum fuiſſe vocata, nihilominus tamen nullus vermis eſt excretus, ſufficit enim, ſi enecentur, interfecti putreſcunt facile vel diſcerpuntur a medicamentis acidis ſpiritu vitrioli Martis. Commendat etiam Auctor arcanum ſuum contra vermes ejus deſcriptionem habet in epiſtolis, & praeparatur ex Venere: verum tentavit D.D. Waldſchmid. ejus praeparationem, nunquam tamen vim emeticam & nauſeabundum demere potuit, hinc ſemper fuere ſecuti ingentes vomitus, nullique vermes excreti, quoties enim edulcoravit abluendo aqua, Venus tamen ſemper quid faſtidioſi retinuit.

Ad imitationem pulv. contra vermes D.D. waldſchmid. cereviſiam medicatam in infante ſeptem annorum in uſum vocavit, a cujus uſu innumeros excrevit vermes.

℞. *Rad. ſiliс. dictamn. cretic. cichor.* āā. drach. ij. *fol. card. bened.* m. ſem. *flor. tanacet. hypericon.* āā. p. j. *ſem. ſanton.* drach. iij. *citri, card. bened.* āā. ſcrup. j. *paſſul. minor.* unc. ſem. Inciſa groſſe dentur ad nodulum, & detur vel horis matutinis vel pomeridianis hauſtus.

CA-

CASUS XVII.

De Hernia.

HISTORIA.

PUer quatuor annorum, Filius Nobiliſſimi Domini Adriani Plotzen, Equitum Magiſtri, ex divaricatione crurum rupto in dextra parte peritonaeo Enterocelen contraxerat, adeo ut inteſtina prolapſa tactu percipi, ipſumque foramen per quod delapſa erant, digito explorari poſſet, aderat quandoque & ventris inflatio & dolor, praeſertim a ſumto cibo.

RESOLVTIO.

Facile rupturam patiuntur infantes ob peritonaei laxitatem & muſculorum humiditatem, fitque vel circa umbilicum, vel circa inguina ubi duo proceſſus peritonaei reperiuntur, qui ſaepius ita relaxantur a tuſſi, a ploratu, a ſternutatione, vomitu, deſiderio excernendi faeces alvi, ut per manifeſtum foramen inteſtina prolabantur in ſerotum. Solent alias ſpecies herniae recenſeri, *una* ab inteſtinis prolapſis vulgo inteſtinalis; *altera* a flatibus ventoſa; *tertia* a ſcirrhoſa duritie, vulgo ſcirrohſa.

In hernia inteſtinali, digitis locus explorari poteſt; in *ventoſa* tranſparentia adeſt praeſertim, ſi admoveatur candela, quod etiam in aquoſa obſervari ſolet; in *ſcirrhoſa* maxima adeſt durities, neque prementibus *digitis* cedit tumor.

Circa *curationem* notandum, quod totum artificium conſiſtat in legitima faſcinatione vel ligatione, quia conſolidatio ſolius fere naturae opus eſt, praeſertim in infantibus.

Laudantur alias varia olea hyperic. comp. oleum laterum. Potui ordinario imponi poſſunt radic. conſolid. mai. &c. herb. pyrol. ſanicul. perfol. frequentiſſime etiam exhiberi pulvis conſolid. mai. cum ſic. corall. vel de ſymph. Alvus ſemper debet ſarvari aperta & nonnunquam carminantia propinari ſolent, alias fruſtra tentatur curatio.

CASUS XVIII.

De Umbilici prominentia.

HISTORIA.

DN. GEORGII SCHWEDERI vicini mei filius octimeſtris tuſſi vehementiſſima, quā ferinam dicimus, affectus, in tumorem umbilici incidit, magnitudine ovum columbinum ferme adaequantem, quum ſupinus decumberet, tumor recedebat ut vix percipi poſſet, ſi in pedes erigeretur vel ulnis geſtaretur, iterum prominebat, maxime cum tuſſiret aut fieret.

RESOLUTIO.

In hoc affectu ſolent commendare globulum plumbeum, quo transfoſſus eſt cervus, in coitu, in lamellam reductum; ſi ex flatibus, carminantia proſunt.

CASUS XIX.

De Ani procidentia.

HISTORIA.

FIliolus Nobiliſſimi Domini LAURENTII fluxu ventris aliquandiu affectus, tandem in ani prolapſum incidit, quem etſi parentes & domeſtici reponerent, ſubinde tamen

quoties alvum exoneraret interum excidit, unde opem meam implorabant.

R E S O L U T I O.

In alvi fluxu, in dyſenteria etiam obſervare ſolemus ani procidentiam, nempe ſi maxima egreditur copia humorum, & tunc conveniunt ſacculi repleti flor. chamom. verben. roſar. rub. fol. quercus, cort. granat. quae in lacte coqui poſſunt, vel aqua chalybeata vel vino rubro.

In ſexagenaria vel ſene prodeſt cataplaſma, quod ex ſcarabaeis cum oleo hyperici & lumbricorum praeparatur, additiſque aliis nervinis.

C A S U S XX.

De Urinae difficultate.

H I S T O R I A.

Filius Domini WILHELMI SYLVESTRI teloniorum maritimorum ad portum Colbergenſem Praefecti, novem circiter menſium puer urinam difficulter & guttatim emittebat non ſine dolore, ut ex fletu quem inter mingendum ſubinde fundebat, conjiciebam; Urina reddebatur pauca eaque valde craſſa, lutulenta & turbida.

R E S O L U T I O.

Urinae difficultas facile fit, nec ſemper calculo eſt, ſed potius obſtructione vel in ureteribus vel in meatu urinario.

Oculi canc. frequenter exhibiti malum tollunt, ſi accedunt etiam externa, inſeſſus & cataplaſma, quae ingrediuntur cepae, quae in omni obſtructione ſive calculo, ſive ab alia cauſſa conveniunt.

C A S U S XXI.

De Urinae incontinentia.

H I S T O R I A.

D. N. LAURENTII PERSONII Locumtenentis filius, quatuor circiter annorum ſingulis noctibus urinam in lectum emittebat, nec ullis parentum adhortationibus aut minis adduci poterat ut illud intermitteret etiam ferulis ob turpe hoc vitium non ſemel caſtigatus.

R E S O L U T I O.

Malum hoc facile degenerat in habitum & conſuetudinem, videntur hoc in caſu vaſa harum partium urinae excretioni dicatarum tandem ita aperiri, ut ſpiritus animales inoffenſo pede etiam in ſomno eo fluant & excretionem moliantur & tum malum utplurimum ſolet fieri incurabile. In infantibus praeter virgas Auctor commendat pulverem erinaceorum combuſtorum.

C A S U S XXII.

De Macie a Crinonibus ſive Dracunculis.

H I S T O R I A.

Puella trium annorum, Filia Domini Olai Helleparts Excubiarum interſtationarios Colbergenſes Praefecti, mediocri corporis habitu praedita, ante menſem & quod excurrit, ſenſim contabeſcere caepit & licet quoad caetera bene valere, ſatiſque comedere

dere videretur, attamen parum aut nihil nutriebatur quin & pruritum in dorſo brachiis & cruribus percipiebat.

R E S O L U T I O.

Malum hoc oritur ab impedita tranſpiratione, unde excrementa eructantur in poros partium externarum & ſuperficiei, unde tota maſſa ſanguinea ad nutritionem redditur inepta, & non raro febris hectica inde dependet.

Balnea valde proſunt, quoniam emolliunt & laxant, poſt balneum immediate inſtitui debet frictio cum aq. & farina, quia ſordes facile adhaereſcunt, & ſi poſtmodum fricetur cutis, e poris corpuſcula vermium exprimuntur.

Appendix ad morbos infantum.

Innotuit ante viginti annos in Anglia affectus quidam ſolis infantibus familiaris & nonnunquam funeſtus, quem Rachitidem vulgo miket vocare conſueverunt.

Affectus hujus indolem & naturam conſideramus, dabimus etiam plurimos infantes hoc morbo fuiſſe ſublatos, multoſque eodem morbo adhuc affligi. Medici hujus mali ignari vel hydrocephalum eſſe dixerunt, vel ſpeciem cachexiae vel ſcorbutum, vel tabem, vel vermes, vel dentitionem difficilem, & neſcio quid non. Ante omnia igitur attendendum ad phaenomena & apparentias, eaeque vel in viventibus obſervantur, vel demum poſt mortem rimantur.

Quoad externum corporis habitum magna requiritur diſproportio inter partes, *caput valde magnum*: & hinc inde in ſuperficie capitis protuberantiae magnae obſervantur. *Abdominis adeſt intumeſcentia*, e contra pectoris anguſtia & cartilaginis enſiformis prominentia, reliquae partes flacceſcunt. *Oſſa ſunt incurvata*: praeſertim tibiae & cubiti, circa articulos nodi duriores videntur, labia ſunt ſicca, ſi jam adſunt putridi vel nigri ſaltem, reſpiratio difficilis, alvi fluxus, torpor totius corporis, ingenium pro ratione aetatis plus ſolito felix & vegetum, ſpinalis medulla ferendo capiti non ſatis fortis, unde ſpiritus quaſi collabuntur & non raro ſpina dorſi varie inflectitur, pedibus vix inſiſtunt, ſed ſedentes ludunt potius quam currentes. Nonnunquam a prima nativitate malum hoc ſeſe prodit, ſed rarius, frequentius vero elapſo ſemeſtri ad annum uſque tertium.

Quod ſi vero Rachitide extinguantur, tum poſt mortem in ſectione cadaveris deprehenditur hepar valde magnum, colore rubicundo vel ſanorum ſimili: meſenterium ſtrumoſum a ſcrophulis ſive glandulis refertum: pulmones infarcti materia purulenta, vel ſanguine grumoſo: cerebrum mole excedens & naturali duplo vel triplo majus: ipſos renes corruptos fuiſſe hoc in morbo obſervavit Nobiliſſ. Dn. Praeſes. Priuſquam autem accedamus ad cauſſarum ſymptomatum explicationem praemittenda erit cauſſa ipſius morbi. De morbo ſcripſit Gliſſonius Medicus Anglius, dicit cauſſam effectus hujus eſſe intemperiem quandam partium innatam frigidam & humidam, omniaque phaenomena conatur explicare vi ſuorum principiorum per qualitates vulgares: verum indolem hujus morbi pro nutu non exprimit. Corruunt enim facile omnia, ſi attendere velimus partium calorem quem vulgo innatum dicunt, eſſe a ſanguine, ſanguinem autem aequaliter diſtribui dum omnes partes laborantes intemperie tali connatum ſanguinem crudiorem ad ſe trahant. Non jam dicam, quod opinio hujus viri clariſſ. Neotericorum principiis in totum contradicat vel contrarietur.

Rectius itaque videtur accuſari poſſe ſpinalem medullam, ejuſque ut & tubulorum nerveorum inde prodeuntium aliqualem obſtructionem, impedientem quo minus ſpiritus animales humorum circulantium irradiationem debito & convenienti modo abſolvere poſſint. Facilius materia hujus morbi explicari poteſt, ſi cum williſio ſupponimus humorem nutricium in partes per nervos influere: tentabimus tamẽ per noſtra principia characterem hujus morbi ad vivum depingere.

Videmus quod partes illae, quae nervos habenti ex ſpinali medulla extenuentur

tur

tur, ii arceſcant & marceſcant, quae vero a cerebro vel cerebello nervos habent copioſiſſime nutriantur; nulla enim aſſimilatio ſucci nutricii fieri poteſt abſque ope ſpirituũ animaliũ quorum irradiatio ſi parti denegetur, ſtatim tollit nutritionem, tum pori & tubuli collabuntur, unde nequaquam humores circulantes trajici legitimo modo poſſunt. Hinc obſervamus, quod oſſa incurventur, quatenus ligamenta & muſculi exſiccantur, vel ſaltem non creſcunt, dum e contra oſſa quotidie augentur, muſculis itaque exiſtentibus brevioribus oſſi alligantur, neceſſario ipſum, os incurvari debet juxta legem mathematicam, linea recta arcta intra limites ſuos neceſſarios fieri debet obliqua, ut ſi chorda ſurculum vel creſcentem arborem firmiter alligamus terrae, vel trunco in ſuperficie telluris, quo major creſcit arbor quum chorda extendi non poſſit, eo magis incurvatur arbor. Sic unum habemus phaenomenon.

Pectus anguſtum eſt ob eandem rationem, quia muſculi coſtarum non creſcunt, neque augentur, unde oſſa firmiter conſtringuntur, eo ipſo autem cartilago enſiformis eminet, & antrorſum propellitur, in tali anguſto pectore pulmones dilatari neſcii, inſarciuntur ſanguine; qui vel grumeſcit vel in humorem corruptum & ſanioſum abit: ſpir. enim animal. officium eſt temperare acidum, qui ſi non ſufficienter influant, tunc fermenta viſcerum degenerant: hinc nulla rite concoctio, unde diarrhoea, flatus, nigredo & corruptio dentium. Hepar quum paucos vel nullos habeat nervos, nihilominus ſuccus nutricius illud trajiciat, valde creſcit, quum alia ratio ſit ſubſtantiae carnoſae, alia parenchymaticae, nihil enim aliud requiritur ad incrementum hepatis praeter ſanguinem.

Meſenterium ſcatet glandulis & ſcrophulis a defectu ſpir. animal. & copia lymphae aceſcentis. *Circa articulos humores circulantes* ulterius progredi neſcii reſtagnant, hinc nodi obſervantur. Reliqua phaenomena ea iiſdem rationibus facile deduci poſſunt.

Quaer. quare infantibus affectus hic ſoleat eſſe familiaris, non vero adultis? Ratio eſt in promtu, quamvis enim adulti variis obnoxii ſint morbis ex defectu ſpir. animalium ortis, tamen quum metam accretionis abſolverint, morbo hoc affici nequeunt. *Cauſsae* remotiores poſſunt eſſe vel haereditaria quaedam diſpoſitio ex vitio matris in utero, ſucci nutricii, quo foetus in utero nutritur diſcraſia. Errores in rebus ſex non naturalibus.

Prognoſis: ſi ſtatim a prima nativitate infans tali morbo laboret, periculoſum valde eſt malum & frequentiſſime lethale: quo vero longius a partu malum accedit, eo major ſpes reconvaleſcentiae affulget. *Diarrhoea* ſi nullis cedat remediis malum ſignum eſt.

Curatio inſtituenda eſt juxta indicationes. Obſtructio pororum & tubulorum etiam tollenda, laxitas generis nervoſi & ſpinalis medullae eſt corrigenda, pravique humores evacuandi.

Depromuntur auxilia e triplici fonte, Chirurgico, Pharmaceutico & Diaetetico. Chirurgica quod concernit remedia, duo valde commendari ſolent, *ſcarificatio & fonticuli*. *Scarificationem* balneatores inſtituere ſolent in aurium extremitate, quamvis remedium videatur magis empiricum, quam rationi conſonum. *Fontanellae* plus habent ponderis, poteſtque fonticulus excitari inter primam & ſecundam colli vertebram. Ergo Pharmaceutico ſpecifica nonnulla notari debent ex radicibus. ut rad. amondi, quae pro ſpecifico hoc in affectu habetur, radic. filic. maris, apii, ſarſaepar. chinae, ebuli, ligni guajac. ſaſſafr. cortic. tamariſc. fraxin. folia ſalviae, beton. ceterach. herb. capillares omnes, capillus veneris, trichomanes, oſmonda, flor. anthos, naſturt. indic. ſalv. macis, crocus, caſtoreum, millepedes, lumbrici. Ex his varia remedia variaeque formulae facile praeſcribi poteſunt, tum ex tum interne in forma unguent. & balnei exhibendae.

Omni-

Digitized by Google

Omnibus praefertur *Ens Veneris* cujus deſcriptionem tradit Boyle lib. de utilitate philoſoph. experiment. part.2. ſect. 5. cap. 6. quod a duobus vel tribus gr. ad ſcrup. ſem. jejuno ventriculo vel veſperi paulo ante cubitum egregio cum ſucceſſu exhibetur. ℞. *Vitrioli optimi q.p.* calcinetur ad obſcuram rubedinem, poſt freq. aqua calida abluatur ad omnimodam dulcificationem, exſiccatum ſubtiliſſime pulveriſatum miſceatur anatica portione cum ſal. armon. itidem ſubtiliſſime pulveriſato, hinc mixturam inde retortae vitrae ad plenitudinem tertiae partis uſque ſublimetur per gradus ignis ſpatio 10. vel 12. horarum ſub finem augendo ignem ut fundus retortae plane excandeſcat, ſublimatum exemptum lutei debet eſſe coloris, quod ſi flaveſcat, denuo repetenda eſt ſublimatio.

Operatio ejus fit vel per ambitum corporis, vel ſudores vel per vias urinarias, in omnibus febribus praeſertim intermittentibus feliciſſime adultis propinari poteſt. Praeter hoc commendari ſolet ſal. armoniacum artificiale & ex tempore praeparatum quod ex ſale aliquo volat. affunditur ſp. ſalis in phiola, facile praeparari poteſt exhiberique ad gr. iij. vel iv. In infante quodam Principe magnum levamen attulit Elix. ſcorbut. Rolfinck. cujus deſcriptio in ejus chymia traditur.

Chalybeata frequenter in uſum ſunt vocanda & vinum chalybeatum valde prodeſt, ſi infans lac adhuc ſugat, tum longiores coctiones ex ante dictis etiam nutrici exhibentur.

Purgantia ſemper audiunt leniora, quum facile humores his aegris diffluant, & utplurimum diarrhoea ante obitum exoriri, ſoleat.

In Anglia hic affectus facilius curatur, forſan quia ejus indoles Medicis magis eſt nota quam Germanis, & ob hanc cauſſam in tempore obveniunt.

LIBER VI.

De partium externarum morbis.

CASUS I. II. & III.

De Corpulentia nimia &c. &c.

HISTORIA.

Illuſtris Domin. IOANNES BANNER *Sereniſſimae Reginae, Regnique Sueciae Campi Mareſchallus generalis &c. temperamenti ſanguinei & pleniore corporis habitu praeditus, poſt annum aetatis triceſimum ſeptimum in eam excrevit obeſitatem, ut equum aegre & non ſine adminiculo conſcenderet, nec alias actiones prompte exercere poſſet cum inſigni reſpirationis difficultate praeſertim ubi ſe paulo fortius moveret, aut loca acclivia peteret.*

Quam periculoſus ſit plenior corporis habitus, docet Hippocrates lib. 1. Aphor. 3. & Galenus lib. 3. de diff. morb. cap. 9. maxime vero Avicenna ſeptima quarti, tract. 4. cap. 5. *Id quod in viro generoſo & nobili Dno.* REIMARO MANNVEUFFEL *haereditario in Roman & Trimicke. &c. mihi obſervatum eſt. Is ab ineunte aetate, pleniore corporis habitu praeditus, in eam tandem excrevit molem, ut loco ſe amplius movere vix poſſet, ad actiones omnes inhabilis, reſpirationis vero difficultas tanta erat, ut ſi quando ſedens ſe erigere vel capite paululum declivis aut ſupinus in lecto decumberet, ſuffocationem minaretur:* Monui pleniorem hanc corporis habitudinem ſolvendam eſſe, tenuique victu utendum, nec immorigerum initio habui, ſaepe enim & phlebotomiam & cucurbitulas, purgationeſque & quicquid ho-

rum

rum amplius eſt, quae ad corpulentiam minuendam faciunt, admittebat: tractu vero temporis quum haec omnia negligeret, paulloque licentius viveret, apoplexia ſubito extinctus eſt, morte ſua veritatem prognoſtici quod loco ſupra allegato habet Avicenna conteſtatus: *Mors ſuper ultimatis in pinguedine feſtinat & propriè illos qui inpinguantur in prima aetate; iſti enim ſunt expoſiti apoploxiae & paralyſi:&c.* Idem & in Bibliopego Johanne Fuxbergio obſervavi, qui ſupra modum obeſus & pinguis, adeo ut aegre incederet, ſcalas vero & loca acclivia conſcendere prorſus non valeret; Is meo ſuaſu quotannis ter quaterve corpus purgabat, frequenterque ſanguinis copiam modo inciſa vena, ſaepius cucurbitulis ſcarificatis minuebat, corpus etiam quantum poterat exercebat, victu tenui & parco contentus, ſicque vitam, quanquam ob ſpirandi difficultatem non parum moleſtam, in plures annos trahebat, poſtquam vero auxilia modo dicta neſcio quo fato, per integrum annum & amplius intermiſiſſet, aucta in dies corporis mole, tandem ex conſtrictione meatuum ſuperveniente ſpiritus ſuffocatione, repentina morte periit. Communis eſt opinio, quam & Avicenna loco allegato adducit, *obeſos & pingues non eſſe prolificos*, ſic enim ille; *& ſimiliter iſti non ſunt generantes neque producentes embryonum & ſperma ipſorum eſt paucum ac tenue & infecundum vel foeminarum generativum.* Exemplo tamen cum aliorum tum modo commemoratorum conſtat obeſitatem, quandoque prolificationi minime obeſſe; uterque enim & maſculam & foeminam prolem poſt ſe reliquit, in hunc uſque diem ſuperſtites.

S*ereniſſimi Ducis Crojani Capitaneus in Gultzow &c. Dn. ZACHARIAS SCHIEFF obeſo & pingui corporis habitu praeditus, poſtquam variis corpulentiam nimiam corrigere tentaſſet remediis, tandem aquas fontis prope arcem Gultzovienſem ſcaturientis experiri conſtituit, nec ſingulis matutinis cyatho uno atque altero, molem corporis manifeſte minui & decreſcere ſenſit; uſum itaque iſtarum aquarum per integrum menſem continuavit, & ſic gracilior & ad quaſvis actiones exercendas agilior promptiorque redditus eſt. Verum quum tractu temporis corpulentia repeteret, poſtmodum ſingulis annis tempore majali aquis hiſce uſus eſt, evidenti cum emolumento. Continent autem hae aquae quantum in examine explorare potui, aluminis, nitri & ferri mineras.*

R E S O L U T I O.

Quando in maſſa ſanguinea praedominium obtinent partes flexiles & chyloſae, quae quoad ſuam ſuperficiem reſpondent poris fibrarum partium nutriendarum, majori in copia ſe agglomerant fibris nutriendis, & ſic non ſolum nutritionem ſed & augmentationem praeſtant, & quum non ſufficiens ſpatium inveniant, etiam in ipſis interſtitiis partium coarctantur in ſe invicem, implicantur & in pinguedinem abeunt, quae vera cauſſa eſt pinguedinis.

Obeſitas laedit actiones imprimis autem animales praeſertim quoad motum & reſpirationem, hinc Medici interdum in conſilium vocantur pro curanda nimia obeſitate.

Curatio perficitur iſtiuſmodi medicamentis quae ſunt duriora rigida, ad occurſum aliarum partium flecti neſcia.

Frequentius ſunt exhibēda purgantia, utpote quae excitata illa fermentatione extraordinaria ſemper ſecum rapiunt partes chyloſas & ita pinguedinem abſumunt.

Venae-ſectio eſt adminiſtranda ad minuendam ſanguinis abundantiam, quo praedominium illud tollatur, quam in ſanguine obtinet, nempe partes chyloſae flexiles & dulces. Vulgo quidem creditur ſuccurrendum eſſe hepati, quod propter laudabilem diſpoſitionem excedat in ſanguificatione & Auctor ſit ſanguinis copioſi generati; verum praejudicium eſt, quia hepar 1.) non eſt officina ſanguinis, & 2.) illa intemperies hepatis laudabilis (calida humida) non eſt Auctor obeſitatis: ſed dicendum, quod hepar ſuam temperiem ſeu intemperiem hauriat ex ipſa maſ-

ſa ſanguinea; qualis enim ſanguis, talia viſcera; ſi ſanguis calidus etiam hepar calidum; ſed vice verſa, ſi hepar calidum etiam ſang. calidus.

Convenit igitur praemiſſis purgantibus decoctum lignorum, quia illa ligna conſtant iſtiuſmodi partibus duris, quae ſemel motae pergunt moveri & ſemper protrudunt alias partes, ut non poſsit tam facile agglutinari.

Elixirium proprietatis multum praeſtare poteſt hoc in caſu propter vim ſuam exſiccativam, hoc eſt quia reſtaurat partes bilioſas & amaras in ſanguine, quibus praedominium obtinentibus nequaquam corpulentia nimia vel obeſitas metuenda, hinc Cholerici nunquam fiunt obeſi, quia acria potius rodunt partes quam ut illas nutriant, accedit etiam hoc, quod partes illae bilioſae celerrimo gradu percurrant tubulos partium & nullam moram concedant, quo partes poſsint agglutinari fibris, requiritur enim aliquo modo quies, quo ſuperficies inter ſeſe jungi poſsint.

Vitandus eſt uſus cereviſiae & Bruhanil ut & vini, bibi poteſt pro ordinario potu decoctum ſecundarium lignorum ut Auctor noſter etiam innuit, vel aqua pane correcta, vel decoctum hordei quod propter vim diureticam impedit obeſitatem. Fonticuli ſunt excitandi in corpore, quia illud quod effluit nihil aliud eſt quam chylus propter pororum perverſionem corruptus.

Obeſos morte inopinata ſaepe tolli dudum agnovit Hippoc. ubi dicit: *Athletarum habitus, ſi ad ſummum pervenerit, ſit valde periculoſus, & plerumque obeſi tollantur apoplexia, ſeu fiant apoplectici*; ratio quia ductus ſunt valde anguſti & comprimuntur a circumſtante pinguedine unde facile ſang. retardatur in ſuo motu circulatorio: 2. motus ſang. progreſsivus non adeo alacriter perficitur ſi praedominium obtinent partes chyloſae potius facile ſibi invicem adhaerent, unde ſanguis ingraſſeſcit & in motu ſuo impeditur, unde obſtructio arteriarum coratidum, pororum plexus choroides, qua inducta obſtructione ceſsat ſpiritus animalis, generatio. 3. Spiritus animales participant de natura ſalina, ſalia autem exulant in tali ſanguine chyloſo, ubi ſufficienti in copia tali ex ſanguine non generari poſſunt ſpiritus.

Mortis repentinae in obeſitate cauſſa non ſemper eſt apoplexia, potius polypus cordis eſt vera cauſa, quatenus ſang. talis in grumos abit, dum partes chyloſae propter inaequales ſuperficies firmius ſibi cohaerent, unde in thalamis cordis talis ſang. reſtagnat, & ſaepe ex improviſo tolluntur obeſi.

C A S U S IV.

De Eryſipelate.

(*Hiſtoria vide pag. 264.*)

R E S O L U T I O.

Est inflammatio cutis & partium ſubcutanearum: oritur ab obſtructione, ſeu etiam quo oriri diximus phrenitidem, quando partium figurae triangulares obſtruunt porum figurae rotundae, ubi latera ſeu ſpatia aliquot relinquuntur, quae tunc repleri debent a materia aetherea majori cum impetu in ſpatia haec irruente, unde oritur partium fluibilium agitatio, quam ſequitur calor, humorum affluxus & inflammatio; hinc videmus quod ſaepiſsime ab admiſsione aëris frigidi ſtatim contrahamus tumorem eryſipelat. quod certum eſt indicium veram cauſſam eſſe obſtructionem, quando humores circulantes impediuntur in ſuo motu, vel quando inſenſibilis tranſpiratio impeditur.

Eryſipelas eſt vel bilioſum vergens magis ad colorem citrinum vel flaveſcentem;

tem; vel ſanguineum magis vergens ad rubedinem. Ita deſcribi poteſt.

Eryſip. eſt tumor quidem inflammatorius cum dolore acri & calore.

Diagnoſis. Signa in ſenſus incurrunt ita ut a quolibet cognoſcatur.

Prognoſis. Eſt malum non contemnendum praeſertim ſi in parte aliqua nobili reperiatur, vel ſaltem in parte aliqua nobiliori vicina, ſic eryſipelas faciei nunquam caret periculo propter vicinitatem cerebri.

Periculoſum eſt malum, quia ex leviſsimo etiam errore commiſſo aegri adſtant, vel Medici graviora ſymptomata induci poſsunt. Intus ſi vergit eryſipelas eſt malum, monente Hipp. niſi probe tractetur facile degenerat in ulcera inſanabilia, gangraenam, ſphacelum.

Solet ſemper cum acceſsione febrili invadere, nonnunquam cum inguinum tumore; praecedit rigor, artuum laſsitudo, ſupervenit calor, & inguina intumeſcunt.

Curatio. Quaer. an purgantia conveniant? Reſpon. in principio hujus mali leve aliquod catharticum exhiberi poteſt, quod ſi jam altas radices egerit affect. a purgantibus abſtinendum ne augeatur inflammatio & motus humorum foris intus promoveatur: venae ſectio non eſt neceſſaria; ſudorifera vero omnem abſolvunt paginam. Ergo ſtatim ſudorifera poſſunt propinari ex aq. florum ſambuci (egregia medicina in hoc caſu) aq. card. bened. cum miſtura ſimplici & theriaca; addi poſſunt pulveres praecipitantes ex antimonio, c.c. uſto: exulent ſal. volatilia & fixa.

Topica externe applicantur vel in forma ſicca vel humida; in forma ſicca egregium remedium eſt, cujus mentionem facit Auctor noſter titulo de inflammatione mammarum pag. 236. ubi dicit, extra ſtuppam cannabinam farina hordei & pulv. liquirit. creta pulveriſata ſaepius appoſita multum levaminis adfert. Suffimigia etiam proſunt ex thure, maſtiche, uſnia. Excoecavit fere omnes opinio haec, quaſi in eryſipelate humida & liquida non eſſent applicanda, quum tamen experientia teſte egregium adferant levamen; itaque convenit ſpiritus vini (cum theriaca) tepide vel calide debent applicari.

In eryſipelate valde perículoſo & mortem minante ſummo cum ſucceſſu exhibetur aqua florum ſambuci cum theriaca, irrorata hac miſtura linteamina ſaepius de die calida applicari ſolent.

Inter unguenta & emplaſtra agmen ducant Saturnina, ut emplaſt. Saturninum, ſaccharum Saturni, ceruſſa, &c.

C A S U S V.

De Bubone ſimplici.

H I S T O R I A.

Bogislaus Ziakii juvenis viginti circiter annorum, temperamenti ſanguineo cholerici, nullo praecedente morbo, in glandulis inguinis ſiniſtri tumore corripiebatur cum renitentia, rubore & dolore.

R E S O L U T I O.

Fulciuntur vaſa lymphatica variis a glandulis hinc inde in corpore ſitis, ut eo facilius humores circulantes ad peripheriam corporis transferri poſsint, magis conſpicuae illae glandulae circa inguina & ſub axillis ſunt, ergo facile ibidem tumor excitatur, ſi acidum aliquod peregrinum accedat lympham, & humores circulantes praecipitans & coagulans, unde lympha ita ibidem incraſſata glandulae augentur, attolluntur & ita producuntur tumores, qui vocantur bubones. Frequẽter bubones ſeu tales tumores obſervantur in pueris propter ἀδδηφαγίαν ſeu vo-

racitatem; hinc (ſi glandulae circa inguina & ſub axillis intumeſcunt) vulgo cauſsa adſcribitur augmentationi,nequaquam a cauſsa illa deducenda:quum propter voracitatem augeatur acidum in corpore coagulans lympham, quae incraſſata reſtagnat in glandulis eaſque attollit & tales tumores ſeu bubones inducit.

Tumores illi ſeu bubones vel ſunt maligni vel benigni; maligni oriuntur in febribus epidemicis, petechialibus,peſte & lue venerea, ubi ſub axillis & circa inguina erumpere ſolent; benigni vero ſine febre vel alio graviori ſymptomate oriuntur.

Curatio admodum eſt facilis, ſi bene procedatur a Medico, poteſt tamen malum hoc labi in deterius ſi error committatur & materia peccans deferatur verſus centrum, vel iterum cum ſanguine miſceatur. Auctor noſter auſpicatus eſt curam venae ſectionis quae admitti poteſt in temperamento ſanguineo; venae ſectionem ſequitur purgans aliquod: circa purgantia notandum hoc,quod non ſemper tuto exhibeantur, facile enim materia illa poteſt moveri & alio determinari ut vergat iterum ad partes interiores: ſatius igitur eſt ſi ſtatim praeſcribamus diaphoreticum aliquod ſeu ſudoriferum ex theriaca vel diaſcordio.

Foris linimenta varia exhibentur pro diſcuſsione & reſolutione, quae ſi non ſuccedat, indicat ſuppurantia; convenit theriaca in forma emplaſtri appoſita, vel quod familiariſsimum & in vulgus notum, oleum ſcorpionum,cujus mentionem etiam facit Auctor noſter, qui etiam commendat illitum ſalivae hominis, quia ſpirituoſa eſt & naturae ſalinae, unde facile lympham incraſſatam attenuare & reſolvere poteſt, praefertur autem jejuni hominis, quia tempore eo facta eſt coctio, & ſaliva nequaquam impraegnata eſt peregrinis corpuſculis.

CASUS VI.

De Parotide maligna.

HISTORIA.

ANno M. DC. XXXIX. quo tempore febres malignae & petechiales populariter apud nos graſſabantur, generoſus & ſtrenuus Dominus JOANNES LONGEWALI *Equitum Magiſter, febri petechiali detentus, circa ſtatum morbi de dolore pone aurem ſiniſtram querebatur,paulo poſt tumor ibidem prorupit rubicundus, cum notabili ſymptomatum remiſſione.*

RESOLUTIO.

Eſt tumor quidam retro aures exortus: fit vel critice, vel ſymptomatice: ſymptomatice ſi oritur peſsimum eſt ſignum quia omnes moriuntur, quod legimus in obſervationibus Riverii; quod ſi vero critice fiat, materia febrilis defertur ad illas partes tanquam emunctorium vel cloacam, & tunc optimum ſignum; criticae translationis ſignum deſumitur ex ſymptomatum receſsione ut Auctor noſter etiam habet; ſin vero ſymptomata maneant in vigore, & morbus non mitigetur, tunc tumor eſt ſymptomaticus.

In principio exulare debent omnia remedia, ne impediatur motus & naturae beneficium pervertatur, quod ſi dolor urgeat & materia vergat ad ſuppurationem, tunc juxta Auctor. noſtr. ſuppurantia imponi poſſunt, & materia ſuppurata quamprimum fieri poteſt educenda: hinc ſi ſponte non rumpitur abſceſſus, aperiendus eſt; malum certe nequaquam eſt contemnendum propter vicinitatem cerebri, convenit & hic theriaca & ol. ſcorpion.

Digitized by Google

C A S U S VII.

De Panaritio.

H I S T O R I A.

I*Lluſtris Dominus* DN. FERDINANDUS DE CAPUA *&c. &c. conſtitutionis melancolicae in extremitate digiti anularis manus ſiniſtrae circa unguem tumore exiguo afficiebatur, tanto cum cruciatu, ut dies noctesque inſomnes duceret, aliquando & in lypothymiam incideret, dolore per totum fere brachium diffuſo.*

R E S O L U T I O.

Eſt tumor quidam valde dolorificus in extremitate digitorum & pedum; dolor valde eſt vehemens, ut vix ab ullo remedio mitigari poſsit, quia pars valde ſenſibilis affligitur, nempe pars membranoſa & nervea, unde ſequitur ſpirituum affluxus, qui valde inflant partes nerveas membranoſas & muſculos, unde & ipſe ſanguis impeditur in circulatione, & haec eſt ratio quare ſaepe ex vili tumore oriatur inflammatio totius brachii, ob influxum nempe ſpirituum qui inflant valde partes & muſculos, unde impeditur ſanguinis circulatio, qui reſtagnans inflammatur dum ejus motus inteſtinus augetur, qui auctor eſt inflammationis.

Phaenomena illa facile applicari poſsunt; dolor nempe vehemens eſt, quia affligitur pars ſenſibilis valde, quae ſpaſmodice contrahitur ab humore acri.

Per totum brachium diffunditur dolor propter conſenſum partium nervoſarum, & ſpirituum affluxum.

Lipothymia: ſpiritus enim per illam ſpaſmodicam contractionem depauperantur & alio determinantur, unde motus cordis languet.

Bezoardica hic ſunt exhibenda, quo miaſmata illa quae facile alias a ſanguine & humoribus circulantibus imbibuntur, eliminentur e corpore.

Externe conveniunt Saturnina, quae ſaturant acidum, quo citius tumor deduci poteſt ad ſuppurationem, eo melius eſt.

C A S V S VIII.

De Pernionibus.

H I S T O R I A.

A*Nno M. DC. XLVIII. quum menſe Decembri a Sereniſſima Regina Sueciae MARIA ELEONORA, ſedinum vocatus eſſem, iterque hyemante coelo per nives & frigora facerem. Famulus meus Joachimus in digitis pedum, quos adverſus aëris frigidi injurias non adeo bene muniverat, tumorem contraxit cum inſigni pruritu & tumòre.*

R E S O L U T I O.

Dudum diſputatum fuit, num frigus ſit quid poſitivum vel privativum; ridiculum ſane quod multi ſtatuerint frigus eſse quid privativum, nam in nimia refrigeratione partium revera aliquid ingreditur corpus noſtrum vel maſs. ſanguin.

Poſitivum illud videtur conſiſtere in aliquo acido coagulante maſsam ſanguinis quae reſtagnans facile inflammatur. Curatio niſi rite inſtituatur facile degenerat in pejus & ſequitur ſphacelus vel gangraena; deſtruitur enim tota textura partis nimis refrigeratae, poris vero perverſis humores circulantes & ſanguis trajici non poſsunt, unde pars extinguitur itaque mature ſuccurrendum eſt medicamentis tum in- tum externis.

Externe praeter allegata ab Auctore noſtro conveniunt remedia illa quae alias

in

in gangraena commendantur, ut theriaca cum ſpiritu vini. Interne bezoardica conveniunt & ſudorifera, omnia tamen tum in-tum externa operantur quatenus debellant acidum.

CASUS IX.
De Ecchymoſi ex contuſione.

HISTORIA.

Filia mea ELEONORA ex caſu in maxillam ſuperiorem juxta externum oculi angulum tumorem magnitudine nucis avellanae ſanguine ſuffuſum contraxerat, me peregre profecto a domeſticis emplaſtrum diachylon ſimplex impoſitum, tumorem ferme ad ſuppurationem produxerat: Chirurgus ſuperveniens periculum viſtulae, ſi in abſceſſum vergeret, minitatus aliud diſcutiens & reſolvens applicuit; paullo poſt tumor diſparuit, colore cutis, qui initio rubeus erat, in lividum mutato; qui quum ultra menſem integrum & amplius ſtabilis permaneret, nec in flaveſcentem aut viridem, ut fieri ſolet, declinarat, de remedio deformitatis cogitare coepi: In mentem venit tantopere decantata ſigilli Salomonis radix, quam unica etiam nocte ſugillationem tollere Practicorum nonnulli aſſerunt; Feci periculum & vino coctam repetitis aliquot diebus impoſita, ſed fruſtra, tentavi aliquod ex aloë, melle & ſucco abſinthii, aquam item ex radicibus ari a Sennerto deſcriptam: verum quum his omnibus nihil proficerem, cucurbitulam cum ſcarificatione adhibui, extractoque ſanguine cutem oleo talci inunxi, quo facto color ille lividus, ſenſim in naturalem commutatus eſt.

RESOLUTIO.

Ex his apparet quam lubricum judicium ſit quod ferre ſolent ex ſangnine per venae ſectionem extracto, quia ipſo momento quo ſanguis extravaſatur, mutatur, ita ut nil certi inde augurari poſsimus; ſtatim enim partes ſubtiliores & volatiliores abeunt in auras & avolant, unde reliquiae in muſculos & ſubter cutem effuſae propter defectum partium volatilium circulari neſciunt, unde reſtagnant & peregrinum colorem induunt.

In principio ſi vocatur Medicus optimum remedium eſt vinum calidum, ſi duplicatis linteis ſaepius imponitur; in malo inveterato Auctor noſter commendat oleum talci (deſctipt. habet Schroderus) ſed multi dubitant de exiſtentia hujus olei, num ex talco tale oleum poſsit praeparari.

CASVS X.
De Herpete miliari.

HISTORIA.

Sabina Praetoria, virgo ſedecim circiter annorum, in ſumma cute brachii ſiniſtri puſtulas habebat copioſiſſimas milio non abſimiles, quarum etſi quaedam ſaneſcere viderentur, mox tamen aliae erumpebant, manumque vicinam impetebant, ſenſu quaſi uſtionis admodum moleſtae: ſi quando rumperentur, humorem paucum eumque tenuem & flaveſcentem emittebant.

RESOLUTIO.

Natales habet in ventriculo, quatenus ibidem error aliquis committitur inextinguibilis poſtmodum in ipſo ſanguine: hinc videmus quod medicamenta ſtomachica & in ventriculo coctionem juvantia valde proſint in iſtiuſmodi ſanguinis impuritatibus, & quae vulgo jactantur de medicamentis ſanguinem depurantibus,

bus; unde elixir. propriet. hoc in caſu excellens remedium, quia corrigit acidum vitioſum ubicumque haereat. Magnus requiritur apparatus ad malum hoc debellandum, hinc praeter remedia ab Auctore noſtro allata acidulae debent commendari.

Externe conveniunt mercurialia, quae malum hoc tollere poſſunt, nunquam tamen applicari debent niſi praemiſſis praemittendis: Mercurialia enim conſtant particulis valde rigidis & durioribus, unde poſitae vehementiſſimo in motu facile penetrant, poros per ipſos reſtituunt & cuti priſtinum reddunt nitorem.

CASUS XI.

De Tumore oedematoſo pedum.

HISTORIA.

Nobiliſſimus Dominus JULIUS BUTZOW *venationem apud Illuſtriſſimum Principem Ruggenwaldenſem magiſter, caetera ſanus, pedum tumore molli & laxo laborabat, ſine dolore, ſi quando digitis premeretur tumor, ſubſidebat ac foveam ſive veſtigium poſt ſe relinquebat.*

RESOLUTIO.

Quando humores circulantes qui per vaſa lymphatica verſus cor reduci debent, in itinere impediuntur, quo minus aſcendere poſſint, tunc tandem collectae, dum ſemper a tergo recentes adveniunt, tubulos partim valde dilatant, unde oritur tumor pedum: dictum autem fuit alibi humores colligi in parte aliqua vel per congeſtionem quandam, vel per modum quendam tranſlationis.

Per modum tranſlationis frequenter oritur tumor oedematoſus pedum, dum lege mechanices humores vitioſi, & graviores deorſum tendunt, & in pedibus tumorem excitant, quod in nonnullis morbis praeſertim in declinatione morborum obſervemus facta jam humorum coctione, tunc reliquae ruunt ad partes inferiores & tumores carentes omni periculo producunt.

Per congeſtionem vero fit vitio ipſius partis, illud vitium acquirit, ſi a frigore non muniatur, frigus enim craſſitiem & coagulationem inducit humoribus circulantibus jam ſurſum tendentibus: & haec utplurimum vera eſt cauſſa tumorum pedum, quamvis a paucis attenuatur; nulla enim pars fere eſt in corpore noſtro quam minus defendamus ab injuria aëris frigidi, quam ipſi pedes.

Signis diagnoſticis non opus habemus, in ſenſus enim incurrit tumor.

Prognoſis: metum ſolet incutere aegrotantibus, quia familiariſſimum eſt ſymptoma concomitans hydropem & phthiſin.

Pro diverſitate conſiſtentiae humorum, dum humores molliores ſunt, vel magis glutinoſi, viſcidi & craſſi, tumor eſt nunc mollior & laxior ita ut cedat prementi digito, quo inſignis fovea imprimi poteſt, nunc valde tenſus eſt & renitens, ut premens digitus nullum ſui relinquat veſtigium.

Facilius autem tumor talis oedematoſus oritur in pedibus quam in aliis partibus, quia humores circulantes per lineam rectam adeoque perpendiculariter coguntur redire verſus cor, quod ſine magno dolore fieri non poteſt, in quo labore magna requiritur ſpirituum copia; accedit etiam hoc, ſi ſanguis eructatus e ſiniſtro cordis ventriculo jam devenit ad locum ubi arteria magna in duos ramos dividitur in aſcendentem & deſcendentem, novimus quod lege mechanices ſanguis ſubtilior ingrediatur ramum aſcendentem, magis craſſus vero deſcendat per ramum deſcendentem, & ſic ſanguis qui ad inferiores partes vehitur non adeo ſpirituoſus eſt ut ille, qui ad cerebrum celeri gradu rapitur.

So

Eo facilius autem aër frigidus coagulationem quandam ſanguis & humoribus circulantibus inducere poteſt, quo majus vitium fuiſſet commiſſum in diaeta, legimus autem in hiſtoria, quod aeger uſus fuerit craſſis & viſcoſis cibis piſcibus & pituitam cumulantibus: & certe quando humores circulantes jamdum ſunt viſcidi, facile haerent in tubulis & tumores pariunt.

In curatione Auctor noſter recte ante omnia victus rationem meliorandam ſuaſit, juſſit enim abſtinere a cibis qui lympham craſſam ſeu pituitam augere poſſunt; cibos juſſit condire aromatibus multo ſale volatili impraegnatis. Commendavit cereviſiam bene lupulatam propter vim diureticam, ut & vinum enulatum & abſinthites, tum quod amara illa corrigant acidum coagulans ſanguinem & humores circulantes, tum etiam quod polleant vi penetrativa.

Exercitia corporis debebant eſſe moderata; nam in minima tali humorum agitatione facilius humores ad partem affectam ruunt: hinc equitationem Auctor noſter etiam prohibuit, quia ita pedibus pendulis facilius impeditur humorum circulantium aſcenſus.

In principio hujus mali ſaepius ſufficit purgans ſemel exhibitum, ſic adhibui aliquando inquit D. D. Waldſchmid. extractum cephalicum (deſcriptionem vide ſupra) a quo tumor talis oedematoſus ad miraculum quaſi fuit ablatus; quatenus nempe in principio humores tales ita diſpoſiti adhuc ſunt, ut facile auſcultent motui fermentativo. Diuturnitate vero temporis humores illi magis fiunt glutinoſi, quatenus partes volatiles abeunt in auram, unde reliquae magis incraſſeſcunt, & majorem viſciditatem acquirunt.

Praemiſſo purgante ſi malum non cedat, decoct. lignor. exhiberi poteſt, utpote cujus ingredientia conſtant ex corpuſc. valde rigidis, quamvis offendant in itinere partes craſſiores, non reflectuntur tamen, ſed penetrant tubulos partium, & materiam craſſam reddunt fluxilem, ita ut per ſudores egrediatur, vel cum ſanguine iterum miſceatur circulante.

Externe Auctor noſter impoſuit emplaſtrum diaphoreticum Mynſ. utpote quod componitur ex nonnullis gummatoſis, quae vim habent abſtergendi humores craſſos & viſcidos. Emplaſtra ſemper videntur ſuſpecta, quia poros facile magis obſtruunt, & inſenſibilem tranſpirationem ſeu evaporationem valde neceſſariam impediunt.

Placet fotus ab Auctore noſtro inſtitutus, cujus ingredientia ſunt aromatica ſale volatili abundantia, additur aquae acetum quo major vis penetrativa concilietur. Saepius optimo cum ſucceſſu fotus ſicciores inſtituuntur, ita ut candenti lateri affundatur acetũ & pedibus fumus excipiatur, qui fotus egregie diſſipat & attenuat.

Vel ſacculi quidam concinnantur repleti radicibus, herbis, floribus diſcutientibus, de vi aromatica participantibus, in farinam ſeu pulverem contuſis, & qui calefacti alternatim pedibus imponuntur, ubi egregius eſt pulvis ſeu farina ſabinae cum aliis ingredientibus ita calide impoſitus.

CASVS XII.

De Scirrho teſticuli dextri incipiente.

HISTORIA.

MAgiſter quidam Equitum temperamenti frigidi & humidi, de tumore teſticuli dextri duro & ſubalbido querebatur, calor aderat nullus nec febris aut dolor nisi eum premeretur iſque exiguus.

RE-

Digitized by Google

R E S O L V T I O.

Tumor hic fuit durus & ſubalbidus, quod indicium fuit pituitae viſcidae & glutinoſae ſeu lymphae craſſioris.

Obnoxii ſunt teſticuli tumoribus, ut malum hoc eſt commune reliquis glandulis in corpore, quamprimum enim lympha ab acido vel alia injuria incraſſeſcit & coagulatur, facile haeret in glandulis eaſque inflat & attollit, unde tumor.

Tumor eſt expers doloris, quia nullae partes, acriores duriores & rigidae huic lymphae fuere admiſtae. Tumores tales ſenſim & paulatim colliguntur, nec prius animadvertuntur, donec partes volatiles avolaverint remanentibus ſolum craſſioribus, unde tumor deprehenditur.

Affluxus ad has partes facilius concitari poteſt quam ad alias, tum ratione ſitus, tum etiam quia vel ſola imaginatione humores & ſpiritus magis ad partes has ruunt. Miratu digniſſimum eſt quod in phthiſi ſaepius teſticuli tumoribus corripiantur, & certe videtur maximum eſſe conſenſum inter organa reſpirationis & loquelae cum teſtibus; in caſtratis enim vocis mutationem ſtatim deprehendimus, imo totum temperamentum mutatur, unde veriſimile eſt quod fermentum ſeminale in teſtibus ſemper ſanguini alluenti characterem quendam imprimat, ipſiuſque vigorem conciliet, hinc denegato & ſublato illo fermento tanta ſubito mutatio in tota maſſa ſanguinea exoritur. Et ipſum fermentum ſeminale corruptum & inquinatum humores affluentes coagulat, quo facilius in his partibus tumor oriatur, unde in lue venerea ſeu coitu impuro facile iſtiuſmodi tumores contrahuntur.

Curatu difficiles ſunt illi tumores, tum propter materiam viſcidam & glutinoſam, tum propter ſitum, quum talis ſit ut medicamenta convenienter applicari non poſſint, & quum emplaſtra hoc in loco vix apponi poſſint, linimenta & unguenta diſcutientia & reſolventia convenientia conveniunt, ut unguentum martiatum, nervinum, de althaea, addi poſſunt hic ſalia volatilia & olea nonnulla deſtillata ut felicius materia illa viſcida & glutinoſa reſolvatur.

Praeter ſuffimigia convenit etiam ſpiritus topicus D.D. Geilſuſii, quo bis vel ter in die tumor fricari debet. Deſcriptio haec eſt.

℞. *Spirit. granorum juniperi* lib. ij. *naſturtii contuſi* m. iij. inſunde diem & noctem, deſtilla, ſpiritui deſtillato inſunde *radic. conſolidae maj.* partes duas, *ſcrophulariae* partem unam, & tertia vice deſtilla. Spiritus topicus, qui in tumoribus diſcutiendis, ut & in ſchrophulis ſatis laudari nequit.

C A S U S XIII.

De Cancro labii inferioris.

H I S T O R I A.

Nobilis quidam Marchicus venationi & aucupio deditus, tempore autumnali ſtante Borea fiſſuram in labio inferiore contraxerat, quam quum negligentius haberet & per totam hyemem feras inſectatus aeri intempeſto & frigido ſe exponeret, manuque labium exulceratum ſubinde vellicaret, tandem cancroſum evaſit; tentata varia tam internorum quam externorum remedia, ſed fruſtra, malo indies augmentum ſumente. Conſuluit tãdem Excellentiſſ. Dn. Franciſcum Omicium Medicinae in alma Francofurtenſiũ Academia Profeſſorem Primarium, Praeceptorem meum fideliſſimum, eoque nomine aetatem honorandum. Is praemiſſis uuiverſalibus, purgatione nimirum humoris atrabiliarii repetitim inſtituta & venaeſectione; ſiccantia quaedam & refrigerantia lenia, ſpermiolae ſcilicet compoſitum pulverem benedictum Hartmanni, magiſterium teſtarum cãcrorum & id genus alia adhibuit, quibus quum nihil proficeret, exciſionem ſua-

ſuaſit quae opera N. Henningi Chirurgi experientiſſimi adeo feliciter ceſſit, ut ne veſtigium quidem ejus relictum ſit, quamvis enim in medio menti & labii inferioris, ubi ſutura facta erat, linea albicans, ipſumque os paulo arctius & quaſi conſtrictum initio videretur, tractu tamen temporis ſponte & per naturam haec ita emendata ſunt, ut aegro amplius dignoſci poſſet, nec ullum cibi potuſque recipiendi aut vocis exſpuitioniſque afferrent impedimentum.

Operationem, quantum memini (ſunt enim quadraginta ferme anni ex quo peracta eſt) ſic inſtituit Chirurgus. Primo labium inferius, volſella prehendit, manuque ſiniſtra deorſum traxit, mox forcipe acutiſſima tribus inciſionibus, una ad latus dextrum altera ad ſiniſtrum, & tertia paulo ſupra cavum menti, facta celerrime amputavit: hinc ſanguine ſufficienter effuſo & expreſſo, oras vulneris dehiſcentis, acu filum ducente artificioſe conſuit, adhibitiſque emplaſtris convenientibus intra dies quatuordecim aegrum perfectae ſanitati reſtituit.

Vide ſupra.

CASVS XIV.

De Scabie.

HISTORIA.

G*Enerosus & ſtrenuus Dominus GERHARDUS a PODEWILIS Toparcha in Crangen &c. &c. conſtitutionis calidae & ſiccae, per univerſum corpus ſcabie infectus, de cutis aſperitate & exulceratione, maxime de pruritu moleſtiſſimo querebatur, ſcalpendo nihil, praeter corpuſcula quaedam furfuracea, ſeparabatur, ipſa ulcera eorumque veſtigia ex parte livida erant, ex parte nigra.*

RESOLUTIO.

Scabies eſt vitium cutis, cujus pori pervertuntur ab humoribus vitioſis in illam depoſitis, unde variae eminentiae & inaequalitates in cutis ſuperficie oriuntur.

Scabies dividitur in ſiccam & humidam.

Sicca eſt, in qua parvae puſtulae oriuntur, quae nihil vel parum fundunt. Humida vero quando puſtulis ſanies, copioſi humores profluunt.

Cauſſam ſcabiei Neoterici dicunt ſemper eſſe ex contagio, id quod vel aegro animadvertente ab alio ſuſcipitur ſeu eo inſcio communicatur: ſed tale contagioſum ſemel corpori communicatum ſuccum nutricium laudabilem etiam corrumpit & inquinat, quo degeneret a ſua craſi, & naturam acrem & ſalinam nanciſcatur, & quidem quo ſanguine magis eſt diſpoſitus ad talem intemperiem ſalinam acrem, eo facilius ſal tale peregrinum per contagium communicatum dramata ſua ludere poteſt.

Accuſarunt quidem Veteres in ſcabie intemperiem hepatis, ſed abſque ulla ratione, nam ſi in ſcabie adeſſet hepatis intemperies, dependeret revera ab intemperie ipſius ſanguinis: qualis enim cibus talis chylus, qualis chylus talis ſanguis, qualis ſanguis talis viſcerum temperies.

Eo facilius autem ſanguis intemperiem talem acrem contrahit, quando vitium committitur in prima coctione, utpote cujus error nunquam corrigitur in ſecunda. AEger noſter commiſit in diaeta errorem, uſus fuit cibis ſalitis, fumo induratis, ſeu de ſale fixo acido participantibus.

Curatio fruſtra inſtituitur quamdiu ſal illud contagioſum ſanguini & humor. circulantibus inhaeret, hinc videmus quod ſaepe malum hoc ſit contumaciſſimum & non cedat, etiamſi multa exhibeantur, quia ſuccus ille nutricius ſemper

de novo inquinatur, quamprimum ad maſſam ſanguineam devehantur.

In ſcabie ſicca videntur magis peccare ſalia alkalia, quia major deprehenditur acrimonia & major pruritus; in humida vero ſalia acida fixa. Curatio inchoanda a purgantibus quae tamen benigniora eſſe debent, quia fortiora nihil praeſtant in ſcabie, ſed felicior ſucceſſus ſperandus eſt ab uſu vel lenientium vel infuſorum laxativorum.

Calidiora vero diagrydiata vel ſcammoneata malum exaſperant. Venae ſectio praemitti poteſt ſi neceſſarium videtur, debemus enim attendere ad temperamentum & reliquas circumſtantias; poſtmodum corrigentia & maſſ. ſanguin. alterantia exhibenda ſunt, illorum vis videtur in hoc conſiſtere, quod nempe acrimoniam illam ſalinam diluant & temperent.

Semper, quod inſtar regulae perpetuae eſt obſervandum, ratio habenda eſt ventriculi & coctionis primae, unde videmus ſtomachica tempeſtive exhibita, multum praeſtare in ſananda ſcabie.

Topica ſeu externa in principio non tuto exhibentur, conſtat enim experientia, graviora mala a ſcabie retropulſa fuiſſe inducta, epilepſia nempe, aſthma apoplexia ſuffocatoria, &c.

Quid ſi jam praemiſſa praemittenda, tunc tandem ad topica injicienda a levioribus deveniendum. Verum eſt quod hoc in caſu Mercurialia omnibus ſint praeferenda, ſed quia poſt ſe relinquunt diatheſin quandam toti oeconomiae animali infeſtam, hoc in caſu cauti & prudentes eſſe debemus.

Et ob hanc cauſſam obſervamus quod ſaepe Chirurgi & Agyrtae plus praeſtent quam Medici prudentiores, quia audacia juvat fortunam, & ignorantia nihil doctius, & quamvis poſtmodum ab uſu Mercuriali medicamentorum mala ſeq. ita tamen fert conſuetudo, ut illa quae praeceſſerint non accuſemus, ſed ad praeſens tempus reſpiciamus.

Auctor noſter commendat linimentum Coſmi Slotani a wilhelmi Fabricio deſcriptum, quod certe optimum auxilium eſt in omnibus illis impuritatibus. Deſcriptio talis eſt.

℞. *Cortic. radic frangulae recentis, rad. lapathi acuti, ſcrophular. major. enulae campan.* ā̄ā̄. unc. vj. vel unc. iij. vel ſi partem tertiam vis parare unc. i. ſem. incidantur omnia in mortario; deinde projectis radicibus in vas vitreatum ſuprafunde *aceti optimi* lib. j. vel lib. i. ſem. vel unc. ix. (ſi tertiam partem expetas) miſceantur lento igne donec axungia ſit reſoluta, poſt inſolentur per menſem integrum, & tandem coque in duplici vaſe ad conſumtionem humiditatum. Colaturae fortiter factae admiſce *ſtyracis liquidae* unc. ij. vel unc. j. vel unc. ſem. ponatur in vaſe vitreato bene clauſo. Sum. unguentum contre ſcabiem.

Ipſe fabricius Hildanus hoc modo praeſcripſit.

℞. *Praedicti unguenti* unc. iv. *aluminis uſti, tartari, ſulphuris* ā̄ā̄. drach. ij. miſceantur & agitentur in mortatio diu. f. unguentum, quo praedictus Auctor ſcabiem valde contumacem ex menſium ſuppreſſione & vitiato puerperio ortam curavit.

In ſcabie ſicca obſervandum, quod in ſudoribus movendis abſtinendum ſit a diaphoreticis calidioribus, nec frequentius ſudores inſtituendi ſunt, ne exſiccato humido ſalia nanciſcantur majorem acrimoniam.

Not. quod ſemper in ſcorbuto deprehendatur ſal aliquod peregrinum, hinc in ſcabie recte etiam accuſamus diſpoſitionem ſanguinis ſcorbuticam, praeſertim ſi conſentiant etiam alia phaenomena.

Curatio praeter purgantia, inſtituitur antiſcorbuticis, praeſertim autem ſuccis recenter expreſſis, ſic inquit D.D. waldſchmid. ſaepius felici cum ſucceſſu tempore vernali praeſcribere ſoleo.

℞. Suc.

Digitized by Google

℞. *Succ. recent. expreſſ. naſturtii aquatici, cichorei* āā. unc. j. *cochlear. citri vel pomor. aurant.* āā. unc. ſem. ſtent donec faeces reſideant, liquidum decantetur; hujus ſucci ſingulis horis matutinis cochlearia duo ſumi poſſunt cum ſero lactis. Verum ſucci illi facile corrumpuntur, & ſitum contrahunt, ſi aliquandiu ſervantur. Ergo die quarto vel quinto ſemper recens debent exprimi.

Poſſet hic etiam praeſcribi elixir. antiſcorbuticum, & alternis diebus ſudores blandi moveri in lecto, ſi nempe guttulae 20. vel 30. in cereviſia calida aſſumantur.

Curavi aliquando, inquit. D. waldſchmid. Principem quandam gravidam ſcabie contumaciſſima per totum annum laborantem deſtillato quodam ex lignis antiſcorbuticis, additis ſimul foetum corroborantibus.

In ſcabie humida Auctor noſter recte commendat tincturam antimonii, haec poteſt eſſe inſtar omnium ſi rite praeparata, operatur vel per inſenſibilem tranſpirationem vel ſudorem excitat. Convenit etiam elixir. propriet. tinctura propriet. Mynſichti, tinctura rhabarbari quoque locum habet, ſed majori in doſi debet ſumi ad gr. 30. 50. vel 60.

Auctor noſter etiam in ſcabie humida proponit unguentum egregium ex pulvere cortic. lauri. ſulphur. &c. quo ſaepe uſus D. D. waldſchmid.

Medicamenta camphorata etiam in uſum vocari poſſunt quia camphora vi ſua penetrativa poros perverſos reſtituit, quod etiam Mercurialia faciunt, ſi alias tuto exhiberi poſſunt, nam Mercurialibus intra biduum vel triduum ſcabies curari poteſt, ſed non ſine periculo.

C A S U S XV.

De pruritu muliebrium.

H I S T O R I A.

F*Atigaverat AEmiliam Illuſtris proſapiae foeminam aliquot annis poſtquam lue venerea a marito infecta fuiſſet, pruritus circa muliebria, tandem & in ipſis pudendi penetralibus admodum moleſtus: hinc ſub ſolſtitium brumale anni M. D. C. XLXVIII. recrudeſcens per integram hyemem indignis modis AEgram exercuit, Medicis aulicis inſciis, quod verecunda nimis, malum hoc ſtudioſe occultaret, tandem ubi circa aequinoctium vernum intolerabili cruciatu afficeretur, non potuit ſibi amplius temperare, quin dolorem premeret, detecta ſimul morbi cauſſa.*

R E S O L U T I O.

Not. quod venenum luis venerae ſeu morbi gallici conſiſtat in acido quodam corroſivo, ſed non adeo volatili, ideo etiam morbus hic indiſtans non eſt contagioſus, ſed per immediatum contactum tranſplantatur. Aciditas hujus veneni ſe prodit variis ſymptomatibus, quae comitari ſolent hunc affectum, ut oſſis & dentium caries, ulcera ſordida, pudendorum corroſiones, artuum dolores lancinantes nocturno tempore potiſſimum infeſtantes. Itaque quum venenum illud non ſit adeo volatile facile adhaeret partibus ſpongioſis & ſubſtantiae laxioris, adeoque faciliime partibus genitalibus communicari poteſt; propter viſciditatem ſuam longo ſaepius tempore in parte aliqua haeret priuſquam tota maſſa ſanguinea ab eo inficiatur, poſtmodum vero fermentum illud acre a ſanguine alluente ſeu humoribus circulantibus imbibitur, & toti corpori omnibuſque ejus partibus communicatur.

Hujus veneni viſciditas & fixitas inde etiam probari poteſt, quum curari ſaltem poſſit per iſtiuſmodi quae conſtant ex corpuſculis durioribus & rigidioribus, & puod ad ejus curationem requiratur ſumma agitatio & volatiliſatio & attenuatio maſſae

Digitized by Google

ſue ſanguineae & cauſſa morbifica. Curatur ſolum per curam ſudoriferam, vel per ſalivatoriam beneficio unguenti Mercurialis inſtitutam. Legimus in hiſtoria quod ex intempeſtivo uſu aquae Mercurialis malum hoc quidem aliquandiu fuerit ſopitum quod tamen poſtmodum acrius invaſit & incruduit, ita ut dolor nullo remedio vel arte mitigari potuerit; bene etiam notandum venit hic, quod Mercurius ſit quoddam ponderoſum & omnibus metallis, ſolo auro excepto, gravius praeter illam ponderoſitatem & corpus valde fluidum, quia conſtat ex particulis propriis motibus iiſque a ſe mutuo diverſis gaudentibus: ſic videmus, quod niſi intra latera vaſis contineatur, facile diffluat & in omnes partes ſeſe diffundat, partes enim ejus leves ſunt & lubrichae, hinc nequaquam ſibi adhaerent, & leviſſimo etiam accedente calore in fugam abeunt.

Gerit enim in ſinu ſuo occultum acidum valde volatile, unde in ejuſmodi corporibus in quibus humores acidi acres praedominantur, nequaquam tuto exhibetur, quia acidum illud volatile conjungit ſeſe cum acido volatili praexiſtente in corpore morboſo, & ſic conjunctis viribus major ferocia oritur, ponderoſitate ſua facile ſanguinem coagulat & impedit, quo minus ſpiritus animales ſufficienter generari poſſint, inſinuat ſeſe (quia conſtat atomis minutiſſimis) in loca profundiora & ad radices partium uſque, unde tremor nervorum a Mercurialibus, vacillatio dentium & non raro ipſa mors accelerari poteſt. Itaque ſuſpicio quam primum aliqua exorta fuerit, medicamentum aliquod Mercuriale incaute exhibitum fuiſſe, tum quovis modo videndum, num Mercurius e corpore eliminari poſſet, fit hoc commodiſſime, ſi aegrotantes frequenter in ore detineant ducatum vel fruſtulum auri Rhenani vel Vngarici, vel anulum aureum, brevi enim temporis ſpatio anulus in ore detentus albeſcit & argenteus apparet, quia atómi illi Mercuriales, cum fuligine quae ex pulmonibus mediante exſpiratione excluditur, etiam deferuntur ad palatum, & quum ibi offendant corpus ſolidum, aurum nempe ſeu anulum aureum, facile ibidem concentrantur, ſiſtuntur in ſuo motu, & propter ſimilitudinem pororum corpus ingrediuntur ejuſque ſuperficiem lambunt, quemadmodum videmus quod in deſtillatione aquarum atomi illae aſcendant ad alembicum, ibique propter refrigerationem condenſentur iterumque conjungantur, ita ut non amplius appareant ſub forma vaporum ſed liquoris ſeu aquae; plura dicentur de lue Venerea in ſeq. libro ſeptimo, obſervari adhuc debet, quod circa ſolſtitium bruinale & aequinoctium vernale hoc malum valde affligere ſoleat, quod dubio procul a certa aliqua materia aetherea eo tempore in haec inferiora tranſmiſſa oritar. Quum igitur hic occaſio detur de tali materia aetherea agendi, not. quod dubitetur de exiſtentia hujus materiae aethereae tum quod multa exempla refragari videantur; legimus autem apud illuſtrem Boyle, quod indiderit vaſi ſuo aves mures & poſtmodum beneficio antliae aërem extraxerit; ubi vidit in orbem ire animalcula illa, fieri vertiginoſa & paulo poſt extingui: ſi loco aëris extracti materia aetherea intereſſet, videretur potius ſummam agitationem & effervescentiam ſanguinis ſubſequi debuiſſe in animalculis, cum intenſo quodam calore: ſed nec calor nec ullum ſanguinis effervescentis veſtigium etiam poſt mortem in animalculis repertum fuit; dici igitur poſſet, quod vas illud fuerit vacuum, & ſolum propter defectum aëris animalcula illa fuerint extincta. Alterum experimentum exhibet, dum portionem aquae indidit vaſi in operationibus ſuis deſcripto; & poſtmodum iterum extrahi curavit aërem, ubi aqua illa abiit in glaciem, quod videtur eſſe validiſſimum argumentum contra exiſtentiam materiae aethereae; aqua enim illa non ſolum fuit mutata & in ſe coacta, ſed in glaciem redacta, & ſi manus admota fuit, iſtius caloris tepidi beneficio aqua iterum fuit rareſacta. Ergo non praeexiſtit materia ſubtilis in illo vaſe. ℞. fatendum plurimas occurrere difficultas circa reſolutionem horum experimentorum; verum dicendum, aërem il-

lum

lum nequaquam e vaſis extrahi, ſed condenſari (ut in bombardis pneumaticis ſimile obſervamus) & ex illa aëris condenſatione & aquae glaciatione animalium mortem deducere poſſemus; hoc adhuc addendum, quod mors illa inopinata & ſubitanea animalculorum potius probet exiſtentiam materiae aethereae, nam & nimia ſanguinis & liquoris vitalis rarefactione, attenuatione & diſſolutione mors inopinata ſequitur: de quibus tamen alibi.

Ubi ſuſpicio adeſt exhibiti medicamenti Mercurialis, videndum num reliquiae haberi poſſint, facile enim per examen eo devenire poſſumus, num medicamentum in ſe contineat Mercurium nec ne? Unde Auctor noſter recte conjiciebat liquorem illum in ſe continuiſſe Mercurium, dum vidit liquorem eſſe album ſeu candidum, & in fundo vaſis reſidere pulverem candicantem, qui fuit Mercurius praecipitatus; qui hoc modo intempeſtive, neglectis univerſalibus, exhibitus fuit debuiſſet enim praemitti curatio per ſalivationem; haec enim extremum remedium, ſi altera per ſudores pro voto non ſuccedat; praemiſſa tali ſalivatione utique felici cum ſucceſſu exhiberi poteſt Mercurius praecipitatus.

CASUS XVI.

De Impetigine ſeu lichene.

HISTORIA.

Virgo quaedam nobilis ex Gynecaeo ſereniſſimae principis Trebtovienſis: primo ſcabritiem quandam ſive aſperitatem cutis circa collum aliquali pruritu ſentiebat, tractu temporis latius ſerpere coepit malum, adeo ut tandem ad jugulum uſque extenderetur.

RESOLUTIO.

Sunt conjunctae cum cutis ſcabie & aſperitate impetigines: maximam habent cōvenientiam cum maculis quae vulgo hepaticae vocantur. Oriri videtur a ſero valde tenui diffundente ſeſe ex glandulis ſubcutaneis quae miliares vocātur. Ergo curatio inſtituitur per medicamenta omnia diluentia acrimoniamque illam temperantia, quibus praemiſſis purgans aliquod, lene tamen, exhiberi poteſt.

Auctor noſter multa tentavit, ſed fruſtra; tandem etiam experimentum Joëlis ex recremento ferri tentavit felici cum ſucceſſu; tale eſt experimentum: ſumit recrementa ferri eaque candefacta imponit ollae capaci, extendit partem affectam ſuper ollam, & tum ollam, tum partem affectam probe munit linteis, ne vapor in auram avolet; poſtmodum ſpongiam vino rubro inebriatam ſenſim exprimit ſuper recrementa illa & vapor excipitur a parte affecta quae ſic fomentatur; quod ſi calor fuerit extinctus, alia recrementa indit vaſi, & hoc per dies quatuor continuat Joël multum tribuit huic auxilio, & dicit ſe multos curaſſe hoc malo laborantes, ſi per dies quatuor haec operatio continuata fuerit; vapor enim ille humores diſſipat, poros reſtituit & ſudores movet, & ita ſalia ſylveſtria e corpore eliminat.

CASUS XVII.

De Varis.

HISTORIA.

Filiola cujuſdam Theologi, Amici mei ſpecialis, tuberculis quibuſdam parvis & duris in facie & naſo mire deformabatur: horum quaedam cito reſolvebantur, quaedam exiguo pure turgentes matureſcebant, quo expreſſo exſiccatae evaneſcebant, no-

vis

vis tamen ſubinde efflореſcentibus; dolor aderat nullus, nec pruritus aut ſcalpendi deſiderium.

RESOLUTIO.

Nihil peculiare obſervandum venit, niſi hoc quod ſemper ratio habenda ſit coctionis primae in venticulo, & quod ſalia volatilia acidum compeſcentia ſanguis & humores circulantes attenuantia, in hoc caſu valde ſint proficua.

CASUS XVIII.

De Gutta roſacea.

HISTORIA.

J*Oachimus Praetorius Theologiae ſtudioſus faciei rubore; cupro non abſimili afficiebatur, cum tuberculis roſei coloris malas & naſum mire reformantibus adeo ut ipſa facies inaequalis & horrida evaderet, quin & naſus incrementum ſumere & augeri videretur.*

RESOLUTIO.

Eſt deformitas quaedam faciei, dum variae puſtulae pus ſaepe fundentes in illas erumpunt. Saepius oritur e vino valde acido continuo hauſto, vel etiam vino generoſo & cereviſia affatim ſumta, quia liquoribus his ineſt acidum, unde humores circulantes ad ſuperficiem corporis delati in cute valde tenera facile reſtagnant, incraſſeſcunt & in pus abeunt: hinc in curatione bene obſervandum eſt, nequaquam malum hoc compeſci a refrigerantibus medicamentis, ut putarunt Veteres, quia hic affectus non oritur a nimio hepatis calore vel ab ejus intemperie calida; ſunt enim multi qui nil praeter aquam bibunt & tamen talem faciem habent. Ergo potius tota curatio dirigenda eſt ad correctionem acidi, & abſtinendum ab omnibus illis quae ſanguini acidum inferunt: verum quum hoc nō ſemper ita obſervari poſſit, ideo etiam hoc malum curatu eſt difficile, nam ipſe panis in ſe habet acidum quoddam quod quidem ſanguini eſt amicum, verum ſi coctiones non rite fiant facile acidum illud degenerat, & naturae & ſanguini fit inimicum; acidum autem hujus mali eſſe veram cauſſam exinde probatur etiam, quod utplurimum illi qui tali affectu corripiuntur ſint hypochondriaci, ventriculum habeant debilem & flatibus obnoxii; hinc in curatione valde conveniunt alkalica.

Ad acidulas ſaepe confugere ſolent tanquam ad ſacram anchoram, verum nec illae ſemper ſatisfaciunt, quia ſaepe hoc malum ab acidulis fuit auctum teſtante experientia, nam & acidulae continent in ſe acidum aliquod, & quia etiam humores valde movent, ſaepius illos magis ad partem affectam protrudunt.

Externe coſmetica camphorata conveniun, camphora enim valde penetrat, humores incraſſatos & coagulatos penetrat & reſolvit: convenit etiam coſmeticum ex Mercurio, quod Anglis in uſu. Commendatur etiam ol. tart. ſtillatitium. Tinct. benzoi cum ſpir. vin. plures aquae deſtillatae commendantur, ſed raro exſpectationi ſatisfaciunt, omnium forſan tutiſſimum erit quod habet Auctor noſter in ſaccharo Saturni, nam ſaccharum Saturni ſaturat acidum.

Non negligendae ſunt venae ſectiones in pedibus, quo ſanguis ille craſſior & faeculentus potius deſcendat, quam aſcendat.

CASUS XIX.

De Struma.

HISTORIA.

F*ilia mea GERTRUDIS SOPHIA Septimo aetatis anno de tumore quodam in dextra colli parte ſuborto & paulatim creſcente, querebatur, dolor aderat nullus,*

nec

nec rubor aut alia coloris in cute mutatio, ipſe tumor rotundus & ad tactum depre-hendebatur mobilis.

R E S O L U T I O.

Curavit Auctor noſter feliciter ſtrumam in collo, cauſtico: ubi notari debet, ſi ſtruma, in parte aliqua ſit, a qua putredo & corroſio parti nobiliori non tantum facile communicari poſſit, quod tunc utique cauſtica locum habere poſſint.

Cauſſa quaerenda in fortiori quodam acido; quum enim glandulae dicatae ſint eluteriando, acido quamprimum vitium aliquod circa earum actionem committitur, tum humores circulantes & lympha ibidem incraſſeſcunt & in duritiem cretaceam abeunt, non raro partes quaedam ſucci nutricii ſeu chyloſae in gelatinam abeunt & tandem fiunt membranoſae & propriam tunicam conſtituunt, quia materia illa ſtrumoſa inveſtitur.

In principio hujus mali convenit ſpiritus topicus Geilfuſii, vel ſal illud volatile ex quo cum butyro majali fit unguentum, cujus deſcript. habet Barbett. in ſua praxi cap. de ſcrophulis, optimum eſt unguentum & in principio commendari poteſt.

Dicitur quod Reges Galliae curare poſsint ſtrumas ſolo attactu, ratio iſtius reddi nequit; ſed dicendum, quod cura illa fiat ſola imaginatione (prout teſtatur *celeberrimus Joh. Dolaeus*, in egregia ſua Encyclopaedia Chirurgica rationali) quatenus ſang. & temperamentum mutatur a nimia coſternatione, reverentia & aſpectu Majeſtatis Regiae; magna enim eſt operatio imaginationis in corpus ut etiam in vulgus notum, hinc quamprimum ſang. aliam nanciſcitur temperiem, ſucci & humores ut & circulantes humores aliam nanciſcuntur determinationem; nam quum herus quidam retuliſſet ſervo non dari melius remedium contra verrucas, quam ſi verrucae manu mortui heri tangantur, accidit paulo poſt ut herus vivere deſineret, & ſervus manu heri mortui verrucas tangeret, a quo intra dies paucos verrucae evanuere, ſed faſſus poſtea ſervus ſe cum magno timore terrore & anguſtiis adhibuiſſe hoc remedium.

In collo rarius exciſione curantur ſtrumae, tum quia periculoſa eſt operatio, tum etiam quod aegroti violentum hoc remedium non facile admittant.

Commendari ſolent cineres oſsium, hinc carnifices non raro in auxilium vocantur in curandis ſtrumis, qui nihil aliud adhibent quam cineres oſsium combuſtorum vel hominum vel brutorum: cauſſa hujus operationis eſt, quia in cineribus illis latet ſal. alkal. quod acidum vitioſum in corpore deſtruit. Plura de ſtrumis videri poſſunt in obſ. Riverii.

C A S U S XX.

De Ganglione.

H I S T O R I A.

ETſi ganglia in iis potiſſimum partibus fiant, quae moventur ſecundum articulos, nempe in manibus & pedibus, iiſque in locis ubi tendinum ligamentorum, nervorumque eſt concurſus; quandoque tamen etiam in capite fronte & cubito ſuborta fuiſſe Aetius ſcribit, id quod & mihi obſervare contigit in viro quodam Conſulari Domino Hermanno Fredero Avunculo meo. Is ex ictu ganglion contraxerat ovi columbini fere magnitudinem excedens; adhibita initio fuerunt emollientia & diſcutientia, mox quum haec non proficerent, etiam ſuppurantia: verum quum nec his cederet malum, ſectionemque non admitteret patiens, naturae negocium committendum erat, cujus beneficio factum ut tractu temporis non ſolum amplius non auge-

retur

retur incrementumque ſumeret tumor, ſed & paululum minueretur & in magnitudinem nucis avellanae decreſceret, eoque in ſtatu per totam vitam permaneret, nullo alio adhibito remedio, niſi quod ſaliva propria tumorem quotidie jejunus inungeret.

R E S O L U T I O.

Variis in partibus oriri ſolet, ut plurimum tamen in manibus, tum etiam in fronte.

Oritur ex illis humorum nutrientium partibus ex quibus oſſa & cartilagines generari ſolent. Convenit lamina plumbea Mercurio illita, tum quod plumbum ponderoſitate ſua impediat accretionem & augmentationem, tum quod Mercurius vi ſua penetrativa & diſsipativa ſubſtantiam oſsium reſolvat.

In principio ſaliva commendatur, hinc Auctor noſter niſi quod ſaliva propria tumorem quotidie inungeret, quia ſalivae inſunt partes ſpirituoſae & volatiles, quae valde penetrant & in momento quaſi corporis alicujus ſubſtantiam evertunt; videmus enim quod cibus maſticatus, ſi ſaliva probe humectetur, ſtatim ſub alia plane forma appareat.

Sectio alias cito & tuto auxilium adfert, ſic vidi, inquit D.D. Waldſchmidt. in manu ſartoris alicujus, fruſtra adhibitis aliis remediis, felicisſimo cum ſuccesſu alacri Chirurgi operatione ganglion fuiſse ablatum.

C A S U S XXI.

De Verrucis in manibus.

H I S T O R I A.

P*Ediſſequa Foeminae cujuſdam illuſtris, verrucis, quarum ultra centum in utraque manu numerabat mire deformabatur, alioquin corporis non invenuſti, haec quum & moleſtiam quandam in nendo aliiſque laboribus domeſticis afferrent, opem meam implorabat.*

R E S O L U T I O.

Referri hic poſſunt quae de Varis dicta ſunt: verrucae oriuntur ex depravato nutrimento proprio habitus corporis, quod nutrimentum ibidem incraſſeſcit, vi poros quaſi dilatat & tubercula illa producit.

Raro interne praeſcribuntur medicamenta, ſed contenti ſolent eſſe externis, ubi varia etiam interdum non ſine ſuperſtitione adhibentur: optimum eſt emplaſtrum ex ſale amminiac. & galban. quod Auctor noſter habet, nec non linimentum illud Auctoris noſtri ex melle roſarum & ſpir. vitriol. proponit etiam Auctor noſter remedium ex ſtramine ſecalino; praeſentaneum remedium eſt, ſi pomum Borſdorfianum diſcindatur & duabus partibus bene fricentur verrucae, poſtmodum pomum iterum firmiter ligatur & ſuſpenditur, quod pomum ſi exareſcat verrucae paulo poſt decidere ſolent. Alii utuntur ſang. columbino, quo calido pars illa lavari ſolet in qua verrucae ſunt; alii inteſtinis gallinorum recens extractis & calidis adhuc probe fricant verrucas, quo remedio etiam curantur.

Ligaturae circa verrucarum radices etiam non ſunt negligendae nec contemnendae.

C A S U S XXII.

De Ulcere rheumatico.

H I S T O R I A.

P*Iſtor quidam cacochymicae conſtitutionis, ulcere cruris ſiniſtri ultra biennium affectus*

Digitized by Google

ſectus, de inſigni partis affectae tumore & dolore querebatur, excrementorum tanta profluebat copia, ut faſcias & tibialia quandoque penetraret.

R E S O L V T I O.

Ulcera rheumatica vocantur manantia vel fluentia, quae diuturnitate temporis valde exaſperantur, plerumque exoriri ſolent in pedibus, quia lege mechanices partes ponderoſae & ponderoſa illa ſalia acida potius eo tendunt quam ad alias partes.

Cauſa hujus ulceris eſt acidum quoddam vitioſum, quod videtur peccare in omnibus ulceribus, quod probatur, dum videmus quod medicamenta quae vim habent acidum ſaturandi, conveniant in ulceribus, & ſi laminam cupream ulceri apponamus, brevi colore viridi tingitur, quod ſignum manifeſtum eſt acidi vitioſi, quod quotidie effluit.

Acidum illud vitioſum ortum ſuum habet in prima coctione: ergo ſemper in ulceribus curandis habenda eſt ratio coctionis in ventriculo, ſi enim ibi vitium fuerit commiſſum, nullibi iterum corrigitur.

In ulceribus illis diuturnis ita vitiata eſt partium textura & pororum figura, ita ut nequaquam curari poſsint niſi pori reſtituantur, id quod abſtergentibus & mundificantibus, quamdiu enim illi pori perverſi non reſtituuntur, tamdiu nulla ſperanda conſolidatio.

Prognoſis. Ulcera illa rheumatica magis ſunt moleſta quam periculoſa, poſſunt vero reddi periculoſiora ſi error aliquis committat ut a Medico vel aegrotante; ſi enim materia illa vitioſa imbibitur a ſanguine & per vaſa lymphatica ad nobiliorem partem vel cor transfertur, maximum periculum imminet oeconomiae animali, ut ex caſu ſeq. 31. patet, ubi gangraena brachii ex ulcere pedis intempeſtive clauſo fuit exorta. Curatio duplex eſt externa & interna: externa relinquitur Chirurgis, ſi Medicus tamen conſulatur ſemper ſuadere debet Saturnina, ut empl. Saturn. Mynſichti correctum, & in forma linimenti vel unguenti deſiderantur externa, ſemper illis addendum ſaccharum Saturni.

Interna curatio perficitur purgantibus frequentius exhibitis, quibus ſemper admiſcendus eſt Mercurius dulcificatus, qui egregie convenit in ulceribus praeſertim rheumaticis curandis, ver. gr.

℞. *Extract. panchymagog. Crollii* ſcr. j. *Mercur. dulcificat.* gr. iv. ad ſcrup. ſem. *diagrydii, vel ſcammonii praep.* gr. iv. vel v. *ol. cinnamom.* gt. j. f. pilulae num. xv. deaurentur pro 1. doſi.

Evacuato jam corpore deveniendum eſt ad ſudorifera, ſi temperamentum vel conſtitutio aegrotantis illa admittat, ſudores egregie movet decoctum lignorum, de quo alibi: praeſertim etiam hinc tinct. antimonii convenit, quae omnem paginam abſolvit, ſi ad gtt. xv. in convenienti vehiculo bis de die exhibeatur cum jejunio trium horarum.

Obſervandum tamen ſemper, ut antea dictum, habendam eſſe rationem ventriculi unde conveniunt ſtomachica & fermenta viſcerum confortantia. Obſervari hoc adhuc debeat curationem non eſſe maturandam, niſi aliquamdiu interna fuerint exhibita.

C A S U S XXIII.

De Ulcere ſordido, putri & corroſivo.

H I S T O R I A.

UXor Julii Hartens Civis Colbergenſis facie pallida & ſubtumida paulò ſupra talum pedis ſiniſtri ulcere diuturno, & ſordes copioſas, craſſas & mucoſas funden-

Ooo te

te afficiebatur, caro flaccida erat & mollis, quandoque etiam nimis excreſcebat, foetoremque gravem & quaſi cadaveroſum exſpirabat, aderat & pruritus & dolor, ipſumque ulcus de die in diem majus reddebatur.

R E S O L V T I O.

Vocatur etiam ulcus depaſcens, oritur a ſale quodam corroſivo, conjuncto cum variis partibus terreſtribus unde foetor: praeſupponit cachochymiam totius maſſae ſanguineae & humorum circulantium, & quum humores circulantes adeo acres partes ſolidas eorumque tubulos vix poſſint trajicere, ut non aliquam ipſis affricent labem, certe tali in caſu viſcera interna ſemper videntur eſſe flaccidiora, imbecillia ſeu laxiora: hinc non nimis excedere debemus in exhibendis medicamentis multo minus acidis, quia facile corroſivo viſceris alicujus interni excitari poteſt, neque ipſae acidulae hoc in caſu videntur adeo tutae, propter talem laxitatem viſcerum, & propter nimiam humorum acrimoniam, ut aliquoties obſervavit D.D. Waldſchmidt.

Interne D.D. Waldſchmidt ſuadet chalybeata, quae potenter acidum vitioſum & corroſivum deprimunt, & pro potu ordinario cereviſiam medicatam cum herbis vulnerariis & ſanguinem purificantibus fermentatam. Ex. gr. *radic. ſarſaeparill.* unc. iij. *rhodii ſylveſtris* unc. i. ſem. *cichor. ſylveſtr. caryoph.* ãã unc. j. *lign. ſancti* unc. v. *ſaſſafraſſ.* unc. ſem. inciſa dentur ad nodulum longum: vel poſſunt addi his ſpeciebus *herbae* ver. gr. *fumariae, veronicae, hepatic. nobilis, ſalviae* ãã. M. j. *baccar. juniperi* unc. j. *ſemen foenicul.* drach. ij. ſum. ut ante.

Purgantia in ulcere ſordido & depaſcente debent eſſe mitiora, ne ſal illud corroſivum magis exagitetur, ſufficiunt igitur decocta purgantia ſingulis diebus ad unc. iij. vel iv. aſumta, ut paulatim humores vitioſi e corpore educantur. Inter externa ad ſordes abluendas proponit Auctor noſter lixivium, ſalia enim illa fixa corrigunt acidum corroſivum, quod ſi magna putredo deprehendatur, aſpergi poteſt continuo alumen uſtum cum pulv. ariſtolachiae rotundae, praeſertim ſi circa labia caro luxuriet.

Curatio D.D. Waldſchmid. iſtiuſmodi ulcera depaſcentia in tibiis pedum tali unguento.

℞. *Unguent. de liquirit.* unc. ſem. *olei ovorum* drach. ſem. *cerae ſtillatit.* ſcr. ſem. miſc. fiat unguentum, quod ulceribus ſordidis panno raro (corpori) fuit inditum, ſuperimpoſito emplaſtro diapalmae.

C A S U S XXIV.

De Ulcere fiſtuloſo ani.

H I S T O R I A.

D*N. PETRUS diarrhoea diuturna & poſtmodum teneſmo affectus, tuberculum in ano contraxerat, quod tractu temporis exulceratum, tandem in fiſtulam degeneraverit, penetrantem uſque ad inteſtinum rectum & ſphincterem: hinc faeces alvi debito modo retineri non poterant, ſed praeter voluntatem excernebantur; materia effluens modo purulenta erat & viſcida, modo tenuis & lotura carnium, qualis in fluxu epatico ejicitur, modo mcria non abſimilis, valde acris & foetida.*

R E S O L U T I O.

Ulcera fiſtuloſa per degenerationem generantur, dum vulnus aliquod non rite tractatur, & materia vitioſa intus detinetur, quae partes penetrat & exedit, donec tandem in variis locis exitum ſibi quaerat & facit, unde plura ulcuſcula & foraminula producuntur in iſta parte, illi canales ſeu cavitates interiores inter

ſeſe

ſeſe conveniunt, ut ſi liquor per unum foraminulum injicitur, permeet omnia, & ex alio iterum vel ex eodem effluat.

In juvenibus fiſtulae adhuc curationem admittunt, in ſenibus vero nunquam curantur.

Facile ulcera faciei degenerant in fiſtulam & ulcera ani etiam.

Curatio inſtituitur mundificantibus, & exſiccantibus, quae his de die ſiphone fiſtulis injiciuntur; iſtiuſmodi decocta hunc in modum praeſcribi poſſunt.

℞. Rad. ireos Florent. gentianae āā. drach. iij. *fol. tabac. plantag. vincae pervin. pilosellae* āā. p. j. *flor. hyperici, balauſtior.* āā. p. ſem. *croci Martis* drach. ſem. Coquantur in vino rubro & aqua anatica portione, colatura detur. Poſſet addi diaſcordium vel mel roſarum.

Vel melius *℞. Aq. theriacalis* unc. j. *theriacae recent.* drach. j. vel dr. ſem. miſc. portio hujus aquae ſemper additur priori decocto.

Succus nutricius continuo affluens tandem circa labia horum ulcerum aſſimilatur, unde ulcera fiunt calloſa; labia enim ulcerum fiunt valde dura, & tunc certiſſimum & infallibile ſignum eſt ulcus illud eſſe fiſtuloſum.

Ulcus hoc fiſtuloſum ani fuit conjunctum cum maximo dolore, unde Chirurgus quidem, exhibens laudanum opiatum, palmam praeripuit Medicis, & quum frequentius peteret aeger, recte a Medico fuit recuſatum, ſi enim aliquoties aſſumitur laudanum opiatum, tunc nequaquam edit effectum qui alias ipſi tribuitur, tunc enim natura aſſueta non amplius auſcultat virtuti ſomniferae.

Optimum remedium in iſtiuſmodi fiſtulis eſt apertio haemorroidum, & ſi ſpes ſupereſt curationis certe per hoc remedium obtineri poteſt, debet itaque hirudines appendi vaſis ſedalibus exterioribus, quod feliciſſimo cum ſucceſſu tentavit D.D. Waldſchmid. in ulcere quodam fiſtuloſo periculoſiſſimo.

C A S U S XXV.

De Ambuſtione faciei, manuum & abdominis.

H I S T O R I A.

Filiolus molitoris cujuſdam quinque circiter annorum puer, in ignem culinarium pronus incidens, ſubucula, qua ſola amictus erat, flammam concipiente, toto corpore, maxime vero in abdomine, manibus, & facie adeo ambuſtus erat, ut ipſa cutis & in quibuſdam partibus etiam ſubjecta caro aduſta videretur, dolor aderat immanis & hinc vigiliae perpetuae cum extrema virium imbecillitate.

R E S O L U T I O.

Cauſſa ambuſtionis ſatis eſt manifeſta, & ignis ſpicula ſe inſinuant profundius in partem affectam, quae ibidem ſecum rapiunt alias partes, & ſic intenſiſſimum excitant dolorem. Tota ergo curatio conſiſtit in obtuſione ſpiculorum & empyreumatis evocatione.

Innumera contra combuſtionem ſunt remedia, quae jactantur a Chirurgis, agyrtis & mulierculis, ita ut ſaepe in malo hoc curando potius conſulantur mulierculae quam prudentiores Medici.

Proponit Auctor noſter egregium remedium ex oleo olivarum & albumine ovorum, praeſtantius adhuc fit, ſi loco olei olivarum ſubſtituatur oleum roſarum. Egregie etiam convenit unguentum album camphoratum, quod D.D. Waldſchmid. pharmacopoeum vidit curare periculoſiſſimas ambuſtiones.

Hoc unguentum etiam egregium eſt:

℞. Granor. juniperi n. 8. *amygd. dulc.* n. xj. contuſa ſeorſim, miſceantur, affunde *aq. vitae, papav. albi* āā. unc. j. *campb.* drach. j. ſtet per aliquot horas in vaſe bene clauſo,

qui

qui liquor egregie convenit, ſi penna in eo madefacta pars affecta illinatur, vel lintea duplicata imbuuntur, & parti affectae applicantur. Vel quod unguentum valde uſitatum in vulgus notum eſt.

℞.*Cortic.tiliae, cortic.interiores ſambuci* āā. m. j. *ſeminis lini* unc.j. ſem. *aquae flor.ſambuci* lib.iij. ſtent per 24.hor.in leni calore, vel digerantur per 24.hor. leni in calore, poſtmodum adde *pilul.ovis* unc.j. (egregiae ſunt contra combuſtionem) *butyri majalis* lib.j. *cremor.calcis vivae* unc.ij. coquantur ad conſumtionem humiditatis, poſt filtrentur & ſi lubet, addatur cera q.ſ. ad conſiſtentiam unguenti.

Cremor calcis vivae ita paratur: Calx viva diſſolvitur in aqua pluviali & agitatur continuo tunc in ſuperficie reperies cremorem.

Si ambuſtio profundior ſit & ſpicula profundius ſe inſinuarunt, dolor etiam valde urget, tunc exhibenda ſunt cardiaca ex.gr.emulſiones ex amygdalis & ſeminibus ut ſem.papav.albi &c.praeparantur.

Tandem Auctor noſter circa finem curationis proponit linimentum quoddam ex pingu. capon. &c. eſt emolliens cum exſiccatione. Illud linimentum etiam egregie convenit in variolis ſanandis & ad delendas foveas, quas poſt ſe relinquunt, vel ubi exareſcunt variolae tunc applicari poteſt hoc linimentum.

CASUS XXVI.
De Gangraena pollicis manus ſiniſtrae lethalis.

HISTORIA.

Filia JOSUÆ HESSI Eccleſiae Megageſtinenſis Paſtoris ex inflammatione pollicis manus ſiniſtrae gangraenam contraxerat, quam quum negligentius haberet, in ſphacelum degeneravit. Accerſitus Chirurgus quidam Caſtrenſis Paulus Polt digitum uno vehementique ictu paulo infra articulum amputavit, utque ſanguinis profluvium ſiſteretur, ferro candenti adußit: hinc dolores acutiſſimi, vigiliae perpetuae, animi deliquia, convulſiones aliaque ſuborta ſymptomata, quae etſi adhibitis idoneis remediis quandoque mitigarentur, ſubinde tamen recruduerunt, donec tandem e vita decederet aegra.

RESOLUTIO.

Videmus quod hoſtem vitae noſtrae ſemper habeamus ante portas, ubi nequaquam tamen introitus conceditur donec partes ſpirituoſae de ſtatu ſuo deturbentur. Gangraenae enim nulla alia eſt cauſa, quam admiſſio aëris externi cum aliis corpuſculis terreſtribus, quamprimum enim aër admittitur: illa pars cadaveriſatur. Simili enim modo ſit gangraena quo videmus putreſcere alia corpora injuriae aëris expoſita, hinc quum vulnera ſaltem per aliquot horas expoſita ſint injuriae aëris ſtatim gangraenam contrahunt: admittitur autem aër cum peregrinis corpuſculis cum maximo damno in vulneribus & aliis partibus, ubi pori in parte deſtruuntur, fibrae pervertuntur & ſpirituum irradiatio denegatur, tum dicunt Veteres calorem nativum partis hujus eſſe extinctum, tumque cadaveriſatur: hoc tamen falſum eſt, quod peculiaris calor innatus in partibus ſit: omnis enim calor in corpore noſtro eſt calor influens, ergo potius gangraena oritur praevia vehementiſsima inflammatione ob nimiam luctam & agitationem partium, pori ita pervertuntur & fibrae deſtruuntur, ut fortior vis & impetus ſit ingredientis aëris externi quam ſpirituum eo effluentium. Vel gangraena ſit a nimia refrigeratione, a qua humores circulantes & ſanguinis ita in moto ſiſtuntur, ut nequaquam a ſpiritibus reſuſcitari vel etiam aëri irruenti reſiſtere poſsint.

3.Sae-

3. Saepius gangraena fit a ſcorbuto nulla alia cauſſa praevia manifeſta, ſcorbutici enim in ſenio ſaepe ex improviſo corripiuntur in partibus, in pollice pedis frequentius, quia ſanguis tunc vappidus & effoetus eſt, cujus portio relinquitur ob nimiam diſtantiam a fonte caloris in parte tali externa, & depaſcit ibidem partes & fibras tum carneas tum nerveas, & creſcẽs ſemper ſerpit verſus partes ſuperiores.

Proponitur in hoc caſu gangraena exorta ob errorem commiſſum a Chirurgo, qui in amputatione pollicis manus ſiniſtrae egregie impegit in principia Chirurgica, nam amputatio fuit facta infra articulum & quidem uno vehementique ictu, in quo dubio procul os fractum in diverſas partes acuminatas, quae poſtmodum ingentem excitarunt dolorem in perioſtio; accedit cauterium actuale quo fores aperuit gangraenae, facile enim vitam eſtinguit. Hinc maxima opus prudentia priuſquam deveniamus ad illa remedia extrema, ad amputationem & uſtionem.

C A S U S XXVII.
De Gangraena brachii & ſpacelo ex ulcere pedis intempeſtive occluſo.

H I S T O R I A.

Vir quidam Conſularis ulcere rheumatico pedis ſiniſtri per multos annos affectus, tandem conſolidato ulcere, in vehementiſſimos capitis dolores incidit, quibus quum per integram hyemem conflictatus, circa aequinoctium vernum anni M. DC. LII. ſubito vehementique dolore brachii ejuſdem lateris prehenſus eſt, cum inſigni ardore, & inflammatione, quae quum a Chirurgo ejus loci initio negligentius haberetur, in gangraenam & paulo poſt in ſphacelum deſiit: amputato brachio, aeger quadriennio poſt apoplexia forte extinctus eſt.

R E S O L U T I O.

Notari debet, gangraenam eſſe mortificationem partium mollium & carnoſarum; ſphacelum vero non tantum mollium ſed duriorum & oſſearum partium.

Signa gangraenae & ſphaceli ſunt frigus ad tactum cadaveroſum, coloris naturalis in lividum vel nigrum mutatio, motus & ſenſus ablatio in parte affecta.

Verum bene notandum, quod nonnunquam motus adhuc deprehendatur in parte gangraenoſa & tamen pars eſt mortificata, quod vidit D. D. Waldſchmidt in ſtudioſo quodam, ſi enim gangraena eſt in extremitate pedis, digiti pedum adhuc tamdiu poſſunt moveri, quamdiu nervi nondum plane ſint exeſi, & ſi crus movetur & contrahitur, etiam digiti pedum. Ergo motus iſte ſaltem eſt per conſenſum & propter communionem non vero partium nervoſarum in ipſis pedibus.

C A S U S XXVIII.
De Gangraena ſcroti.

H I S T O R I A.

Nobiliſſimus DN. PETRUS Cognatus meus ex dyſenteria in hydropem aſcitem incidit, cui quum ſcrotum ſupra modum intumeſceret, apertionem urſit. Ego dubii eventus auxilium, quod paucis bene, multis male eſſerat, animo volvens, tandem ex arbitrio Celſi: melius eſſe anceps quam nullum remedium, ſectus, miniſtrante lithotomo, ſcrotum uno vulnere, eoque ſatis amplo aperui, & primo quidem die ſeroſi humoris libras circiter duas per cannam argenteam vulneri impoſitam, par-

tiis

titis vicibus eduxi: ſecundo tres, tertio quatuor, quarto ſupervenit gangraena; ſuaſi ſcrotum illico ſectionibus multis undique ſcarificetur & poſtmodum decocto ſequenti probe ablueretur.

R E S O L U T I O.

Nam hydropici facile gangraena ſcroti corripiuntur, ſi morbus ad extremum pervenerit, & quamprimum inſtituuntur ſcarificationes in pede altero die ſtatim gangraena adeſt, & quum ſpiritus animales in hoc affectu valde depauperentur, quatenus per vaſa lymphatica rupta ſemper exſtillant in cavitatem abdominis. Ergo irradiatio humorum circulantium a ſpiritibus ceſſat, adeoque calor extinguitur praeſertim in illis partibus, ad quas tanta in copia ſangu. non defertur & quia ſcrotum eſt pars membranoſa, ad quam ſanguis non ita copioſe affluit, hinc facilius humores defluentes ad illam partem gangraenam excitare poſſunt.

Pars gangraena correpta ante omnia tota quantum poſſibile bene muniri debet ab injuria aëris externi, & videndum num calore actuali motus humorum naturalis reſtitui poſsit; hinc conveniunt lixivia calide applicata, ita ut ſingulis horis duplicatis linteis iſtiuſmodi lixivia applicentur, quod ſi frequentius factum, poſtmodum cataplaſma putredini reſiſtentibus imponi poteſt. Exulare debent emplaſtra frigida & unguenta refrigerantia, & potius actu calida imponenda.

Quod ſi pars gangraenoſa decidat & omnis motus & ſenſus pereat, indicium eſt ſphaceli, & tunc cogitandum de amputatione; quod ſi vero profundius adhuc motus vel ſenſus deprehendatur, tunc nequaquam ad amputationem deveniendum, ſed videndum, quomodo pars mortua poſsit ſeparari a ſana. Sic curavi aliquando, inquit D.D. Waldſchmidt Legatum quendam gangraena in aliqua parte correptum, cujus ſuperficies erat mortificata, ſed quum profundius adigerem lancettam, & perioſtium ferirem, vehementiſsimum adhuc ſenſit dolorem: ergo in hoc caſu nondum pervenire debemus ad amputationem.

Hoc adhuc obſervandum, quod in curatione gangraenae loco ſpiritu vini ſemper ſubſtituendus ſit ſpiritus frumenti: quod ſi vero ad amputationem partis ſphacelatae accedendum ſit, tunc in promptu ſtare debent medicamenta cardiaca, ut aeger ſtatim poſt operationem refici poſsit. Si in ſphacelo pars cadaveroſa ſeparanda ſit a ſana, tunc egregie convenit butyrum antimonii ut & unguentum Aegyptiacum compoſitum ſeu magiſteriale: illa enim brevi temporis ſpatio carnem cadaveroſam abſumunt.

C A S U S XXIX.

De Maculis epaticis.

(Hiſtoria vide pag. 298.)

R E S. O L V T I O.

Vulgo ita vocantur, quia putant oriri ex intemperie calida hepatis, quum tamen potius ex ſanguine valde acri & ſeroſo ortum habeant, ſunt maculae ſeſe diffundentes, non ſine pruritu & aſperitate cutis.

Interne egregie convenit ſerum lactis tamarindinatum, vel ſerum lactis cum ſuccis antiſcorbuticis. Externe ſuccus citri commendatur, ut & unguentum de aquilegia, cujus deſcriptionem habet Sennertus.

CA-

Digitized by Google

CASVS XXX.

De Canitie.

HISTORIA.

AUlicus quidam triginti circiter annorum, quum immaturius caneſceret, & ob id in contrahendo cum virgine praenobili et formoſa matrimonio, repulſam metueret, conſilium meum implorabat.

RESOLUTIO.

Ad retardandam canitiem conveniunt ſalia omnia alkalica volatilia & urinoſa medicamenta e viperis praeparata, quae craſin ſanguinis ſartam tectamque ſervant.

CASVS XXXI. & XXXII.

De Vulneribus.

HISTORIA.

ANno M. DC. XXIII. *menſe Januario nobiliſſimus* DN. GEORGIUS a LICHTFUSS, *amicus meus ſpecialis, Francofurti ad Viadrum litteris operam navans, in conflictu nocturno duplex inter ſuturam coronalem et lambdiformem gladio acuto per tranſverſum et geminatis ictibus inflicto, vulnus accepit, quo magna pars cranii effracta eſt, adeo ut ingenti rictu calvaria dehiſceret, illaeſis tamen membranis. Aeger bilioſa vomebat cum ſanguinis e naribus, auribus, et palato effluxu, aderat et ſenſus motuſque abolitio, oculorum obcaecatio, obmuteſcentia et ſomnus quaſi profundus.*

EOdem tempore quum deligationi vulneris, cujus in praecedenti caſu memini, intereſſem, Chirurgus recenſuit domi ſuae habere villicum quendam, cui caput bipenni adeo vulneratum ut magna pars cranii effracta, laeſiſque membranis portiuncula cerebri propenderet, nihilominus ſe bene ſperare nec de vulneris ſanatione quicquam dubitare.

RESOLUTIO.

Notari poteſt in genere, quod in vulneribus ſemper occurrendum ſit urgentioribus ſymptomatibus: ſic quando Medicus vocatus ad aegrotum obſervat magnam haemorrhagiam, tunc ante omnia illa ſiſtenda; ſi epilepſia adſit & convulſiones, ante omnia iis occurrendum; ſedatis pauliſper urgentioribus ſymptomatibus, tunc primo vulnus mundificandum, pili ſi adſint abradendi, & ſi quid extranei inciderit in vulnus eximendum & vulnus convenienter ligandum; & quum altero vel tertio die graviora ſymptomata ſupervenire ſoleant in vulneribus, conſiderandum eſt, num venae ſectio ſit neceſſaria nec ne; ſi haemorrhagia largior non praeceſſerit, ſi magna inflammatio metuatur, ſi corpus plethoricum ſit tunc ex tempore venae-ſectio inſtituenda, quo humorum effluxus ad partem affectam avertatur.

De purgatione multa proponunt Veteres, & purgantia in vulneribus valde commendant. Verum abſtinendum eſt ab illis quantum poſſibile, quum humores vi purgantis exagitati ruant potius ad partem affectam. E quovis ſtudio tranquillitas partium fluidarum eſt quaerenda; ſi tamen alvus ſit adſtricta, enemate con-

ve-

Digitized by Google

venienti faeces eluendae. Nec movere nos debet, quod apud practicos in omnibus vulneribus purgantia proponantur; tutius enim eſt abſtinere ab illis, quam in uſum vocare.

Vulnera capitis vel terminantur extra cranium, vel profundius adacta penetrant cranium in ipſam cerebri ſubſtantiam uſque ſaepius tamen majus periculum oritur ex contuſione capitis, quam vulnere ejus; nam ſi gladio ver. gr. vulnus infligatur capiti, ſaepius propter contuſionem illam violentam lamina interior frangitur, ſalva manente exteriori: conſtat enim cerebrum, ut notum, duabus laminis exteriori & interiori.

Cranium num ſit laeſum ſeu fractum, hoc vel patet ex intuitu, vel ſtylo exploratur, vel ſi aeger non poſſit maſticare, nec dentibus nucem avellanam frangere: vel ſi dentibus filum apprehendat, & Chirurgus concutit filum digitis, ſtatim vehementiſſimum percipiunt dolorem ſi cranium ſit fractum.

Tandem ex ſymptomatibus vulneris conditio facile cognoſci poteſt, ſi enim in vulnere capitis ſtatim coincidat epilepſia, convulſiones, ſopor, indicium eſt cranium eſſe fractum, ſanguinem extravaſatum, & cerebrum eſſe valde concuſſum.

Signa diagnoſtica ſunt facilia in vulneribus, & ſive cranium ſit fractum ſeu integrum, ſi graviora ſymptomata adſint, eadem methodus requiritur medendi: excipitur tamen ſi fractura incurrat in ſenſus & oculis deprehendatur, quod tunc ante omnia fragmenta oſſea, ſi poſſibile, ſint eximenda.

Prognoſis: omne vulnus capitis quocunque in loco ſit, eſt periculoſum propter conſenſum cum toto ſyſtemate nervoſo, praeſertim ſi pericranium ſit laeſum & vulneratum: periculoſius tamen ſi vulnus vicinum futuris, ſi ſtatim vulnerati fiant epileptici, vel graviori ſopore corripiantur cum abolitione motus & ſenſus.

Quaer. num vulnera cerebri ſint lethalia? ℞. Dicimus vulnerari poſſe partes extra cranium cum cranio, dura matre, pia matre & ipſo cerebro citra vitae jacturam, ſi legitime in curatione procedatur. Ergo non abſolute vulnera cerebri lethalia ſunt, ſed ſaltem periculoſiſſima. Apud Veteres habemus varios caſus & hiſtorias quae teſtantur auferri quid poſſe de ſubſtantia cerebri citra vitae diſpendium.

Inter Neotericos clariſſimus Diemerbroeck. caſum valde notatu dignum proponit de cerebri vulneratione.

Si dolor ſit valde acutus & pungitivus indicium eſt fragmenta quaedam calvariae ſeu cranii adacta eſſe in meninges, quapropter mature quantum poſſibile illa extrahenda, quum alias inflammatio & ſubſequens putredo mortem inducere poſſit.

Si cranium non ſit fractum, nihilominus adſit abolitio motus & ſenſus, ſopor indicium eſt ſangu. extravaſatum jacere ſub cranio, qui ſi mature non eximatur, putredinem & acredinem contrahit & cerebri ſubſtantiam inficit, ut graviora ſymptomata, imo mors ſequatur. Et tali in caſu proponitur trepanatio, quo inſtrumento cranium perforatur ad evacuandum ſanguinem extravaſatum. Sed nec illa operatio periculo caret, tum quod multi Chirurgi in illa non ſint exercitati, tum etiam quod ſaepius Medicus & Chirurgus ignorent qua in parte & quo in loco lateat ſanguis ille extravaſatus.

De externa vulneris curatione pauca proponenda, quia pertinet ad Chirurgos, & Medicus raro praeſcribit, hoc tamen notari debet, flores roſarum medicamenta externa ſemper debere ingredi, imo nec ſacculos cephalicos, hoc eſt, repletos herbis cephalicis & vulnerariis & vino coctis, negligendos eſſe: ver. gr.

℞. *Flor. roſar. rubrar. anth. ſalviae* āā. p. j. *herbar. betonicae, majoran. hepaticae ſtellatae, veronicae* āā. m. j. inciſae groſſe indantur ſacculo in vino coquendo, qui capiti calide ſemper imponi debet.

Si

Si in conſpectum veniant meninges, tunc egregie convenit mel roſarum cum ſpiritu vini miſtum, quod ipſis meningibus imponitur. Interne ſemper admiſcenda ſunt antiepileptica medicamenta: ex gr. ℞. *pulv. marchionis, ſpecif. cephal.* āā. ſcrup. ſem. f. pulvis pro 1. doſi.

℞. *Aq. ceraſorum nigrorum, flor. tiliae*, *betonic.* āā. unc. j. miſ. pro vehiculo. Vel ℞. *Faeculae paeoniae, ſuccin. praeparat. ocul. canc. cranii humani ppt.* āā. gr. v. Si ſopor adſit, addatur caſtoreum, ſalia volat. ad gr. ij. iij. vel iv. miſ. f. pulvis pro 1. doſi. Si ſopor adſit conveniunt ſpirituoſa ut.

℞. *Aquae lilior. convall. cum vino, epilept. Langii* āā. unc. ſem. *veronic. ceraſor. nigrorum* āā. unc. i. ſem. *ſirup. flor. paeoniae* unc. ſem. miſ.

Si ſitis valde urget convenit decoctum cor. cet. cum radice ſcorzonerae, vel julepus ex aquis appropriatis. ver. gr. ℞. *Aquae ceraſorum nigrorum* lib. i. ſem. *ſirup. flor. paeoniae* unc. i. ſem. miſ. pro potu ordinario.

Interdicendus eſt uſus vini in omnibus vulneribus.

CASUS XXXIII.

De morte repentina ex vulnere cordis.

HISTORIA.

JOannes Haſſelroth Weſtphalus Legum Studioſus, Francofurti ad Viadrum extra portam Gubenenſem cum Sileſio quodam Nobili duello decertans, vulnus in medio thorace paulo ſupra ſternon accepit, ſubitoque concidens, illico mortuus eſt. Aperta explorandi vulneris gratia, pectoris cavitate, magnum profundumque & in cordis uſque ſinum ſiniſtrum penetrans vulnus deprehendimus, unde effuſo ſanguine arterioſo & diſſipatis ſpiritibus vitalibus, vulneratum neceſſario & quidem ſubito mori oportuit. Etſi enim vulnerato corde, quoſdam aliquandiu ſupervixiſſe hiſtoriae teſtentur, vulnera tamen illa levia tantum & in carne ſaltem cordis fuerunt, nec ad ventriculos uſque praeſertim ſiniſtrum, veram ſpiritus vitalis ſedem, penetrarunt, ſed in ſiniſtro ſubſtituerunt, quale vulnus etiam fuit illud, cuius hiſtoria in Bibliotheca Academiae Groeningenſis tabulae penſili inſcripta legitur.

RESOLUTIO.

Vulnera cordis lethalia quidem ſunt, interim tamen vulnerati ad aliquot dies adhuc vitam pertrahere poſſunt, ſi nempe vulnus non ſit adeo profundum.

CASUS XXXIV.

De Vulnere Pulmonum.

HISTORIA.

COſmus LOCKER Iurium Candidatus Wittenbergae gladio acuto in dextro thoracis latere circa coſtam quartam in pectoris cavitatem & pulmones adacto, graviter vulneratur, a Chirurgis ejus loci pro derelicto habitus, tandem Clariſſimo Sennerto in Conſilium vocato, adhibitiſque convenientibus remediis, eo uſque convaluit, ut Parentum juſſu Colbergam, urbem natalem, repetere poſſet, ubi & meam opem imploravit.

RESOLUTIO.

In vulneribus pulmonum caute eſt procedendum, quia facile poſt ſe relinquunt empyreuma vel phthiſin, hinc ſemper theriaca vulneraria exhibenda, inter quae

 pala-

palmam aliis praeripiunt Veronica, hedera terreſtris, ſcabioſa, piloſella, tunc egregie etiam convenit ſperma ceti, ſi adſit maxima ſpirandi difficultas, ad ſcrup. j. vel drach. ſem exhibitum.

In omnibus autem vulneribus quacunque in parte ſint, hoc decoctum vulnerarium tuto exhireri poteſt. ℞. *Herb. veronic. vincae pervinc. artemiſiae rubrae, piloſellae* ãã. m. j. coquantur in ſ.q vel anatica portione aquae fontanae & vini, colaturae detur ter de die ad unc. iij. vel iv.

C A S V S XXXV.

De Vulnere femoris ſclopeto inflicto lethali.

H I S T O R I A.

N*Obiliſſimus Dominus OTTO Dymacharum inter Stationarios Colbergenſis Magiſter in pugnatione fortalitii extra portam lapideam ab obſeſſoribus Suecicis noviter exſtructi globo plumbeo per fœmur ſiniſtrum trajectus, de ingenti dolore & punctione partis vulneratae cujus color in nigrum & lividum vergebat, conquerebatur, accedebat & virium languor, & cordis anguſtia, interdum & lipothymia totiusque corporis modo ardor, modo frigus & obſtupeſcentia, aliaque prava ſymptomata.*

R E S O L U T I O.

Non raro, vel propter partis affectae conditionem, ſed peculiarem diſpoſitionem, vel ab empyreumate, vel quod vulnus inflictum fuerit inſtrumento quodam venenato, graviſſima ſupervenire ſolent vulneribus alias leviſſimis ſymptomata, ut animi deliquium, anxietates, cholera &c. ubi ſtatim confugiendum ad alexipharmaca praeſertim ad diaſcordium, quod interne & externe vulneribus impoſitum egregie conducit.

Quid ſi vero os fuerit laeſum, nunquam curatio expectanda, niſi omnia fragmenta e vulnere ſint exempta: hinc videmus quod ſaepius ſingulis annis vulnera iterum ſponte aperiantur, & hoc certiſſimum eſt indicium os eſſe laeſum, ſi enim rimam contraxerit os, tunc vulnus quamvis coaleſcat, facile tamen iterum recrudeſcit tamdiu, donec pars illa quae rimam contraxit, ſit ablata: & hoc fit ſaepe intra biennium ſeu triennium, ut poſtmodum oſſea fragmenta e vulneribus egrediantur. Vide Barbett. Chirurg.

C A S U U M M E D I C I N A L I U M

L I B E R VII.

D E

Morbis quibuſdam venenatis & malignis.

C A S V S I. II. & III.

De Lue Venerea.

H I S T O R I A.

V*Ir quidam Illuſtris poſtquam libidini Foeminae cujuſdam Nobilis vino aeſtuans & incautus paruiſſet, membrorum omnium totiusque corporis laſſitudinem & gra-*

gravitatem ſentire ſibi viſus eſt absque febri, acceſſere dolores vagi, modo caput modo muſculorum genus artusque affligentes, maxime ſub veſperam & primam noctem, auxit moleſtiam gonorrhaea erodens & bubo dextri inguinis non minus ac faucium exulceratio, tandem & puſtulae cruſtuoſae circa pubem & coxas erupere, ipſam quoque faciem, praecipue qua frons eſt & mentum, mire deturpantes.

FOemina quadam Nobilis & honeſta, quum a marito Equitum Magiſtro, futatore famoſiſſimo lue venerea ſive morbo Neapolitano infecta, decocto lignorum aliisque remediis a Chirurgo Caſtrenſi praeſcriptis, perperam uſa eſſet, tandem meam opem implorabat.

MErcator quidam per poloniam iter faciens, in lecto Cauponis de lue venerea ſuſpecti, inſcius decumbens, eundem morbum contraxerat. Is quum ob deſponſatam ſibi virginem honeſtiſſimam, non auderet ordinariae curationi & Laconico ſe committere remedium petiit, quo abſque cuſtodia & clanculum quaſi reſtitui poſſet.

R E S O L V T I O.

In his caſibus proponitur curatio Luis Venereae. Affectus hic unde denominationes ſuas habeat, videndum. *Lues* dicitur, quia eſt contagioſa: *Venerea* quia facile ab infecto praevio coitu contrahi poteſt. Neapolitanus appellatur, quoniam in obſidione Neapolis facta a Gallis primum hic affectus innotuit. *Gallicus morbus*, quia Gallis ad libidinem valde pronis magis familiaris eſt, tum quod in caſtris Gallorum Neapolitanis ſuos habuerit natales, vel ſaltem in plures fuerit propagatus. Scribit enim Italus quidam Empyr. Fioravanti, quod propter annonae caritatem in caſtris Gallorum mercatores caſtrenſes vendiderint carnes occiſorum, & ex eſu carnis ejuſdem ſpeciei malo huic fieri obnoxios: quod in canibus & ſuibus ſe obſervaſſe teſtatur. Refutatur autem a Sennerto dicente, illum confundere Elephantiaſin cum lue venerea, defraudari quidem animalia ex comeſtione carnis ſuae ſpeciei: quem affectum cutaneum non luem Veneream, ſed potius Elephantiaſin eſſe.

In hoc fere omnes conſentiunt Medici, patriam hujus mali eſſe Indias, e quibus una cum remedio in Europam fuit tranſportatus, cum in Indiarum nonnullis locis ſoleat eſſe Endemicus. Galli & Hiſpani rem cum infectis habentes & ſimili infecti morbo redeuntes in Europam eundem propagarunt.

Helmontius pro more ſuo peculiare quid circa morbi hujus originem in tract. inſcripto *tumulus peſtis*, fingit, comparationem inſtituens circa equum Verme laborantem qui adſtans aliis in eodem ſtabulo omnes inficit: & inter hominem lue Venerea laborantem: & putat hic Chymicus nebulonem quendam ſodomiam exercuiſſe cum iſtiuſmodi equo verme infecto, indeque natales ſuos morbum hunc habere.

In caſu 1. recenſentur phaenomena & indicationes morbum hunc concomitantia, quae omnia ex acido quodam corroſivo non adeo volat. facile deduci poſſunt, de quo vide prolixe lib. 5. caſ. 17. de pruritu muliebrium, in quo varia fuere propoſita de hujus morbi natura.

Veteres recenſentes cauſſam hujus morbi, numerant inter affectus hepatis, quia putarunt hepar unicum ſanguificationis organon eſſe; hinc dicunt cauſſam eſſe occultam hepatis peculiari modo infectae, atque inde depravari totam maſſam ſanguineam.

Noctu plerumque dolor ſolet exacerbari: ſimile hoc habet lues Venerea cum ſcorbuto, quia omnes fere morbi ex ſero vitiato orti noctu ſolent eſſe graviores, ob aliam influentem materiam ſubtilem, in qua luna obtinet praedominium, & magna familiaritas intercedit ſcorbuto cum lue Venerea, quum ſaepius eadem adſint ſymptomata, eadem juvent medicamenta, ut niſi Medicus valde ſit cautus & prudens, facile innocentem diffamare poſſit.

In caſus reſolutione dicit Auct. *contagium variis. modis diſſeminari*: nempe per

 fa-

Digitized by Google

ſalivam inter pocula communicatam, ex oſculis, per contactum, ut ſi quis cloacae inſideat, qua ſaepius lue Gallica infectus ſuerit uſus, ſi in eodem lecto quis pernoctet, ſi veſtes geſtat infectas, ſreq. tamen per coitum. Vir hic fuit infectus ab impuro coitu a foemina Auct. dicit hoc a malignis vaporibus &c. Rectius dicitur, in vagina uteri infectae mulieris reperiri ulcuſcula, quae valde calefacta accurrentibus ſpirit. & aeſtuante ſanguine ſpirent fermentum quoddam contagioſum & malignum, illudque communicatur viro concumbenti, quod ſtatim occupat proſtatas glandulas, atque ſic facilius excitari poteſt, quia eo tempore magis ſunt patuli quam alio, hinc vino aeſtuante, ut ex caſu apparet, eadem facilitate inficiuntur. Fermentum hoc acidum aliquandiu latens in his glandulis eas corrodit & exulcerat, unde dolor lancinans & vehemens praeſertim inter mingendum, horum affluxus, unde tumor, ſpirituum excitatio, unde inflammatio virgae, neque diu ibi latere poteſt, quin cum humorum circulatione deferatur, unde variarum partium ſymptomata oriuntur.

Signa diagnoſtica varia proponuntur, quae etiam ſcorbutum indicare ſolent, unde ipſa certitudo hauriri poteſt ex confeſſione aegrotantis, ſi nempe ſtatim poſt coitum impurum & foetidum male ſeſe habuerit.

Pro diverſitate temperamentorum varia ſymptomata producuntur, in nonnullis, praeſertim veneno copioſo in corpore exiſtente praevio, capitis dolor vehemens & intenſiſſimus, praeſertim noctu exoritur. Solent erumpere puſtulae latae, ſi non in toto corpore ſaltem in facie, capite & circa pudenda, ſpirantes peculiarem foetorem: accedit faucium exulceratio cum carnoſis excreſcentiis in palato, quae ſaepe multum faceſſunt negocii Medicis & Chir.

Curatio hodierno tempore non adeo ſolet eſſe difficilis, modo rite inſtituatur ut enim hoc malum longius ſerpſit & latius, ſic plures experientiae plura invenerunt remedia. Non opus eſt, ut agatur de praeſervatione hujus morbi, ne major occaſio praebeatur peccandi, unde parum Chriſtiane ſcripſit Magninus, quod impune quis & ſecure cum infecta concumbere poſſet.

Curatio vel generalis eſt vel ſpecialis. *Generalis* reſpicit ipſum morbum. *Specialis* ſymptomata urgentia: *Generalis* inſtituitur purgatione, vel ſudoriferis, vel inunctione Mercuriali, qui ultimus tamen curandi modus non videtur ſatis tutus, quia Mercurialia frequentius etiam foris exhibita plerumque poſt ſeſe indelebilem relinquunt characterem, de quo vid. caſ. 2. Hinc in fine Auct. aurum ad eliciendum Mercurium adhibuit. Vide etiam allegatum caſum de pruritu muliebrium.

Inchoanda itaque curatio eſt purgante, vel pro diverſitate ſubjecti venae-ſectio inſtituenda: ſolent enim alii perfectae curationis ſignum deſumere ex ſanguine emiſſo, unde circa curationis finem venam ſecant, & quum adhuc corruptus ſit nondum ad perfectionem curationis ventum eſſe judicant. Alii idem tentant purgatione, ſi nempe vehemens aliquod purgans abſque dejectione humorum corruptorum aſſumitur, morbum curatum eſſe judicant, & e contra. *Nota* (1) omnibus purgantibus ſuper admiſcendum eſſe Mercurius dulcif. quia facile ſeſe aſſociat & complectitur acidum vitioſum, illudque ſecum e corpore eliminat. (2) Semper octavo vel nono die interponendam eſſe purgationem, quo die a ſudoriferis abſtinendum. (3) Sudores in lecto eliciti non ſatisfaciunt expectationi: unde (4) in laconico provocandi ſunt Auct. dicit lapidibus vel ſcoriis ferri ignitis &c. Verum felicius ſi ſpir. vin. rectificatus in exigua doſi patellae inditur in illaque accenditur & infecto ſedenti in laconico ſupponatur. Cavendum tamen ne ignis augeatur, aut ſpir. vin. in majori copia affundatur, quum alias ſella facile flammam concipit, non ſine periculo tum aegrotantis tum aedium. (5) Sella ita debet eſſe adaptata, ut facile janua aperiri poſſit ad eximendum aegrum ob animi deliquium, quod in principio curationis plerumque ſaepius ſupervenire ſolet. Hoc de curatione generali.

Non

Non opus eſt tanto apparatu medicamentorum eliminantium, cum unicum ſatisfacere poſſit: nempe panchymagogum Crollii, cui additur Mercurius dulcif. cum aliquot granis diagryd. vel trochiſc. alhand. ver. gr.

℞. *Extract. panchym. Croll.* ſcrup. j. *Merc. dulc.* gr. v. *diagryd.* gr. viij. *cum eſſent. guajac. vel elix. propriet.* fiant pilul. num xv. quae deaurentur: commodiſſime enim Mercurius dulcif. praeſcribitur in forma electuarii vel in forma pil. ne diutius in ore contineantur, doſis Mercurii dulcif. ſingulis vicibus augeri debet uſque ad gr. xij. & ſemper gr. 4. 5. vel 6. diagryd. addantur.

Nota: ſi aegrotantis corpus ſit pituitoſum & lympha craſſa refertum, tum exulare debent Mercurialia, priuſquam praeparantibus illa viſcida craſſities fuerit praeparata, quia alias Mercurius in humoribus viſcidis & glutinoſis occultatur & aciditate ſua inverſa oſſa exedit, inde caries, ſuccum nutricium pervertit, & ſpirituum e ſanguine generationem impedit, unde tremor & atrophia, vel vi praecipitandi in glandulis ſalivalibus ſegregat, unde continua ſputatio.

Auct. monet *corpus facile ab injuria aëris frigidi, offendi:* hinc neceſſe eſt ut aegri peculiari in camera includantur, neque licet in 4. 5. a 6. ſeptimanis prodire in publicum. *Vinum* exulare debet quia auget acidum & pro ſiti potuque ordinario ſubſtitui poteſt decoctum ſecundarium lignorum.

Germani difficilius curantur quam Galli aut Itali, qui ſunt rarioris texturae & ad ſudores eliciendos ob pororum ſtabilitatem magis diſpoſiti.

De curatione ſpeciali: ſi dolor articulorum valde urgeat, licet nonnunquam exhibere opiata, quibus ſemper admiſcenda ſpecifica, partibus dolentibus felici cum ſucceſſu imponitur emp. de ranis cum Mercurio cujus Auct. mentionem facit.

In faucium exulceratione & excreſcentiis carnoſis conveniunt gargariſmi ex ligni guajaci & ſarſaparill. D. Praeſes vidit poſt morbi curationem aegrum adhuc diu fatigaſſe continuatis purgantibus & ſudoriferis una vel altera ſeptimana. Puſtulis abigendis conveniens eſt valde unguentum ab Auct. recommendatum. Nobiliſſ. D. Praeſes obſervavit egregium ſucceſſum aquae Mercurialis in virgine magnae conditionis, ut audiri adhuc volebat, in puſtulis ſanandis tum in facie, tum in pudendis, ut ℞. *Aq. roſar.* unc. iiij. *Mercurii praecipit.* drach. j. detur, qua ſine omni agitatione pluma aliqua illinuntur puſtulae & ſtatim pereunt. In ſexu foeminino menſibus ſupervenientibus per triduum vel quatriduum curatio differenda. Reliqua ad hujus morbi curationem neceſſaria eleganter proponit Auct. quae legi merentur.

C A S U S IV.

De Cicuta.

H I S T O R I A.

DAniel Gruel Oenopoia Colbergenſis, quum in prandio carnes bubulas radicibus cicutae loco petroſelini per ignorantiam conditas, comediſſet, illico in cordis anguſtiam, ſpirandi difficultatem, oculorum ſcotomiam & ſingultum incidit; ventriculi vitio haec evenire ratus, hauſtum unum atque alterum vini abſinthites aſſumſit, & melius quoddammodo habere viſus eſt; paulo poſt repetentibus modo dictis Symptomatibus accedente inſuper & ſtrangulationis metu viriumque exſolutione, opem meam implorabat.

R E S O L U T I O.

Ob figurae ſimilitudinem facile cicuta hominibus errorem imponit, eam pro rad. petroſesini, vel etiam pro paſtinaca colligentibus.

Symptomata aſſumtionem ejus ſubſequentia malignitatem & virulentiam ſatis ſo-

ſuperque arguunt; notum enim eſt inſtitutionibus, quod veneni exhibiti ſigna ſint cordis anxietas, roſio ventriculi, facies cadaveroſa, rigiditas totius corporis, tremores, convulſiones, vomitus, dejectiones cruentae, ſopor, ſcotomia & alia: hinc nonnulli e doctoribus putant Socrati Cicutam ab Athenienſibus fuiſſe exhibitam, cujus tamen falſitatem ex Valerio Maximo probare contendunt.

In caſu allegato refertur melius aegrotantem ſeſe habuiſſe poſt uſum vini abſinthites, quia amara corrigunt & acida & alkalica acriora; Cicutae bezoar habeatur gentiana: quod ſi Medicus paulo poſt aſſumtionem ſupervenit, non ſtatim ad alexipharmaca vel bezoardica eſt properandum, ſed ſtatim emeticum quoddam propinandum, & ſi ſuſpicio adſit partes quaſdam jam tranſiiſſe ventriculum, clyſteres quique e mucilaginoſis parati conveniunt, poſt exhiberi debent alexipharmaca. Inſtar omnium eſt theriaca, quoniam ex tot diverſis conſtat partibus, quarum pori diverſa materia aetherea replentur, hinc venenis diverſa etiam materia eſt oppoſita. Succeſſit feliciſſime nonnullis tali errore in periculum vitae praecipitatis, quod ſtatim aſſumſerint vinum Hiſpan. ſubſequenter ad incaleſcentiam & ſudorum provocationem corporis moti, finem curationis impoſuerunt vino medicato ex ruta, rad. gentian. & abſinthio praeparato. De ſimili caſu Simon Pauli mentionem facit in digreſſione de febribus, communicans ſimul medicamentum, quo mulieres reſtituit, quod valde extollit, quaſi ſummum Medicinae Candidatis communicaret arcanum, quum tamen ex vulgaribus ſit compoſitum, nimirum aq. card. bened. in qua cocta fuit raſura cor. cer. poſt addidit diaſcordium.

C A S U S V.

De Fungo Venenato.

H I S T O R I A.

QUum anno M.DC.XXXII. Wolgaſtum ad exequias Sereniſſimi & potentiſſimi Regis Sveciae Guſtavi Magni glorioſiſſimae memoriae in comitatu Domini ERICI JANSONII HLFFSPARREN; Admiralis &c. proficiſcerer, amanuenſis meus in Sylva Inſulae uſedomenſis aliquot fungos & ruſſulos collegerat, quibus in coena me inſcio copioſius ingeſtis ſub primam noctem inteſtinorum doloribus, ventriculi inflatione & ſingultu correptus eſt, acceſſit ſpirandi difficultas & ſtrangulationis metus, cum horrore & ſudoribus frigidis, adeo ut de vita periclitaretur.

R E S O L U T I O.

Eadem fere producit ſymptomata. Quer. unde ſudores frigidi? Dicimus a defectu ſpir. quibus copioſe non influentibus, tubuli & pori collabuntur, hinc circulatio ſufflaminatur, unde humores frigidi diſfluunt per corporis habitum. Duplici qualitate ſolent fungi nocere vel venenata vel viſcoſa. *Venenata* totius ſanguinis craſim pervertit. Viſcoſa parietibus ventriculi & inteſtinorum adhaerens, dolores ventris, irritationes ſpaſmodicas, vomitus & dejectiones cruentas inducit, & viſcoſitas ſatis patet ex inflatione de qua conqueſtus fuit aeger; ubi enim mucus viſcidus ibi flatus generantur. Hinc Panarolus obſerv. 45. penteocoſtes 3. commendat oxymel cum theriaca, ſicque opponit & venenatae & viſcoſae qualitati, oxymel enim incidit, attenuat, theriaca virulentiam tollit.

In principio conveniunt vomitoria, quae deſcribuntur caſ. XI. de arſenico aſſumto. Fabricius Hildanus obſerv. 34. cent. 4. refert Principem quandam abſente marito ex eſu fungorum deſperate aegrotaſſe, ſuperveniens Princeps, eamque relictam fere a Medicis reperiens exhibuit lap. bezoard. gr. 40. & ſubſequentibus paulo largiſſimis ſudoribus conjugem ſibi reddidit.

CASUS VI.

De Helleboro.

(*Hiſtoria vid pag.* 312.)

RESOLUTIO.

IN ſinu ſuo gerit acre ſubterfugiens omnem ſenſum, & demum peracta coctione prima & ſecunda ſeſe prodens ſyſtemati nervoſo valde inimicum, unde facile epilepſiam & non raro mortem inducit, ut patet ex allegato exemplo Auct. hinc in ſubſtantia nequaquam exhibendum, ſed ſolum in infuſione, vel etiam ſub forma extracti additur aliis purgantibus pro vino medicato, & ut plurimum dolores colicos excitat extractum, & praeparatur tutius ſpir. vin. tartariſato.

CASUS VII.

De Euphorbio.

HISTORIA.

Filia Conſulis N. N. virgo elegans & venuſta viduo ſeni & decrepito invita et citra conſenſum, a parentibus deſponſata, odio adverſus procum tam acerbo vehementique flagrabat, ut mortem oppetere vellet, quam eidem nubere, ac proinde euphorbii pollinem, ex cujus uſu foeminam quandam non ita pridem mortuam audiverat, aſſumſit, paulo poſt doloribus ventris atrociſſimis correpta, plus vicies intra horae quadrantem alvum depoſuit cum frequentiſſimis vomitionibus, ſingultu, ardore ventriculi et faucium, ſitique inexſtinguibili, ſupervenere tandem et ſudores frigidi et animi deliquia, ut in praeſentaneo vitae periculo verſari videretur.

RESOLUTIO.

Subtiliſſimas in ſeſe continet particulas materiae primi elementi innatantes, quod vel ex ſola curatione probabile eſt, omnia enim mucilaginoſa, aquoſa oleoſa expectationi ſatisfecere.

CASUS VIII.

De Juglande arbore.

HISTORIA.

Puella quaedam nobilis, ſedecim circiter annorum, cacochymia et menſtruorum retentione affecta, menſe Julio ſub arbore juglande recubans, a meridie uſque ad veſperam ſomno profundo ibidem dormiverat, expergefacta de vehementi capitis dolore et vertigine querebatur, ſub noctem epilepſiam, a qua nunquam antea tentata fuerat, incidit, cum convulſionibus quidem levioribus, et ſaepe recurrentibus. Parentes, quum nihil aliud ad manus eſſet, ſuaſu paſtoris ejus loci ſuccum rutae recentis ex aqua florum tiliae exhibuerunt, unde melius quodammodo habere viſa eſt, capitis tamen dolore inſtanter perſeverante, cui quum die ſequenti denuo epilepſia ſuperveniret, opem meam implorabant.

RESOLUTIO.

Arbores juglandes peculiare quid ſpirare, vel ex ſolo odore patet tempore vernali, nec enim ex ſucco auſtero ſtyptico & vitriolatae naturae, unde facile recubantes ſub umbram illarum patiuntur obſtructiones tubulorum in capite, qua impe-

Digitized by Google

pedita humorum circulatione cephalalgiam inducit, & facilius hoc fieri poteſt in ſubjectis, quorum ſanguis ad coagulationem pronus & acidi fertilis, ut in menſium ſuppreſsione laborantibus obſervari debet.

CASUS IX.

De Lixivio e Cryſtallis nitri.

HISTORIA.

ANno M. DC. XXXIX. menſe Novembri vidua Dn. LAURENTII TREDERI pharmacopaei quondam Colbergenſis ſolertiſſimi, de intemperie ventriculi frigida & dejecto appetitu apud me conqueſta, conſilium tulit, ut mane & veſperi de ſpiritu vini ſtomachali Adriani a Mynſicht cochlear unum atque alterum delibaret: expoſitum forte erat feneſtrae lixivium ex cryſtallis nitri, colore ſpiritui ſtomachali ſimile, quod quum per errorem hauſiſſet, mox vehementi horrore correpta, frigidum ſudare, convelli, animique deliquium pati viſa eſt. Accerſitus oleum amygdalarum dulcium recens ex cerevisia tepida affatim exhibui, vomuit plus decies, convaluit.

RESOLUTIO.

Etiam immediate e ventriculo aliquid immiſceri maſsae ſanguinae nemo facile negabit, unde ſubita illa refectio omniumque partium alacritas in debilitate, ab aſſumtis cordialibus, & reſtaurantibus, unde phlogoſis illa & faciei rubor, a prandio vel coena, indices extraordinariae cujuſdam effervescentiae in maſſa ſanguinea lixivium hoc nitroſum profundius ſeſe inſinuat tunicis ventriculi cum humoribus circulantibus ad fibras nerveas delatum, humorem excitavit, irritationem, unde vomitus ad cor delatum, coagulationem, unde animi deliquium & ſudores frigidi.

CASUS X.

De Plumbo.

HISTORIA.

PETRUS MUES Figulus Colbergenſis, facie ſubtumidus & lividi coloris, quoties in fictilibus incruſtandis occupabatur in vehementiſſimos inteſtinorum dolores incidit cum praecordiorum anguſtia & reſpirandi difficultate; accedebat & membrorum tremor, totiuſque corporis, maxime vero articulorum debilitas.

RESOLUTIO.

Aliquoties obſervavit nobiliſsimus D. Praeſes contracturas in figulis, & meminit ſe tractaſſe figuli uxorem arthriticam, quae nullo remedio conſtanter curari potuiſſet, donec maritus aliis ſe conſecraſſet laboribus: continet enim in ſe plumbum copioſiſsime Mercur. hinc ſi ex ullo aliquo metallo, certe facilius & copioſius ex plumbo, Mercur. metallorum confici poteſt: quicquid etiam dicat Rolfinkcius in ſchedis ſuis de Mercurio metallorum non ente, contrarium enim ſatis ſuperque praeter alios demonſtratum eſt a Beckero in reſponſione ad ſchedas Rolfinkcii & Kunckelii ſcriptis chymicis.

Quod autem Mercur. iſtiuſmodi torporem & artuum contracturam inducere poſsit, eleganter ſcripſit Antonius le Grand in ſua naturae hiſtoria, & juxta ejus mentem nos caſ. de pruritu muliebr. vel alibi. Nihil alibi prodeſſe videtur iſtiuſmodi arthriticis vel paralyticis quam cura lactis, ſi rite inſtituatur.

C A S U S XI.

De Arſenico.

H I S T O R I A.

CARISTOPHORUS HAMMERMEISTER pharmacopaeus Golbergenſis in praeparatione arſenici fixi occupatus, quum a vaporibus & fumis venenatis non ſatis ſibi caviſſet, in lypothimiam incidit; exhibitis aquis quibuſdam cordialibus quum ad ſe rediret, de inſigni praecordiorum anguſtia, ſpirandi difficultate, ſiti inexſtinguibili, linguae, faucium & gulae ariditate querebatur: corpus hinc inde jactitabat, pedes imprimis, quorum dolore vehementer tenebatur; aderant & vigiliae perpetuae, aliaque ſymptomata, quin & lipothymiae frequenter repetebant.

R E S O L U T I O.

Peſſimum & vehementiſſimum eſt in rerum natura venenum, quum ſit valde volatile, nec facile figi poſſit: figendi modum docet Barbette in ſua chyrurgia, hinc fumus ejus eadem, & non raro graviora ſolet excitare ſymptomata, quam ſi in ſubſtantia fuerit aſſumtum: hinc vidit D. Praeſes duos Medicos occupatos in ſuperiore domus parte circa Veneris dealbationem, quae fit beneficio arſenici, primo cordis anxietate, deinde animi deliquio fuiſſe correptos & aliquamdiu quaſi mortuos jacuiſſe. Et dicitur de nonnullis Italis quod chirothecas & litteras volatili hoc veneno ita poſſint inebriare, ut quamprimum incautius a manu calida agitentur vel tangentur adſtans corripiatur corpus. Si per fumum vel & inſpirationes fuerit ingreſſum, ſive per quaſcunque vias corpus intraverit, tum ſerio confugiendum ad pretioſiſſima alexipharmaca, & ſudores continuo eliciendi; ſin vero ita in ſubſtantia fuerit deglutitum & in ventriculo lateat adhuc, in periculum vitae conjicies aegrum, ſi ſtatim exhiberi velis diaphoretica, quia venenum ſic majori vi & impetu propellitur ad praecordia, potius tum propinanda ſunt pinguia, ut butyrum recens in cereviſia calida ſolutum, juſcula pinguiora, ol. lini vel mucum vel amygdalarum, vel aq. tepida cum ol. aliquo miſta, neque hic diu deliberandum, ſed quicquid ad manus eſt adhibendum, quia ſunt in magno periculo; ſi magnae adſint eroſiones in inteſtinis, clyſteres ex lacte commendantur, & decoctum docet Auct. quidam ſolo lacte copioſiſſime aſumto aegrum quendam fuiſſe liberatum.

C A S V S XII.

De Spiritu vitrioli.

H I S T O R I A.

GEneroſus Dominus GEORGIUS a Zizevvitz, Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarius intimus & Capitaneus Stoipenſis etc. Ventriculi imbecillitate et anorexia per integram hyemem affectus, tandem Sedini Dominum Chriſtophorum Oeslerum Medicum ejus loci conſuluit, is purgato corpore ſpiritum vitrioli aliquot guttarum numero ex cereviſia calida aut jure carnium per vices aſſumendum, commendavit, ex quo quum nihil juvamenti perciperet, errorem in doſi nimis exigua committi perſuaſus, integram drachmam iſtius ſpiritus hauſit, paulo poſt vehementem in faucibus et lingua, poſtmodum et in ventriculo et inteſtinis ardorem & roſionem ſenſit, quibus quum & ventris tormina viriumque languor accederent, opem meam imploravit.

R E S O L U T I O.

Adeo infamis eſt tinct. aq. fort. ob ſuam ſummam vim corroſivam, quum ta-

men ſi non majorem ſaltem aequalem vim poſsideat ſpirit. vitriol. & in ejus exhibitione nequaquam liberalem eſſe deceat. *Curatio* una eademque eſt, lac non videtur proficuum, quum facile abeat in coagulum, ergo potius clyſteres injiciendi, cui aliquot ovorum vitelli admiſcendi, quia valde leniunt, tenuis quaedam mucilago ſem. cydon. & gummi tragacanthi cum aq. ſp. vin. in forma liquida, frequenter aſſumta, egregie prodeſt.

Sub finem caſus dicitur aegrum periiſſe apoplexia, ſic videmus quod ſpirit. vitriol. vim coagulativam in diſsitis partibus tandem prodiderit.

CASUS XIII.

De Calce viva.

HISTORIA.

Foemina quaedam nobilis pica ſive malacia laborans, argillam, lutum, cretam, aliaque abſurda & cruda ſine noxa ingerebat, tandem calcis vivae appetitu accenſa magnam ejus partem ſatis avide, fruſtra reclamantibus domeſticis devoravit. Ex hoc in ventris & inteſtinorum tormina & roſiones, faucium dolores, reſpirandi difficultatem, tuſſim, aliaque ſymptomata incidit, cum perpetua oris & linguae ſiccitate & ſiti inexplebili.

RESOLUTIO.

Quid calx viva praeſtare poſſit ex eo ſolo patet, ſi attẽdamus ejus beneficio fontanellas excitari poſſe, & meminit D. Praeſes puerulum, cui inter ludendum alter calcem vivam oculo inſlaverat, coecum fuiſſe inde factum: ſcimus quidem quod in malacia aſſumta non tam facile noceant, verum ne quid nimis, & ſi jam acria fermento acri addantur, ol. flamma vel ligni additur.

Quae Auct. in reſolutione caſus apponit ex illis clyſteres praeparari debent.

CASUS XIV.

De Lacte coagulato.

HISTORIA.

Puella tredecim circiter annorum conſtitutione corporis cholerica, poſtquam in convivio varia ferculorum genera delibaſſet, ſaltuque & choreis ſupra modum incaluiſſet, domum reverſa urceum, in quo lac aſſervabatur, arripuit, avidiuſque ſemel atque iterum, donec ſitim reſtingueret, bibit; paulo poſt in graviſſimos ventriculi dolores, ſpirandi difficultatem et ſuffocationis periculum incidit, ſuperveniente & animi deliquio. Parentes inopinato caſu vehementer conſternati, ſubito me accerſunt, opemque petunt.

RESOLUTIO.

Valde aceſcit, qualis enim cibus, talis chylus, qualis chylus, talis ſanguis &c. unde graviora ſolent ſupervenire ſymptomata, ſanguis eadem producit ſymptomata, quia extravaſatus putredini valde eſt obnoxius, hinc videmus, quam dubii eventus ſit illa curatio epilepſiae, quam aſſumto ſanguine humano inſtituunt. Non opus erit hic plura addere, quia quod de lacte coagulato exſpectandum, & quaenam remedia exhibenda, jam dictum eſt de morbis infantum.

CA-

CASUS XV.

De Sanguine taurino.

HISTORIA.

Urbanus Zovigler ſalium coctor, ſitibundus, urceum ſanguine taurino, quo in ſalinis Colbergenſibus ad depurandum clarificandumque ſalem utuntur, impletum inter fumantes caminos prehendens, loco cerevifiae bonum iſtius ſanguinis hauſtum bibit: ex hoc dolorem in ventriculo et nauſeam, mox et ſpirandi deglutiendique difficultatem ſenſit, accedente et animi deliquio.

RESOLUTIO.

Sanguis in grumos abiens extra ventriculum in cavitate aliqua vel ductu manifeſto citra noxam aliquamdiu ibidem delitefcere poteſt, ut videmus in vulneribus abdominis, dum enim exigua portio ſanguinis extravaſati in abdominis cavitate remanet, qui poſtmodum diſcutitur. In ventriculo aliter ſe res habet, quum forſan affluens fermentum acefcentiam augeat, commodiorque adſit via, qua toti ſanguini partes putridae communicari poſſint.

CASUS XVI.

De Rubetae Veneno.

HISTORIA.

Circumforaneus quidam natione Gallus pulverem bezoardicum griſeum contra omnis generis venena publice divendens, ut fidem medicamento faceret, varia venenorum genera aſſumebat, idque ſine noxae alicujus nota, ſiquidem ut vociferabatur, pulvere illo bezoardico ſe praemunivisſet. Hauſerat inter alia venenum ex bufone vivo recenter expreſſum, quod quum male ferret, oculorumque ſcotomiam, vertigines, aliaque ſymptomata perſentiſceret, ſubito e pegmate deſcendens in hoſpitium aegro gradu contendit: miſſa ad me ſchedula, cujus haec erant verba: quaeſo per DEUM immortalem mittat mihi ſubito, ſubito aliquod vomitivum, alias morior.

RESOLUTIO.

Egregia alias a bufonibus praeparantur medicamenta tum foris tum intus exhibenda, ver. gr. ol. amuletum contra peſtem apud Zuvelferum Helmontii compoſitum, dempto ſale illo volatili acri venenoſo, quod ſub forma feri flavi in illis reperitur: notum enim eſt quod oleoſa valde proſint in quovis veneno quod obtundant acrimoniam, manu enim ol. illita aq. reg. ſine noxa tractari poteſt, tum etiam ol. in ventriculo impediunt, quo minus venena ſeſe diffundant, ita ut integris viribus provocato poſtmodum vomitu iterum excernantur.

Circumforanei ad commendandam theriacam aliaque alexipharmaca varios habent modos decipiendi, alii bufones injiciunt ſpir. vini argentoratenſi in quo bufones ſtatim extinguuntur: verum illi doloſe ſtatim addunt theriacam & effectum theriacae tribuunt, ſpir. vin. vel aquam eſſe vulgo perſuadent. Gallus quidam nomine Monconi in itinerario ſuo Anglico ſcribit, quod quidam jactaverit bufones ſale tart. vel etiam Mercurio vivo ipſis impoſito ſtatim extingui, ejus rei probam fuiſſe inſtitutam in ſocietate regia, ſed eventum expectationi non reſpondiſſe: meliorem praeſtitiſſe effectum *axungiam Norvegicam*, qua illiti bufones ſtatim fuerint extincti, forte ob hanc cauſſam, quod axungia illa figat omne volatile, ſicque vitam adimat.

Digitized by Google

CASUS XVII.

De Morſu Serpentis.

HISTORIA.

Villicus quidam Trammenſis in foenicio a ſerpente circa talum pedis ſiniſtri demorſus, per Eccleſiae vicinae paſtorem opem meam implorabat.

RESOLUTIO.

Dubium adhuc eſt quomodo ſerpentes venenum afflent? Notum enim eſt veteres putaſſe indi venenum praemiſſo morſu, cauda, Helmontius ſerpentibus venenum ineſſe negat, ejuſque ideam in furore vel ira demum concipi ſtatuit, ex eo quod ſaliva hominis nequaquam ſit venenoſa, quod ſi valde iraſcatur, vulnera dentibus inflicta eſſe maligna. Rhedi nobilis Italus, diligens ſcrutator naturae, & valde ſedulus in faciendis experimentis circa viperas, dicit venenum recondi certis veſiculis in palato, quae ad iram commota vipera vel ob turgeſcentiam veneni rumpantur, vel inter mordentem premantur, ut ſic facile venenum per vulnus inflictum dentibus communicari poſſit. Refutatur vero a Gallo nomine Chartas in tractatu Gallice conſcripto de Viperis, quem in linguam Germanicam transfert Medicus Francofurtenſis proximis nundinis edendum.

Recte interdicitur ſomno, ut habet Auct. quia fermentationes in ſomno ſunt debiliores, neque tanta vis partium occurrentium, ut venenum in peripheria corporis contineri poſſit.

CASUS XVIII.

De Hirudinibus deglutitis.

HISTORIA.

Puer quinque circiter annorum in Pago Bogentin ad ripam praeterfluentis rivuli cum aliis ſibi coaetaneis, lapillos, quibus luderent, legit, captaſque manu hirudines ſive ſanguiſugas ſuaſu alterius pueri, qui eaſdem dulciſſimas eſſe perſuaſit, vivas deglutivit, domum reverſus multum ſanguinis per os excrevit, de dolore ventriculi & inteſtinorum querulus, parentes miſſo ad me nuncio, conſilium petunt.

RESOLUTIO.

Rodendo fibras nerveas convulſionem accerſerunt, convenit aqua ſalſa, ſi enim ſal ipſis inſpergatur vel cineres calidi, ſtatim decidunt.

CASVS XIX.

De Cantharidibus devoratis.

HISTORIA.

Uxor Domini Petri Larſonii prioris matrimonii, neſcio quo fine aut conſilio veſicatorium ex cantharidibus & fermento, quod odontalgia graviſſima laborante pone aures applicandum, aliquando praeparaverat Chirurgus, ſub horam ſomni clanculum devoraverat; paulo poſt in lipothymiam incidit, quam maritus & adſtantes mulierculae pro uteri ſtrangulatu habebant.

RESOLVTIO.

Cantharides crudae abſque vitae periculo aſſumi nequeunt, legitime vero praeparatae in nonnullis morbis egregium praeſtant effectum. Modi praeparandi non

omnes

omnes ſunt tuti, tutiſsimam praeparationem communicat Jacobus Kotrebuk, Archiater Hanoveranus.

℞. *Cantbaridum pulueriſat.* ſcrup. j. infunde per 3. vel 4. dies in unc. iij. vel iv. vini Rhenani, poſt effunde vinum relicto pulvere in fundo, ut plane nihil cum vino tranſeat, hujus vini cochlear unum adde 8. cochlearibus vini vel cereviſiae, & in gonorrhoea, hydrope, urin. ſuppreſsione & calculo, tutiſsimum habebis remedium.

CASUS XX.

De Stranguria cruenta ex Canthadiribus extra applicatis.

HOc ſaltem in hoc caſu moneri poteſt, quod in illis qui laborant mictione cruenta, nequaquam veſicatoria ex cantharidibus praeparata imponenda ſunt.

CASUS XXI.

De Morſu canis rabidi.

STupendi hujus affectus vera cauſſa in quonam conſiſtat, vix explicari poteſt. Multa quidem proponunt de ideis Helmontius & Marcus Marci in philoſophia reſtituta, verum ubique non ſatisfaciunt. Plura explicantur, ſi dicamus, quod quemadmodum ex certo motu digitorum hypochondriis vel plantis pedum ad motum ſequitur certa perceptio, titillatio ex alio motu acus vel gladii corpori admoti, alia perceptio, dolor, ſic etiam ex certo motu, quem venenum canis rabidi imprimit ſpiritibus animalibus vel etiam filamentis cerebri, certae oriuntur perceptiones: ipſum enim ſenſorium affici nemo facile ibit inficias; hinc quum neo objectum nec intermedium accuſari poſsit, recte conjicimus in vitioſum ſenſorii motum: ſpiritus illi in ſuo motu jam perverſi, incidentes in veſtigia antea impreſſa, varia formant phantaſmata, & admiratione certe dignum, quod venenum illud in hominibus motus ſimiles animales producat, ſic ſi a cane, vociferantur, latrant & mordere conantur; ſi a felibus, ungnibus obvios invadunt & felium more ſpuunt.

Venenum illud fermentum eſt, quod ſanguinem valde turgere facit, & quaſi ſpumantem efficit, ſpiritus animales majori in copia affluentes, quam ut circulari poſsint, tremores, anxietates, oculorum torvitatem, aliaque omnia producunt ſymptomata.

Signa canis rabidi ſunt, ſi obvios tam notos quam ignotos invadant, ore currant hiante, lingua exempta valde rubra, nonnunquam nigra, ab omni cibo & potu abſtineant, oculi magni promineant & rubri, cauda pendula.

Jn curatione vulneris recte diſſuadet Auct. aq. frigidae ablutionem, frigida enim poros foris conſtringentia intropellunt venena, conveniunt cepae, allium contuſum cum pulv. cancr. ſi vulneri imponatur cum theriaca.

Scarificationes profundiores inſtituendae & ſi conditio partis admittat cauterium actuale. Interne tinct. bezoardica ſaepius de die exhiberi poteſt. Omnia medicamenta e cancris parata valde ſunt proficua, us pulv. canc. aqua canc.

CA-

Digitized by Google

C A S U S XVII.

De Morſu Serpentis.

H I S T O R I A.

V*Illicus quidam Trannmenſis in foenicio a ſerpente circa talum pedis ſiniſtri demorſus, per Eccleſiae vicinae paſtorem opem meam implorabat.*

R E S O L U T I O.

Dubium adhuc eſt quomodo ſerpentes venenum afflent? Notum enim eſt veteres putaſſe indi venenum praemiſſo morſu, cauda, Helmontius ſerpentibus venenum ineſſe negat, ejuſque ideam in furore vel ira demum concipi ſtatuit, ex eo quod ſaliva hominis nequaquam ſit venenoſa, quod ſi valde iraſcatur, vulnera dentibus inflicta eſſe maligna. Rhedi nobilis Italus, diligens ſcrutator naturae, & valde ſedulus in faciendis experimentis circa viperas, dicit venenum recondi certis veſiculis in palato, quae ad iram commota vipera vel ob turgeſcentiam veneni rumpantur, vel inter mordentem premantur, ut ſic facile venenum per vulnus inflictum dentibus communicari poſſit. Refutatur vero a Gallo nomine Chartas in tractatu Gallice conſcripto de Viperis, quem in linguam Germanicam transfert Medicus Francofurtenſis proximis nundinis edendum.

Recte interdicitur ſomno, ut habet Auct. quia fermentationes in ſomno ſunt debiliores, neque tanta vis partium occurrentium, ut venenum in peripheria corporis contineri poſſit.

C A S U S XVIII.

De Hirudinibus deglutitis.

H I S T O R I A.

P*Uer quinque circiter annorum in Pago Bogentin ad ripam praeterfluentis rivuli cum aliis ſibi coaetaneis, lapillos, quibus luderent, legit, captaſque manu hirudines ſive ſanguiſugas ſuaſu alterius pueri, qui eaſdem dulciſſimas eſſe perſuaſit, vivas deglutivit, domum reverſus multum ſanguinis per os excrevit, de dolore ventriculi & inteſtinorum querulus, parentes miſſo ad me nuncio, conſilium petunt.*

R E S O L U T I O.

Rodendo fibras nerveas convulſionem accerſerunt, convenit aqua ſalſa, ſi enim ſal ipſis inſpergatur vel cineres calidi, ſtatim decidunt.

C A S V S XIX.

De Cantharidibus devoratis.

H I S T O R I A.

U*Xor Domini Petri Larſonii prioris matrimonii, neſcio quo fine aut conſilio veſicatorium ex cantharidibus & fermento, quod odontalgia graviſſima laborante pone aures applicandum, aliquando praeparaverat Chirurgus, ſub horam ſomni clanculum devoraverat; paulo poſt in lipothymiam incidit, quam maritus & adſtantes mulierculae pro uteri ſtrangulatu habebant.*

R E S O L V T I O.

Cantharides crudae abſque vitae periculo aſſumi nequeunt, legitime vero praeparatae in nonnullis morbis egregium praeſtant effectum. Modi praeparandi non

omnes

omnes ſunt tuti, tutiſsimam praeparationem communicat Jacobus Kotrebuk, Archiater Hanoveranus.

℞. *Cantharidum pulueriſat.* ſcrup. j. infunde per 3. vel 4. dies in unc. iij. vel iv. vini Rhenani, poſt effunde vinum relicto pulvere in fundo, ut plane nihil cum vino tranſeat, hujus vini cochlear unum adde 8. cochlearibus vini vel cereviſiae, & in gonorrhoea, hydrope, urin. ſuppreſsione & calculo, tutiſsimum habebis remedium.

CASUS XX.

De Stranguria cruenta ex Canthadiribus extra applicatis.

HOc ſaltem in hoc caſu moneri poteſt, quod in illis qui laborant mictione cruenta, nequaquam veſicatoria ex cantharidibus praeparata imponenda ſint.

CASUS XXI.

De Morſu canis rabidi.

STupendi hujus affectus vera cauſſa in quonam conſiſtat, vix explicari poteſt. Multa quidem proponunt de ideis Helmontius & Marcus Marci in philoſophia reſtituta, verum ubique non ſatisfaciunt. Plura explicantur, ſi dicamus, quod quemadmodum ex certo motu digitorum hypochondriis vel plantis pedum ad motum ſequitur certa perceptio, titillatio ex alio motu acus vel gladii corpori admoti, alia perceptio, dolor, ſic etiam ex certo motu, quem venenum canis rabidi imprimit ſpiritibus animalibus vel etiam filamentis cerebri, certae oriuntur perceptiones: ipſum enim ſenſorium affici nemo facile ibit inficias; hinc quum neo objectum nec intermedium accuſari poſsit, recte conjicimus in vitioſum ſenſorii motum: ſpiritus illi in ſuo motu jam perverſi, incidentes in veſtigia antea impreſſa, varia formant phantaſmata, & admiratione certe dignum, quod venenum illud in hominibus motus ſimiles animales producat, ſic ſi a cane, vociferantur, latrant & mordere conantur; ſi a felibus, unguibus obvios invadunt & felium more ſpuunt.

Venenum illud fermentum eſt, quod ſanguinem valde turgere facit, & quaſi ſpumantem efficit, ſpiritus animales majori in copia affluentes, quam ut circulari poſsint, tremores, anxietates, oculorum torvitatem, aliaque omnia producunt ſymptomata.

Signa canis rabidi ſunt, ſi obvios tam notos quam ignotos invadant, ore currant hiante, lingua exempta valde rubra, nonnunquam nigra, ab omni cibo & potu abſtineant, oculi magni promineant & rubri, cauda pendula.

Jn curatione vulneris recte diſſuadet Auct. aq. frigidae ablutionem, frigida enim poros foris conſtringentia intropellunt venena, conveniunt cepae, allium contuſum cum pulv. cancr. ſi vulneri imponatur cum theriaca.

Scarificationes profundiores inſtituendae & ſi conditio partis admittat cauterium actuale. Interne tinct. bezoardica ſaepius de die exhiberi poteſt. Omnia medicamenta e cancris parata valde ſunt proficua, ut pulv. canc. aqua canc.

CA-

CASVS XXII.

De Veneno Canis rabidi eſu lactis vaccini communicato.

VEnenum non ſolum valde volatile, ſed & viſcidum & glutinoſum, hinc conſtat ex hiſtoriis, quendam gladio vulneratum, quo ante biennium vel triennium perfoſſus erat canis rabidus, rabiem contraxiſſe. Legi poſſunt plura rariora apud Borellum, Zacutum Luſitanum, Fabricium Hildanum, & de cauſſa Marcus Marci.

NB. Deliteſcit ſaepius venenum hoc plures per annos, donec fermentare incipiat occaſionem praebens ipſis humoribus circulantibus vel ſpirit. animalibus: vel materia certa ſubtilis illud commoveat, unde maſſa ſanguinea invertitur: quemadmodum obſervamus variolas a prima nativitate plures per annos deliteſcere, & tandem occaſione certae materiae ſubtilis huic veneno ſeſe inſinuantis, & ſub forma vaporis vel halitus vel ſub forma inter humorem & vaporem media ſanguini ſeſe inſinuare. Unde facile conſtat non reperiri ſemper ad fermenti alicujus vel veneni excitationem vehementem quendam motum, a copioſa materia aetherea ed certam quandam & quoad figuram proportionatam eamque pauciorem materiam ſubtilem id praeſtare poſſe, quod alii copioſiori denegatur.

CASVS XXIII.

De Morbis ex incantatione.

DIfficile illi morbi praeſertim in principio poſſunt cognoſci, ſtupenda enim & horrenda ſymptomata a cauſſis etjam naturalibus (ſive ut medice loquar) praeter natur. produci poſſunt, unde non ſtatim ſi forte animalcula in ventriculo & inteſtinis hoſpitentur & vomitu rejiciantur, concludendum eſt faſcinationem vel incantationem ſubeſſe, ipſa enim ſemina bufonum, ſcarabaeorum aliorumque aſsumta excludi poſſunt per iſtiuſmodi animalcula. Exempla fere ſunt innumera, in Ephemeridibus Medicorum Germanorum tom. 1. a Segero communicatorum de famulo lanionis in itinere aquam e palude hauriente, in cujus ventriculo ſpatio ſemeſtris bufones fuere generatae, poſtmodum vomitu iterum excretae, beneficio emetici alicujus.. Sagae morbos inducunt vel mediis quibuſdam naturalibus vel ex mera perſuaſione, ita ut quod ipſius Daemon praeſtat, hoc ſibi tribuant lamiae.

Quomodo ſagae citra noxam venena quaedam ore detinere & poſtmodum certis hominibus communicare, eoſque inficere poſſint, vel etiam manibus vel baculo inquinato corpora attingere, hoc videre eſt in tract. ling. Germ. edito Schefferi de Sagis Lapponiae. Certe ipſe Daemon artifex rei chymicae eſt peritiſſimus; venena ita poteſt praeparare, ut in viis publicis repoſita, ſi quis praetereat, ſtatim inficiatur; ſanguinis circulationem & ſpirituum animalium motum etiam variis depravare poteſt modis, ut admirandi motus partium, eorundemque contortuoſae actiones & extenſiones aliaque horrenda excitentur: & quis non facile intelliget Daemonem admiranda in corpore praeſtare poſſe, ſi vel ſolam glandulam pinealem variis, illiſque contrariis motibus agitet.

Praemiſſis univerſalibus vomitorio praeſertim, ad ſpecifica incantationi oppoſita perveniendum. Inter alia laudatur herb. Anthirrin. flor. hyperici, ol. hypericonis compoſ. empl. ſoetid. Mynſ. Unguent. Catrichleri quod ex axungia canis, urſi & caponis, cum viſco corolino praeparatur.

De

De Philtris.

QUaer. num dentur Philtra ? ℞. Affirmando, nihil enim abſurdi ſtatuitur in eo, quod ſpiritus animales determinari poſſint ad certum aliquod objectum; videmus enim in canibus, quod panis, caſeus vel fruſtulum carnis aliquandiu ſub axillis vel in calceis geſtata, ſpiritum ipſorum ita influere faciant, ut nunquam benefactorem illum deſerant quod alii & in avibus fuere experti.

Praeparantur philtra ex ſanguine, lacte, urina, quibus ope Daemonum addunt venen ſanguinem valde acrem faeculentum tamen reddentia, unde triſtes & melancholici ſunt illi, quibus philtrum eſt exhibitum. Si ſuſpicio adſit adhibiti philtri, ſtatim vomitorium propinandum, quod aliquoties reiterandum: poſt ſudores provocandi, commendatur elect. contra philtra Hartmanni, antidotus orvietani, quae valde depraedicatur, contra morbos ex incantatione ab Helmont. tract. lap. ſuccus naſturtii aquatici.

Baronis in Bohemia filius philtrum acceperat & tabe tandem obiit, aperto cadavere, repertum fuit in ventriculo durum corpus cornu non abſimile, ex quo in filii memoriam parens cochlear confici curavit, eoque plures per annos uſus, tandem forte fortuna incidit in ſuccum naſturt. aquat. & brevi poſt plura in fragmenta diſſolutum fuit, unde ſtatim, quum eo tempore alterius nobilis filius ſimili laboraret morbo, exhibitus fuit ſuccus naſturt. aquat. aegerque convaluit.

Salmuth in ſuis obſervationibus aliam refert hiſtoriam notatu valde digniſſimam: Juvenis acceperat pomum a puella, quod quum ipſi ſuſpectum eſſet, projecit, in angulum, rediens poſt triduum reperiebat pomum nigro colore obductum elapſis iterum tribus diebus vidit pomum putrefactum ranulas aliaque animalcula exhibere. hinc abiens in diverſorium, ubi pomum acceperat, ſimulavit morbum, conqueſtus de dolore ventris, juſſit puella lac calidum bibere, quod ille affudit pomo putrefacto, & intra ſpatium aliquot horarum vidit excreviſſe ranas: abiens denuo in diverſorium de vehementiſſimis conqueſtus doloribus, ſummamque ſimulavit anxietatem, juſſit puella, ut bibat urinam equinam recens redditam quam ille rejecit in ranulas, quae confeſtim extinctae ſunt, unde poſtmodum hoc remedium adeo inclaruit, ut ſaepiſſime feliciori cum ſucceſſu philtro aliquo infectis fuerit exhibitum.

CASUUM MEDICINALIUM

LIBER VIII.

De Febribus.

NOn poteſt intelligi natura febrium, niſi habeamus etiam cognitionem fermentationum in ſtatu naturali; operae itaque pretium erit nonnulla ex oeconomia animali annotare. Plura concurrunt ad fermentationem in cordis ventriculis peragendam. (1) Ipſum viſcus, cor, conſtat enim ex fibris valde rigidis & ſolidis, unde muſculus fortiſſimus auditur, cujus fabricam accurate deſcripſit *Steno* in ſuo tractatu de muſculis: ob fibrarum ſoliditatem nactum eſt poros valde conſtantes, unde coctioni facile par eſſe poteſt. (2) Sanguis, conſtans ex innumeris & indefinitis partibus opem ſuam confert huic fermentationi. (3) Chylus conſtans ex diverſiſſimis particulis. (4) Portio illa reſidua in cordis contractione, quae forſan per ſolum ſitum materiam fermenti acquirit. (5) Humor tranſudans in cordis ventriculos proles ſanguinis arterioſi velociſsime agitati, & ſtatim poſt egreſſum, per arterias,

co-

coronarias cordi ſuppeditati. (6) Materia mundi ſubtiliſſima ; & quemadmodum variae illae partes ſanguinem conſtituentes ob figurae & magnitudinis inaequalitatem innumera eaque diverſa formant interſtitia, & ſimul ſingulae ſuos proprios habent poros, hoc aeque erit indefinitae figurae & magnitudinis. Ex hix jam facile quilibet intelligere poteſt, quod ſi heterogeneum quod ſanguini communicetur, ſtatim ejus miſtio turbetur, ſed ſi nihil admiſceatur ſanguini, & ſanguis retineat ſuam harmoniam & concentum, tunc etiam nulla turba, nulla agitatio, ſed materia ſubtilis permeat in offenſo pede totam maſſam ſanguineã illa inordinatio non ex ipſis vaſis ſed immediate ex cordis ventriculis ortum trahit.

C A S V S I.II. & III.

De ephemera, Diaria, & Synocha ſimplici.

H I S T O R I A.

MAgdalena Farenibachia Illuſtriſſimi DN. LUDOVICI CHRISTOPHORI, Comitis de Eberſtain, Domini in Neugarten & Maſtovv, Coniux, ex morte Filiolae lepidiſſimae multum contriſtata, noctes aliquot inſomnes duxerat, hinc aliquantulum incaleſcere & febrire coepit, abſque ulla tamen horroris nota, pulſus ad tarditatem declinabant, languidi, rari, facies decolorata, oculi concavi, palpebrae graues corpus ſiccum & extenuatum.

ANtonius Oliva Tyrolenſis, inter armatos Caeſarie Anno M. DC. XXVIII. Colbergae in Praeſidiis excubantes, Locumtenens, temperamenti calidi & ſicci cibis in ſartagine frixis, ultra ſatietatem ingeſtis vino Hiſpanico largius ſe invitaverat: Mane de capitis dolore, aeſtu & morſu circa orificium ventriculi, ructibus nidorulentis & calore totius, minus quidem mordacis, ſed halituoſo querebatur, facie & oculis rubens, arteriarum pulſu magno & veloci, urinis copioſis, leviterque tinctis alvo lubrica &c.

ILluſtris & Generoſus Dominus Dn. Franciſcus Sigiſmundus Haendel, Liber Baro de Goldrain, &c. in vigore aetatis conſtitutus, temperamenti ſanguinei, corporis habitu paulo carnoſiore, deliciis indulgens, quum in Gynaeceo quodam illuſtri per choreas & tripudia nimium incaluiſſet, aërique frigido nocte intempeſta Colbergam repetens ſe expoſuiſſet, altero die calore febrili non admodum mordaci excandeſcens quaſi inflari & turgeſcere videbatur, facies & totum corpus rubore ſuffuſum, cutis halituoſo vapore madens, caput grave, reſpiratio difficilis, pulſus aequalis ſed celer, magnus, vehemens; urina non multum a naturali recedens, niſi quod craſſior & rubicundior eſſet.

R E S O L U T I O.

Febrium continuarum variae recenſentur ſpecies, Epemera, Synocha ſimplex vel putrida, febris ardens, tertiana continua, quibus etiam addunt quotidianam & quartanam continuam; de his autem nulli dubitant, & poſtmodum febres peſtilentiales, ut febris petechialis, variolae, morbilli, quo referri etiam debet febris hectica, eſt etiam continua: habent enim exacerbationes, licet non habeãt intermiſſiones.

Raro vocantur Medici ad curationem febrium ephemer. quae vel ſponte ceſſant, vel naturae beneficio curantur intra 24. horas.

Ephemera oritur vel ex animi paſſione vel ex aëre caliodiori vel frigidiori, vel ab ebrietate. Compages ſanguinis hanc in febre non ideo reſeratur vel relaxatur, hinc non tanta fermentatio, non tantus calor neque ſymptomata adeo gravia, quando ſpiritus animales ſegnius ſuo munere funguntur, pori, qui alias debebant eſſe aperti, collabuntur & connivere ſaltem videntur; humores circulantes tardius

iter

Digitized by Google

iter ſuum abſolvunt,& ipſe etiam ſanguis in vaſis ſuis ſegnius movetur : conſtant enim arteriae variis ex fibris ſibi invicem impoſitis, quarum interſtitia interfluunt ſpiritus animales & humores circulantes & alluendo illas vellicant, ſicque motum ſanguinis in arteriis & venis promovent. Eandem operam praeſtant etiam in parenchymate cordis,niſi enim interſtitia fibrarum illarum ſolidarum cor componentium rite inſlentur a ſpiritibus animalibus, metuendum eſſet, cor ſemel dilatatum eundem retinere ſitum, niſi aliquid eſſet quod niteretur in contrarium. Ex his nunc facile patet, quomodo ex moerore ſanguinis craſis varie laedatur, & febres generentur.

Febrilis illa fermentatio gradu ſaltem differt ab aliis, videntur enim ſaltem partes ſubtiliores, magiſque nobiles paulo magis hac in febre fermentare, hinc non tanta turbatio nullus horror, pulſus magis tardus quam frequens.

Semper comitem habet haec febris tanquam cauſſam vel antecedentem vel proximam prohibitam inſenſibilem tranſpirationem, qua reſtituta aeger facile convaleſcit. Si ad plures haec febris extendatur dies, vocatur Synochus : quod ſi compages ſanguis magis ſolvatur, parteſque inter ſe magis confundantur, ſanguini jam putredinem eſſe inductam dicunt, ut in caſu IV. videre eſt; & tum urinae craſſiores ſunt & turbidae, ſymptomata etiam vehementiora.

C A S U S IV.

De Synocha cum maculis rubicundis.

H I S T O R I A.

ANno M. DC. XXIX. Menſe Iunio Nbiliſſimus Dn. Henning Rhamel, Equitum Magiſter, temperamenti calidi & humidi, ſynocha putrida graviſſime decumbebat, cum inſigni cordis anguſtia & inquietudine, die quarto erumpebant maculae rubicundae primum in dorſo, poſtea & in thorace, brachiis & cruribus.

R E S O L U T I O.

In magna aliqua fermentatione ſanguinis, dum plus mittitur ad habitum corporis, quam tranſpirare poſſit, exigua & minutiſſima illa vaſcula peripheria ſubter cutem ſaepius ita diſtenduntur ut rumpant, & ſic excidit guttula ſanguinis teneriotis, quae late ſe diffundens, maculam conſtituit, quae qualem prae ſe fert colorem, talem ſanguis habet craſin vel diſcraſian. Quod ſi corpus ſervetur probe tectum, & diaphoretica ſumantur, facile maculae illae diſſlantur, ſaepius etiam ab alluentibus aliis partibus a tergo inſequentibus iterum redduntur fluxibiles, & verſus cor vehuntur, unde ex improviſo ſaepius diſparent: quod ſi partes magis volatiles abeant in auram relictis craſſioribus, maculae apparent nigrae vel lividae

C A S U S V.

De Cauſo exquiſito.

H I S T O R I A.

GEneroſus & Strenuus Dominus Johann Longevall Equitum ſub exercitio Caeſareo Magiſter, temperamenti calidi & ſicci, ſub finem menſis Iunii Anno M.DC.XXIX. igneo quaſi calore, abſque ulla rigoris praecedentia, uri videbatur, ſitire indeſinenter & vehementiſſime, reſpirare celeriter, corpus varie iactare, vigiliis perpetuis detineri, tandemque deſipere. Pulſus deprehendebatur celer, frequens & inaequalis. Urinae flammeae & paucae, dejectiones cum aliquali ventris morſu liquidae, lingua ſcabritie & nigrore infecta.

R E S O L V T I O.

Dictum fuit, ſemper rationem eſſe habendam duorum illorum ſalium acidi & alkali, quorum nunc hoc nunc illud in ſebribus obtinet dominium. Videmus quod alkalica volatilia non in quavis peſte vel ſebre peſtilentiali tuto exhibeantur, magis vero convenire acida. Contra in nonnullis ſebribus praeſertim intermittentibus, quartana, quotidiana & non raro tertiana alkalica valde proſunt, acidorum vero nimius uſus tabem & phthiſin inducit.

In cauſſo putamus ſanguinem laborare intemperie alkalina ſeu acri, hinc quum per partes humores circulantes, & per vaſa ſanguis torrentis inſtar, & plus ſolito moveatur, facile quivis concipere poteſt, quomodo ille motus nervorum tremulus alias augeatur, unde ob majorem fibrationem & agitationem calor igneus.

Nullus in ſebre praeceſſit rigor: quia partes ſanguinis tam naturaliter quam praeternaturaliter in cordis ventriculis aequaliter fuere accenſae, ita ut per dilatatos arteriarum poros in partium tubulos effuſae ſint, partes variae non ſolum acidae vel ſalſae, quae irritando panniculum carnoſum vel partes muſculoſas rigorem excitant.

Sitis adeſt vehementiſſima: a ſale acri, a denegata halituum e ventriculo egredientium humectatione; nulla enim adeſt ſitis, quamdiu fibrae faucium lymphae innatant & motu tremulo cientur.

Reſpiratio celerior a copia ſpirituum; non poſſunt enim non ex ſanguine valde aeſtuante in cerebro copioſiores generari ſpiritus, qui qua data porta per meatus magis patulos in nervos reſpirationis excurrunt, accedit, quod aeſtuans ſanguis a tergo ſequens ſemper propellat priorem, ſicut unda undam, & ſpiritus majori in copia per nervos excurrunt in partes muſculoſas, quam per vaſa lymphatica refluunt verſus cor, vel etiam per poros abeunt in auram ab ipſorum inordinato motu & curſu, nunc in hos nunc in illos muſculos fluunt, unde oritur corporis jactitatio & inquietudo. Ab eadem copia ſpirituum valde exagitatorum & a tergo ſequentibus ſemper propulſorum cerebrum una cum nervis ſicut vela a ventis ſervatur inflatum, unde vigiliae. Et quum iidem ſpiritus ab objectis internis inſuetis currendo per cerebrum incidant, varie determinantur, non mirum eſt, ſi imagines aeque vivaces imprimant ſenſorio, quales objecta externa alias imprimere ſolent, hinc *Deliria*.

- *Pulſus frequens inaequalis tamen*: quia a magna effervescentia & continuo ſanguinis illapſu & egreſſu in cor & ex corde frequentia: verum quum tanta ſit rarefactio, ut arteriae & venae vix capaces ſint ſanguini adeo rarefacto continendo, inaequalitas nonnunquam in pulſu deprehenditur.

Urinae flammeae: a ſalibus volatilibus aliiſque partibus valde exagitatis.

Urinae paucae: quia ſanguis in renibus tam diu non moratur, ut ſerum e ſinu praecipitare poſſit, vel etiam quod propter magnam agitationem partes per habitum corporis avolent.

Dejectio cum morſu ventris: quia maſſa ſanguinea deponit recrementa, quae acria in ventriculum & inteſtina. *Lympha* e ductibus ſalivalibus egreſſa incraſſatur a nimio calore; humores enim effuſi in ſubſtantiam linguae, diſcuſſis partibus ſubtilioribus, ibidem detinentur, accedunt vapores acriores e ventriculo, hinc *linguae ſiccitas, ſcabrities & nigredo*.

Curationem Auct. auſpicatus eſt venae ſect. Notandum quod ſemper in venae ſectione adminiſtranda in febre ratio habenda ſit alvi, ſi enim illa ſit lubrica, nunquam tuto vena tunditur.

Purgantia hic nocent, ob metum diarrhoeae colliquativae. *Enemata* ſatis tuto exhibentur ad educendam materiam excrementitiam in inteſtinis depoſitam.

Ad alvum leniendam loco purgantium conveniunt paſſulae laxativae ad unc.

ſem.

ſem. prunae laxativae num. 4. Auct. exhibet nitrum ppt. praeſtantius eſt nitrum perlatum ad gr. xij. exhibitum. Exulent calidiora bezoardica, ſalia volatilia ſpirit. alexipharm. ne ol. flammae addatur. Acetum deſtillatum egregie convenit & tinct. roſar. ad ſatietatem exhibita. Annotari adhuc poteſt, temporis rationem ſemper eſſe habendam in exhibendis clyſteribus, qui in principio morbi poſſunt eſſe paulo fortiores, in augmento mitiores, quos nulla ingrediantur purgantia, ne criſis impediatur. Vid. Moraeum Medicum Italum qui accurate de febribus ſcripſit.

De Opiatis: Medicus non debet eſſe timidus nimis, neque etiam turgidus, non ſtatim terrorem concipere debet, ſi adſint vigiliae, quae minus nocere ſolent, quam ſomnus excedens: & obſervatum, in febricitantibus vigilias ſaepe per plures dies protractas abſque ulla proſtratione. Certiſſimum enim eſt, quod adſtantes ſaepius magis rationem quietis nocturnae, quam ſalutem ipſius aegrotantis quaerant: adeoque ad opiata raro deveniendum, niſi ſumma urgeat neceſſitas, ne criſis impediatur. Opiata enim nihil aliud faciunt, quam ut ſanguinem magis incraſſent, ad criſin autem requiritur laxitas & ſolutio compagis ſanguinis, quo vero ſanguis magis concentratur, eo minus ejus defaecatio vel deſpumatio expectanda: & eadem eſt ratio ac ſi cereviſia vel muſtum in vaſe clauſo muniatur, ut faeces detineantur, quod exemplum illuſtrat doctrinam de febribus.

C A S U S VI.

De Tertiana continua.

H I S T O R I A.

NObilis quidam Helvetius Johann Iacob Tullian inter ſtationarios Caeſaris Colbergam Anno M. DC. XXIX. occupantes, Capitaneus, temperamenti caldi & ſicci, circa ſolſtitium aeſtivum vehementi calore & ſiti aſſidua, continuo ſed magis tamen tertio die affligebatur, cum vigiliis immoderatis linguae ſiccitate, oris amaritudine, pulſu veloci, duro & vehementi urinis flammeis, tenuibus &c.

R E S O L U T I O.

Dubitant multi Medici, dari tertianam continuam citra malignitatem, quapropter ſemper bezoardica eſſe admiſcenda reliquis ſuadent. Videtur enim in continuis iſtiuſmodi febribus tertiana & quartana continua duplicem adeſſe febrem, cōtinuam nunquam remittentem, & intermittentem per certas periodos recurrentem, facile hoc fieri poteſt, nam per poros arteriarum valde dilatatos in tubulos hinc inde dejici poſſūt partes quaedam, quae ibidem vel ob ſuperficiei ſimilitudinem, vel ob viſcoſitatem, vel quod ſimiles habebant poros, quos ejuſdem generis materia ſubtilis permeat, ſibi cohaerent & obſtructionem pariunt: aſt in eodem ſitu permanere neſciunt ob alias partes continuo alluentes, unde talem nactae ſitum, ut facile a praeterfluentibus abripi poſſint, ſanguini infunduntur & jam peregrinae materiae conditionem ſubeunt, proque texturae varietate nunc majorem nunc minorem fermentationis gradum inferunt. In loco illo natali cum pori in eundem finem ſunt aperti vel aperiuntur, ſemper nova materia ſuggeritur, & niſi tubuli illi obſtructi penitus fuerint innati, remanens fomes a partibus recens advenientibus augetur & nova materia febrilis ſic generatur &c. quamdiu non penitus ab obſtructione liberetur, tamdiu nulla curatio ſperanda eſt.

Si magna muſcarum copia plus ſolito in aeſtate videatur, ſemper in ſequenti Autumno graſſantur febres malignae.

Plus alunt periculi febres continuae circa ſolſtitium ob ſpirituum pauperiem, continuo in auras abeuntium.

Primo ſtatim die purgandum, aut nunquam niſi in fine declinationis, abſtinendum a ſcammoniatis, reſina, extract. vel tinct. jalap. trochiſc. alhand. extr. helleb. nigr. Panchymag. ſemper liquida ex paſſulis, foliis ſennae &c. in uſum ſunt vocanda.

Refrigerantibus caute agendum, quae largius in principio concedi poſſunt quam circa ſtatum: & quo propior eſt ſtatus morbi, eo minus ſanguis eſt refrigerandus, ne criſis impediatur.

Ab altera parte ne quid nimis in uſu calidiorum. Hinc bezoardica mitiora eligenda; ſin vero in his error committatur, phrenitis, vigiliae, delirium vel alius viſceris inflammatio facile excitatur. Ad *epithemata* veniendum, ſi adſunt vigiliae, ſi vehemens capitis dolor, exulent camphorata. In *diaeta* victus tenuis imperandus, quo proprior eſt ſtatus, ſi enim nimis nutriantur febricitantes intemperies ſanguinis augetur ob ſpirituum inopiam & fermeti depravationem, unde nunquam cogendi ad cibum ſumendum: haec eſt occulta cauſſa, quare multi facile recidivam patientur, quemadmodum idem hic error in puerperis febres continuas & non raro mortem infert. *Pro potu ordinario* his in regionibus conceditur cereviſia tenuis: verum ſi magna adſit flatulentia, ventriculus valde debilis, ejus uſus non videtur adeo proficuus, hinc ſubſtitui poſſet feliciori ſucceſſu decoct. cor. cer. cum ſem. foenic. vel pomis citri.

C A S U S VII.

De Quotidiana continua.

H I S T O R I A.

L*IDGARDIS Kundenreichia, Virgo religioſa, temperamenti frigidi & humidi toto vitae curſu, ob femoris luxationem, ſedentaria, menſe Februario Anni M. DC. XXXIII. calore continuo, minus quidem acri, ſed ſingulis diebus circa veſperam, ſine ulla horroris nota, vehementius inſurgente, vexabatur, cum aliquali capitis & ventriculi dolore, pulſu minus celeri ſed lato & molli, urinis ſubruffis, craſſis &c.*

R E S O L V T I O.

Nullus horror: qui ab acidis particulis, quaeque quamvis adſint, non adeo fibrantur in fibras nerveas ob ſpirituum inopiam, qui difficulter ex lentis & glutinoſis educuntur. Calor non adeo acris, ob lentorem & viſcoſitatem, ab eadem cauſſa capitis dolor, vel nullus vel ſaltem mitis.

C A S V S VIII.

De Tertiana intermittente exquiſita &c.

H I S T O R I A.

A*NNO M. DC. XXXVIII. Menſe Iunio Fortiſſimus heros Dn. N. N. excubiarum in exercitu Suecio Praefectus Generalis, temperamenti, calidi & ſicci, vehementi rigore correptus, mox acerrimo & mordaci calore per totum corpus diffuſo, urebatur, cum quadam ſpirandi difficultate, ſiti vehementiſſima, oris amaritudine & ſiccitate, vomitu bilioſo, capitis doloribus, pulſu primo quidem parvo, debili & tardo invaleſcente autem paroxyſmo, veloci, magno & vehementi, urinis ſubflavis &c.*

R E S O L U T I O.

In diſputatione graduali de febri tertiana intermittente actum fuit, ubi phaenomena accurate ſunt deſcripta.

Quae;

Quamvis certum ſit in omnibus totius corporis partibus materiam febrilem colligi poſſe, quod videmus in vulneribus, quacunque in parte ſint, facile febres accedere ſolent, & certiores reddimur poſſidere nos veram cauſſam febrium, ſi attendamus, quod quoties portio de ſanie vel pure ſanguini refluo vel humoribus circulantibus ad vaſa lymphatica redeuntibus admiſcetur, miſtio & craſis totius maſſae ſanguinis turbetur, in cordis ventriculis, minimas ſuas particulas, alias internas & domeſticas e loco ſuo trudendo, conterendo, & neceſſario portio cruoris illapſi in cor aliam inducit faciem. Sic etiam quoties ex tubulo in parte aliqua iſtiuſmodi materia heterogenea cordi inferatur, ſi alius generis materia ſubtilis ipſam comitetur, neceſſario alia interſtitia aliique pori in illa miſtione formantur, ad quae replenda, ſi copioſa requiratur materia ſubtilis, oritur ſtatim effervescentia & vehemens calor, ſi ſolito minor, fermentatio languida, pulſus debilis obſervantur.

Frequentiſſime tamen febrem intermittentem tertianam oriri putamus ex obſtructione unius vel alterius tubuli in ventriculo vel hepate (quartanam vel in pan-create) Quare autem potius materia febrilis in febre tertiana fermentare incipiat die 3. quam 1. vel 4.? hoc quaerendum non in copia vel quantitate, ſed potius in ejus teneritudine: molliores partes fermentum febrile conſtituunt in quotidiana, unde brevius tempus requiritur ad agitationem inducendam, hinc non tantus calor, neque ſymptomata adeo vehementia.

Magis rigidae teneriores tamen: fermentum febrile in tertiana, viſcidae & craſſiores fermentum in quartana conſtituunt.

Poſitis etiam omnibus circumſtantiis accurate paroxyſmi recurrere ſolent, & iiſdem horis invadere, tubulus enim obſtructus locus natalis retinet ſuam figuram, ut nec plus nec minus uno tempore capiat quam alio, iidem pori ſimilis modi reperiuntur tubulum reſpicientes, eadem materia ingreditur ab iiſdem praeterfluentibus alluuntur, unde eundem ſitum & eundem acquirunt motum, quod aliter fieri non poteſt, minimae autem circumſtantiae variant res, unde a cibo & potu, medicamentis, aëre ambiente vel aliis cauſſis etiam occultis mutatio aliqua inducatur, tunc paroxyſmus citius vel tardius venit, quod conſtat experientia, quamdiu materia illa adventitia ſanguinis ordinem turbat & leges motus ſeu naturae impedit vel praevaricatur, tamdiu durat paroxyſmus, qua eliminata ceſſat: unde in declinatione paroxyſmi ſudores copioſiſſimi erumpunt, quia tunc aliquid ab agitatione remittitur; hinc in vapores abeunt & corpora illa per inſenſibilem tranſpirationem egrediuntur, concentrantur & in guttas abeunt, quae velocius adhuc agitata quam partes aëris inſenſibiliter avolabant: quemadmodum obſervamus, quod in vehementiſſimo corporis motu non tam ſudemus, quam ſi ad motum corpus iterum componatur, & tunc copioſiſſime ſudores profluunt.

Prognoſis. In Febribus intermittentibus obſervari poteſt, ſi ſecundus paroxyſmus vehementior ſit, tertius admodum mitis, tum in quarto febrem totaliter ceſſaturam, ſi quartus valde ſit vehemens, quintus remiſſior, tum ſeptimo in paroxyſmo febris ſolutio expectanda urina quo craſſior & magis turbida, eo brevior erit febris, ſin vero tenuis, clara, intenſe rubra, flammea eo contumacior erit febris, ſi ſit citra malignitatem, curatu facilis & brevis erit, ſi cum malignitate conjuncta, multum faceſſit negocii. Hic repetenda veniunt ex Marggraff. dari benignas, & malignas, malignitatis certiſſimum ſignum, quando pulſus eſt debilis & parvus, & aeger conqueritur de anxietate praecordiorum, tum indicium malignitatis eſt haec enim ſunt illa inſueta in febribus intermittentibus, pulſus nempe parvus & debilis.

Curatio ut omnium febrium intermittentium, ſic etiam tertianae in his duobus conſiſtit: fomes febrilis debet evacuari, ſecundo ſymptomata ipſo in paroxyſ-

mo

Digitized by Google

mo quantum poſſibile mitiganda. Tollitur fomes febrilis commodiſſime *emetico*, & quidem in tertiana debet uti die intermiſſionis una vel altera hora ante paroxyſmum: ratio, quia medicamentum incipit operari eo ipſo tempore, quo fermentum febrile infunditur, ſicque illud turbat, aſt, quia in tertiana intermittente humor eſt valde mobilis, facile hypercatharſis excitari poſſit; ſi duo illi motus conjungantur, unus a medicamento, alter a fermento febrili: aliter vero accidit in quartana. Laudatur pulv. aſari unc. j. exhibitus, ſal vitrioli vomit. ad ſcrup. j. verum quum habeat inſignem acrimoniam vitriolum & nitrum profundum, videtur infligere nauſeam in ventriculo non facile extinguibilem, antimonium rite correctum omnem abſolvit paginam, quia poſt evacuationem relinquit praecipitationem, quae notatum eſt in praxi Barbettiana. Tuto exhibentur vomitoria, ſi aeger non ſit herniosus, phthiſicus, plethoricus, vel alius viſceris ulcere contaminatus; haec enim ſunt illa, quae prohibent emetica. *Purgantia* non ſint adeo fortia, ne maſſa ſanguinea magis exagitetur: notum autem, quod vel a ſolis purgantibus vehementioribus & calidioribus febris induci poſſit, illudque exhibendum ſemper die intermiſſionis in febre tertiana venae ſectio hactenus raro ſatisfecit expectationi, omitti itaque poteſt, niſi ſumma ſuadeat neceſſitas, unde recte dicit Auctor caſ. ç. venae ſectionem eſſe omiſſam, tum quod ſanguinis copia non adfuerit, tum etiam quod ſigna coctionis jam in urina apparerent. Magis ſuſpecta venae ſectio quia frequentius adminiſtrata diſponit corpora ad febres praeſertim tertianas, cauſſam reddit Williſius, quod partes ſulphurae facile dominium obtineant. Verum videtur potius aliam ſubeſſe rationem, vina nonnulla talem acquirunt diſpoſitionem, ut ſaepiſſime citra cauſſam manifeſtam turgeſcere & fermentare incipiant, ſic etiam ſanguis in nonnullis corporibus talem acquirit diatheſin, ut a leviſſima etiam cauſſa in febrilem rapiatur effervescentiam: hinc multi vivunt plures per annos febre correpti, ſi non hauſtum vini aſſumant vel potum calidiorem, vel etiam corpus commoveant: ſi animi paſſiones patiantur ſtatim accedit febris ejuſmodi diſpoſitionem venae ſect. videtur ſanguini inducere. Egregie etiam convenit vinum medicatum ſemper die intermiſſionis ad unc. iv. vel vj. aſſumtum, horis matutinis jejuno ventriculo.

℞. *Rad. cichor. ſylv. pimpin. tarax.* āā. drach. iij. *ſummit. abſinth. cent. min. fol. card. bened.* āā. m. j. fl. viol m. ſem. ſal. *abſynth.* drach. ſem. *fol. ſenn* ſ. ſtip. unc. j. *rhab. agar. mechoac.* āā. drach. iij. In febre quartana laudatur *ſem. carth. ad* unc. j. *rad. jalap. vini ſpiritu irrorat.* drach. ii. *Cort. citr.* drach. ſem. *paſſul. min.* unc. i. ſem. Inciſa & contuſa aſpergantur ol. tartari per deliquium dentur ad nodulum. Signetur. Semper alternis diebus hauſtum ſumat aeger horis matutinis jejun. ventric. Duabus horis circiter ante paroxyſmum ſpecifica exhibenda ſunt, evacuato jam corpore, ſunt enim fere innumera.

Si magno cum frigore paroxyſmi recurrunt, conveniunt ſalia fixa cum aliis praecipitantibus miſta, ℞. *Corall. rubr. ſal abſinth.* āā. gr. xv. miſ. f. pulv. ℞. *Salis abſinth.* ſcrup. j. antimonii diaph. drach. ſem. miſ. f. pulv.

Sin vero nullo vel pauco cum frigore recurrant, convenit ſpir. ſal. ar. ſalſus ad drach. ſem. exhibitus, alii exhibent ad drach. j. uſque v. g.

℞. *Aq. antifebr. Schroder.* drach. x. *ſpir ſal. armon. volat. nitroſi* drach. ſem. miſ. det. pro doſi.

Facillime febri tertianae intermittenti conjungitur ſcorbutus cujus ſigna ſunt reſpiratio difficilior in ipſo paroxyſmo, dolores lancinantes in corporis ambitu, ſopor, delirium &c. tunc ℞. *Arcan. duplicat. Mynſicht.* ſcrup. j. ad drach. ſem. uſque quod egregie convenit. Vid. Caſ. xv. detur ante paroxyſmum, vel addatur c. c. corall. rubr. antimon. diaph. ocul. cancr.

℞. *Aq. card. bened.* unc. j. *theriac. antiſcorb.* āā. drach. iij. *ſpir. ſal. arm. nitroſi* gut. xv. *ſir. antiſc.* drach. iij. miſ. f. potio ante paroxyſmum. ℞. *Tin-*

Digitized by Google

℞. *Tinct. bezoard. D. Mich. cum vel ſine camph.* unc. ſem. *aq. tarax. flor. ſambuc.* āā. drach. vj. *ſir. papav. errat. tantillum.* miſ. pro una doſi.

Externa nunquam ſunt negligenda. Vid. colleg. in tabellas Marggraff. camphora de collo ſuſpenſa, empl. antiſebr. Strobelberg. Fuligo ſplendens cum telis aranearum carpis manuum imponenda. Terebinthina Veneta linteo vel corio ſuperinducta, & pulſui impoſita: amuleta illa emittunt corpuſcula, continuo maſſ. ſangu. ſeſe inſinuantia, vel juvant, quatenus certos ob poros certam inferunt materiam ſubtilem vel aetheream.

C A S U S IX.

De Tertiana ſimplici unica purgatione curata.

H I S T O R I A.

ANno M.DC.XXXIV. menſe Septembri nobiliſſimus & ampliſſimus Dominus Felix Braunſchweig. Civitatis Collbergenſis Camerarius, nunc Conſul meritiſſimus, incidit in febrem tertianam ſimplicem: In prima acceſſione, me abſente nihil medicaminis adhibitum; in ſecunda vehementior videretur, ex hortolino meo, quo animi relaxandi cauſſa urbici carceris pertaeſus ſeceſſeram, revocatum conſuluit: praeſcripti ad febris ardorem reſtinguendum, ſitimque compeſcendam julapium:

℞. *Aq. acetoſ. cichor. endiv.* āā. lib. ſem. *ſir. ex ſucc. berb.* unc. ii. ſem. *rob. ribium* unc. ii. *ſpir. vitriol. q. ſ.* ad gratam aciditat. miſ.

Altero die ad materiam in primis viis haerentem, & expultricem irritantem pulverem meum cholagogum ex decocto prunorum & paſſularum exhibui: rejeci dru nad natu magna n humoris bilioſi copiam, et ſic DEI gratia, nullo amplius ſupervenıente paroxyſmo, integre convaluit. Sub finem ejuſdem menſis et conjux Domini Conſulis eadem febri correpta, eodem quoque remedio feliciter reſtituta eſt.

Frequentiſſimae circa id tempus erant tertianae febres, verum ſumto pulvere modo dicto, plerique liberati ſunt. Si quos paroxyſmus poſt uſum cathartici, hujus denuo invaderet, illi nihilominus provocatis aqua noſtra antifebritia ſudoribus brevi convaluerunt.

R E S O L U T I O.

Niſi fermentum febrile profundius lateat in tubulo, & maſſa ſanguinis non adeo ſit praediſpoſita ad praeternaturalem efferveſcentiam, unico saepiſſime curantur purgante.

C A S U S X.

De Tertiana legitima aceto abſinth. curata.

H I S T O R I A.

ANno M. DC. XXIV. *menſe Julio, ampliſſimus & prudentiſſimus* Dominus Joachimus *Ducherovius, tum temporis Senator poſtmodum conſul Colbergenſis digniſſimus, febri tertiana legitima graviter decumbebat, quumque in tertio paroxyſmi inſultu vehementer ſitiret, arrepto vitro, in quo uxor ejus abſinth. hy comas cum aceto vini, pro peſtis, quae tum graſſabatur, prophylactico, infunderat, repetitis hauſtibus acetum illud bibit, paulo poſt multum bilis flavae per alvum & urinas excrevit & ſic praeter ſpem a febri liberatus eſt.*

R E S O L U T I O.

Dicimus quidem febres intermittentes oriri ab acido vitioſo, continuas ab alkali, notandum tamen eſt, quod potentius acidum deprimat mitius & debilius, unde non raro acida in febribus intermittentibus magno cum juvamine exhibentur, praeſertim

Digitized by Google

ſertim ſi temperentur amaris, amara enim egregie conveniunt in omnibus febribus intermittentibus.

CASUS XI.

De Tertiana pura.

HISTORIA.

ANno M.DC.XXX. *Illuſtriſſimus Dominus Dn. Luiſi Matthaei Marchio &c. conſtitutionis ſanguineae, aetatis viginti circiter annorum in febrim tertianam puram ſive exquiſitam incidit cum vehementi rigore & hunc ſubſequente calore acri & mordaci, ſiti, vigiliis, capitis doloribus &c.*

RESOLUTIO.

Egregias formulas proponit Auct. hoc in caſu, dictum quidem fuit intermittentes febres tertianas oriri ex obſtructione hepatis, communiſſime tamen ex vitio ventriculi, juxta Helmont. enim origo vitae longae & brevis eſt in ſanguine, ſanae vero & morboſae ex ventriculo, febres enim intermittentes ut plurimum ortum trahunt ex vitio coctionis in ventriculo, fomitemque ibidem deponunt, hoc probari poteſt multis rationibus, nam 1. *Vomitoria* valde proſunt, 2. Convenit *jejunium.* 3. Quilibet error etiam laeviſſimus commiſſus in diaeta prolongat febrem & paroſyſmum accelerat. 4. Quoniam conveniunt ſtomachica, unde vinum generoſum & vini ſpiritus multis profuere, quatenus correxerunt cruditates in ventriculo. Ebrietas curat febres tertianas, excedente enim nimio potu tandem ſubſequitur vomitus. Ergo cauſſa illa quaerenda in ventriculo.

CASUS XII.

De Tertiana paralyſi ſuperveniente.

HISTORIA.

REverendus Dn. Jacobus Staphylus Eccleſiae Zerbenſi Paſtor bene meritus, *ſexaginta circiter annorum, paralyſi ſiniſtri lateris aliquandiu affectus, incidit in febrim tertianam notham cum horrore totius, at calore non admodum acri, dolore capitis tenſivo, paroxyſmo ultra quatuordecim horas extenſo.*

RESOLUTIO.

Ob ſpir. animalium penuriam pigrius incedunt humores circulantes & facile contumaciſſimae obſtructiones in poris partium hinc inde oriuntur, unde inſenſibilis tranſpiratio impeditur & ſanguis diſponitur ad diſcrtaſiam febrilem, vel materia latens in tubulo temporis diuturnitate talem acquirit ſitum, ut tandem alia ſub facie ſanguini iterum miſceatur, ejuſque miſtionem turbet in cordis ventriculis.

CASUS XIII.

De Febre quotidiana intermittente.

HISTORIA.

ILluſtris & generoſus Dominus, Dn. Bartholomaeus Hartman Baro de Hartenberg *&c. temperamenti frigidi & humidi, faciei albicans, potor aquae, a cerevisia & vino per naturam abſtemius menſe Martio anni* M DC.XXVIII. *quotidie ſub veſperam leni frigore abſque rigore prehendebatur, ſuccedente paulatim calore inaequali, halituoſo*

ſtuoſo magis quam acri et mordaci, cum propenſione in ſomnum et dejecto appetitu. Urinae in principio reddebantur albae, tenues, et crudae, poſt quartum craſſiores, turbidae, ſubruffae; pulſus parvus, rarus, tardus, paroxyſmus, cum animi deliquio ingruens ad octodecim fere horas extendebatur.

R E S O L U T I O.

Dubitant nonnulli, num dentur febres quotidianae intermittentes. Omnes dicunt iſtiuſmodi febres eſſe tertianas duplicatas, verum nullam obſtare videmus rationem, quare non ſingulis diebus materia febrilis in tubulo ſanguini communicari poſsit: ſecundo videntur obſervationes plures med. quae ſatis oſtendunt, dari febres quotidianas intermittentes. Clyſteres ut in hac, ſic etiam in tertiana & quartana apprime conveniunt, ut notat Hoferus, ſi paulo ante paroxyſmum alvus laxetur enemate, febrem ſemper fore mitiorem.

C A S U S XIV.

De Quartana intermittente.

H I S T O R I A.

ADmodum Reverendus et nobiliſſimus Dn. Paulus a Steinwehr, Illuſtriſſimi, celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis ac Domini, Dn. Erneſti Bogislai, Ducis Crojani et Areſcottani, electi Epiſcopi Camminenſis Conſiliarius intimus et Eccleſiae Collegiatae Collbergenſis Canonicus etc. temperamenti calidi et ſicci, aetatis conſiſtentis, aliquandiu dolorem in ſiniſtro hypochondrio gravativum ſenſerat; tandem ſub autumnum anni M.DC.XLIII. quarto quoque die, praevia pandiculatione & oſcitatione, rigore primum exiguo, mox intenſiſſimo, non quidem pungente ſed gravante potius & quaſi oſſa contundente, prehendebatur, ſuccedente paulatim calore totius non adeo fervente, ſed ſubmiſſo, cum pulſu tardo & raro, in vigore paroxyſmi tamen velociori & frequenti; urinis in initio aquoſis & tenuibus, poſtea coloratioribus & craſſis.

R E S O L U T I O.

Vocatur haec febris Medicorum opprobriũ, & extendit ſe ad annos 20.30. uſque, nidulare videtur in hypochondrio ſiniſtro vel in liene vel in pancreate, quod accuratius a cujus unius, vel alterius ductus lateralis obſtructione recurſus febriles quartanarum deduci poſſunt.

Sub Autumnum dicit Auct. quo tempore curatu ſunt difficiliores & longiores, praeceſsit enim ſpir. depauperatio, nam tempore aeſtivo ſpirit. valde diſsipantur & avolant, tempore vero aeſtivo quartanae juxta Hippocratem breviores ſunt. Humores hac in febre viſcidiores ſunt, unde ſpir. animales ipſis inhaerent, neque tam facile ſeſe extricare poſſunt, unde plurimi ſpir. anim. in nervorum tubulis fluctuant, copioſius vero collecti in cordis ventriculis in muſculos dorſi, pectoris, lumborum alioſque vicinos ruunt, unde pandiculatio.

Laſſitudo ingens eſt, ob tardiorem motum ſanguinis & humorum circulantium paulo ante paroxyſmum & in principio paroxyſmi; hinc quum forte fortuna aëris ex attractione oritur ſanguinis languida fermentatio, unde aegri levamen aliquod ſentire ſibi imaginantur, & tunc ſpir. an. per patentiores nervos promtiſſime in muſculos reſpiratorios & os aperientes determinantur, hinc pleno & hianti ore reſpirare ſeu oſcitare coguntur quartanarii. Auct. dicit *cum rigore primum exiguo, paulo poſt vehementior, mox intenſiſſimo &c.* iſtiuſmodi gradus obſervamus omnes, ſi lignum viride injicitur igni, tum ignem quaſi extinguit, ſed quando eſt probe accenſum flammam acriorem emittit quam aliud lignum. In quartanariis facillime tumores pedum & viſcerum ſcirrhi oriuntur, quoniam humores circu-

lantes ad coagulationem & reſtagnationem valde proni: morboſa talis diſpoſitio decepit plures cadavera inſpicientes, ut putarint, quartanae ſedem eſſe in liene, quem in febre quartana extincto invenerunt valde durum, confundentes effectum cum ſua natura. Redeunte ſole verſus noſtrum haemiſphaerium, partes ſanguinis facilius in ordinem rediguntur, quo abeunte febris haec ſolet eſſe diuturnior.

Spiritus ſalis, loco hujus ſpir.ſal.armon.nitroſ.ad gtt.7. 9. vel 11. quater de die exhibitus, & chalybeata valde conveniunt, acidum vitioſum corrigendo: *Externe* hypochondrio ſiniſtro felici cum ſucceſſu applicatum fuit tale epithema.

℞. *Sal.armon* unc.j.ſem.*aqu.flor.ſambuc*.lib.j.*ther*.unc.ſem. applicetur calide duplicatis linteis. China chinae a drach.ſem. ad drach.j. uſque habetur pro ſpecifico: verum nonniſi praemiſſis univerſalibus, medicamentum hoc exhibendum.

C A S U S XV.

De Quartana ſcorbutica.

H I S T O R I A.

V*Eſtiarius quidam Petrus Harte junior, temperamenti melencholici, faciei lividus, anno M.DC.XLIX. menſe Septembris incidit in quartanam cum inſigni circa praecordia anxietate, & reſpirationis difficultate, genuum inſuper et crurum lancinatione, ſingulis paroxyſmis recurrente, pulſu parvo et inaequali etiam in ipſo febris rigore et ſtatu; urinae reddebantur pariae, nunc tenues et albae, nunc craſſae, rubicundae, cum ſedimento farinae laterum non abſimili, efflореſcentibus interdum et maculis diverſi coloris, maxime in cruribus.*

R E S O L U T I O.

Semper addenda antifebrilibus antiſcorbutica, quia abundant ſale volatili.

C A S U S XVI. & XVII.

De Semitertiana.

H I S T O R I A.

I*Lluſtriſſimus Dominus Dn.Guilielmus, Comes de Wittgenſtein &c. temperamenti calidi & humidi in flore aetatis conſtitutus, anno M.DC.XXXVIII. XXVIII. Auguſti hora VII. matutina, rigore infeſtabatur cum vomitu bilioſo, ſuccedente calore totius aeſtuante, circa quartam pomeridanam erumpentibus ſudoribus febris videbatur ad declinationem vergere, ut ſpes eſſet, eam paulo poſt plane intermiſſuram: verum tunc febris retineri, cutis ſubito denſari, iterumque quanquam levius horrere coepit, ſubſequente caloris continuatione. Altero die circa quartam veſpertinam praevio aliquali horrore vel potius frigore, nova quaſi fiebat acceſſio. Tertio ſub ſeptimam matutinam repetebat paroxyſmus ad modum primi diei, & hora quarta pomeridiana iterum ſe ſe habebat, ut hora quarta ſecundi & primi diei, concurrente dolore capitis vehementi, tuſſi, lipothymiis aliiſque ſymptomatibus.*

N*Obiliſſima foemina Theodora uxor viri magnifici et generoſi Dn. Johannis Georgii a Gablentz, Judicii Tribunalicii, Regni Poloniae &c. Deputati &c. abſurdo quodam et depravato appetitu, annis aliquot, multa ſui inepta, cretam, rubricam, arenam, et imprimis lutum ex macerie avulſum, quod ipſo ſacchare dulcius ſibi fuiſſe ajebat, avide ingeſſerat, lactis et aquae frigidae potatrix; tandem in febrem ſemitertianam incidit, cum inſigni praecordiorum anguſtia ventriculi dolore, lipothymiis, aliiſque vehementibus ſymptomatis.*

RE-

R E S O L U T I O.

Frequentius febres hae oriuntur tempore vernali; videntur eſſe compoſitae ex diverſis fermentis febrilibus diverſis in tubulis diverſo tempore fermentantibus. Notari hoc poteſt, omnes extinguuntur febre aliqua intermittente, moriuntur in principio paroxyſmi, nunquam in augmento, ſtatu vel declinatione.

C A S U S XVIII.

De Hectica ſimplici.

H I S T O R I A.

DN. Johannes Tylli, celſiſſimi Principis ac Domini, Domini Franciſci Alberti, Ducis Saxoniae etc. Secretarius, juvenis temperamenti calidi et ſicci, rarioris texturae, poſt febrim ardentem continuam de imminuto appetitu, virium languore et aliquali corporis abſumtione conquerebatur, cutis videbatur ſqualida, pulſus parvi et ex parte celeres, calor exiguus aequalis et aeger vix ſenſibilis, pitu a ſumto cibo.

R E S O L U T I O.

Videantur illa, quae dicta ſunt de phthiſi de cura lactis. Omnia phaenomena, tum etiam medicamenta antihectica ſatis probant, cauſſam eſſe intemperiem ſanguinis ſalſam & acrem, humores circulantes acriores facti fluentes per interſtitia fibrarum illas corrodunt, unde *maraſmus*. Fermentum ventriculi valde viſcidum cum cibo deglutito vitioſe efferveſcit, unde *calor poſt cibum*, & quum cutis tenuior ſit in facie, magiſque tranſparens, *rubedo* ibi obſervatur.

Si praeceſſerit alia febris mature convenientia medicamenta ſunt exhibenda, alias laterem lavabis. Tres vulgo recenſentur hujus febris gradus. 1. Quando ſuccus nutritius nondum coctus, multo minus aſſimulatus vel per alvum, per urinam vel per ſudores excernitur, 2. Quando ſuccus nutritius jam mutatus in pinguedinem ut talem jam diffluit, unde colliquatio. 3. Quando non ſolum ros ille pinguior iterum excernitur, verum etiam portiunculae fibrarum muſculoſarum ita corroduntur, ut continuo quid de ſubſtantia carnoſa deperdant. Primus & ſecundus gradus curationem admittit, tertius vel ultimus vero reſpuit.

De Febribus malignis in genere.

Variae foventur opiniones de cauſſis febrium malignarum, quatuor vel quinque prae aliis notatu ſunt dignae. (1) Cauſſam ponunt in putredine humorum, quam quum explicare neſciam, reſpuimus, quia neminem reddit ſapientiorem. (2) Eſt Williſius, cauſſam conſiſtere in ſanguinis coagulatione, cui opinioni ſuperſtruxit Johann Daniel Major chirurgiam ſuam infuſoriam, & Lowerus de corde experimento hanc opinionem confirmat, detraxit ſanguinem cani & injecit lib. ſem. lactis, canis incidit in magnas anxietates, inquietudines, ſuffocationis periculum, tandemque fuit extinctus, reperit in cadavere tum in vaſis, tum in organis reſpirationis lac coagulatum und cum ſanguine. Non negabimus ſaepius ſanguinis coagulationem in morbis malignis fuiſſe obſervatam, & experientiae experientiam opponimus; quum frequentius ſanguinis diſſolutio fuerit obſervata (teſtante id Sylvio) unde facile quis dicere poſſet, coagulationem eſſe effectum & praeceſſiſſe texturae diſſolutionem: nonnunquam ſanguis emiſſus adeo fluidus eſt, ut nullo artificio redigi poſſit ad concretionem, & tum peſſimum exhibet ſignum; ſanguis enim fibroſus ſummam ſanguinis [illegible] malignitatemque indicat. (3) Eſt Sylvii ſtatuentis cauſſam eſſe [illegible] volatile acidum vitale deſtruens, ſanguiniſque texturam corrumpens. (4) Eſt Kircheri fingentis agmina verminoſa

exedentia ſanguinem & ſuccum nutricium, inſtar vermium caſeos conſumentium, quae opinio refutatur a Marco Marci in Philoſophia veterum reſtituta: vermes illi ſunt putredinis ſoboles & male pro cauſſa ponuntur. (5) Certam materiam ſubtilem vel ex tellure vel ex aſtris advenientem, dramata haec ludere totque edere ſtrages contendit.

Quum plus ſit malignitatis quam caloris in his morbis, videtur longe aliam eſſe fermentationem, quam in febribus aliis benignis vulgo ſic dictis; harum enim fermentatio eſt ab acido vitioſo, illarum vero a ſale acri ex familia alkalicorum orto, quae actio ad mentem Veterum putrefactio vocari ſolet.

Helmontius ſedem harum febrium ponit partem ventriculi convexam, & dicit miaſma inſpirari vel deglutiri, poſtmodum penetrare ad partem illam convexam ſtomachi uſque, & non raro carbunculi in ſtomacho fuere obſervati: ſi aliquis quaerat, quomodo miaſma per denſiſsimas membranas penetrare poſsit ad ſuperficiem? reſponderi poſſet, quomodo mulier geſtans foetum mortuũ foetorem putredinalem in ore guſtu percipiat? quod ſi halitus tranſudare poſſunt tot partes membranoſas, quidni halitus veneni maxime volatilis? poſſet tamen excipi in muliere hoc fieri mediante ſanguine & humoribus circulantibus, deponentibus in gulam & fauces nonnullas partes putridas.

Certe phaenomena febres has comitantia & medendi ratio ſuadere videntur oriri febres has a ſale volat. acri, & magis confirmamur, ſi reſpiciamus ortum vel natales harum febrium: oriuntur nonnunquam ex putredine multorum cadaverum, acida impediunt putrefactionem, unde rectius dicitur ſalia volat. acria exſpirari a cadaveribus, & aërem ita inficere.

Hae febres per cuniculos agunt & incautos facile decipiunt: ſemper attendendum, num aliquid adſit citra cauſſam aliquam manifeſtam & naturae affectus vel morbo nequaquam conveniens. Si quis ſtatim de ſumma virium proſtratione conqueritur, de pulſu debili, parvo, inaequali, indicium eſt anguem latere in herba. Liquori tum animali tum vitali hae febres ſolent eſſe infeſtae magis vel minus, ſaepius enim incolae cerebri prius infeſtantur & poſt ſanguis vitalis: ſaepius contrarium accidit. *Urina ſanorum ſimilis*, partes enim inſenſibiles in ſanguine ita corrumpuntur, ut nequaquam vitium aliquod inſenſibile obſervari poſſit, unde non raro ſanguis emiſſus valde purpureus & rubicundus, & tunc eo pejus.

Calor valde mitis: eſt ſitis proſtratione caloris intenſior, appetitus proſtratus, linguae ſcabrities accedit & ſiccitas.

Vigiliae: rarius in principio ſopores, niſi in ipſa peſte, in augmento etiam ſaepiſſime ſopores, obſervantur, ſtatim adeſt agrypnia: alvus nonnunquam obſtructa, quod melius, ſaepius diarrhaea, quod pejus, excrementa dum valde foetent, eſt ſignum profundioris corruptionis, inter excernendum ſyncopen patiuntur: haec omnia ſatis ſuperque indicant, adeſſe febrem malignam.

Conſanguinei facilius afficiuntur etiam in diverſis locis degentes, ob ſimilitudinem pororum & ſanguinis texturae.

Cauſſam itaque concipimus tanquam fermentum aliquod valde acre eadem producens ſymptomata, quae alias arſenicum infligere ſolet, nam acida corroſiva carni adhibita rubedinem primo, poſt nigredinem poſt ſe relinquunt; hinc maculae primo rubrae, deinde nigrae apparent, ſpiritus ſal. armon. nitroſ. ſanguini inſtillatus prius effervescentiam producit, poſtmodum varia puncta nigreſcentia obſervabis. Ad ſigna haec etiam poteſt referri, nempe reſpiratio in illis febribus malignis, in quibus ad ambitum corporis aliquid propelli debet, laborioſa eſt, & maximae praecordiorum anxietates adſunt, donec materia vitioſa a centro ad ſuperficiem protrudatur, quod videmus in febri petechiali, variolis & morbillis.

De prognoſi nihil monet nobiliſſimus Dominus Praeſes, ſed legere tantum jubet

bet illa, quae habet Riverius de febribus malignis, quia accurate de ſignis diagnoſticis & prognoſticis ſcripſit.

Febres continuae differunt a malignis & peſtilentialibus quoad putredinem, magna enim fermentatio requiritur ad putredinem, putredo enim etiam eſt gradus fermentationis. Quaer. utrum talis putredo ſanguinis & aliorum humorum in oeconomia animali dari poſsit.

℞. Affirmat. videmus enim prout varie diſpoſita ſunt fermenta in ventriculo, veſicula fellea, pancreate, varia dari putredinis genera majori vel minori cum foetore, & in Chymicis notiſſimum eſt, ex affuſione hujus vel illius menſtrui in corporibus diverſos foetores excitari, quidni etiam in ſanguine a tot partibus diverſi generis, eoque tempore in ordine turbatis conſtante. Plura poſſunt videri in Coll. ad praxin Barbette.

De ſudoribus obſervari poteſt, quod ſaepius in febribus malignis ſint cadaveroſi, & tunc indicium ſunt ingentis putredinis humorum, Scorbutici, lue venerea infecti, Melancholici non tam facile febre aliqua maligna vel peſtilentiali corripiuntur, tum quod materia ſubtilis viam nimis tritam ob ſanguinis viſcoſitatem reperiat, tum quod acidum in his excedat ſali volatili maligno contrarium.

Facillime fiunt recidivae in febribus malignis, dum fermentum deponitur a ſanguine ad peripheriam corporis, & tum omnia ſymptomata apparent mitiora, & aeger nunc pro curato habetur, aſt ſi leviſsimus error committatur, itaut tranſpiratio ab aëre ambiente paululum impediatur, fermentum pedem figit, & humoribus circulantibus iterum immiſcum verſus centrum ducitur: & tunc adeſt recidiva.

C A S U S XIX.

De Febre petechiali.

H I S T O R I A.

Generoſus & ſtrenuus Dn. Johannes Chriſtophorus Plato, Equitum in exercitu imperatorio Magiſter, temperamenti calidi & humidi, praecedente omnium membrorum laſſitudine ſpontanea, calore praeternaturali accenſus, inſigni cordis anxietate, inquietudine, vigiliis, dolore capitis, ſiti, & id genus aliis ſymptomatibus vehementer angebatur; vires mox inter initia deficere, cutis hinc inde praeſertim in pectore, brachiis & dorſo maculis rubris efflorеſcere videbatur, pulſus formicanti ſimilis, parvus, frequens, urinae craſſae, turbidae, rubrae &c.

R E S O L U T I O.

Febris petechialis ſigna conveniunt cum ſignis variolarum & morbillorum, commendantur in curatione ſemina nonnulla, napi, citri, card. bened. aquileg. ad imitationem Zuvelff. valde efficax eſt emulſio in febre petechiali, tum etiam in variolis & morbillis & hunc in modum praeſcribi poteſt.

℞. *Sem. napi. card. bened.* āā. drach. j. *flaved. cort. citr.* drach. iij. *myrrhae rubr.* drach. ij. vel ſcrup. ſem. contunduntur cum aqua card. benedicti, & emulgentur, vel etiam addi poteſt ſirupus conveniens vel julepus gemmatus.

Capitis dolor valde urget in feb. petech. ante macularum eruptionem, & tunc non ſtatim ad anodyna confugiendum, ſed potius materia bezoardicis eſt expellenda, qua materia ſublata etiam ceſſat febris.

CA-

Digitized by Google

CASUS XX.

De Morbo Hungarico.

HISTORIA.

ANno M. DC. XX. menſe Novembri Johannes à Plaven Equitum Magiſter, caſis ad Pragam in monte albo Friderici Bohemiae Regis copiis, una cum aliis exercitus Bohemici Ducibus, regnique Dynaſtis Francofurtum petens, tempeſtatum injuriis & fuga defatigatus, levi rigore aut potius frigore & horrore corripiebatur, mox totum corpus aeſtuare coepit, calore continuo & ſine intermiſſione affligente, cordis magna aderat anxietas, ſitis inexplebilis, dolor capitis & imprimis circa ventriculum vehemens, vigiliae perpetuae, tertio deliria ſupervenìebant, ſub noctem invaleſcebat morbus, lingua conſpiciebatur arida, nigra, fauces inflammatae, labia fiſſa, pulſus parvus, debilis, inaequalis, vires proſtratae, omniumque membrorum dolor & laſſitudo.

RESOLUTIO.

Sic dictus, quod in caſtris plerumque graſſari ſoleat, & ex ſqualore militum oriri videatur, egregium tractatum ſcripſit Guillus de morbo caſtrenſi.

Vomitoria valde proficua ſunt hac in febre, quia ob annonae caritatem, & miſerum vitae genus variae cruditates fuerunt collectae in ventriculo & in primis viis, quae niſi removeantur, putredinem ualde exaltant.

In hac febre, ut & in aliis conueniunt acida & ſulphurea, ſpir. uitrioli, ſulphuris, alis, nitri, praeſertim ſpir. nitr. camphoratus, acetum uel ſimplex uel compoſitum, bezoardicum minerale, terrae pingues ſulphure metallico turgidae, terra ſigillata, bolus Armena.

Si calor ualde uehemens ſit, abſtinendum parum ab uſu uolatilium, augent enim uigilias, deliria, & capitis dolorem.

Si magna adſit malignitas, ſudorifera ter intra 24. horas propinari poſſunt, poſt ſudores vero ſemper blandiora acida ſunt exhibenda, ut Auct. etiam fecit, ne ſanguinis compages nimis ſolvatur & reſeretur.

Therica, ſi febris ſit valde uehemens, etiam nocet, hinc alii eam cum aceto exhibent.

CASUS XXI.

De Febre ardente maligna cum inflammatione faucium & linguae.

HISTORIA.

CElſiſſima Princeps ac Domina, Domina Sophia ex antiquiſſima Ducum Holſatiae proſapia oriunda, Philippi Sapientis pati. Pomeraniae Ducis, vidua, tempore verno relaxandi animi gratia in hortulinum meum conceſſerat, inde Trepſoam repetens, de membrorum omnium laſſitudine, dolore lumborum & dorſi, aeſtu totius & ſiti vehementi conquerebatur; mox & cordis anxietas, virium languor, ciborum nauſea, ſomnus profundus, faucium linguaeque inflammatio, aliaque ſupervenere ſymptomata.

RESOLUTIO.

In angina illa & in inflammatione faucium & linguae, tinctura rubra a Chirur-

gis commendatur, baſis eſt ſal.armon. & non datur melius in febribus malignis contra inflammationem faucium: in defectu hujus poſſunt praeſcribi formulae, quas habet Barbette cap.de angina, ex aq. flor. ſambuc. vini ſpirit. ſale armoniac. Tincturam enim illam etiam ingreditur vini ſpirit.

Tria ſunt alexipharmaca, ex vegetabili, totus citrus eſt alexipharmacus, vid. tract.Krubii de malo citro. Ex regno animali totus cervus eſt alexipharmacus, omnia enim ex cervo, praeparata reſiſtunt malignitati. Ex regno minerali antimonium.

C A S U S XXII.

De Variolis & Morbillis.

H I S T O R I A.

Coſmus Ludovicus, Filius meus, circa aequinoctium vernum Anni M.DC.XLIII quo tempore morbilli & variolae per totam fere Pomeraniam graſſabantur, vehementem capitis, oculorum & dorſi dolorem, ſpirandi difficultatem & ardorem totius corporis querebatur, acceſſit tremor manuum pedumque, palpitatio cordis & pruritus quidam ſive ſenſus punctionis in cute.

Urinae ſanorum fere erant ſimiles, facies rubra, cutis ad tactum aſpera.

R E S O L U T I O.

Natales habent variolae in utero materno; non tamen ſentimus hinc, quod vulgariter alias dicitur, ex ſanguinis materni vitio labem hanc produci, ſed potius putamus ex vitio chyli hoc fieri (hic repeti debent illa, quae alibi propoſita ſunt, ſanguinem non eſſe ſuccum nutricium partium corporis noſtri: rationibus alibi datis addi poſſunt haec, ſi ſanguis, qua ſanguis eſt verum nutrimentum, tum pulmones in immenſam excreſcerent molem, quoniam ob ſpongioſitatem, & laxitatem continuo in corpore vivo ſanguine ſunt repleti. Secundo quomodo partes carnoſae adeo candidae ſucco adeo purpureo reſtaurari poſsint.) Quum itaque in foetu coctiones multo debiliores ſunt, quam in adultis, quod nemo negabit, chylus non adeo perfecte elaboratus, facilius hinc inde in tubulis partium haerere poteſt & obſtructiones parere, naturamque fomitis alicujus acquirere, praeſertim quum ſpiritus animales tanta in copia non influant ad circulationem humorumque circulantium promovendum, unde putamus materiam illam fermentabilem occultari in tubulo aliquo, donec conveniens motor accedat, eamque ſanguini immiſceat.

Obj. 1. Quomodo per tot annos materia haec latere poſſit citra noxam & immota. Reſp. eodem fere modo, quo venenum canis rabidi in parte aliqua corporis ad plures dies & annos latere ſolet: eodem modo quo miaſma peſtilentiale per innumeros annos in corpore aliquo pedem figere poteſt.

Obj. 2. Quomodo in tot exercitiis vehementioribus corporis, in tot inſultibus febrilibus & magna ſanguinis exagitatione materia haec in ſuo tubulo manere poteſt, & quare tunc non una rapiatur & ſanguini immiſceatur. R. Ad agitationem hujus materiae non requiri copiam materiae alicujus ſubtilis, ſed certam aliquam & determinatam, quemadmodum enim non quaelibet materia aetherea poros magnetis & ferri permeat, ſed certa & determinata, & quemadmodum in magnete igni commiſſo major procul dubio materia ſubtilis ineſt, quae nequaquam ferrum attrahit (ut vulgo dicitur) nam magnes tunc amittit virtutem: ſic etiam quam primum conveniens materia primi elementi corpori admiſcetur, tunc demum ſequitur ejaculatio & extractio materiae illius latitantis in ſuo tubu-

lo

Digitized by Google

lo per tot annos, unde videmus quod variolae ſemper ſint epidemicae. Itaque materia haec, cui jam admiſta eſt primi elementi contraria plane materiae ſubtili ſanguini admiſtae, delata ad cordis ventriculos, miſtionem turbat, & quum in principio non ſtatim omnes partes ita exagitari poſſint, minor adeſt fermentatio, pulſus parvus & debilis.

Poſt vero ſuperatis jam etiam partibus craſſioribus ab illa fermentatione ſpiritus animales copioſius generantur, adeoque copioſius etiam per nervos excurrunt, humorumque circulantium motum accelerant & augent, hinc *calor valde vehemens* anima cogitante de re inſueta.

Dilatatis admodum poris arteriarum plurimae partes egrediuntur in tubulos, in convenientibus ſuis figuris in meningibus continui ſolutionem excitantes, unde *dolor capitis*. Sanguis effervescens majus occupat ſpatium & vaſa valde diſtendit, unde *dolor oculorum & dorſi*, ſignum hoc ſemper ſolet adeſſe. Cordis parietes valde dilatati, & a ſpiritibus animalibus partibusque velociſſime agitatis in parenchymate repercuſſi palpitationem cordis producunt. Muſculi thoracis valde infarcti humoribus circulantibus, ut & ſanguis torrentis inſtar cellulas pulmonum permeans, reddunt ſpirandi difficultatem.

Humores antea quieti in ventriculo nunc exagitantur, accedit ſpirituum animalium motus, hinc *vomitus*. Pori cerebri connivere vel claudi neſcientes liberum ſpiritibus animalibus concedunt tranſitum, unde vigiliae.

Quamdiu nervi oris blando motu vibrantur a ſaliva, nulla ſitis, nulla etiam perceptio iſtius motus blandioris, anima non judicante de conſuetis: quod ſi deficiat humidum illud, & nervi plus vel minus agitentur, jam anima judicat de re inconſueta, & concipit ideam ſitis: deficit illud humidum in variolis, quatenus magna lymphae copia ſub forma venti in magna illa effervescentia avolat.

Sanguis valde exagitatus minutiſſima etiam vaſcula capillaria turgere facit antea inconſpicua, unde *faciei & oculorum rubor*. Rarius bis vel ter hominum aliquis variolis laborat, quatenus in illa fermentatione tota illa materia & fomes ille excutitur e tubulo, ſi hoc non fiat, denuo hoc morbo corripi poteſt, teſtante id experientia: ſed rarius hoc fit.

Nulla hic conveniunt purgantia, nulla vomitoria, natura quaſi digito monſtrante medendi methodum, ſi valde vehemens fermentatio adſit, Medicus moderatus ſit in exhibendis ſudoriferis calidioribus, hoc enim errore talis fermentatio excitari poteſt, ut non ſolum partes heterogeneae excludantur & ad habitum corporis deferantur, verum etiam ipſae inquilinae & domeſticae de ſuo ſtatu deturbentur: unde ex fermentatione perfectiva poteſt fieri corruptiva.

Si jam maculae appareant, tum audacius ſudorifera propinari poſſunt, venae ſectio etiam utilis habetur ſtatim in principio, quum videamus haemorrhagiam largiorem inſtitutam a natura valde proficuam eſſe, nec tanta in copia poſtea variolas apparere. Omnibus commendo liquorem contra variolas a D.D. Dolaeo & me millies expertum, quem & nos una invenimus.

Convenit egregie aqua expulſiva frequenter exhibita. Medicus ſemper habet rationem oculorum, narium & faucium: defendantur oculi croco, vel floribus balauſtiorum in aqua plantag. & roſar. incluſis: nares butyro recenti majali vel ol. amygdalar. dulcium: *fauces* mucilagine ex ſem. cydon. pſyllii, faciliime fauces contrahunt gangraenam, hinc mature praeſcribendi gargariſmi, vel ope Chirurgi frequenter fauces ſunt praeſervandi.

Plerumque hic morbus durare ſolet ad diem 13. qui 9. vel 11. diem ſuperaverint raro moriuntur. Circa declinationem diarrhoea ſaepius ſupervenire ſolet, non lethalis, quapropter poſt 9. diem modice adſtringentia & ſimul alexipharmaca exhibenda, ut terra ſigillata, &c.

CA-

CASUS XXIII.

De Peſte.

HISTORIA.

QUum Anno M. DC.XXX. in obſidione Colbergenſi immaniſſima peſtis graſſaretur, multosque cum e Civium ordine, tum ex preaſidiariis, e medio tolleret, inter alios FRANCISCUS de MOERS, in exercitu imperatorio peditum Colonellus & fortalitii Colbergenſis Commendator praeſervationis quaedam remedia a me petiit.

RESOLUTIO.

Venenum peſtilentiale valde ſubtile eſt, ut quaqua verſum facillime ſeſe diffundere poſſit, hoc habet commune cum aliis venenis ex triplici regno deſumtis: recte enim deſcribitur venenum, quod in minutiſsima portione ſanguini communicatum noceat, & eo ipſo diſtinguitur a purgantibus, quae nimia in doſi exhibita noxam inferunt. Videtur autem communicari aëri, & mediante hoc aliis corporibus ſub forma halitus vel vaporis, multoque majorem ſphaeram acquirere ſanguini jam communicatum, ita ut gr. 1. veneni peſtilentialis ſufficiat ad totam maſſam ſanguineam reliquoſque humores inficiendos. Conſtat enim ex obſerv. Boyle unicum granum tincturae Kermes coloraſſe libras 29. aq. & Mercur. ſublim. nec non colocynth. quae ſolo etiam contactu corpora contaminant, inſignem aquarum molem auſteritate inficere, & unicum gr. pulv. pyrii accenſum vique ignis expanſum juxta Mathematicam computationem occupat ſpatium centies vicies millies majus: & ſi computationem inſtituere velimus tincturae Kermes, videbimus illam acquiſiviſſe ſphaeram centies vicies quinquies millies majorem. Requiritur autem ut conveniens accedat vehiculum, unde ſtatuimus venenum peſtilentiale multo anguſtioribus includi terminis eo tempore, quo adhuc haeret in aëre poſt vero multo majorem acquirere ſuperficiem, & in ſanguine mirum in modum expandi juxta minimas ſuas particulas, eſt enim ex familia ſalium, quae commodiſsime in humido aliquo in infinitas abeunt partes.

Aliqui ſtatuunt, venenum peſtilentiale ſemper de novo creari & a DEo immitti; ſed quid opus entia multiplicare vel & miracula.

Ut plurimum natales habet in terrae viſceribus, quae frequenter effluvia valde acria volatilia & activa eructant, vel etiam ab aëre vi quaſi abripiuntur & in regiones longe diſsitas transferuntur, videmus enim quod terrae motus, dum nempe cavernae cryptaeque inferiores reſerantur & ſub forma atomorum venena varii generis ab aëre imbibuntur, in ejuſque ſinu alio transferuntur.

Dividi alias poſſunt venena in occulta & manifeſta: *Manifeſta* in napello, helleboro aliiſque ipſis ſenſibus etiam obvia. *Occulta* quae ſenſuum examen ſubterfugiunt, & demum in ſanguine producunt virulentiam, ut venenum viperatum, arſen. antimonium.

Facilius peſtis producitur, ſi venenum ſanguini communicetur, nam extra ſanguinis patriam citra noxam deliteſcere poteſt. Obſervatum enim fuit tempore peſtis fontanellas ſaepe deprehendi alteratas & mutatas, idque eo frequentius, quo cum aliis peſte decumbentibus verſatur. In ſaliva viperarum latet virus valde volatile, quod tamen nequaquam ſuam exerit virulentiam niſi mediante vulnere teſtatur etiam Rhedi, ſalivam viperarum deglutiri poſſe citra noxam aliquam: & in vulgus notum eſt, nicotianam innoxie tractari & etiam aſſumi; verum ſi ol. ejus ad gtt. j. ſanguini per venam injiciatur, ſequuntur convulſiones & mors, ratio forſan manifeſta ſatis eſt, quod venena praevia illa miſtione cum liquore ſtomachali

 ener-

enervantur, acida enim ſunt venenis inimica, quae immediate ſanguini communicata integris viribus corpus ingrediuntur,& haec eſt ratio , quare noceat tantopere jejuno ventriculo egredi tempore peſtis , quia horis matutinis ſopitum quaſi jacet fermentum ventriculi, quod vel mica panis vel hauſtu vini reſtauratur,quicquid etiam cum ſaliva deglutitum fuerit, facile poterit alterare , ejuſque vires infringere. Ex his fluunt varia conducentia ad naturam venenorum & diverſos illos effectus explicandos: Alia enim obſervabis ſymptomata , ſi venenum hoc primum occupet cerebrum vel ſyſtema nervoſum cum ejus incolis : alia ſi ſanguinem primario ingrediatur: alia ſi ventriculum ingrediatur & i teſtina.

Nonnulli Medici naturam ventriculi peſtilentialis explicaturi denominationes deſumunt ab aliis venenis, vocantes Arſenicale, Mercuriale, antimoniale, napellinum: verum maxima adhuc differentia eſt , quoad volatilitatem & activitatem quod enim in venenatis illis corporibus eſt ſub forma ſucci, humoris vel alius corpuſculi tenuioris, hoc in venenis peſtilentialibus apparet ſub forma ignis , fulminis vel alius corpuſculi ſumme volatilis. Docuit Boyle in ſuo tract. de gemmis pleraque fere corpora exſpirare atomos,unde fides confirmatur illorum ſtatuentium, herbas pro diverſitate ſoli nunc venenatas nunc ſalubres eſſe ; obſervatum enim fuit, herbas venenatas expreſſas reddidiſſe ſuccum Mercurialem , ſtante aliquandiu ſucco in vaſe, ſtatim Mercurius petit ſundum vaſis: quod ſi eaedem herbae aliis in locis natae ſimili modo fuerint examinatae, ne veſtigium Mercurii reperiri licuit;& ſcorpiones in Hetruria citra noxam tractari poſſunt,qui in Apulia maximo abundant veneno.

Peſtis eſt cum febre vel ſine febre. Cum febre, quando mitius adhuc eſt venenum & ſanguinis maſſam non penitus in momento diſſolvit , ſed ſaltem turbat , motumque celeriorem imprimit. *Sine febre*, quando venenum peſtis vel fulminis inſtar ſanguinis compagem & texturam deſtruit, tuncque adeſt totalis turbatio & deſtructio nihilque aliud videtur eſſe , quam necroſis vel ſphacelus ſanguinis , dum ab omni parte aër & corpuſcula aëri innatantia admittuntur & ſtatim ſequitur putredo.

Tempore aeſtivo tempeſtas tonitruoſa vinum vel cereviſiam in cellis exagitat & in novam fermentationem conjicit , ſaepius a fulmine in momento ita corrumpuntur, ut nulla arte in priſtinum locum vel ſtatum redigi poſſint : duos hos effectus videmus in peſte, quae eſt cum vel ſine febre.

Phaenomena peſtem concomitantia praecipua ſunt bubones & anthraces . In glandulis ſp. an. miſcentur humor. circulantibus , eorumque motum verſus cor accelerant . Ex ſanguine veneno contaminato ſpir. tanta in copia non generantur ad munus hoc exequendum , imo & jam generali a veneno deſtruuntur , unde hum. circulantes concreſcunt, & *bubones* circa inguina vel ſub alis vel retro aures producunt.

Partes fervidiores ſanguinis & humorum ad ſuperficiem cutis depoſitae ſarcoticā vi pollentes, *anthracem* excitant & in eſcharam abeunt , reliqua phaenom. ut delirium, mictiones cruentae &c. per noſtra principia facile explicari poſſunt.

Curatio vel praeſervatoria eſt vel curatoria . *Praeſervatoria* eſt vel theologica vel politica vel medica. Tutiſſimum remedium quoad praeſervationem eſt : *cito* , *longe* : *tarde*, cito abi, longe recede, tarde redi.

Quoad Medicam praeſervationem multa jactanter, varia etiam conſcripta ſunt volumina ab aliis, qui nunquam peſti interfuere, quibus nequaquam habenda fides, ſed potius Auctor tales conſulendi , qui graſſante peſte aegrotantibus facere Medicinam. Duo tractatus prae aliis commendare digni , Diemerbroek & Barbetto de peſte, ſcripſit etiam tractatum elegantem Gieslerus de peſte Brunſvicenſi . Laudem etiam meretur Sylvius quoniam plures curavit peſte laborantes . Peſtis enim

vel

Digitized by Google

vel Proteo mutabilior eſt, & quae in una peſte profuere; illa in altera fruſtra erunt, itaque ſemper conſulenda experientia.

Nec purgantia conveniunt nec venae ſectio, quia facile his remediis crabrones irritari poſſunt: blandiora, ut pilulae aloëticae felici ſucceſſu ſingulis ſeptimanis exhibentur, bucella panis aceto fl. calend. vel aceto aliquo bezoardico vel domeſtico irrorata ſingulis horis matutinis ſumta poſt Deum egregium erit praeſervativum. Nobil. Dn. Praeſes in peſte Hanovienſi ſingulis fere diebus cum viſitare voluerit aegrotos hauſit vitrum vini recens e cella allati, quo ſe praeſervavit. Medicus Anglus fatetur ap. will. blandum illud acidum quod ineſt vino reſtaurare fermenta & ſpiritus & ſimul acre illud ſal peſtilentiale enervare. Cl. Diemerbr. ſeſe praeſervavit tabaco, evacuans fiſtulas 20. vel 30. de die, ſunt alias fere innumera quae jactantur. Sp. ardentes ſive aq. vitae praeſervationis gratia a multis in peſte aſſumuntur, quod tamen remedium non adeo tutum eſſe exiſtimamus, tum quod in nimia doſi, in qua plerumque excedunt, aſſumtum, fermentum ventriculi obruat, quod tamen blandiori ſua aciditate venenum peſtilentiale valde enervatum etiam quod maſſa ſanguinea nimis referet viamque ſternat, ut eo facilius aura peſtilentialis ingredi poſſit.

Theriacalia nequaquam promiſcue curationis vel praeſervationis gratia ſunt exhibenda, quum ſint valde calida & ſanguinem facile nimis exagitent, itaque ſenibus & naturis frigidioribus conveniunt, nequaquam vero infantibus & calidioribus. Valde commendatur vinum camphorat. ut primus hauſtus in prandio vel coena ſumatur, camphora accenditur & deſtillatur, vel guttulae labantur ſuper vinum. Simili modo in Dyſenteria parari ſoleat aq. camphorat. egregii uſus praeſertim in maligna; ad praeſervationem, ſi vaſa lacte repleta in conclavi reponantur, teſtatur enim experientia, quod lac repoſitum in cubiculo, in quo aeger peſte correptus decumbit, labem venenatam contrahat & corrumpatur, quod ex colore flavo & citrino, quo tingitur, ſatis apparet.

Amuleta jactantur varia de collo ſuſpendenda, effectus dependet e certa materia aetherea illa perfluente, motu & miſtione aureae peſtilentiali, contraria.

Quoad balſama praeferuntur aceta ſpongiis indita & naribus etiam in publico oblata: ſuaveolentia diſplicent, & conſtat ab experientia magis prodeſſe, unde ſulphur accenſum & pulvis pyrius tantopere commendatur.

In Curatione, quae maturanda, ſi Medicus eo ipſo momento, quo aeger ſe male habet vocetur.

Vomitorium ex antimonio propinari poteſt, facta evacuatione abſque ulla mora fortius ſudoriferum exhibendum, omiſſa plane venae ſectione contra quam egregie pugnat argumentum ex ipſa ſanguinis circulatione deſumtum, quod ſudoriferum ſingulis 6. horis repetendum, ſingulis autem fere momentis cordialibus aeger reficiendus a ſomno abſtinendus, quia fermentationes in ſomno debiliores ſunt, humores potius verſus centrum haerent quam ſuperficiem Ex gr.

℞. *Aq. contra febr. malign. ex ſuccis* unc. j. *theriacal.* drach. vj. *tinct. bezoard. camph.* drach. j. *ſir. acetoſ. citri* unc. ſem. miſc. f. potio pro ſudoribus excitandis.

℞. *Aq. card. bened. galeg.* ā ā. unc. i. ſem. *ol. ſuccin. camph.* ā ā. gtt. viij. ad xj. (quod in peſte Hanovienſi profuit) Deſcriptionem videre licet apud Schrod. titulo de camphora, evolvantur etiam animadverſiones Hoffmanni ad notas Schrod. *Sacchar. perlat.* drach. j. miſ. f. potio.

℞. *Acet. fl. calend. bezoard. ſive deſtillat. vel per infuſion. pp.* drach. iij. *aq. ulm. ſcord. ſcorzon.* ā ā. unc. j. *antimonii diaph.* ſcrup. ſem. miſ. f. potio.

Antimonium diaph. commendat in peſte Barbette praeſertim in infantibus, qui falli poſſunt, cum non libenter alia medicamenta aſſumant: & in potu ordinario exhiberi poteſt.

De Confortantibus: ℞. *Aq. cor. cer. citrat. cordial. frigid. ſaxon, el. ſine camph.* ãã. unc. iij. *cordial. temper.* unc. ſem. *ſucci rub. idaei* unc. j. vel in hujusdefectu *ſir. acetoſ. citri* miſc.

℞. *Aq. borrag. bugloſſ. perlar.* ãã. unc. j. ſem. *cinnam. bugloſſat. ft.* (ſi dyſenteria diarrhoea, vomitus) *cinnam. cydoniat.* unc. ſem. *perlar. praept.* drach. ſem. vel drach. j. *eſſent. citri ſacchar.* drach. i. ſem. miſ.

℞. *Aq. contra febr. malign. ex ſuccis rub. idaei e ſuccis. bugloſſ. ſcorzoner. flor. auranti.* ãã. drach. ij. *confect. alkerm. de hyacinth.* ãã. drach. ſem. *julep. roſat. compl. incompl.* drach. ii. miſc. Inſtillari poſſunt gtt. aliquot ſpiritus vitrioli, vel nitri, vel ſulphuris ſive etiam ſuccus citri recens expreſſus poteſt addi.

In forma pulveris. ℞. *Lap. bezoard. Orient.* ſcrup. ſem. *perlar. praept.* gr. xv. *pulv. cord. pretioſ.* ſcrup. ij. *nitr. perlat.* ſcrup. ſem. miſ. pulv. pro aliquot doſ.

℞. *Terr. ſigill. bol. Armen. cor. cer. ſine igne calcinat.* ãã. drach. ſem. *rad. petaſit.* drach. j. miſ. f. pulv.

℞. *Pulv. bezoard. Sennert. pannon. rubr. ſpec. de hyacinth.* ãã. drach. ſem. *antimon. diaph.* ſcrup. j. *confect. alkerm.* gr. iij. vel iv. miſ. exact.

Ad deſcriptionem aceti theriacalis Auct. addi poteſt ex rad. contrajerv. ex herb. card. bened. centaur. min ex flor. ſtaechad. e ſemin. card. bened. citri.

Sed facilius & viliori pretio praeparari poteſt.

℞. *Rad. angel. enul. pimpin. torment.* ãã. drach. ij. *herb. rut. millifol. ſcord. card. bened.* ãã. m. j. *flor. calend.* m ſem. baccar. jun. ſamb. ãã. unc. i. ſem. *acet. vulgar.* lib ij. vel i. ſem ſtent in ſuſione.

Ad ſudorifera & cordialia aliae formulae poſſunt addi.

℞. *Diaſcord.* drach. ij. *confect. alkerm.* drach. j. *lap. bezoard. Occident.* ſcrup. j. miſc. pro electuar. ſingulis horis quantum cuſpide cultri capitur exhibendum.

℞. *Diaſcord.* drach. j. *antimonii diaphor.* gr. xv. miſc. pro una doſi.

INDEX
RERUM ET VERBORUM;

In quorum numerus Romanus Caſus vel Capita, alter Paginas oſtendit.

A

ABortus LXXXII. 277. *Cauſsa ibid.* 303. *cura* 277.
Acetum theriacale præſervat a peſte 340.
Aceta 94.
Acbotes III. 542. *nomina ibid. cauſsa* 359. 542.
Acida in febribus intermittentibus ſunt ſuſpecta 292. *in continuis proſunt ibid. nocent gravidis* 303.
Acidulae an ſitim tollant 286. *in phthiſi praeſervationis loco uſurp.* 294. *nocent in ſcorb.* 302. *laudantur in flux. alb.* 303. *conveniunt in gutta roſac.* 570. *nocent in atrophia* 137. *conducunt in melanch. hypoch.* 401.
AEquilibrium ſpirituum 409.
AEtas conſiſtens 401.
AEther Carteſii 415. 426. 440. 457. 496. 499. 497. 557. 558. 568.
Aër 401. 568.
Aer noxius vulneratis 387. *peſtilentialis* 340.
Affectio hypochondriaca XXXV. 128. *ſubjectum* 128. *cauſsa & prognoſis* 129. *cura ibid.*
Affectus catarrhales admittunt purgationem aloeticam 319.
Alkali & acidum 5.
Alimentum quid 57. *ex regno vegetabili. ibid. animali* 59.
Alvi fluxus LXXVII. 272. XIV. 548. *cauſsa* 272. 549. *prognoſis* 272. *cura* 272. 549. *cruentus ſolvit profluvium menſium* 146. *in menſium difficultate unde ibid.*
Alvi fluxus 87. XIV. 490. 548. *retentio vel alvus adſtricta ſeu conſtipata* XV. 549. *cauſſa* 129. 130. 138. 147. 287. 491. 549. *cauſſa in ſcorbuto* 407. *in quibus fiat morbis* 287. *reddit partum difficilem* 304. *cura* 287. 491. 549.
Amaritudo oris unde 422.
Amaurosis vide Gutta ſerena.
Ambuſtio XXV. 575. *cauſſa ibid. prognoſis* 391. *cura ibid.* 575.
Amputatio manus 385.
Anaſarca 353.
Aneuriſma III, 325. *cauſſa ibid. cura ibid. ſpecificum ibid.*
Angina XV. 111. I. 469. *ejus nomina* 319. *definitio* 469. 319. *ſpecies* 320. 469. *ſubjectum* 296. *ſymptomata* 470. *ſigna* 472. *prognoſis* 320. 321. 472. *cura* 111. 296. 321. 472. *admittit fonticulos* 296. *maligna admittit vomitoria* 321. *admittit laryngotomiam* 321.
Anima oculi quaenam 297.
Anima ſuas operationes per corpus perficit bene, ſi ſanum, & male, ſi morboſum eſt 433. *quomodo a ſpiritibus in varia cerebri veſtigia ruentibus decipiatur* 434. *judicat ſecundum conſuetudinem* 439. 454. 416. 457. 464. *ejus tranquillitas in quo conſiſtat* 415. *non delirat* 411. *huic multa adſcribuntur quae corpori debentur* 433.
Ani procidentia XIX. 551. *cauſſa & cura* 552.
Anorexia II, 485. *cauſſa* 486. *cura* 285. 486.
Antimonium diaphoreticum an diuturnitate temporis malignum fiat 255
Aphthae IX. 545. *ſubjectum ibid. cauſſa ibid. prognoſis* 546. *cura ibid.*
Apophlegmatiſantia 86.
Apoplexia IV, 101. II, 312. XIII, 425. *ſubjectum* 313. *cauſſa ibid.* 426. 427. *ſigna* 426. 427: *fortis quaenam ſit* 101. *prognoſis* 314. 429. *quomodo ab aliis morbis differat* 101. 428. *emetica proſunt* 300. *plantae pedum urtica fricandae* 300. *admittit fonticulos ibid. cauterium actuale laudatur* 300.
Appetitus caninus 345. *proſtratus* 118. 136.
Aquae deſtillatae 94. *fontana* 60.
Ariditae membrorum cura 294.

Ar-

Arſenicum XI, 589. *peſſimum eſſe venenum ibid. cura ibid.*
Arteriotomia laudatur in cephalalgia 301
Arthritis vaga XXVI, 456. *cauſſa ibid. cauſſa in cerebro eſt* 318. *facile fiunt calculoſi* 497. *curatio* 301.497. *admittit fonticulos* 301.
Artuum laſſitudo 134.
Aſcarides uteri V, 506.
Aſcites XXXVII, 131.353.*cauſſa & prognoſis* 131.*ſeq. cura ibid.*132.
Aſthma ſtomachale XVII, 112.*cauſſa ibid. cura ibid.*281. *pituitoſum VI*, 480. *cura* 481.*ſpecies ibid.* 482. *ſeroſum VII*, 482. *laudatur gummi ammoniac. & balſ.ſulph. aniſ.* 482. *conducit ſperma ceti* 481.
Aſtrorum influxus 404.
Atheroma 395.
Atrophia ſcorbutica XLII, 137. *cauſſa ibid. nocent acidulae ibid.ſeq.*
Auditus difficultas XII, 109.*XXX*.459.
Auditus tripliciter laedi poteſt 467.
Aulici affectibus ſoporoſis obnoxii 318.
Aurium tinnitus XXIX, 457.*ſubjectum ibid. differt a ſonitu ibid. cauſſa ibid. prognoſis & cura* 458.*vid.* Tinnitus.

B

BAlbuties XXXIV, 463. *cauſſa ibid.*
Balſamus ſulphuris aniſatus nocet, & quandoque producit phthiſin 281. 332. *conducit in aſthmate* 482.
Bilis non tingit urinam 413. *alkalinae eſt naturae* 548.
Bolus 95.
Bubo V, 558. 395. *ſubjectum & cauſſa* 559. *duplex* 559.*cura ibid.*
Bufonum ova antidotum epilepſiae 411.
Bulimia 345. 29.
Butyrum 59.

C

CAchexiae curatio 295. *raro purgandum ibid.*
Cacochymia, ſigna, curatio 43. 73.*ſeq.*
Calculoſi facile fiunt icterici 296.
Calculus renum XLIII, 138. *XXIII*, 497. *in qualibet corporis parte generari poteſt* 462. 497.*cauſſa* 138.362.363.497. *ſymptomata* 498. *prognoſis* 138. *cura* 139. 498. *ſpecificum* 365. *lithontriptica nocent in paroxyſmo* 498. *an excindi poſſit* 139.
Calidum innatum 10.
Calor innatus non datur, ſed influens 576.
Calx viva XIII, 590. *ejus effectus ibid.*
Camphora in febribus laudatur 255. *convenit in odontalg.*467.
Cancer quid ſit & quotuplex 396. *ſubjectum* 278.*cura* 396 .*ex labiorum fiſſura XXXVI*, 464.*cauſſa & cura* 464.*mammarum XXXVII*, 538. *cura ibid.*
Canities XXX, 579.*cura* 396.
Capitis gravitas 128.
Carbunculi cura 395.
Cardialgia 118. *diviſio & cura* 286.287.
Caries oſſis & ſubjectum 278.*ſigna & cura* 390.
Carminativa proſunt in affectibus uteri, 506.
Carus IX, 418. *differt ab aliis ſoporoſis* 418. *cauſſa* 419. *phaenomena & cur reſpiratio libera* 419. *prognoſis & cura* 420. *calida adhibenda & ſternutatoria* 420.
Caſtoreum 420.
Catalepſis 419. 429.
Cataplaſma 95.
Cataracta XXV, 453. *ſubjectum & cauſſa* 454.*ſigna* 455.*prognoſis & cura ibid. operatio ibid.*
Catarrhi V, 317. *XVII*, 440. *cauſſa* 442. *phaenomena* 442. *cura* 443.444.
Catarrhus ad nares ſeu coryza XI, 108. *cauſſa & cura ibid.*
Catarrhus ſuffocativus XVIII, 445. 284. *definitio, cauſſa, prognoſis, & cura* 446. *praeſervativum* 284. *ut mittit venae ſect.*284. *nocent unguenta* 318. *inteſtinalis XXXI*, 124. *prognoſis & cura ibid.*
Cauſſa communis quorundam affectuum ſoporoſorum 314.
Cauſſae nonnaturales 400.
Cauſus V, 597.338. *vide Febris ardens.*
Cauterium actuale laudatur in apoplexia 300.
Cephalaea ſcorbutica III, 405. *cauſſa* 134. 407. *prognoſ.ibid.cura* 408.
Cephalalgia I, 96. 300. *arteriotomiam admittit* 301. *biliosa I*, 397. *ſubjectum* 402. *cauſſa* 397. 400. 502. *an ſit ſymptomata* 398. *prognoſis & cura* 401.

diae-

Digitized by Google

diaeta 403. pituitoſa II, 403. cauſſa ibid. 404. 426. prognoſis 404. cura 97.
Cerebrum & cerebellum an ſint partes ſenſibiles 402. a quibus commoveantur 382.
Cerevisia 60.
Cholera 31. XXVII, 120. VII, & VIII. 488. cauſſa 120. 488. prognoſis 121. cura 121. 289.
Chloroſis 37. XV, 518. cauſſa ibid. varia nomina ibid. cura ibid.
Chylificatio 6.
Cibus peccans quantitate & qualitate 21.
Cicuta IV, 585. quoad figuram convenit cum petroſelino & paſtinaca ibid. cura 586. ſymptomata 586. & ſeq.
Circulatio ſanguinis quomodo fiat 401.
Clyſter 95.
Clyſteres conveniunt in morbis chronicis 281. eorum quantitas in adultis 286.
Coecitas ex verruca oculi XX. 447. cauſſa ibid. ex ulcere pedis XXVII, 456. cura ibid. ex veneficio XXVIII 457.
Caeliaca XXXIII, 126. cauſſa 289. cura 289. ſaepe cauſſa difficulter cognoſcitur ibid.
Coffe potus 97. 109. 128. 138. 141. 268. 314.
Colica 32.
Colica bilioſa XXVIII, 121. XIII, 490 364. cauſſa 450. ſubjectum 121. 489. prognoſis 121. cura ibid. ſeq. 490. pituitoſa XXIX, 122. XII, 489. 364. cauſſa 490. prognoſis 122. cura ibid. infantiis 101. 422. purgans forte admittit 290. clyſteres etiam antimoniales 290. habitualis curatio ibid. ſpecificum ibid.
Color ſanguinis unde 442. urinae unde 118. rubicundus in inflammatione unde 497.
Coma 34.
Comatis, cari & aliorum morborum ſoporoſorum inter ſe differentia 314.
Commercium animae & corporis 415.
Confortantia 88.
Conſenſus in morbis 18.
Convulſio in vulneribus 375. ſpecificum ibid.
Cordis ſtructura 11. palpatio vide Palpitatio cordis.
Corpulentia nimia I, II, III, 555. cura 556. proſunt fonticuli 557. mortis repentinae cauſa eſt 557.
Criſis duplici modo fit 264. in febre continua quando fiat ibid.
Cruditas acida XXIV, 118. ſubjectum & cauſſa ibid. progn. & cura ibid. nidoroſa XXV, 119. cauſſa, ſigna & cura ibid.
Cur poſt aſſumta ſudorifera vomitus fiat 255.
Cucurbitae 71.

D

DAemoniaci in Sacra Scriptura pro Epilepticis habentur 306.
Decocta lignorum in principio phthiſis conveniunt 254.
Defectus lactis LVII, 254. cauſſa & cura 254.
D. fluvium capillorum 476.
Defluxiones an fiant in conſtitutione calida & ſicca 406.
Delirium ſcorbuticum VII, 414. periodicum ibid.
Delirium unde 411. 412. 433.
Dentes quando erumpant 271. qualia illis noceant 286. eorum foetorem quid tollat 286.
Dentitio difficilis LXXVI, 271. X, 546. ſubjectum & cauſſa ibid. ſymptomata & prognoſis ibid. cura 271.
Dentium caſus XXXVIII, 465. cauſſa ibid. quae conveniunt & noceant dentibus 465.
Dentium dolor XIV, 110. XXXIX. 466. ſubjectum 110. 466. cauſa 110. 466. 467. oritur etiam a vermibus 468. oritur in ſcorbuto & lue venerea 467. cura 110. 467. ſymptomata 466. prognoſis 468. error chirurgorum 467. venaeſectio prodeſt ut et veſicatoria 300. interdum eſt ſignum conceptionis ibid. ploratu ſolutus XL, 468. cura 110. 468.
Deſtillata prae ſaccharatis in phthiſi laudantur 294. diaeta multum valet in arthritide 301. gravidarum 54.
Diarrhaea XV, 491. plus nocet quam alvus adſtricta 288 cauſſa ibid 467. 491. cura 288. non ſemper eſt ſiſtenda ibid. quid eam ſiſtat ibid. in morbis pectoris & puerperarum periculoſa ibid. cura non a ſtypticis inchoanda ibid. quid noceat 289. in febre maligna mali ominis 288.

in

in febre maligna vena non ſecanda 293. *tinctura rhabarbari* 492. *vide Alvi retentio.*
Differentia inter convulſiones & motus convulſivos 99.
Difficilis reſpiratio vide Reſpiratio difficilis.
Difficultas auditus XXX, 459. *differt a ſurditate ibid. ſubjectum & cauſſa* 459. *diagnoſis & prognoſis ibid. cura* 459. 460.
Digeſtiva in vulneribus 376.
Diſtorſio oris vide Oris diſtorſio.
Divini quid in epilepſia eſſe 306.
Diuretica fortiora in nephritide dolorem augent 298.
Dolor capitis ab ebrietate V, 409. *ſcorbuticus* 406. *cauſſa* 409. *cura* 410. *vide* Cephalalgia.
Dolor circa tempora unde 403. *diverſus a diverſa cauſa* 142. 398. *quomodo febrem producat* 443. *partus duplex* 304. *gravativus unde* 402.
Doloris ſpecies 87.
Dolor haemorroidum LV, 253. *cauſa & cura ibid.*
Dolor nephriticus XLIV, 140.391. *definitio, ſubjectum & cauſa* 362. *ſigna* 363. *prognoſis* 363. *cura* 140.363. *& ſeq. conducunt amara* 298. *proſunt carminitiva* 298.
Dolor uteri III, 503. *cauſa ibid. cura* 504.
Dolor poſt partum XXVIII, 531. *cauſa et cura ibid. prodeſt ſperma ceti ibid. et chaerofolium* 532.
Ductus lactiferi ad mammas non dantur 254.
Dum ſudoriferum datur cur alvus debeat eſſe aperta 255.
Dyſenteria 32. XXVII, 125. V. 355. XVII, 492. *definitio* 355. *cauſa* 125. 289. 356. *ſubjectum* 125. 355. 492. *ſigna* 356. *diviſio* 125. 356. *prognoſis* 125. 357. *cura* 125. 289. 493. 357. *recens et ab aſſumtis orta admittit vomitoria* 289. *veluti hypercatharſis purgationes non admittit ibid. adſtringentia nocent* 289. *ex contagio orta non eſt ſine febre ibid. conveniunt antipleuritica* 296. *adeſſe exulcerationem negatur ab* Helmontio 355. *tranſit in ſphacelum* 360. *clyſterum nimius uſus ſuſpectus eſt* 493. *Gravida vel puerpera per ſolam naturam curatur* 493. *oleoſa et opiata caute uſurpanda* 493. *antidyſentericum Waldſchm.*
Dyſpnoea 34.

E

E*Cchymoſis* IX, 561. *cura ibid.*
Efferveſcentiae cauſa 471.
Electuaria 95.
Elementa 4.
Elephantiaſis 583.
Elixiria 95.
Elixir proprietatis frequenter uſurpatum ſanguinis fluxum excitat 425.
Emollientia 90.
Emplaſtra 95.
Empyematis cauſa et cura 297. *venaeſectio in principio prodeſt ibid.*
Emulſiones 95.
Ephemera LVIII, 254. 336. 532. 596. *cauſa* 254. *ex lactis generatione oritur* 533. *ſigna* 254.255. *prognoſis* 373. *cura* 255.337. *degenerare poteſt in ſynocham* 255.
Epilepſia III, 99. XII, 424. VIII, 544. *varia nomina* 306. *ſubjectum* 306. *ſeq. cauſa* 99.271.308. 545.424. *ſigna* 308. *ſeq. prognoſis* 309. *interdum totum corpus convellitur* 306. *fermentum diu latet* 424. *cura* 299. 100. 309. 310. *ſeq.* 425. 545. *ſpecificum* Helmontii 311. *ſpecifica alia* 312. *non eſt convulſio, ſed motus convulſivus* 305. *cauſa caſus* 308. *ſpuma circa os unde* 309. *ſpecifica quando uſurpanda* 312. *conveniunt fonticuli* 310. *praeſervativum Florentinorum* 311. *formulae in paroxyſmo* 312. *foeminae huic morbo facile ſubjiciuntur* 299. *cinnabarina proſunt ibid. infantes huic morbo valde obnoxii* 311. *infantes ſi ex improviſo corripiantur quid ſignificet* 274. *antidotum* 311.
Epithema 95.
Errhina 86.450. *interdum haemorragiam incurabilem producit* 456.
Eryſipelas IV, 557.296. *cauſae* 557.393. *duplex eſt* 557. *ſeq. ſymptomata et ſigna* 393. *prognoſis ibid.* 558. *cura* 256.558. *mammarum* 305. *vulneratorum* 374.

Eſſen-

Eſsentia 95.
Euphorbium VII, 587.
Excreta & retenta 22.
Expectorantia 86.
Experientia 62.

F

Facultates animae cognoſcentis ubi reſideant 312.
Faciei & oculorum flavedo unde 399.
Febrifugum Craanenii 115.
Febris 125. 327. *ſubjectum* 334. 595. *ejus eſſentia* 417. 334. *cauſſa* 334. 473. 373. 411. 412. *quomodo ſuccedat inflammationi* 471. *ſigna* 261. 334. *prognoſis* 335. *diaeta* 291. *cura* 335. *non tollitur venaeſectione* 291. *puerperarum duplex* 533. *diviſio in putridam & non putridam* 336. *diaria* 254. 596. *poſt curam qualia conveniant* 265. *putridae cauſſa* 373. *cura* 337. *ſeq.*
Febris ardens LXVIII, 263. 338. 538. *quomodo ex lacte coagulato oriatur* 541. *ſigna* 263. 540. *prognoſis & cura* 263. *phaenomena* 610. 540.
Febris continua ex lochiorum ſuppreſſione XXXII, 534. *cauſſa ibid. prognoſis ibid. cura* 535.
Febris continua cum ictero LXIX, 264. *prognoſis ibid. cura ibid. ſemper lingua inſpicienda* 292.
Febris continua cum ſomnolentia LXVII, 262. *cauſa ibid. prognoſis ibid.* 263. *cura ibid. acida proſunt* 292.
Febris continua cum tuſſi LXX. 264.
Febris ephemera vide Ephemera.
Febris Hungarica LXXI, 265. *cauſa ibid. ſigna ibid. prognoſis & cura ibid. an proſint purgantia ibid. ſeq. potus* 266.
Febris inflãmatoria puerperarũ LXXIV, 268. *cauſa* 269. *prognoſis & cura* 269.
Febris lenta vide Hectica.
Febris petechialis LXXII, 267. 609. *unde nomen, cauſa., prognoſis & cura* 267. *vini modicum concedendum* 293.
Febris quotidiana LX, 257. XIII. 604. *cauſa, prognoſis & cura* 257. *vide quotidiana intermittens.*
Febris ſynocha putrida LXVI, 261. 596. 597. *cauſa & cura* 261.
Febris tertianae continuae cura 338. 599. *ſeq. maligna ſeu peſtilens* 340. *cauſa ibid. ſigna* 341. *prognoſis & cura* 342. *quo judicentur* 109. *in dentium difficultate unde* 271. *lymphatica* 283. *maligna requirit ſudorif. opiatum* 286. *lactea puerperarum* 304. 533. *maligna in principio admittit venae ſectionem* 293.
Faeculae 95.
Fermentatio ſanguinis 499.
Fermentum renale 400. *ſeq.*
Fermentum ventriculi 8.
Fiſtularum ſigna, prognoſis & cura 390. *martialia ſunt ſpecifica* 309. *vide Ulcus fiſtuloſum.*
Flatus in omnibus partibus generari poſſunt 504. *quid ſint* 505.
Flores 95.
Fluor albus vel muliebris L, 148. XIV, 516. *cauſa* 148. *ſubjectum* 516. *phaenomena* 516. *differt a fluore uterino ſeu gonorrhaea ibid. prognoſis* 148. 517. *cura* 148. *prodeſt venaeſectio* 303. *ut & acidulae ibid.*
Fluxus hepaticus VI, 360. 290. *ſubjectum* 360. *prognoſis & cura ibid.*
Fluxus menſium nimis XLIX, 146. X, 513. *cauſa* 147. 513. *ſeq. prognoſis & cura* 147. 514. *vide nimius menſium fluxus.*
Foetus mortuus fruſtulatim extrahendus 304. XXIV, 527. *ſigna foetum mort. indicantia ibid. ſymptomata poſt foetum mortuum advenientia ibid. ſeq. foetum mortuum expellentia* 528.
Foetus in utero ſugit ſuccum nutricium, non tamen reſpirat 539. *non gaudet vita propria ibid.*
Fonticuli ſeu fontanellae an occludi poſſint 284. *proſunt in corpulentia nimia* 557. *in rachitide* 554. *in angina* 296. *in epilepſia* 310. *in raucedine* 283. *in ophthalmia* 450. *in affectibus aurium* 459. *in phthiſi* 476. *in fluxu hepatico* 290. *in mictu cruento* 298. *in arthritide vaga* 301.
Frigus eſt peſtis puerperarum 304. *an ſit quid poſitivum vel negativum* 560.
Fulminis effectus 412.
Fungus venenatus V, 586. *ſymptom. ibid. cura ibid.*
Furni 93.

G

GAngion XX, 571. *ſubjectum, cauſſa & cura* 572

Gangraena LXXXIII. 277. IV, 479. XXVI 576. XXVII, 572. *ibid.* 379. *cauſſa* 479. 480. 277. 380. 576. 578. *ſubjectum* 278. *ſymptomata* 350. *ſigna* 577. *quomodo differat a ſphacelo* 278. *cura ibid.* 396. 578. *optime deſcribitur ab* Hildano 278.

Gangraena vulnerum cura 376.

Glandula pinealis 413. 419.

Gargariſma 95.

Gelatinae ibid.

Gemelli XX, 524.

Generationis opus 13.

Gonorrhaea cum ſuſpicione luis venereae LXXXIV, 279. *cauſſa & prognoſis ibid. cura ibid. degenerat in luem veneream ibid. qualia poſſit producere mala ibid. in foeminis unde* 148. 516.

Graviditas habet ſigna hydropis 353. *earum ſymptomata* 508.

Gummi ammoniacum prodeſt in aſthmate 482.

Gurgulionis laxatio 468. *cauſſa & cura* 469.

Guſtus depravatus XXXV, 463. *ſubjectum & cauſſa ibid.*

Gutta roſacea XVIII. 570. *cauſſa, prognoſis & cura ibid.*

Gutta ſerena 452. *cauſſa* 452.

H

HAemoptyſis XXI, 297. X, 483. *cauſſa* 115. 484. *prognoſis & cura* 115. 484. *purgantia nocent* 297. *fumus nicotianae nocet* 297. *venaeſectio prodeſt* 484.

Haemorrhagia narium, vide narium haemorrhagia.

Haemorrhagia vulnerum, prognoſis & cura 374. *ſpecificum* 375.

Haemorrhois coeca XXXIV, 127. *cauſſa ibid. quotuplex ſit, prognoſis & cura ibid. raro purgandum* 250. *venaeſectio nocet niſi urgente inflammatione* 250. *vinum nocet ibid. vitriolata proſunt* 297. *externe juvat ſaliva hominis vel canis* 250. *prodeſt ſtercus ſuillum* 257. *vide dolor haemorrhoidum.*

Hectica LXXIII, 267. 344. 114. 475 *ejus gradus & cauſſa* 267. *ſigna* 344. *ſpecies, prognoſis & cura* 268. *ſpecificum* 344. *ibid. eſſe poteſt abſque phthiſi* 344.

Helleborus VI, 587.

Hectica XVIII. 607. *cauſſa & ſigna ibid.*

Hemicrania II, 97. IV, 408. *cauſſa* 97. 408. *ſeq. cura* 98. 409.

Hepar canis rabidi ſpecificum eſt in rabie canina 311. *vid. obſtructio hepatis.*

Hernia XXX, 123. XVII, 551. *ſpecies* 123. 551. *cauſſa* 123. 551. *ſubjectum ibid. cura* 290. 551. 123.

Hernia uterina X, 367. *cauſſa & cura* 367.

Hernia inteſtinalis XI. 489.

Herpes 356. 395. X, 561. *cauſſa & cura ibid ſeq.*

Hirudines XVIII, 592. *effectus & cura ibid.*

Humor *catarrhalis non ex cerebro per os cribroſum deſtillat* 440. *unde veniat* 441.

Hydrocephalus *V*, 543. 392. *ſubjectum* 543. *cauſſa* 299. 543. *cura* 299. 394. 543.

Hydrops IV, 353. XIX, 493. *ſubjectum* 353. 494. *cauſſa* 353. 494. *ſpecies & ſigna* 353. *prognoſis* 353. 494. *cura* 295. 494. *ſymptomata* 490. *ſpecificum* 295. *potus* 295. *cur facile infantes corripiat* 354. *vinum prodeſt* 295. *venaeſectio nocet* 295. *confirmatus crebram admittit purgationem* 295. *foeminas diuretica juvant* 295.

Hypercatharſis XVI, 492. *cauſſa ſunt reſinoſa purgantia & cura ibid.*

Hyperſarcoſis *in vulneribus cauſſa & cura* 375 *ſeq. in ulceribus* 389.

Hypochondriaci *colicae obnoxii* 99. *nec non calculo* 497. *vid. Affectio hypochondriaca.*

Hypochondriorum *tenſiones unde* 436.

Hiſterica *paſſio* LI, 149. *oritur a vaporibus moſchi & ambrae* 308. *nocent purgantia* 303. *viduae juvenculae obnoxiae ſunt* 142. *vide Paſſio hyſterica.*

Hungaricus *morbus* XX, 610.

Hydragoga 79.

I

JAlapae reſina poteſt excitare hypercatharſin 492.

Icterus 37. XXXVIII, 133. XX, 495. *cauſſa* 133. *flavi cauſſa* 495. *nigri cauſſa* 99. *prognoſis* 133. 495. *cura* 133. 296. 495. *admittit vomitoria* 296. *Icterici facile fiunt nephritici* 497.
Ileus vide Iliaca paſſio.
Iliaca paſſio XXX, 123. VII, 360. 288. *ſubjectum* 360. *cauſſa* 123. 360. *ſigna ibid. prognoſis* 123. 361. *cura* 123. 361. 288. *an admittat ſectionem abdominis* 361. *praeſentaneum remedium* 362. *aegri inſtar puerperarum tractandi* 288.
Imaginatio quid ſit 413. *ejus vis* 571.
Impetigo XVI, 569. *cauſſa & cura ibid.*
Incontinentia urinae, vide Urinae incontinentia.
Incubus 35. XVI, 438. 315. *ſubjectum* 439. *cauſſa* 439. *cura* 440.
Indicationes 62. 131.
Indicantia 62.
Infantis diaeta 55. *vita in partu unde noſcatur & ejus mors ex quibus judicetur* 151. *eorum morbi unde dependeant* 538. *ſeq. uberibus non admovendus, ſi nutrix purgat* 541.
Inflammatio 393. 496. *ibid.* 412. 469. *ſigna, prognoſis & cura* 393.
Inflammatio & eryſipelas mammarum XXXV, & XXXVI, 537. *ſigna & cura ibid.*
Inflammatio tonſillarum XLI. 468. *cauſſa & cura* 469.
Inflatio uteri IV, 504. *cauſſa* 505. *mentitur conceptum* 505. *cura ibid.*
Infuſa 95.
In morbis curandis ad quid ſemper reſpiciendum 285.
In morbis ventriculi quorum ratio ſit habenda & quae fugienda 285.
Inſomnia 413. *cujus prodromi* 101.
Intemperies cum ſuis cauſſis & curationibus 18. 63. *frigida ventriculi I*, 485. *partium ſolidarum an detur ibid.* 502. 498. *cura* 485.
Intemperies uteri frigida I, 498. *cauſſa* 499. *ſymptomata* 499. *cura* 501.
Intemperies uteri calida II, 502. *phaenomena ibid. cura ibid. ſeq.*
Intercipientia 73.
Inter collyria excellunt infuſa antimoniata 302.
Iſchuria 34. *vide Urinae ſuppreſſio.*
Juglans arbor VIII, 587. *cauſſa cephalalgiae ibid. ſeq.*
Julebi 95.
Juvenum diaeta 56.

L

L*Ac* 59.
Lac becticorum remedium eſt, ſed magis in febre ſine ulcere 293. *in phthiſi prodeſt contra acrimoniam ſanguinis* 295. 501. *ſeq. laudatur in arthritide* 301. 478. *facile coagulatur* 536. *quaenam illud exſiccent* 305. 479. 534.
Lac geſtationis tempore e mammis effluens XXI, 524. *plerumque eſt ſignum debilitatis foetus in utero* 525.
Lactis corrupti ſigna 540. *ejus corruptionis cauſſa ibid.*
Lactis defectus, vide defectus lactis.
Lac coagulatum XIV, 590.
Lapidificus ſpiritus rejicitur 497.
Laryngotomiam docet Hildanus 321.
Lethargus IV, 316. *cauſſa ibid. cura* 316.
Lienem non ſegregare atram bilem 435.
Lienteria coeliaca XXXIII, 126. *cauſſa ibid. prognoſis & cura* 127. 289. *admittit purgantia benigna* 289.
Lignum ſympatheticum conducit in haemorrhagia narium 461.
Linguae cur omnia amara ſint 399. *eſt index maſſae ſanguineae* 463. 502.
Lipothymiae cauſſa 133.
Lithontriptica Doctoris Waldſch. 498. *an juvent* 139. *nocent in paroxyſmo* 498.
Literati cur affectibus ſoporoſis obnoxii 318.
Lixivium e cryſtallis nitri IX. 588.
Lochia nimia XXVII, 530. *cauſſa & cura* 531.
Lochiorum retentio XXVI, 529. *cauſſa ibid. prognoſis* 530. *quamdiu fluant* 529. *cura* 304. 530. *fluentibus non purgandum* 371. *vena ſecanda in pede* 536. *proſunt veſicatoria* 535.
Lues venera I, II, III, 582. *cauſſa & ſymptomata* 567. *cura ibid. ſeq. ſubjectum* 583. *cauſſa* 583. *eſt morbus contagioſus ibid. nomina ibid. ſigna* 584. *prognoſis & cura* 584. *ſeq. proſunt ſudorifera & ſalivatoria* 568. *Mercurius quid ſit* 568.

Lumbrici ſeu vermes LXXX.274. IX, & X, 488. XVI, 549. *ſubjectum* 275. *cauſſa* 110. 275. 506. 543. 550. *cauſſa pavoris in ſomno* 544. *ſigna* 308. *phaenomena* 549. *prognoſis & cura* 275. 550. *cur nares pruriant* 275. 549. *cerevisia medicata* 489.
Luna 499. 583.
Lympha duplex 305.

M

MAcies ex crinonibus XXII, 552. *cauſſa & cura* 553.
Maculae epaticae XXIX, 578. *cauſſa & cura ibid.*
Macularum in melancolia hypochondriaca cauſſa 436.
Magnes epilepſiae 100. *cur ferrum attrahat* 461.
Magnetica ſeu ſympathetica remedia eſſe ſuperſtitioſa 448.
Mammarum tumor XXXIV, 536. *prognoſis, cauſſa & cura* 537.
Mania VII, 36. 105, VIII, 415. 411. *cauſſa* 105 415. *ſubjectum* 417. *prognoſis ibid. differt ab aliis morbis* 105. *ſua tempora ſervat* 105. *pulſus ibid. potus* 302. *roboris cauſſa* 434. 417. *frigoris tolerantiae cauſſa* 417. *cura* 105. 302. 418.
Martialia quando in morbis chronicis exhibenda 281.
Materia ſubtilis vide Aether.
Meconium infantum 559.
Medicamenta in morbis chronicis quomodo exhibenda 280. *ſicca liquidis anteponenda* 285. *ſeq.*
Medicinae ortus 1. *definitio, genus, objectum &c.* 2. *ſeqq.*
Medicorum ſectae 1. 2.
Medicus in ſexu foeminino ſemper de ſtatu menſium quaerat 143. *ejus officium* 400. *contentus eſt definitione clara, licet regulis non conformi* 306.
Melancholia hypochondriaca XV, 432. 411. *ſubjectum* 435. *ſeq. variae ſpecies* 435. *cauſſa* 433. *ſeq. phaenomena* 435. *prognoſis & cura* 436. 437. *haemorrhoides ſupervenientes optimum remedium* 434. *cur facile tranſeat in maniam ibid. conveniunt acidulae* 437. *ſeq. proſunt martialia ibid. ſeq. conducunt purgantia antimonialia* 437. *ſaccharata nocent* 438.
Meliceris 395.
Memoriae imminutio XI, 423. *cauſſa ibid. bona unde* 423. *cura* 424.
Meningum vulneratarum ſignum 382.
Menſium cauſſa 421. 498. *cur dolorifici interdum, & mentiantur dolores partus* 146. *quo tempore primo erumpant* 501, *ſymptomata fluxum praecedentia* 499. *qualem ſpirent odorem* 144. *quamdiu fluant* 501. *cur infantes & juvenculae non experiantur* 500. *ſi in acuto morbo fiat, mali ominis eſt* 264. *cur in vetulis non fluant* 501. *cur ſanguis praeciſe in utero effluat* 500. *quare gravidae & lactantes eos non experiantur* 500.
Menſium difficultas XLVIII, 146. *cura ibid.*
Menſium fluxus nimius, vide nimius menſium fluxus.
Menſium paucitas XLVI. 142. 502. VIII. 512. *ſubjectum* 512. *cauſſa ibid. prognoſis* 142. *ibid. cura* 142. 512.
Menſium ſuppreſſio XI, 367. XLVII, 143. VI, 507. VII, 507. *ſubjectum* 367. *cauſſa* 143. *ſeq.* 367. 424. 504. 507 *ſigna* 368. *prognoſis* 142. 140. 508. 369. *ſeq. cura* 144. 369. 303. 508. 511. *cur ſit in gravidis* 150. 368. *urina cur cruda* 244. *quando in brachio vel pede vena ſit ſecanda* 425. *ventriculus compatitur* 143. *cur in lactantibus* 368. *qualia mala producat ibid. eſt affectus chronicus ibid. ſpecifica* 370. *conducunt martialia* 510. *conducit ſanguis hircinus* 510. *prodeſt fermentum domeſticum* 511.
Mercurii uſus laudatur in morbis chronicis 281. *in lue venerea* 568.
Mictio cruenta XLI, 136. *cauſſa & prognoſis ibid. cura ibid. admittit fonticulos, ſed purgantia nocent* 298. *nocent veſicatoria ex cantharidibus.*
Mictio praeternaturalis triplex 136.
Mola XIX, 524. *ſigna molae & conceptus ibid.*
Monita medica 280. 305.
Morbi ex incantatione XXIII, 594. *animalcula per vomitum rejecta non ſem-*

per

per ex incantatione ibidem.
Morbillorum cura 611.343.541.
Morbi pectoris non admittunt purgantia ſed ſudorifera 283.
Morbus Hungaricus 101. XX, 610. *vide Febris* Hung.
Morſus canis rabidi XXI. 593. *venenum animalis mordentis naturam communicat* 593. *diu deliteſcere poteſt ibid. ſigna & ſymptomata ibid. cura ibid.*
Morſus ſerpentis XVII, 592. *ubi habeat venenum & quomodo communicet ibid.*
Motus partium craſſarum 422.

N

Narium haemorrhagia XXXII, 461. *cauſſa ibid. prognoſis ibid.*462.*cura* 461. *laudatur lignum ſympatheticum ibid. pulvis ſtegnoticus ſeu adſtringens ibid. liquor ſtipticus* 462.
Nauſeae cauſa 422.517.
Nephritis vide dolor nephrit. vel calculus renum.
Nerveus liquor qualis ſit 318.
Nimia ciborum appetentia I, 344. *cauſa ibid. cura* 345.
Nimius menſium fluxus XIII, 371. XLIX 146. *cura* 371. XLIX, 147.
Non facile credendum 305.
Notae in Chirurgiam Barbette 372. 396.
Notae in Praxin Barb. 305. 372.
Notae in praxin Timaei 397.
Nutritio 421.447.
Nutrimentum foetus in utero 539.

O

Obſtetricum officium & error 253.
Obſtructio hepatis XXXVI, 130. XVIII.493. *cauſſa ibid. prognoſis* 130. *cura* 131.493.
Obſtructio lienis XXII, 495. *ſubjectum & cauſſa* 495.*ſeq. cura* 496.
Obſtructionum cauſſae 130.
Obſtructio viſcerum 130.
Oculorum intumeſcentia 404.
Odontalgia vide Dentium dolor.
Oedema 394. *ſigna ibid. cauſſa & cura ibid.*
Ophthalmia IX, 106. 450. *diviſio* 106. *cauſſa* 450. *in literatis* 106. *cura* 107. 450. 396. *cur fugiant lucem* 106. *admittit purgantia* 297.
Opiata an locum habeant in vigiliis 263. *ſeq. an conveniant in febre* Hungarica 266. *conveniit in principio phthiſis* 294. *quandoque noctes inquietas reddit* 299.
Oris diſtorſio XXXVII, 464. *quid ſit ibid. cauſſa* 465. *cura ibid.*
Orthopnoea XVI, 112.

P

Palpitatio cordis 33. XXII, 116. X, 484. 285. *cauſſa* 116. 406.424.484. *prognoſis* 116. *cura* 116. 484. *non admittit fortiora purgantia* 285. *admittit clyſteres lenientes* 285. *crocus & theriaca magis externe quam interne proſunt* 285. *opium vero magis interne quam externe* 285.
Panaritium vel paronychia VII, 560. *pars affecta ibid. cauſſa ibid. cura ibid.*
Paralyſis V, 102. XIV, 430. 261 317. *ſubjectum* 430. *cauſſa* 431.452. *prognoſis & cura* 102. *ſeq.* 431. *cur membra frigida* 431. *cur membra primo tumida dein flaccida* 432. *purgantia fortiora admittit* 300. *conveniunt thermae ibid. nocet venaeſectio* 300. *vinum ſalviatum ſpecificum eſt ibid.*
Paralyſis palpebrarum XXI, 449. *cauſa & cura ibid.*
Paracenteſis in pleuritide 296. *in empyemate* 297. *in calculo veſicae* 298. *in hydrope* 354.
Parotis maligna VI, 559. *dupliciter fit ibid. ſubjectum ibid. cura ibid.*
Partus difficilis XII, 370. LIII, 151. XXIII. 525. *ſubjectum* 370. *cauſſa ibid.* 526. *prognoſis* 151 *cura* 152.370. *ſeq.* 526. *partum promoventia quando exhibenda* 371 *ſeq.*
Paſſio coeliaca vide coeliaca paſſio.
Paſſio iliaca vide Iliaca paſſio.
Paſſio hyſterica LI, 149. *ſubjectum ibid. quomodo differat ab apoplexia ibid. eſt aſthma muliebre ibid. eſt ſpecies affectionis hypochondriacae ibid. cura ibid. vide* Hyſterica *paſſio, vel Uteri ſuffocatio.*
Pavor in ſomno VI, 543. *cauſa* 544. *eſt prodromus epilepſiae ibid. cura ibid.*
Peripneumonia XIX. 114. II, 473. *cauſa & ſigna* 114. *prognoſis & cura ibid.* 475.

Pe-

Petechialis febris XIX, 609.
Peſtis XXIII, 613.
Perniones VIII, 560. *cauſa ibid. prognoſis & cura* 560. *ſeq.*
Perſpicillum in cataracta 454.
Petechiis apparentibus in primis viis nihil movendum 294.
Philtra 595. *an dentur ibid. antidota eorum ibid. obſervationes ibid.*
Phrenitis VI, 410. VIII, 106. *eſt ſpecies eryſipelatis ibid. ſubjectum* 410. *cauſa* 411. *ſeq.* 414. *diagnoſis & prognoſis* 413. *cura* 106. 413. *laudatur venaeſectio* 302.
Phthiriaſis IV, 543. *cauſa & cura ibid.*
Phthiſis XX, 114. II, 329. III, 475. *definitio Barb. rejicitur* 329. *ſubjectum ibid. cauſa* 114. 329. 475. *prognoſis & cura* 114. 115. 331. 476. 477. *signa* 330. *qualia vitanda* 295. *in principio admittit fonticulos* 294. *quae noceant ibid. lac prodeſt* 478. *tumor pedum* 476. *capillorum defluvium ſudores nocturni & diarrhaea unde* 476. *conſummata conjunctum habet appetitum magnum* 330. *ſputum quale* 330. *ſeq. cautelae in talis uſu* 478. *pro potu convenit cerevisia triticea* 478. *ejus ſpecies* 330. *ſaepe malum eſt haereditarium ibid. item morb. contag. ibid. non eſt abſque hectica* 344. *acidulae, ſed caute uſurpandae* 294. *nocet balſamus ſulphuris aniſatus ibid.* 332.
Pilulae Francofurtenſes 262. 285. 302. 319. 348. 550. *antidyſantericae Waldſchmidii* 359.
Pleuritis XVIII, 113. I, 326. IV, 479. V, 480. *rejicitur definitio Barbettiana* 326. XXXIII, 536. *ſubjectum* 326. *cauſa* 113. 474. 326. *diviſio* 326. 474. *ſigna* 326. *prognosis* 113. 327. *quomodo differat ab aliis* 326. 327. *differt ab inflammatione diaphragmatis* 113. *cura* 113. 374. 475. 536. *admittit ſudorifera mitiora* 296. *venaeſectio ubi, & quando adminiſtranda* 474. *opiata ſunt ſuſpecta* 480.
Plumbum X, 588. *cauſa contracturae eſt ibid.*
Plexus choroideus quid ſit 428.
Polypus cordis mortis repentinae cauſa eſſe poteſt 557.
Praegnantes cur tuſſiant LII, 150.
Praegnantium ſymptomata LII, 150.
Praecipitantia prudenter in morbis ventriculi uſurpanda 285.
Principia activa ſanguinis & lymphae 135.
Procidentia ani, vide Ani procidentia.
Pruritus muliebrum XVII, 567.
Ptyaliſmus 486.
Pubertas alterationem & mutationem producit 309. 518.
Puerperae cur facilius febribus corripiantur 268. *cur variis obnoxiae malis ibid. ſeq. facile fiunt pleuriticae* 536. *earum morbos bene deſcripſerunt Riverius & Ettmullerus; ſaepius febre miliari corripiuntur* 536. *potus* 269. *ſit tepidus* 304. *febricitantes facile fiunt epilepticae* 304.
Pulſus frequentis cauſa 399. *tardi & parvi cauſa* 404. 407.
Pulvis ſtegnaticus ſeu adſtringens in haemorrhagia narium 461.
Pulvis ſympatheticus 377. *ſeq.* 381.
Purgantia ut bene operentur quid faciendum 280. *quando exhibenda* 283. *nocent in inflammatione* 295. *nocent in angina ibid.*
Pus 474. 475. *ſeq.*
Putredo unde 471. 488. 489.

Q

Qualis cibus & potus talis ſanguis 401. 590. 565. *ſanguis tale fermentum ventriculi* 403. *ſanguis talia viſcera* 557.
Quartana intermittens XIV, 605. LXIV, 260. *in quos morbos degeneret ibid. ſubjectum* 605. *cura* 605. *nocet venaeſectio* 292. *amat emetica prae purgantibus ibid. autumnalis deſinit vere ibid. nocet liberalior potus quam in tertiana ibid. in potu amara injicienda ibid. opprobrium Medicorum* 335. 340. 605.
Quartana ſcorbutica XVIII, 606.
Quotidiana intermittens LXIII, 259. *an talis detur* 605. *ſubjectum, cauſa, prognoſis & cura* 259. *vide Febris.*

R

Rabies 362. *canina tollitur per hepar canis rabidi* 311.
Rachitis 553. *phaenomena ſeu ſigna ibid.*

caus-

cauſa ibid. ſubjectum 553. *cur infantibus ſit familiaris: non autem adultis* 554. *proſunt fonticuli* 554. *ens Veneris laudatur* 555.

Raucedo 283. *cauſa ibid. cura ibid. an ſemper dulcia proſint ibid. admittit fonticulos ibid. nocet vinum ibid. admittit aquas Embdenſes ibid.*

Relaxatio gulae, vide Gurgulionis laxatio.

Reſpiratio difficilis 130. 134. 143. 327. 406. 472. 505.

Retentio ſecundinarum, vide Secundinarum retentio.

Reſpiratio quomodo fiat 439.

Rubedo oculorum XXII, 449. *cauſa* 450. *cura ibid.* 451. *vide Ophtalmia.*

Rubetae venenum XVI, 591. *egregia ab illis praeparantur ibid.*

Raptura pulvae ad anum XXIX, 532. *cauſa & cura ibid.*

S

Agae 594.

Sal volatile oleoſum Sylvii qualia excitare poſſit 513.

Sanguis quomodo per corpus diſtribuatur 397. *ſeq. quid ſit* 398. *ejus variae coagulationes* 207. *parcius extrahendus in morbis chronicis* 281. *non nutrit* 491. *vario modo extravaſatur* 470. *duplicem habet motum* 470. *extravaſatus quomodo inflammationem concipiat* 471. *ſtagnans etiam inflammationem producere poteſt* 471. *extravaſatus an reſorberi poſſit* 472.

Sanguis menſtruus per vomitum rejectur XI, 515. *per varias partes rejici poteſt* 515. *pars affecta & prognoſis ibid. menſes undecimo anno erumpentes ibidem. tempus eruptionis variat ibid. uſque ad* 70. *annum fluentes* XIII, 515. *tempus ceſſationis etiam variat ibid.*

Sanguis taurinus XV, 591.

Sarcotica 376.

Scabies LXXXI, 275. XIV, 565. *cauſa* 276. 565. *pruritus unde* 276. *diviſio* 565. *ſubjectum ibid. prognoſis ibid. cura* 276. 448. 566. *unguentum optimum* 566.

Scirrhus 394. XII, 563. *cauſa* 564.

Scorbutus XXXIX, 133. III, 350. XL, 135. *maculae unde* 134. 407. *ſubjectum* 133. 350. *cauſa* 134. 135. 350. *ſigna* 351. *prognoſis* 134. 351. *cura* 134. 136. 352. *definitio Barbette rejicitur* 350. *eſt congeries morborum ibid. cur non facile fiant dyſenterici vel peſte afficiantur* 351. *tranſit in ſphacelum* 407. *cur facilius ferant mulieres* 133. *affinitatem cum lue venerea habet* 135. *cum ſenio comparatur* 135. *qualis ſit urina ibid. acidulae nocent* 302.

Scotomia vide Vertigo.

Scrophulae II, 323. XIX, 571. *quibus familiares* 323. *qua aetate fiant ibid. quibus regionibus endemiae ibid. prognoſis ibid. per terrorem curatae* 571. *cura* 323. 324. 395. 571. *curantur per Reges Galliae ſolo contactu* 324. 571. *de iis tractatum ſcripſit Laurentius* 324. *ſpecificum* 325.

Secundinarum retentio LVI, 152. XXV, 528. *nomina* 529. *cauſa & ſymptomata ibid. quomodo extrahendae ibid. cura* 152. 529.

Semen ſeu liquor genitalis quid ſit 279.

Senes cur objecta propinqua confuſe videant 453.

Senſus & motus privatio unde 403.

Senſuum tarditas unde 403.

Singultus V, 487. 128. 282. *ſubjectum ibid. cauſa* 487. *quibus familiaris* 283. *cura* 282. 487.

Sitis III, 486. 96. 120. 132. 285. *qualia noceant & qualia conveniant* 285. *Salivatio prodeſt ibid. admittit lacticinia* 286. *infantum admittit emulſiones* 286. *in febre continua tollitur per ſerum lactis citratum* 293. *an acidulae proſint* 286.

Somnus 399. 400. 402. 316. *in omnibus evacuationibus prodeſt* 286. *longior quibus proſit* 297.

Somniferum remedium egregium 299.

Spaſmus cynicus, vide Oris diſtorſio.

Sperma ceti quid ſit 481.

Sphacelus quid ſit & ſigna 577.

Spiritus animales in ſtatu naturali 415. *eorum generatio ibid.* 416. 426. *eorum partes* 424.

Spiritus vitrioli XII, 386. *cura ibid.*

Sputum ſanguinis, vide Haemoptyſis.

Stea-

Digitized by Google

Steatoma 305.
Stercus ſuillum laudatur in haemorrhagia 297.
Sterilitas XVII, *&* XVIII, 522. *cauſſa* 523. *cura* 523. *convenit roſmarinus & ſuccolada ibid. prodeſt balneum ex formicis, Thermae & eſſentia ſatyrionis ibid.*
Sternutatoria 420.
Stertor unde 101.
Stomachica debent eſſe temperata 285. *egregium eſt ſpiritus vini* 285.
Stranguria XX, 137. 563.
Struma vide Scrophulae.
Stupor mentis unde 423.
Succolada 127. 314. 487. *ſomnum inducit* 256. 300. *prodeſt in ſterilitate* 523.
Succus nutritius ex quibus conſtat 318.
Sudores nocturni unde 38. 476. 114. *frigidi* 586.
Suffocatio uteri vide Uteri ſuffocatio.
Suſpiſu X, 107. XXVI, 455. 453. *diviſio* 107. *cauſſa* 456. *cura* 107. 108.
Superflui menſes, vide Nimius menſium fluxus.
Suppreſſio menſium, vide Menſium ſuppreſſio.
Suppreſſio urinae, vide Urina.
Surditas XXXI, 450. *cura* 460. *ſeq.*
Sutura 376.
Sympatheticus pulvis 377. *ſeq.* 381.
Symptomata praegnantium LII, 150.
Syncope 284. *nocent purgantia, diaphoretica & acida ibid.*
Synocha cum paralytica affectione LXV, 264. *prognoſis & cura ibid.* 337.
Synocha putrida cum arthritide vaga LXVI. 261. *ſeq.*

T

Tabes corporis unde 104.
Temperamentum 14. 118. 400. *ſeq.*
Tempora in quibus facile fiunt epileptici 311.
Teneſmus 32. 290.
Tertiana intermittens LIX, 255. 291. *cauſſa* 256. *ſubjectum, prognoſis & cura* 256.
Tertiana legitima X, 603. *cauſſa ibid.*
Tertiana lenta LXII, 255. *prognoſis & cura ibid.*
Tertiana mitior LXI, 257. *quomodo differat ab exquiſita ibid. prognoſis & cura ibid.* 258.
Tertiana paralyſi ſuperveniente XII, 604.
Tertiana pura XI, 604. *cauſſa ibid.*
Tertiana ſimplex IX, 603.
Tertiana, vide Febris tertiana 600.
Terrae motus unde 613.
Theae potus 97. 98. 100. 102. 108. 114. 115. 116. 117. 128. 137. 130. 141. 256. 262. 268. 276. 877. 298. 314.
Theriaca duplex eſt 420.
Thermae laudantur in paralyſi 300.
Tineae cura 542.
Tinnitus aurium XIII, 109. XXIX, 457. *cauſſa & cura* 109. *vide Auris.*
Tormina alvi vel colica infantum LXXV, 270. 104. XIII, 357. *cauſſa* 270. 357. *prognoſis & cura* 270. 290. 357.
Tranſpiratio laeſa cur non ſtatim febrem producit 254. *cur auctior in iter facientibus* 254.
Tremoris cauſſa 544.
Trepanatio 102. 387. 580.
Tumor aquoſus 394.
Tumores 392. *cauſſa & ſigna, prognoſis & cura ibid.*
Tumor & flacciditas manuum, & pedum 102. 476.
Tumor oedematoſus pedum XI, 562. *cauſſa ibid. prognoſis ibid. eſt familiare ſymptoma hydropis & phthiſis ibid. cura* 563.
Tumor palpebrarum XIX. 446. *cauſſa & cura ibid.*
Tumor linguae XXXIII, 462. *cauſſa* 462.
Tuſſis humida VIII, 482. *cauſſa ibid. cura* 483.
Tuſſis ſtomachalis XXIII, 117. LXXVII, 271. XI, 547. *cauſſa* 117. 327. 443. 117. 271. 547. *prognoſis* 117. *cura ibid.* 271. *ſeq.* 547. *pectoralis non admittit purgantia* 283. *admittit opiata & papaverina* 283. *admittit venaeſectionem ibid. ferina admittit ſudores* 284. *an clyſteres proſint ibid. anodyna caute uſurpanda ibid.*
Tympanites 353.

V

VAgitus uterinus XXII, 525.
Vapores e ventriculo non poſſunt ad cerebrum deferri 422.
Variolae LXXIX, 272. II, 541. XXII, 611. 343. 272. *cauſſa & prognoſis* 273. *cura ibid.* 576. *maculae & puſtulae unde* 273. *affinitatem habet cum ſebre lymphatica ibid. ante quintum vel ſextum diem non ſunt aſſumenda ſudoriſera aut expellentia ibid. potui quid immiſcendum* 294. *duplices* 274. *vulgaria remedia laudantur* 294. *plures ob copiam, quam inopiam variolarum moriuntur* 294. *quae nullas ſoveas relinquunt* 274. *in principio calida nocent* 294.
Vari XVII, 569.
Venaeſectio medio geſtationis tempore non tuta 303. *prodeſt in affectionibus oculorum* 448.
Venenum peſtilentiale 340.
Ventriculi cerebri ſunt receptaculum ſpirituum animalium 441.
Ventriculi debilitas IV, 486. *cauſſa & cura ibid ſeq.*
Ventriculus an ſemper ferat martialia 285.
Vermes, vide Lumbrici.
Vertigo VI, 103. X, 421. 413. 317. *ſubjectum* 421. *ſeq. cauſſa* 103 *ſeq.* 426. 431. 421. *triplex eſt* 104. *in febricitantibus unde* 422. *mentem decipit* 413. *quorum prodromus* 104. 422. *objecta in circulum moveri videntur* 104. *ſigna* 422. *cura* 104. 422. *ſeq. admittit emetica* 299.
Verrucae XXI, 572. *ſubjectum* 447. *cauſſa* 572. 447. *cura* 448. 572.
Vigiliae nimiae VII, 544. *cauſſa* 399. 406. 409. 544. 243.
Vinum medicatum 512.
Virium proſtratio 104.
Viſus diminutio XXIII, 451. *cauſſa* 452. *prognoſis & cura* 452.
Viſus debilis ad remota XXIV, 452. *cauſſa* 453. *cura* 453.
Viſus obſcurior unde 436.
Ulcus rheumaticum XXII, 572. *ſubjectum & cauſſa* 573. *prognoſis & cura ibid.*
Ulcus ſordidum XXIII, 573. *cauſſa & cura* 574.
Ulcus fiſtuloſum ani XXIV, 574. *cauſſa, prognoſis, & cura* 575. *ſignum ibid.*
Ulcera quomodo conveniant & differant à vulneribus 388. *prognoſis ibid. cauſſa & cura ibid.* 389.
Ulceris depaſcentis cura 390.
Ulcera particularia capitis, oculorum 391. *narium, oris & veſicae, meatus urinarii & pedum* 391.
Umbilici prominentia XVIII, 551. *cura ibid.*
Unguenta armaria laudantur in vulneribus 377.
Vomitus cruentus XXVI, 120. VI, 487. *cauſſa ibid. prognoſis* 120. *cura* 487. 120.
Vomitus II, 346. XII, 547. *cauſſa* 346. *differentia ibid. diviſio & ſigna ibid. prognoſis ibid. in nephritide unde* 138. *in menſium difficultate* 146. *malum eſt ſi diarrhaeam habet comitem* 286. *puerperarum periculoſus eſt ibid. gravidarum ſoli naturae relinquendus* 286. *periculoſus eſt ſi a venenis* 246. *cura* 345.
Urina non oſtendit calorem 399. *ejus color unde* 400. *ubi & quomodo generetur ibi. aquea & tenuis unde ib.* 404. 263. *craſſa & alba unde* 404. *varietas unde* 135.
Urinae difficultas XX, 552. *cauſſa & cura ibid.*
Urinae incontinentia LVI, 253. XXX, 532. 552. *cauſſa* 253. 532. *prognoſis* 253. 132. *cura* 253. 532. 552.
Urinae ſuppreſſio XLV. 140. 298.
Uteri ſuffocatio IX, 3?5. XVI, 519. *ſubjectum* 365. 519. *varia nomina ibid. cauſſa* 365. 519. *uterus non diſlocatur ibid.* 520. *phaenomena* 520. *vocatur hyſterica* 360. *etiam affectio hypochondriaca* 519. *cura* 303. 366. 5?1. *quaedam foeminae ſuaveolentibus quaedam a faetidis hoc morbo afficiuntur* 521. *vellicatio pilorum inguinalium excitat aegras* 521. *vide paſſio hyſterica.*
Uteri prolapſus 520.
Vulnera 372. *prognoſis & lethalitas unde noſcatur ibid.* XXXI, & XXXII, 579. *cura* 372. 373. 580. *ſeq. aër nocet* 387. *ex illis aliena eximenda* 376. *labia eorum quando tractanda* 376. *ſutura quomodo facienda* 376. *an venaeſectio & purgatio conveniat* 579. *vinum noce*

Index Rerum & Verborum.

581. ſigna fracturae cranii 580. prognoſis ibid. diaeta & potus 373. an vulnus cerebri ſit lethale 580.

Vulnera nervorum & tendinum 378. ſigna & prognoſis ibid. cura ibid. diaeta 379.

Vulnera a ſclopetis 379. differentia, prognoſis & cura, & diaeta ibid. ſymptomata ibid. ſeq. eorum haemorrhagia 380. doloris cura 381.

Vulnerum venenatorum ſigna & cura 381. 382.

Vulnera particularia 382. faciei, oculorum, pulmonum, abdominis 382.

Vulneratus in pede 382. 383. ſymptomata, prognoſis & cura 382. 383.

Vulnerati in humero prognoſis & cura 383. 384.

Vulnerati in cubito cura 384.

Vulnus digiti ab infixa ſpina 385. cura ibid.

Vulnera thoracis 385. 386. cura 386.

Vulnerum abdominis ſigna 385. prognoſis 386.

Vulnera capitis 387. ſymptomata ibid. nocentia, differentia & cura ibid.

Vulnerati cum fractura cranii cura 387.

Vulnerati in capite ſi lumen non ferunt moriuntur. 388.

Vulnus cordis XXXIII, 581. an ſit lethale ibid.

Vulnus pulmonum XXXIV, 581. cura & decocta vulneraria 582.

Vulnus femoris XXXV, 582. ſymptomata ibid.

F I N I S.

2 L 261357